De ludis Hebraeorum. 1. Aliorum populorum Orientalium. 2. Graecorum, Romanorum etc. 3. Alea legibus vestita. 4. De ludo talorum, cottabo aliisque ludis conuivialibus. 5. De ludis et exercitiis Gymnasticis et de Amphitheatro. 6. De ludis Circensibus. 7. Ludo Troias, et aliis ludis equestribus, etc. 8. De funambulis, et omni genere *Σαυματοποιών*. 9. De ludis theatralibus et thymelicis. De mimis, pantomimis et *γελωτοποιοῖς*. 10. De luxu veterum. 11. De aedificiis et partibus aedium. 12. 13. Balneis. 14. Statuis. 15. De vario genere supellectilis. 16. De vita priuata et ordinibus hominum priuatorum, collegiis opificum etc. 17. pag. 980.

XXIII. De luctu, funeribus, exequiis, conseruandorum cadauerum ratione et monumentis sepulcralibus.

De funerum et sepulturae ritibus generales scriptores. 1. De funeribus et luctu Hebraeorum, 2. Graecorum, Persarum. 3. Romanorum. 4. Aegyptiorum, Germanorum et populorum septentrionalium. 5. De funeribus Christianorum. 6. De medicato funere et mumiis. 7. De linteis et vestibus sepulcralibus et de rebus quae defuncto veluti secum asportanda permittebantur. De urnis sepalibus. 8. De pompa funebri, epulis, ludis, feriis sacrisque, coronis, lectis sepalibus, loculis et laudationibus funebribus. 9. De lucernis sepulcralibus, sepulcris, cryptis, catacumbis et monumentis sepulcralibus. 10. pag. 1020.



BIBLIOGRAPHIAE ANTIQUARIAE CAPVT I.

De Scriptoribus Generalibus Antiquitatum Hebraicarum.

Notitia antiquitatum hebraicarum haurienda e sacris litteris, earumque interpretibus Iudaeis et Christianis, rerum hebraicarum peritis. 1. Ex Philone et Iosepho. ibid. Ex Talmude utroque, eius Mischna et Gemara, interpretibus Iudaeis et Christianis. 2. De Mosi Misimonidis, Iacobi ben Ascher aliorumque epitomis talmudicis. 3. Quanta fide digni scriptores Talmudici et Iudaei recentioris aetatis. 4. De corporibus antiquitatum hebraicarum, quae christiani scriptores moliti sunt. 5. De Christianis, qui sparsim in commentariis et lexicis, vel aliis scriptis suis antiquitates hebraicas illustrarunt. 6. Opera inedita vel promissa Balchazaris Scheidii, Iosuae Arndt et Theodori Dassouii, τῶν μαναστρῶν. 7. Compendia antiquitatum hebraicarum. 8. Scriptores, qui vnum aliquod argumentum professi plura antiquitatum capita attingerunt. 9. Scriptores, de ritibus recentium Iudaeorum pro varia natione et secta diuersis, nec vnus generis. 10. Delinatio thesauri antiquitatum hebraicarum. 11. Index thesauri antiquitatum hebraicarum Vgoliniani. 12.

I.

Vetustissima et certissima memoria antiquitatum hebraicarum ex sacris litteris haud dubie peritur; cuius interpretes siue Iudaei siue Christiani rerum harum periti et curiosi merito inter scriptores praesentis argumenti familiam ducunt.

Ex illis praecipue fide digni sunt, qui graece temporibus apostolorum Christi scripsere *Philo*,¹ quem, quum editio ab *Erico Benzelio*, archiepiscopo Vpsaliensi, expectata, nimis diu esset protracta, emendatum notisque illustra-

¹ Huius sublestem ducit fidem Chr. Schoettgenius hor. hebr. T. II. p. 39. et in libro: *Jesus der wahre Messias, aus der alten und neuen jüdischen Theologie dargethan und erläutert* p. 68. eundemque semiudaeum esse affirmat, in quo hebraicae ac chaldaicae linguae peritia, nec non tradit. oraliū studium desideretur.

2 CAP. I. ANTIQVITATVM HEBRAICARVM.

fratum duobus voluminibus in Folio Londini 1742. edidit *Thomas Mangey*, et *Flav. Iosephus* eruditissimo. *Ed. Bernhards*, (1697. 12. Ian. aet. 59. denari) sed quod dolendum imperfecto² commentario illustratus. Cui insigni scriptori recensendo porro et expoliendo certatim olim suam addixere operam praestantissimi viri Iac. Gronovius Lugd. ap. Batauos, Parisiis Ioan. Boiuius, et Lipsiae Godfrid. Olearius, qui autem vel aliis laboribus impediti, vel morte oppressi, consilium suum exsequi haud potuerunt. Feliciori autem fortuna in expollendo Iosepho vti suorum duumviri celeberrimi Io. Hudsonus et Sigebertus Hauecampus, quorum ille Iosephum emendatum atque castigatum edidit Oxoniae 1720. Fol. 2 Voll. hic autem cum integris virorum doctissimorum. notis eundem cum manuscriptis praecipue Lugduno-Batauis collatum euulgavit Amstelaedami 1726. 2 Voll. in Fol. ad quam praestantissimam editionem nonnulla monuit Io. Bapt. Ottius in spicilegio triticeo ex flavo Flavii Iosephi campo: Tiguri 1733. 4.

Philoni et Iosepho succenturiantur, qui hebraice libros V. T. illustrarunt, vt *Isaacus Abarbanel*, *Moses Alshech*, et ne de aliis in praesenti dicam, qui in Bibliis Buxtorfianis Basileae 1618 et 19 in folio editis, atque in Bibliis Hebraicis, Amstel. 1724. T. IV. in Fol. excusis exstant, Aben Esra, R. Salomo, R. Leui ben Gerson, David Camius s. Kimchi, quorum notitiam et vitas ex Bartoloccio excerptas in analectis rabbinicis, Ultraiecti 1702. 8. editis, vtilissimo tiro-nibus har. litterarum libro, dedit V. C. Adr. Relandus, R. Isaac; qui etiam Iarchius vulgo appellatur, R. Chiskias, R. Iacob de Leskas, et R. Obadiah Sphorno.

Ex Christianis S. Scripturae interpretibus hoc loco nominandi sunt *Seb. Munsterus*, *Paullus Fagius*, *Ioannes Drusus*, cum *Henricus Ainsworthus*, cuius praecleari in Pentateuchum commentarii exstant, *Ioannes* item *Lightfootus* in horis talmudicis et reliquis commentariis, atque *Christi. Schoettgenius* in horis talmudicis, nec non *Christo. Cartwrightus*, *Iac. Altingius*, *Iac. et Ludov. Capelli*, *Ioannes Cocceius*, *Eduardus Pocockius*, *Seb. Schmidius*, *Cerberinus de sancto Iosepho*, in apparatu biblico, *Augustinus Calmet* in Commentariis in S. S. gallice Paris. 1707 - 1716. XXIII. Voll. in forma quadripartita editis, et 1724-VIII. Voll. in Folio recusis; et in dissertationibus, quas singulis voluminibus adiunxit, in linguam latinam versis a Ioanne Dominico Mansi. Lucae 1729. Fol. in linguam germanicam verti coeptis cum Illustris Moshemii observationibus, Breae 1738. 8. cuius sex euulgatae sunt partes. *Adam. Erdm.*
Mirus

² Tantum libros priores IV. antiquitatum, sed cum his pleraque Pentateuchi Mosaici ad leges ritusque Hebraeorum facientia explicant. Oxon. 1700. fol. Ceterum de Iosepho et Philone fufius egit B. Fabricius Lib. IV. c. IV. et VI. Bibl. gr. t. Vol. III. p. 104. ff. et 228. ff.

Mirus in Lexico antiquitatum biblicarum, et pauci quidam alii; nec non qui Leviticum librum illustrarunt *Aug. Varenius, Wolfgangus Franzius, Fridericus Spanhemius* T. III. Opp. aliique laudati Mich. Lilienthalio in archiuario biblico V. T. p. 191. quibus vtinam liceat integrum D. Theodori Dassouii commentarium adiungere, cuius specimen tantum sub titulo Scholia Criticorum in Leviticum prodiit.

II. Alter veluti fundus atque fons, ex quo antiquitatum hebraicarum notitia petenda venit *Talmud* est, siue corpus iuris atque doctrinae iudaicae duplex, *Hierosolymitanum* et *Babylonicum*.³ Vtrumque constat *Mischnah* et *Gemara*. *Mischnah* quasi *deutéρον* atque alteram legem, oralem nempe dixeris, textus et *νεμύς* instar est, cui *Gemara* tanquam in commentarii vberioris vicem adiungitur, qui *Mischnam* siue *Mathnitam* explicat vel per *Baratha* siue sententiam et decisionem in scholis R. Chaia et R. Vfschaia traditas, vel per *Tosaphta* siue additionem ad *Mischnam*, vbi haec fuit concisior. Vide Buxtorffii lexicon Talmudicum p. 2611. 2474 sq. et 452. et Io. Chr. Wolfii, Bibl. Hebr. P. II, p. 660 et 695. sq. *Mischnah* longe elegantiore parioreque stilo hebraeo rabbinico, licet conciso et abrupto, scripta est, faciliusque intelligitur, et maioris est auctoritatis fideique et antiquitatis quam *Gemara*, atque si Maimonidem⁴ audimus, circa Adriani Imper. tempora in litteras relata. *Gemara* tum ob alias rationes tum propter obscuriorem chaldaicam stilum admixtaque varia barbara vocabula longe difficilior et paucis intellecta, sedensque in tenebris et pluribus referta fabulis gerrisque et sententiis rabbinicis, aduersa fronte inter se concurrentibus, neque ante sextum a CHRISTO nato saeculum composita, quin immo recentiorum etiam temporum vestigia haud obscure prae se ferens, vt a Joanne Morino aliisque demonstratum fuit.

A 2

Tal-

³ Celeberrimus Christianus Schoettgenius, Horar. hebraicar. Tom. II. p. 817. et in libro, *Jesús, der wahre Messias*, p. 63. *Talmud* haud genuinum esse, ex quo antiquitatum hebraicarum notitia hauriatur, fontem, sed, eidem post sacras litteras et *Targumim*, libros iudaeorum, ante opus *Talmudicum* conscriptos, inprimisque librum *Sohar* substituendos esse, probare vehementer contendit. Hanc Schoettgenii sententiam sub examen vocarunt et Summe Venerabilis ecclesiarum Lubecensium Praeful, Io. Gottl. Carpzovius in praefat. apparatusi historico critico antiqq. S. C. et gentis hebraeae praemissa; cui respondit Schoettgenius in specimine antiquitatum hebraicarum ex libro *Sohar*, *Dresdae 1751.* programmatis loco edito: Et Blaius Vgolini in epistola ad Chr. Bened. Michaelis. Venetis 1748. 4.

⁴ Vide ad Codicem Avoda Sarah T. 4. edit. Surenhusii p. 369. vbi argillae Adriani mentio. Alii putant, Antonini Pii Imperat. indultu R. Iehudam doctissimor. sui aevi viromni synodum coevisse, et ius Hebraeorum in compendium redigisse. Vide Iac. Rhenardi Opera philolog. p. 918.

Talmud, vt dixi, duplex est. ⁵ *Hierosolymitanum*, in quo quatuor tantum ordines, 1. *Seraim* de feminibus, Massictae siue tractatus vndecim, 2. Moëd de festis tractatus duodecim. 3. *Naschim* de mulieribus tractatus septem, et 4. Ieschuoth de poenis tractatus octo. His accedit ex ordine Tahoroth de purificatione tractatus vnus, sed non totus. Vide indicem Talmudis Hierosolymitani in Iô. Lightfooti operibus posthumis p. 30-62. nec non Zachar. Grapium in idea Talmudis Hierosolymitani, Lipsi. 1665. 4. Iac. Frid. Reimmannum in histor. theol. iudaicae p. 275. seq. et Sigism. Iac. Baumgarten in den Nachrichten von einer hollischen Bibliothek. P. XXV. f. Vol. V. p. 31. ff. Talmud alterum *Babylonicum* in sex ordines distinguitur, quorum Targum Ionathanis Exodi XXVI. 9. meminit, et alterum Targum Cantic. V. 10. Illi sunt 1. *Seraim* de feminibus, 2. *Moëd* de festis, 3. *Naschim* de mulieribus, 4. *Nesikim* de poenis, 5. *Kadaschim* de sanctificationibus, et 6. *Toharoth* de purificationibus. Quilibet ordo iterum pluribus constat Massictis siue tractatibus, qui singuli in capita sua distinguuntur. Vide indicem codicum capirumque Talmudis Babylonicæ in Bartoloccii Bibliotheca Rabbinica T. 3. p. 77-662. ff. Cherubini de S. Iosepho apparatu biblico T. 1. p. 396. sq. et T. 2. p. 612. ff. apud Galatinum lib. 1. de arcanis catholicae veritatis c. 5. Sixtum Senensem lib. 2. bibl. sanctae, Buxtorfium in biblioth. rabbinica, tractatui de abbreviaturis adiecta, Voissinium ad Raymundi Martini pugionem fidei p. 31. seq. D. Io. Mulleri nostri *τὸ μακροτέρου* Iudaismum detectum pag. 33. seq. B. D. Zach. Grapii historiam litterariam Talmudis Babylonicæ, Rostoch. 1696. 4. Herm. von der Hardt in nativa corporis iuris iudaici effigie praemissa editioni codicis *Taanith*, siue de ieiunio. Helmst. 1712. 8. Iac. Frid. Reimmannum in introd. in histor. theolog. iudaicae, germanice edita, p. 159. ff. Sigism. Iac. Baumgarten in den Nachrichten von einer hollischen Bibliothek, P. XXV. f. Vol. V. pag. 7. ff. et inpr. Ioan. Christ. Wolfium, *τὸν πρῶτον*, Bibl. Hebraeae P. II. L. IV. p. 657. ff. et P. IV. p. 320. ff.

Edita est *Mischna* saepius seorsim tum sine punctis vocalibus, vt Amstelod. 1637. 8. tum illis a Salomone Adano et Iacobo Iuda Leone animata, vt ibid. 1646. 8. Etiam cum commentar. *תורת חנה* R. Isaaci ben Gabbai Venet. 1609. 8. et cum commentariis Maimonidis atque Bartenorae, caractere quadrato

³ Iudaeorum computus tradit, Talmud *Hierosolymitanum* absolutum esse Anno iudaico 4229, siue Christi Dionysiano 469. Babylonicum 4268 siue Christi 508. Vide Scaligerum de emendat. temporum lib. VII. p. 655. *Mischna* absoluta anno 150. post vastationem templi secundi, hoc est Christi 220, vt leges in libro Cosri p. 247. edit. Buxtorffii Gemaram Hierosolymitanam compilasse dicitur R. Iochanan saeculo post C. N. tertio Gemaram Babylonicam componere coepit R. Asche, princeps academ. Saranae in Babylonia, (de quo v. Wolfium B. H. P. I. p. 224.) absoluit R. Iosef saeculo V. inclinante.

SCRIPTORES GENERALES.

drato Venetiis 1606. fol. Sabionettae 1559. 4. atque cum commentariis eiusdem Iac. Bartenorae, et Josephoth R. Iom Tov Lipman, Pragae 1617. 4. et Amstelod. 1685 et 86. 4. cum breuibus scholiis R. Elifae ben Abraham, Amstelod. 1697 et 1713. 12. et nouissime cum Bartenora, Tosephoth Iom Tov, commentario R. Mosi Leibschütz, et duplici R. Abraham ben Chaiim, Amstelod. 1726. 4. *Integram Hispanice* vertit Iacobus Abendana, Archifynagogus Londinensis, Isaaci frater; de qua v. Io. Christ. Wolfii *Bibl. Hebr.* Vol. II. p. 719 et 720. et inpr. Vol. IV. p. 327. ff. Rich. Simon in *Epistolis selectis* T. I. p. 175. auctor est, partem eius Italice versam a Iudaeis, sed ob metum ab inquisitione manuscriptam tantummodo circumferri. *Integram Germanico* transtulisse se restatut est. Vir in his litteris versatissimus, Io. Christoph. Wagenfeilius libri de spe Israelis p. 40. sed nihil eius haecenus lucem vidit praeter Germanicam interpretationem Codicis דברים, quo de lepra agitur, commentat. de dialecto Iudaeo - Germanica praemissam. Multam quoque operam in partibus eius variis *Latine* transferendis et commentario illustrandis posuere homines doctissimi christiani, Guil. Guisus, Ioan. Cocceius, idem Wagenfeilius, Seb. Schmidius, alique: sed nemo repertus est ante V. C. *Guilielmum Surenhusium*, qui totam Mischnam explicandam sibi sumeret. Hic enim laudatissimo studio vniuersos Mischnae ordines Hebraice (at sine punctis vocalibus, quod dolendum) cum versione latina partim aliorum partim sua, quae vltimam manum ⁶ adhuc in quibusdam desiderant, et commentariis Maimonidis et Bartenorae latine adiunctis, et variorum virorum doctorum animaduersionibus atque elegantibus iconibus ad Iudaeorum mentem in aes incisus edidit Amstelodami 1698-1703. in folio sex voluminibus, quae in terna comode possunt compingi. Quod ab eodem doctissimo Surenhusio expectauimus *promptuarium rituum iudaicorum ex Talmude illustratum*, lucem non vidit. Neque etiam prodiit ea, quam Celeberr. Chr. Reineccius olim promisit, Surenhusii latina Mischnae versio cum breuioribus suis annotationibus; quam tanquam editam perperam adduxit Ioan. Fabricius *histor. bibl. suae* P. I. p. 248.

In Gemara illustranda paucissimi haecenus sunt versati; nam praeter caput vltimum libri Sanhedrin germanice versum a Christiano Gerlone et excerpta ex libro *En Israel*. ad codices Sanhedrin et Maccoth, Sota, Succa et

A 3

⁶ Vide Steph. Soucieti, S. I. specimen stricturarum in Surenhusii opus, quod legitur in Ephemeridibus litterariis Parisiensibus Anni 1710. mense Nouembri, in memoriis Trenoltinae A. 1710. p. 332. 517. & 1221. in memoriis litterariis Anglicanis T. I. p. 35. et recusum est in collectione Dissertationum Criticarum super loca S. S. difficiliora, quae ab eodem Soucieto edita est Parisiis 1715. 4. pag. 594-629. Adde, quae circa laborem Surenhusianum monita sunt in relatt. de bibliotheca quadam Halensi P. XXV. Vol. V. p. 40. vbi simul accurata huius operis recensio exhibetur.

Chagiga a Cocceio, Wagenfeilio, Ioan. Iac. Cramero, Christi. Ludouici, et Ioan. Heinr. Hottingero nepote edita aliaque perpauca sparsim ab aliis versa et allegata nihil in hoc genere lucem vidit ante eruditos labores viri in his litteris suo tempore facile principis, GEORGII ELIESERIS EDZARDI, qui, magni illius hebraicarum litterarum per Germaniam statoris propagatorisque Esdrae Edzardi, τὸν μακροτέρου maior natu filius, Gemarae Codicis Talmudici Auoda capita duo priora, quemadmodum et caput primum Codicis Berachot versione perspicua et doctis commentariis illustrata edidit atque cum litterarum rabbinicarum studiosis communicauit. Totius gemarae interpretatio eum notis, quam prelo committere instituerat laudatus Edzardus, a filio superflite asseruatur, digna certe, quae in lucem emittatur. B. Balthasaris Scheidii versio latina totius codicis Berachot, tum Mischnae tam Gemarae, ex liberalitate Viri Humanissimi Ioan. Christo. Wolfii, vna cum integra eius bibliotheca instructissima bibliothecae publicae Hamburgensi cessit, atque in eadem asseruatur.

Talmudis editiones variae exstant. Hierosolymitanum duabus tantum vicibus integrum est excusum; priori vice curante Daniele Bombergio, Venetiis sine anni notatione fol.; qui tamen haud sine ratione 1524. fuisse coniectur: posteriori Cracouiae 1609. fol. Ordo primus vna cum codice ם״ק״פ״ ex ordine secundo editus est Amstelod. 1710. fol. Conf. I. C. Wolfium B. H. Vol. II. p. 892. et Vol. IV. p. 438.

Babylonicum impressum est Venetiis apud Bombergium 1520. fol. et 1546. apud Marc. Antonium Iustinianum. Conf. Bartoloecium T. 3. p. 269. et Wolfium Vol. 2. p. 899.

Basileae 1578. ff. apud Ambrosium Frobenium, quae editio loca S. Scripturae in ora libri notata habet, sed in qua vicissim excisa sunt Marci Mariani Brixiani studio, quae in CHRISTUM et Christianos dicta erant, vna cum integro Codice Auoda Sara.

Cracouiae 1603. ff. in qua editione restituta sunt quae Basileenses expunxerant. Vnde correctiorem in quibusdam appellat Ioan. Wulferus ad codicem Schekalim p. 36.

Hanouiae 1618. seq. Vide Andr. Cheuillierum de origine typograph. p. 269. adde I. C. Wolfium B. H. Vol. II. p. 908.

Lublinae 1617.

Amstelodami 1644. ff. fol. minori; quam editionem Iudaeis et Christianis auro cariorem haberi, neque hodie vbiuis proflare, obseruat Christi. Schoettgenius rabbinicar. lectt. L. I. C. 13. f. Vol. II. hor. talmudic. p. 839.

Francofurti ad Viadr. 1697. et 1715. ff. Huius edit. exemplar in

mem-

membrana David Oppenheimer, Archifynagogus Iudaeorum Pragensium, suos in vsu exprimi curavit, quod mille imperialium fumtus requisivit, a B. Io. Chr. Wolfio in bibliotheca Oppenheimeriana, quae Hanouerae fuit, oculis vsurparum. v. Eius B. H. Vol. IV. p. 444.

Amstelodami 1714. coeptum, et Francofurti ad Moenum 1720. absolutum. Cuius sex exempla in candido serico, duodecim in membrana pergamena excusa esse memorat I. I. Schudtius memorabilem Iudaicor. P. IV. contin. 2. p. 233.

Novam Talmudis editionem Amstelodami ea conditione parant Iudaei, vt pecunia ante repraesentetur, quam ipsum opus prelo subiiciatur.

In Bibliotheca Bodleiana inter codices Seldenianos exstat exemplum Talmudis, quod eruditus quidam Iudaeus totum emendando percurrit. *Mirror*, inquit Thomas Hyde ad itinera mundi descripta ab Abrahamo Peritfol, p. 19. *Iudaeorum desidiam et incuriam, quod carissimum suum Talmudem in omnibus suis editionibus ubique passim corrupte et incorrecte mendis scatentem prodire sistant. Si quis recudere vellet, ad dictum nostrum exemplum Seldenianum (excepto quod prob dolor vnus desideratur Tomus) correctissima adornari posset editio.*

III. Talmudis egregium compendium, non tantum breuius, sed et luculentius et facilius vniuersam doctrinam Talmudicam complexum scripsit iudicio et doctrina inter Iudaeos longe praestans, *Moses Maimonides*, Cordubensis, medio saeculo XII. clarus, quem cum Platone et Cicerone confert David Humphreys, Biblioth. Anglic. T. 2. p. 4. id quoniam in libros XIV. distinxerat, vocauit *7* siue manum, addiditque ex Exodi XIII. 9. aliisque Scripturae locis encomium *Iad Hhasaka חזקת 7* Manum fortem. Hoc opus eximium et rarissimum haecenus, ex editione CPolitana 1509. et Veneta vtraque A. 1550. et 1574. commentariis illustrata vna cum iconibus in aes incisus luculenter recusum est Amstelod. 1702. curante Immanuele fil. Iosephi Athiae 4 partibus 2 Voll. fol. Argumenta singulorum XIV. huius operis librorum recensent Frid. Jac. Reimmannus Introd. in histor. theol. iud. pag. 313. ff. et Io. Christo. Wolfius *6* *7* B. H. Vol. I. pag. 840. ff. et Vol. III. pag. 774. ff. Latinae quaedam vertit ex hoc libro Ludou. Compiegne de Veial ⁷, quae in opuscu.

⁷ Ex Iudaeis is est prognatus, qui *de Veil* cognomine dicti sunt, et scriptioibus quibusdam inter suos claruerunt. Christo nomen dedit Compendii A. 1655, et Ludouici nomen a Ludouico XIII. Galliae Rege, *de Compiegne* autem ab vrbe, in qua Iudaicam eiurauit superstitionem, accepit. Inter Pontificios per aliquot annos versatus Reformatorum placita est amplexus, et in Angliam traiecit, vbi scriptis Hebraeorum ac potissimum Maimonidae latine conuertendis operam dedit. v. Wolf. Vol. I. p. 724. adde Hueti epistolam ad Braunium, in collectione Tilladeti T. 2. p. 208.

8 CAP. I. ANTIQVITATVM HEBRAICARVM

opusculis, ad historiam et philologiam spectantibus, fasc. 6. recudenda dedit Thomas Crenius, Tomoque VIII. Thesauri antiquit. sacrar. qui Venetiis exeditur, vberioribus observationibus illustrata inferenda curauit Blas. Vgolinus. R. Iacobi bar Ascher circa A. C. 1340. clari *Arba Turim* s. quatuor volumina, sanctionum Talmudicarum breuiarium complexa praeter editionem Berolinens. 1702. et 1703 fol. nouissime prodierunt cum commentariis R. Joel Siréks ac Iosuae Falck Francos. ad Moen. 1714-16. et Wilmersdorfii 1727. fol. IV. Voll. Conf. de huius operis-dispositione ac singular. part. argumentis I. C. Wolfii B. H. Vol. I. p. 582. et 83. Vol. III. p. 444. ff. et Vol. IV. p. 864. sq. Amplissimum in *Arba Turim* commentarium composuit R. Chaiem Benbenaste, de quo v. Wolf. B. H. Vol. I. p. 370. qui quoque consuli potest de R. Iosua Peleck, Vol. I. p. 465. et de Iosepho Ischkapha ib. p. 502. quorum vterque in *Baal Turim* commentatus est. Plures commentatores adducit Wolfus Vol. III. B. H. p. 752. Mosis Tarnensis Kiriath Sepher breuissimum et distinctissimum Talmudis compendium laudat Morinus pag. 26. Exercit. Bibl. cum quo consentit Wolfus B. H. Vol. I. p. 824. Praeter allatos auctores in exponendis antiquitatibus hebraicis versati quoque sunt R. Abraham ben Dauid Arie, h. e. Leo Mutinensis, in libro שלטי הגבורים, *clyppei fortium* dicto; de quo conf. Wolf. Vol. I. pag. 37. R. Iacob Landò in ספר אגוד, *libro collecto*; de quo Wolf. l. c. pag. 595. et R. Moses Iacobi in מצות גרוה, quem, teste Wolfio Vol. I. p. 760. B. Theodorus Dassouius in limine exemplaris sui appellat librum Iudaeis carum (et Hugoni Grotio dilectum, et antiquitatum cornucopiae, in quo ritus in templo vstrati inter caetera explicantur. Liber En Iacob siue fons Iacobi, e Deut. XXXIII. 28. petito titulo, qui hodie plerumque vocatur En Iisrael, narrationes hyperbolicas, in vtriusque Talmudis Gemara obuias, quae Aggadae dicuntur, exhibet. Titulum libri Buxtorfius in biblioth. rabbin. vertit עין oculus, minus bene, vt iam pridem obseruauit Wagenfeilius in epistola de infundibulo suo, p. 87. Ceterum de *Aggadis* atque Tropologiis, quae in Gemara occurrunt, vide sis librum Cosri p. 252. seq. De Maamadoth, i. e. dictis S. S. et canticis, quae Leuitae in sanctuario ex Iudaeorum mente recitare soliti fuere, quaeque Iudaei recentiores itidem cum Gemara et Aggada quotidie in memoriam sacrificiorum olim oblatores recitant, conf. Wolf. Vol. II. p. 1358. sq. et Vol. II. p. 1052.

IV. Quaesitum est inter eruditos ac multum disceptatum, tutone possimus Talmudicis Doctoribus et Rabbinis eorum legentibus vestigia, habere fidem, vt ex illis tanto temporum interuallo disiunctis veram de antiquis Hebraeorum stante vtroque templo ritibus sacris et iuribus moribusque notitiam

SCRIPTORES GENERALES.

tiam certo haurire nobis liceat, ad sacras Veteris Nonique Testamenti litteras illustrandas. Vbi duo vtrinque extrema fugienda esse duxerim, ad quae plerique prolabentes dum vitro citroque modum excedunt, verum rectumque consilium haud patiuntur. Ex vna certe parte videas viros doctos, qui in lectione Rabbincorum ac Talmudicorum scriptorum aetatem contriuerunt, tantum illis tribuere, vt ex eorum leuissimo assensu vel indicio statim libenter pendeant, eos velut oracula loquentes ex tripode et omni exceptione maiores auctores audiant etiam contra clarissima Hieronymi, Epiphani, quin immo Iudaeorum vetustissimorum Philonis et Iosephi testimonia, quod mihi non modo magnum illud tot saeculorum spatium, quibus Rabbinum post vixerunt, sed et ignorantiam, vanitatem, ineptias et contradictiones in scriptis eorum obuias, et a Morino atque aliis viris doctis notatas⁸ cogitanti videtur minime committendum esse, qui vnum Philonis vel Iosephi testimonium libenter praetulerim decem Rabbinis,⁹ a quorum lectione ardua res est et rara, Ed. Bernhardo p. 210. ad Iosephum iudice, non delirare. Vicissim alii omnia illa, quaecumque ex Talmude vel Rabbinis proferuntur, statim simul semelque abiiciunt atque velut indigna et absurda, ne dicam blasphemia, explodenda existimant, veluti merae sint inscitiae et nihil plane auri ex stercore rabbinico colligi possit,¹⁰ atque sanctuario illud inferre profusum sit nefas, quam in sententiam multa disputat Isaacus Vossius, vir eruditissimus, in responsione ad Obiecta Criticae sacrae Var. Obseru. p. 327. sq. et 331. seq. quo in loco acerrime in praeclarum virum Ioannem Lightfootum¹¹ inuehitur, qui rabbinicis conspurcare nugis nebulisque obducere sacros Noui foederis libros non dubitauerit. Vossio succenturiantur Claudius Capellanus in mari rabbinico infido, s. num fidendum Rabbinis. Paris. 1667.

rec.

⁸ Ita Maimonidis suspectam in antiquitatibus iudaicis fidem ostendere sustinuit Erdm. Godofr. Camentius pec. Diss. Witteb. 1716. 4. Nec mitius de eodem iudicat Cel. Christi Schoettgenius apud Wolfium Bibl. Hebr. Vol. IV. p. 917.

⁹ Quam parum illis tribuendum sit etiam in linguae hebraicae vera indole explicanda atque in rebus sacra ipsorum spectantibus, declarat praeter Ioan. Morinum parte posteriore Exercit. Biblic. Ioan. Brunsmannus in libro cui titulus *Iudaicae sententiae*, Hafniae 1705. 8. quibus adde memorias litterarias Treuoltinas A. 1711. p. 635.

¹⁰ Etiam in interpretatione S. scripturae vtiliter adhiberi posse Iudaeos praeter alios, Ioan. Christo. Wolfio B. H. Vol. II. p. 970. et Vol. IV. p. 453. citatos, docuere Fourmontius in epistolis apologeticis aduersus Calmeti commentar. in genesin gallice editis. Paris. 1710. 12. conf. memor. Treuoltinas anni 1711. p. 632. ff. et Chr. Schoettgenius in horis hebraicis et Talmudicis. Dresdae. 1733. et 1742. 4. adde Sebaldum Rau in Diss. de eo, quod fidem merentur Iudaeorum monumenta sacris in antiquitatibus et sensu earum mystico. Ultrae. 1751.⁵

¹¹ Monuit quoque contra eius interp. loci Matth. XVI. 19. ex hebraismo nonnulla Seb. Schmidius in fasciculo disputat. theologico-philolog. Argenti. 1676. 8. Diss. XII. p. 676.

rec. T. X. fascic. Crenii. Gerardus Veltuyckius in itineribus deserti de iudaicis disciplinis et earum vanitate. Venet. 1589. 4. Ioan. Forsterus in praefat. ad lexicon hebraicum, et Franc. Ribera cuius sinistrum de Rabbini S. Scripturae interpretibus iudicium legitur in memorijs Treuoltinis anni 1721. p. 88r. seq. Equidem non negauerim aliqua interdum afferri ex Talmude et Rabbini ad illustranda Noui foederis loca, quae longius petita sunt, et nec caelum nec terram tangunt, neque hilum faciunt ad lucem illi afferendam: largior etiam haud absurde viros doctos ¹² suspicari, quod Rabbini ex libris Noui Testamenti quandoque hauserint, quae deinde Christiani existimarunt sacros scriptores a Iudaeis petiisse, quam in rem Vossius pag. 327. *Quod vero ritus attinet, scimus et nos Rabbinos non minus forsitan diligenter legere Euangelia quam Christianos, et quamuis CHRISTVM non admittant, ritus tamen veterum Hebraeorum ex Euangelis et Actibus Apostolicis et in suos transferre commentarios: Istos vero ritus quum legunt Christiani, velut gemmulas colligunt, existimantes ex perenni traditione conseruatam a Rabbini eorum fuisse memoriam.* Conf. Mericum Casaubonum de quatuor linguis p. 110. Knatchbullum ad N. T. haud vno loco, Ioan. Oweni Theologumena pag. 384. Edit. Bremaens. Henr. Teelmannum commentario ad cap. XVI. Lucae pag. 2. sq. Augustum Pfeifferum τὸν μακαρίτην in Metaeologia Iudaica et Mahumedana Ex. I. § 40. et in confutatione Anonymi Chiliaetae, (Abfertigung eines vermeinten Chiliaeten) p. 80. Lightfootum ipsum in Miscellaneis Christianis et Iudaicis cap. 19. et 20. T. I. Opp. p. 205. Ioan. Clericum ad Hammondum in Matth. XX. 15. et T. I. Bibl. vniuersalis pag. 386. et Ioan. Georg. Wachterum in Spinossimo Iudaico, (Spinossimus im Judenthum) p. 45. sq. Nihilominus tamen haud assentior Vossio, paullo post subiungenti: *Si itaque exceperis ea, quae ex Euangelis, Aristaeo, Philone, Iosepho et gentium hausere annalibus, nihil omnino de toto hoc tempore (ab Artaxerxe ad Iustinianum) in Iudaeorum supererit scriptis, quod non sit commentitium. Si quid veri de R. Akiba, Hillele et aliis in illorum occurvat libris, omne id habent ab Origene et praecipue Hieronymo, cuius saepe in Talmude fit mentio. Absque illis istorum ne quidem nossent nomina.* Hieronymi in Gemara (sed neutiquam frequentem) fieri mentionem notauit Morinus, propterea vero omnia alia, quae in Talmude praeterea leguntur, commentitia statuere temerarium est. Porro Gemara licet nugis fabulisque sit refertissima, ideo non statim explodenda Mischna, rituumque morumque Hebraicorum, saltem quatenus post euersum templum de illis per traditionem constitit vel adhuc reliquiae eorundem inter Iudaeos superfuerunt, certis-

¹² Vide Ioan. Andr. Danzium de curatione Christi Sabbathica § IV. p. 180. in Meuschenii N. T. e Talmude illustrato.

rissimus thesaurus. Adeoque ubi illa praeceunte, de ritu quodam et more apud Hebraeos usitato Rabbiorum consensus adducitur, is neutiquam contemnendus venit, sed donec certissimis rationibus aut melioribus testimoniis confutari possit amplectendus, et vtiliter adhibendus ad lucem sacris scriptoribus afferendam, quod praeter Drusium, Scheidium, Lightfootum aliosque supra § 1. laudatos ostenderunt Hottingerus in primitiis Heidelbergensibus diss. 3. de usu scriptorum Hebraicorum ad N. T. Ioannes Braunius libro V. selector. sacror. Exerc. 2. de sapientia Hebraeorum. Wagenfeilius in telis igneis Satanæ p. 66. seq. Laur. Oldhelius in synag. bifronte. Francof. 1691. 4. Io. Gothofr. Lakemacherus orat. de studio rabbinico a recentiorum quorundam criminationibus vindicato. Helmst. 1728. 4. rec. parte quarta obs. philologicarum p. 118. Io. Pfefferkornius vna cum Professoribus quibusdam Coloniansibus adeo infesto fuerunt in Talmud librosque Iudaeorum omnes animo, vt Imperatori Maximiliano consilia de comburendis illis suppeditarent. Horum autem conatibus viriliter resistit Ioan. Reuchlinus. Quae quidem res varia ex vtraque parte scripta produxit, quae accuratae enarrat Io. Christo. Wolfius B. H. Vol. I. p. 986. et Vol. IV. p. 956. Ceteroqui in laudandis Rabbiorum testimoniis magno iudicio magna circumspeditione opus est. *Nunquam sine risu*, inquit Ioan. Morinus p. 225. Exerc. Bibl. *legere potui virorum quorundam Hebraice doctissimorum opuscula, qui putant se ex vnus aut alterius Rabbinis neotericis scriptis de antiquis politiois Iudaeorum moribus iudicium ferre posse.*

V. Ex christianis hominibus nemo forte existit hactenus, qui plenum et omnibus numeris absolutum systema antiquitatum Hebraicarum dare nobis instituisse. Plura tamen ebrundem capita egregie illustrat Benedictus Arias, a patria dictus *Montanus* ¹³ in antiquitatum Iudaicarum libris IX. Tomo octauo Criticorum sacrorum Anglorum insertis, et *Guilielm. Goeree* in continuatione Cunaei de republica Hebraeorum, Belgice primum vulgata, dein gallice vna cum Cunaeo Amstelodami 1705. ¹⁴ tribus Voll. 8. atque in opere duplici Belgica lingua edito de Mosaicis antiquitatibus 4 Voll. fol. et de Iudaicis antiquitatibus 2 Voll. fol. Amstelod. 1690 et 1702. cuius elabo-

B 2

ratis-

¹³ Vide Colomesium p. 75. Opusc.

¹⁴ Hisce tribus voluminibus addenda alia duo a V. C. *Iac. Basnagio* edita sub titulo: *Antiquitez Judaïques, ou Remarques critiques sur la Republique des Hebreux.* Amstêrd. 1713. 8. quod opus diuersum est ab eiusdem *Historia Iudaeorum.* Amstêl. 1710. 12. itidem Gallice edita, et sexto Tomo in supplementi et apologiae vicem aucta. Haec Historia Anglice etiam versa lucem vidit Londini, et Gallice Parisiis 1710. sed sine auctoris nomine et mutatis quibusdam atque omissis itemque interpolatis récusâ, curante Lud. Elia

ratissimi et variis elegantibus (utinam ad veterum Iudaeorum mentem semper expressis) tabulis in aes incisus ornatu operis non mediocris est apud multos auctoritas. Hisce accedunt: *Ioannes Lamius* in *den alten jüdischen Heiligthümern Hamburgi* 1701. 1712. et denique 1738 fol. cui ultimæ editioni accesserunt doctissimæ Viri in hisce litteris Summi Joan. Christo. Wolfii annotationes, maximum ei non solum prae prima illa, quæ tribus in suo Voluminibus fuit distincta, sed reliquis quoque, quæ in folio fuerunt excusæ, editionibus decus pretiumque concilians. Dignum fuit visum hoc opus Belgis, ut in linguam eorum conuerteretur. Quæ versio prædit Amstelodami 1726. fol. annotationibus Gerardi Outhoffii instructa; quas quidem nouissimæ editioni inferendas curauit Io. Chr. Wolfius. *Thomas Lewis* in originibus Hebraicis, quæ anglico sermone compositæ, quatuor voluminibus prodire Londini 1724 et 25. in 8. In octo libros diuisum est opus istud; quorum *Primus* agit de originibus et fortuna populi Hebraeorum et Palaestinae, de republica iudaica, synedriis s. iudiciis et poenis. *Secundus* de sacerdotibus eorumque officiis ac reatibus nec non de prophetis veris falsisque, de Nazaraeis, Rechabitis, de sectis, de scribis et publicanis. *Tertius* de excelsis, tabernaculo, templo, synagogis, profeuchis. *Quartus* de Hebraeorum religione, sacramentis et sacrificiis, ieiuniis, festis, anno sabbatico et iubilæo. *Quintus* de idololatria et idololatriis, de Samaritanis aliisque, et c. 22. inprimis trahit vindicias Iudaeorum de falso illis imputato cultu asini, porci, caelorum et Bacchi. *Sextus* de vrbe Hierosolyma, Patriarchis, Aechmaloarchis, de legibus ciuilibus et ceremonialibus, seruis, re militari, ponderibus et mensuris, agricultura et re pecuniaria. *Septimus* de Astronomia et computo, aliisque artibus, nec non commerciis, navigatione; studiis, et doctoribus, Talmude et XIII. articulis fidei iudaicae. *Octauus* denique de canone V. T. et libris apocryphis, LXX. Interpretibus, Aristeæ, versione Aquilæ et Chaldaea paraphrasi. Denique *Petrus Iuricu* in Historia critica dogmatum rituumque honorum et malorum, qui in ecclesia Dei obtinuerunt ab Adamo ad Christum vsque, et de origine idololatriæ ex collatione Iudaismi illustratae. Amstelod. 1704. 4. Gallice, vna cum appendice, et anglice Londini 1705. 8. duobus voluminibus.

VI. Sparsim quoque multa attingunt *Ioan. Buxtorfius* in Lexico Talmudico

Elis du Pin Nonnulla in eadem reprehendit vir doctissimus Maturinus Veiffierius la Crose in libro gallico quem nomine suo dissimulato edidit, *entretiens sur divers sujets d'Histoire, de littérature, de Religion et de Critique*, à Cologne 1712, 12. p. 126. sq. et Richard Simon in *Bibl. noua selecta* ibidem Gallice edita T. 2. c. 16. p. 254. sq. Ipse Basnagius nouam historiae suae ind. editionem Hagæ Comitum 1716. 8. curauit, nouem tomis distinctam, et praefatione apologetica munitam.

dieo et in variis dissertationibus; *Ioannes Henricus Otto* in Lexicō Rabbini-
Philologico; *Ioannes* praecipue *Lightfootus*, et ex quo hic subinde profecit
Henricus Ainsworthus, tum *Ioan. Seldemus*, *Ioan. Cocceius*, *Ioan. Henric. Hot-*
tingerus, *Iac. Abingius*, *Constantinus L'Empercur* siue *Imperator*, *Ioan. Christo-*
Wagenfilius in suis scriptis, *Hermannus Witsus* in suis Miscellaneis, *Theodo-*
rus Dassonius in suis dissertationibus, et in collegiis, siue praelectionibus,
quae calamo exceptae in studiosorum manibus circumferuntur; *Ioan. Andr.*
Danzius item, *Ioan. Christo. Wichmanshausen*, *Conr. Ikenius*, *Io. Georg. Micha-*
elis in Dissertat. suis. Videntur et hoc loco commemorandae esse DD. *Ioan.*
Conr. Dieterici, et *Ioan. Andr. Quenstadii* antiquitates Biblicae. *Ioachimi* item
Hildebrandi post auctoris mortem vulgatae a Rev. *Ioan. Andr. Schmido*, et
Sam. Frieder. Bucheri antiquitates Biblicae. Vitemb. 1729. 4. *Pauli Sherlogi*
dioptra Antiquitat. Hebraicarum libris II. Lugd. 1651. fol. *Cberubini de*
Sancto Iosepho, Carmelitae, apparatus Biblicus, Louan. 1703. fol. 3. Voll.
Chr. Schoettgenii horae hebraicae, supra p. 1. not. 1. laudatae. *Io. Gotthfr. La-*
remacheri obseruat. philologicae et *Augustini Cabnei* Dictionarium Biblicum,
quod prodiit gallice Parisiis 1723. fol. cui deinde accesserunt supplementa
duob. tomis ibid. 1728. fol. Latine illud versum est a *Ioan. Dom. Mansi*. Lu-
cae 1725. fol. Germanica autem interpretatio Voll. IV. in 4. Lignitii. 1751-54.
cum praefatione S. R. Ioecheri prodiit.

VII. Praecipue magnum studium in hoc genere posuit indefessa B. *Bal-*
thasaris Scheidii, Professoris quondam Argentoratensis, A. 1670. 26 Nov. de-
nati, industria, licet opera eius edita non sint, at nouem satis spissis voluminibus in
quarto descripta et ad prelum parata exstant in hac vrbe Hamburgensi inter
MSta, quae bibliotheca publica ex liberalitate viri supra laudes *Ioan. Christo-*
Wolfii possidet. In illis Scheidianis quinque volumina occupat Nucleus
Talmudicus et Rabbini-
cus, siue commentarius Talmudicus et Rabbini-
cus in omnes Veteris Testamenti libros atque in Nouum Testamentum, qui quoniam
Drusio omissa tradit inscribitur *Practerita Praeceptorum*. Cetera qua-
tuor volumina in latina versione partium Gemarae et vocabulis peregrinis
Talmudis per Lexici modum interpretandis absoluuntur.

Haud minori diligentia in ipso illo studiorum genere versatus est *Iosua*
Arndius, Praesul olim Gultrouiensis, A. 1685. 7 April. extinctus. Reliquit
enim is plene elaboratam Antiquitatum Iudaicarum clauim siue Lexicon, qua-
le Antiquitatum Eclesiasticarum ab eodem habemus; nec non Locos Com-
munes dogmatum et rituum veterum ac recentium Iudaeorum Rabbiorum
Commentatorum; cui filius *Carolus Arndius*, Hebraicarum literarum in Aca-
demia Rostochienfi olim Professor addere promisit Bibliothecam Antiquitatis
B 3. Iudaicae

Iudaicae selectam. Vide eiusdem Caroli Arndii commentationem de vita et scriptis parentis sui, in Henr. Pippingii memoriis Theologorum p. 178. et orationem inauguralem Rostochii 1711. editam p. 15. 16. Ast vero promissis suis haud sterit filius Car. Arndius.

Inprimis autem harum litterarum studiosi vehementer optarunt, ut in lucem edita fuissent, quae de antiquitatibus Hebraeis ad sacrarum litterarum lucem obseruata olim praclare sunt *Theodoro Dassouio*, qui Wittebergensem primum ac deinde Kiloniensem academiam eruditione sua ac meritis ornauit, et denique Superintendentis Regii generalis partibus in Holsatia regii iuris cum laude functus est, A. 1721. rebus humanis ereptus.

Promisit vir ille Celeberrimus 1. Historiam Hebraeam 2. Versionem codicis Talmudici Menachoth, siue de muneribus frugum Deo oblatis cum tota gemara Babylonica. 3. Lexicon Hebraicum emphaticum.* 4. Versionem Commentarii Salomonis Iarchii,¹⁵ doctissimi litteratoris Hebraei, in Exodum et Leuiticum. 5. Codices nonnullos Mischnicos Latine versos, suae luci restitutos, et a tenebris quibus ab aliis inuoluebantur liberatos, v. g. Codicem Babha Mezia. 6. Mosis Maimonidis titulos duos, nempe titulum de oblationibus, et titulum de siclis. 7. Ioim Tobh, accuratas commentationes in titulum de Iugi sacrificio, et titulum de festo expiatorio. 8. Holocausta, victimas pro peccato et pro reatu caesas, ut et victimas salutare, ex libro antiquissimo *Siphra*, quem Iudaei ferunt in oculis, recensitas. 9. Titulos duos Talmudis Hierosolymitani, nempe titulum de sollempni comparitione in festis, et titulum de primitiis. Quos a se expectandos labores Ipse B. Dassouius vberius recensitos inferi iussit Nouis litterariis maris Baltici A. 1705. p. 86. Dolendum certe vehementer est, tantum reconditae eruditionis iudaicae thesaurum¹⁶ tenebris premi, nec quiquam ex eo in lucem prodisse; eoque magis mirandum est, neminem huic euulgando manus admouisse, quam ipse Dassouius, teste Erico Benzelio in notitia litteraria p. 56. maturandae editioni certam pecuniae summam legauerit.

VIII.² Succinctius in tironum usum complexi pleraque sunt Germanica quidem lingua M. *Christophorus Semler* in antiquitatibus S. Scripturae. Halae 1708. 12. et *Paulus Christophorus Hoepfnerus* in Hierosolyma antiqua. Ib. 1715. 12. uterque liber iunctim excusus est Halae 1732. 8. *Ioannes Iacobus*

* Huius Specimen Part. 3. animaduers. philolog. a se edit. adiecit S. V. I. D. Wincklerus.

¹⁵ Commentarium R. Salom. Iarchi in totum Pentateuchum latine ex versione sua edit. Vir nobilissimus Io. Frid. Breithaupt. Gothae 1710. 4.

¹⁶ Laurentius Normannus, Vir orientalia philologiae peritissimus, tanti fecit Dassouianae haec antiquitates, ut maximam partem sua manu describeret, quod quidem exemplar in bibliotheca publica Upsalensi asseruatur.

bus Schmidius item in biblico Historico. Lipsiae 1728. Cuius libri in septem distributi partes pars vltima antiquitates iudaicas persequitur. Et *Caspar Abellius* in antiquitatibus iudaicis. Gardelegae 1736. 8. qui tamen liber potius historiam gentis hebraeae, quam accuratam antiquitatum hebraicarum expositionem exhibet. Anglica lingua *Thomas Goodwin* in Mose et Aaron, siue de ritibus et antiquitatibus hebraicis, qui ex vernacula saepius editus, hinc Belgice quoque, Daniele Peenio interprete, recusus apud Batavos Amstelod. 1694. 8. et latine cum notis breuibus Io. Henrici Reirzii, Breae 1679. et sexta vice ibid. 1722. 8. cum nouis eiusdem editoris animaduersionibus et Herm. Witsii dissertat. duplici de theocratia Israelitica et Rechabitis. Cum clarissimi Ioan. Henrici Hottingeri Nepotis, notis et animaduersionibus prima vice Francof. ad Moen. 1710. 8. et demum Lugd. Batav. 1724. 8. cui accesserunt Laudati Reizii notae, et Taconis van den Honert praefatio commendatitia. Denique cum amplissimo Viri in hoc litterarum genere summi Ioan. Gottlob Carpzouii, Theologi de ecclesia puriori longe meritissimi commentario ita expositum est Goodwini compendium, vt iam systematis nomen merito tueri queat. Belgica lingua *Daniel le Roy* in antiquitatibus iudaicis, Roterodami 1702. 8. et *Iac. Leydeckerus* in Adamo, Mose et Christo. Gallica *Iacobus Infantius (L'Enfant)* in introd. in N. T. gallicae N. T. versioni, a se Amstelod. 1718. 4. editae, praemissa: quam in germanicam linguam conuersam Lipsiae 1730. 8. edidit Ioan. Fr. Christo. Ernesti. Et *Claudius Fleury* in libro, cuius index est: mores Israelitarum. Parisiis 1681. edito et Hagae Comitum 1682. 12. recuso; deinde in Belgicam linguam, interprete D. Ghuis Amstelod. 1702. 8. in germanicam per Ioan. Enckhufen. Hanouerae 1708. 8. conuerso. His addendi, qui latine scripsere *Ioan. Leusdenius* in Philologo Hebraeo mixto Vltra. 1682. 4. *Augustus Pfeifferus ὁ μακροβίτης* in Specimine antiquitatum sacrarum et antiquitatibus Hebraicis selectis Lipsi 1685. 12. et inter opera Philologica, Vltra. 1704. 4. quibus addas licet eius ἀκρωγυραφίαν antiquitatum Hebraicarum, quam Witteb. 1670. euulgaram, auctiorem dedit in Critica sacra, p. 150. edit. recentiss. cum accessionibus Ioan. Andr. Mich. Nagelii. Altorfii 1751. excusae, et locupletatam a se exhibet *Ioan. Iacob. Schudt* in Deliciis Hebraeo-Philologicis Historiae ipsius Iudaicae subiectis p. 147. seq. qui et ipse p. 166—177. aliquam scriptorum de antiquitatibus Hebraicis notitiam tradere instituit. *Henr. Iac. van Basbuisen* in Sciagraphia Systematis Antiquitatum Hebraicarum; Hanouiae 1702. 4. et Systemate Antiquitatum Hebraicarum minori. ibid. 1715. 8. *Hadriamus Relandus* in Antiquitatibus sacris veterum Hebraeorum, quod elegans compendium prodijt Vltra. 1708. 8. et longe locupletius 1712. 8. ac deinde

deinde iteratis vicibus etiam in Germania recusum est. *Bernardus Lamius* in Apparatu Biblico Lugd. Batavor. 1711. 8. auctiusque recuso Lugd. Gallor. 1723. 4. *Ioachimus Langius* in mysterio Christi ac Christianismi in fasciistypicis antiquitatum Biblicarum Veteri Testam. Halae 1717. 4. *Conradus Ikenius* Professor nuper eruditissimus linguarum orientalium in Gymnasio Bremano in Antiquitatibus Hebraicis secundum triplicem statum Iudaeorum, Ecclesiasticum, Politicum et Oeconomicum, Breae 1730. 8. euulgatis, saepiusque et nouissime 1741. ibidem recufis. *Ioannes Mayerus* in Antiquitatibus Sacris editis ab H. A. Reutero. 1733. 8. *Ioannes Henr. Zopfius* in Introductione in Antiquitates sacras veterum Hebraeorum. Halae 1734. 8. *Ioan. Leonh. Rechenbergerus* in Sacris Iudaeorum ritibus antiquis. Ienae 1740. 8. *B. S. Cremerus* in Poëtile Antiquitatum Sacrarum sub variis speculationibus et contemplationibus exhibita. Amstelod. 1740. 4. *Theodorus Dassonius* in Antiquitatibus Hebraicis, e MSto B. Auctoris editis Hafniae 1742. 8. et *Andr. Georg. Wachnerus*, V. C. in Antiquitatibus Hebraeorum. Göttingae 1743. 8.

IX. Non defuere praeterea, qui speciale quoddam argumentum promittentes in omnifaria tamen antiquitatum Hebraicarum genera sunt euagati, quales sunt *Ioan. Stephanus Menochius*, *Carolus Sigonius* et *Melchior Leydeckerus* in scriptis de Republica Hebraeorum, praesertim si in Sigonium notae conferantur *Ioannis Nicolai*, auctius recufae 1701. Amstel. 4. et *Laurentii Maffei*, Sigonii libro T. IV. opp. Sigonii Mediolani 1734. iunctim editorum inserto adspersae. His etiam accenseri poterit *Fortunatus Scacchus* in sacrorum Eleo-chrysmatum Myrotheciis tribus, quae ex edit. Romana 1625. 1627. 1637. 4. rarissime antea inueniebantur, nunc vero obuia sunt ex edit. Amstelodamensi A. 1701. fol.

X. Recentiorum Iudaeorum ritus et consuetudines in quibusdam saltem cum antiquis conueniunt, etsi in multis probe noui tum ab illis tum inter se differant, quam in rem praeclare laudatus Dassonius errare obseruat eos, qui si in Buxtorfii *Synagoga Iudaica* (Germanice primum A. 1604. a Ioanne Buxtorfio patre, deinde latine ex Dauidis Clerici versione, et subinde auctius a filio et nepote edita) aliisque eiusmodi recentioribus libellis multa ridicula absurdaqae legunt, statim illa Iudaeis omnibus impingunt, quamuis Buxtorfius non viuendi rationes Iudaeorum omnium describere intenderit, sed praecipue Germanorum hodiernorum, qui ad faciem gentis Iudaicae referri debent, a quibus ad florentem Dei populum concludere uelle esset absurdissimum. Nam Iudaei Hispani Lusitanique in plerisque dissentiant ab istis Germanorum deliriis in *Synagoga Buxtorfiana* recensitis, ueluti uerissime demonstrat

monstrat Menasseh ben Israel in libro Thesaurò dos Dittim, qui in quatuor partes distinctus et Amstelod. 1647. 8. Lusitanice excusus est: immo Iudaei hodierni in Barbaria Germanorum fere ineptias ignorant, et longe alia ratione viuunt, teste Lancelotto Addisonio Dòctore Anglo in libello, qui inscribitur: *the present state of the Jews in Barbaria*, Londini 1676. 12. typis exscripto, germanice verso et inserto Asiaticis et Africanis memorabilibus horum temporum, *απορύκτως*, Norimb. 1676. 4. euulgatis. De Iudaeis in Italia consulendus est Leo Mutinensis in *historia rituum Hebraeorum praesentis temporis* siue libro de caerimoniis et consuetudinibus Iudaeorum, qui cum Iac. Gaffarelli latina praefatione, quaedam Leoni omissa supplente, primum editus Italice Parisiis 1637. 12. deinde anno interfecto emendatus auctore ipso curante Venetiis, in qua editione iussa superiorum loca Scripturae (obseruante Richardo Simone) ex vulgata translatae addita, et quaedam omissa, vt docet Io. Seldenus c. 14. de successione in bona defuncti, et Vxor. Hebr. p. 57. nec non integra capita adiecta, quae sistuntur a Io. Christo. Wolfio Bibl. Hebr. Vol. III. p. 299. Hunc Leonis libellum Gallice vertit et insigni praefatione binisque dissertationibus de Caraitis et Samaritanis auxit Rich. Simon sub nomine *Recared Schimeon* Paris. 1674. 12. Iterumque altera editione sub nomine *de Simonville*, cui adiecta est eiusdem collatio rituum Iudaicorum et Christianorum. Hanc denique nouissime in Caerimoniis et Consuetudinibus sacris omnium orbis terrarum populorum gallice Amstelod. 1723. fol. edi coeptis, et quidem in limine Tomi primi recusam, cui addita est dissertatio noua de caerimoniis hodiernorum Iudaeorum, latine translata habemus a Ioan. Valent. *Grosgebauer* Francof. 1693. 12. De ceteris huius libri versionibus, anglicana et belgica vide Io. Chr. Wolfium B. H. Vol. I. p. 416. et Vol. III. p. 299. Exstant quoque R. *Simeonis Lozzati* liber eruditus itidem Italice de statu et conditione Hebraeorum *Discurso circa il stato de gl' Hebrei* Venetiis 1638. 4. e quo insignia quaedam excerpta dedit Io. Christo. Wolfius B. H. Vol. IV. p. 116. ff. et *Pauli Sebastiani Medici*, Ex-Iudaei Itali, liber Italico sermone compositus, de ritibus et consuetudinibus Hebraeorum; qui Mediolani 1738. 8. secunda vice, cum praemissa ad Iudaeos epistola, atque annotationibus Nicolai Stratae, itidem Ex-Iudaei et sacerdotis catholici, est excusus. Praetereo Iudaeorum recentium *Minbagim*, s. ritualia, de quibus consul. I. C. Wolfius B. H. Vol. II. p. 1314 et seq. et Vol. III. p. 1203. et *Machsorim*, s. praecum sollemnium libellos, quibus videntur in Synagogis; quos accurate recenset laudatus Wolfius B. H. Vol. II. p. 1334. ff. et Vol. III. p. 1200 et seq. Neque prolixè commemorabo Ex-Iudaeorum *Christophori Pauli Meieri* tractatum Germanica lingua editum von der heutigen Juden Ges

28 CAP. I. ANTIQVITATVM HEBRAICARVM

remonien und Gebräuchen insgemein, und durchs ganze Jahr. Witeb. 1679. 4. et Gedani 1681. 4. *Frider. Alberti Christiani* de *Juden Glaube und Aberglaube*, et *Antonii Margaritae* ganze jüdische Glaube, vtraque cum praefat. V. C. Christiani Reineccii recusa Lipsiae 1705. 8. de quibus aliisque huc facientibus videndus est Io. Christo. Wolfius B. H. Vol. II. p. 1082. Vbi p. 1083. ff. et Vol. IV. p. 507. *Scriptores Christiani*, qui in hoc ipso negotio operam suam collocarunt, regensentur; quibus addendus, qui nouissime in hac studio occupatus fuit *Joan. Christoph. Bodenschatz* in *constitutione ecclesiastica Iudaeorum bodiernorum*, germanice partibus quatuor euulgata Francof. et Lipsi. 1748. et 49. 4.

— — Theophrastus, siue de illius libris, qui iniuria temporis interciderunt, liber singularis.

— — Lectiones Theophrastae, in quibus eorum librorum, qui supersunt, loca aliquot emendantur.

Accedit Adolphi Forstii Epistola de obitu V. C. Ioannis Meursii ad filium eius Ioannem, Iuvenem praestantissimum, ut et Epitaphia in eiusdem morte per A. Buchellium et Nicolaum Heinsum.

Manus Aeneae Cecropii Votum referentis dilucidatio, Auctore *Isidoro Philippo Tomafino*, cum figuris.

Olauii Falconerii de numo Apamensi, Deucalionis diluuii typum exhibente, dissertatio, cum figuris.

Georgii Schubarti Enarratio parergica metamorphoseos Ouidianae de Diluuiio Deucalionis.

Tanaquilii Fabri Vitae Poetarum Graecorum: ubi de eorundem Patria, Moribus, Scriptis, etc. perspicue ac compendiose differtur: Ex Gallico idiomate in Latinum translatae.

Iosephi Barberii de miseria Poetarum Graecorum liber.

Petri Castellani Vitae veterum et illustrium Medicorum, qui toto orbe vsque ad saeculum XIII. floruerunt.

Joannis Henrici Boeckeri de Scriptoribus Graecis et Latinis, ab Homero ad initium saeculi post Christum Natum decimi sexti commentatio.

Helladii Besantinoi Chrestomathiae: Graecae, cum interpretatione Latina et notis Ioannis Meursii.

Ioannis a Wower de Polymathia tractatio: Integri operis de studiis veterum ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΩΝ, cum Praefatione Jacobi Thomassii. Accesserunt praeterea Auctoris Vita et Elogia in Polymathiam, item tabellae synopticae.

Iosephi Laurentii de Professoribus, Oratoribus, Nomenclatoribus et litteris collectio.

Ioannis Meursii Bibliothecae Graecae libri tres: ex chirographo Auctoris nunc primum editi.

— — Bibliotheca Attica, siue de antiquis Atticis scriptoribus, eorumque item operibus, libri IX. ex chirographo Auctoris nunc primum editi.

Leonis Allatii de Patria Homeri liber, cum figuris.

— — Homeri Natales, Graecae, cum Interpretatione Latina Andreae Baiani.

Tomus XI.

Dicaearchi Geographica quaedam, siue de vita Graeciae, Eiusdem descriptio Graeciae, versibus Iambicis, ad Theophrastum, Henrico Stephano Interprete, cum ipsius et Isaaci Casauboni Annotationibus. Accedit Henrici Stephani ad Dicaearchum et suam in illum lucubrationem Appendicula.

Henrici Stephani Dialogus, Dicaearchi Sympraetor: vel de Graecorum moribus, praesertimque Atheniensem, supplementum.

Erasmi Vindingii Pauli F. Hellen, in quo singulorum antiquae Graeciae populorum incunabula, migrationes, coloniarum deductiones, et res praecipuae

- puae gestae, vrbiumque et regnorum origines, mutationes, interitus, et Principum in iis successiones, è Graecis praecipue scriptoribus, Historicis, Poetis, Geographis, Oratoribus et Grammaticis exponuntur. *Ex MS. Auctoris autographo nunc primum eduntur.*
- Lazari Bayssi* de re Nauali liber: seu annotationes in L. 2. De Captiuis, et Postliminio reuersis. *cum figuris.*
- Stephani Doleti* de re Nauali liber, *ad Lazarum Bayssum.*
- Caecilii Calcagnini* de re Nauatica commentatio, *ad Liliam Gregorium Gyraldum.*
- Ioannis Schefferi* de varietate Nauium Dissertatio.
- Iosephi Laurentii* de varietate Nauium schediasma.
- Ioachimi Camerarii* Hippocomicus, seu de curandis Equis: item de nominibus Equestribus Graecis et Latinis, collectio.
- Iulii Caesaris Bulengeri* de Triumphis, Spoliis bellicis, Tropaeis, Arcubus Triumphalibus, et Pompa Triumphi, liber vnicus.
- Francisci Modii* de Triumphis, Ludis, et Spectaculis veterum, libri duo.
- Ioannis Meursii* de Funere, liber singularis, in quo Graeci et Romani ritus.
- Iosephi Laurentii* de Funeribus Antiquorum Tractatus: in quo ritus funebres ante Rogum, in Rogo, et post Rogum explicantur ac illustrantur.
- Ioannis Andreae Quensbedii* de Sepultura Veterum tractatus: siue de antiquis ritibus sepulchralibus Graecorum, Romanorum, Iudaeorum, et Christianorum.
- Petri la Seine* Homeri Nepenthes seu de Abolendo Luctu liber.

Tomus XII.

- Veterum Sepulchra*, seu Mausolea Romanorum et Etruscorum, inuenta in vrbe Roma, aliisque locis celebribus; in quibus multa ad eruditionem monumenta continentur, collecta et delineata à *Petro Sanctio Bartolio*, cum explicationibus *Ioannis Petri Bellorii*. Ex Italico in Latinum sermonem transtulit *Alexander Dukerus*. cum figuris.
- Veterum Lucernae Sepulcrales*, collectae ex cauernis et specubus subterraneis vrbis Romae, figuris aeneis expressae: in quibus multa ad eruditionem monumenta continentur, delineatae secundum formas suas à *Petro Sanctio Bartolio*. Diuisae in tres partes, cum obseruationibus *Ioannis Petri Bellorii*. Ex Italico in Latinum sermonem transtulit *Alexander Dukerus*. Editio auctior.
- Ioannis Potteri* Archaeologiae Graecae libri IV. siue Antiquitatum Graecae Corpus absolutissimum; ex Anglico in Latinum versum: nunc iterum ab Auctore ipso recognitum, emendatum, ac fere dimidia parte auctum; cum proprio *Indice et figuris aeneis*.
- Index locupletissimus in vniuersos XII. Tomos.

CAPVT III.

De Romanarum Antiquitatum Scriptoribus generalibus siue vniuersalibus.

De scriptoribus qui ante Rosinum Antiquitates Romanas condere instituerunt. 1. De Io. Rosino. 2. Tho. Dempstero et Andrea Schotto. 3. De variis compendii Antiquitatum Romanarum. 4. De aliis Antiquitatum Rom. scriptoribus. 5. De Georgii Hieron. Welschii et Flaminii Vaccæ affectis vel ineditis operibus. 6. De scriptoribus Miscellaneis Antiquitates Romanas illustrantibus. 7. 8. 9. 10. Bernardi de Montsaucon antiquitas explanatione et schematibus illustrata. 11. De thesauris antiquitatum Romanarum Graeuiano, Sallengriano et Poleni Supplementis. 12. Conspectus thesauri antiquitatum Romanarum Graeuiani. 13. Conspectus Noui thesauri Antiquitatum Romanarum Sallengriani. 14. Io. Poleni supplementa noua in Romanas et Graecas Graeui et Gronouii Antiquitates. 15. Index scriptorum, antiquitates Romanas illustrantium, Thesauris Italiae ac Siciliae Graeuiano-Burmamianis insertorum. 16. Index Alphabeticus scriptorum qui in utroque thesauro Graeuiano et Gronouiano itemque Sallengrii nouo thesauro antiquit. Romanarum, Poleni supplementis nouis et Thesauris Italiae ac Siciliae Graeuiano-Burmamianis continentur. 17.

I.

Antiquitatum Romanarum corpus moliri perquam multi sunt; vix quisquam perfecit, nemo certe edidit ante Io. Rosinum. Nam *Franciscus Roborsellus* Vtinentis, qui populi Romani sub Imperatoribus Caesaribus Augustis vita et victu quatuor tomos parauerat, opus ingens, in quo de Romanorum magistratibus, rebus forensibus, sacris, militaribus, coloniis, legibus, consuetudinibus, vestitu, victu, studiis, structuris, sepultura, ludis, largitionibus, et familiis agere constituit, vix primi in XV. libros distributi argumenta protulit in lucem, adiunctis nouem disputationibus de Romanorum prouinciis, iudiciis, et omni consuetudine causas agendi, legionibus, magistratibus, familiis, Imperatorum cognominibus, militum praemiis et poenis; honorumque gradibus. Bononiae 1559. fol. Nouem illae disputationes iam ante editae fuerant Patauii A. 1557. fol. adiuncto eiusdem libello aduersus Carolum Sigonium de conuenientia supputationis annorum Libitinae cum marmoribus Capitolinis ab vrbe condita vsque ad A. V. 604. Recusae deinde in Tomo primo Miscellaneorum Gaudentii Roberti, singulas

quasdam ex illis in thesaurum suum antiquitatum Romanarum referente illustri Graevio T. 3. et 10. Neque *Omnifrius Panvintus* vel *Carolus Sigonius*, et si variis scriptis de hoc genere litterarum meritissimi, plenum systema rerum Romanarum abscluerunt, neque *Paullus Manutius*, qui auctoribus Petro Bembo et Bernardino Maffei corpus Antiquitatum Romanarum absolutum dare pollicitus fuit libris decem, ¹ sed quorum foli quatuor in lucem editi sunt de Romanorum ciuitate, senatu, legibus et comitiis, suis quique locis infra memorandi; Neque *Alfonfius Ciaccinius*, quem opus de Antiquitatibus Romanis, cum variis figuris molitum notat Mabillonius itineris Italici, p. 96. Neque *Iulius Barbaranus* cuius extat promptuarium rerum electarum praesertim in re Romana. Veronae A. 1564. Venet. 1569. 4. Neque *Franciscus Hottonianus*, cuius libri quinque Antiquitatum Romanarum, qui Tomo tertio eius Operum cura Iac. Lectii editorum Geneuae A. 1599. fol. vix paucissima quaedam capit, de magistratibus, legibus ac poenis et re numaria pertractant. Neque *Pyrrihus Ligorius* Antiquitatum Romanarum scrutator acerrimus et descriptor curiosissimus, cuius triginta circiter volumina maximo labore ex numis maxime congesta Taurini in subalpinis in locupletissima Sabaudi Ducis ac Pedemontani principis Bibliotheca seruari testatur Philippus Labbeus, ² adiungens eiusdem operis tomos IV. reperiri Romae in Bibliotheca Farnesiorum nonnullosque in Cimeliario Reginae Christinae. Neque *Fulius Vrsinus* cuius commentarios rerum vrbanae manu exaratos in Bibl. Vaticana extare testatur Iustus Rycquius lib. de Capitolio Rom. p. 451. Neque *Wolfgangius Lazius* cuius libri XII. de Rep. Romana in exteris prouinciis bello acquisitis constituta Basil. 1551. et auctiores Francof. A. 1598. fol. editi varias quidem et plurimas res Romanas magno studio illustant et de limitibus, praetoriis, magistratibus, muniis ciuilibus et militaribus, exercitiis, legionibus, classibus, coloniis, municipiis, ritibus, ludis, sacrisque variis agunt sed et ordine destituuntur, mole sua laborantes et pro iusto atque accurato corpore ac systemate Antiquit. Rom. haberi vix possunt. Neque *Paulus Merula*, in cuius Operibus posthumis Lugd. Bat. 1684. 4. editis Antiquitates Romanorum h. e. commentarii de sacrificiis, sacerdotibus, de legibus comitiisque et praemiis militaribus continentur. Neque *Flavius Blondus* de cuius Roma triumphante infra dicturus sum; Neque *Barnabas Briffonius*, cuius libri VIII. de formulis et sollempnibus populi Romani verbis

¹ Vide Manutii praefat. libro de legibus Rom. praemissam, et Graevii Epistolae p. 237. seq. siue praefat. Tomi I. thesauri Antiqu. Rom.

² Adde Scipionis Maffei Epistolam ad Apostolum Zenum in memòriis Litterariis T. 2. A. 1712. p. 344. seq. et Ephemerides Italiae T. 6. p. 482. ac Petri Burmanni Junior. orat. in obitum Iac. Philippi d'Orville. Amstel. 1751. 4. pag. 25.

magnam tamen lacrimam omnibus partibus Antiquitatum Romanarum affundunt, editi Paris. 1582. fol. Francof. apud Ioan. Wechelium 1592. 4. Halsee 1731. fol. curante *Franc. Car. Conrado*, qui argumenta capitulum, quibus singuli libri constant, et *Briffonii* vitam atque elogium praemittit, et notissime cum curis nouis et animaduersionibus *Io. Aug. Bachii*, Lips. 1754. fol. Neque *Iustus Lipsius* denique, cuius *Lexicon rituale Romanum*, quod per annos 30. molitus fuerat vir doctissimus, lucem nunquam adspexit, quamuis editis eius scriptis tum aliis infra suo loco commemorandis, tum in *electis* maxime et ad *Facitum* commentariis lux plane insignis afferatur Antiquitatibus Romanis et bene multis et maxime reconditis: unde natum facis historicae siue Antiquariae compendium ex *Operibus Lipsii* excerptum, quod plus simplici vice prodiit sub titulo *Romae illustratae ab Antonio Thysio* siue *Io. Thysio* potius collectum et nouissime reclusum in Anglia, forma minore, cura *Georgii Fabricii* (male *Patricii* legitur in *Nouellis Reip. literariae Anni 1699. mense Octobr. p. 469.*) collatione veteris *Romae* cum noua sed (prioris ac minus perfectae editionis) aliisque libellis ex *Lipsio* excerptis.

II. Primus itaque *Io. Rosinus* *Isenacensis*, *Ecclesiastes templi cathedralis Numburgensis*, qui A. 1619. vel sec. alios 1626. 7 Octobr. pestilentia correptus obiit, *Antiquitatum Romanarum* corpus libris decem complexus vulgavit *Basilae* A. 1583. fol. recusum *Lugd.* 1609. 4. de quo recte *Barthius* ad *Rutilium* pag. 188. sentit, quod nemo fere minore ambitione utilius et planius res priscae iuuentutem doceat. Neque contemnendus est ordo, quem seruat vir diligentissimus et non tantum veteribus monumentis sed et recentiorum obseruationibus assidue usus: *Onufrii*, *Manutii*, *Sigonii*, *Ciacconii*, *Petri Pirhoei*, *Brodae*, *Polleti*, *Cuiacii*, *Briffonii*, *Hottomanni*, *Ruardi*, *Marliani*, *Rhodigini*, *Gyraldi*, *Grucchi*, *Riuallii*, *Gruteri*, *Turnebi*, *Lipsii* et *Scaligeri*. Quanquam non ignoro acerrimo *Reinesii* iudicio p. 58. Var. lection. in quoduis opus condemnandum potius *Rosinum* quam ad *Romanas antiquitates* digerendas admitendum fuisse, quod nihil sanè ubique fere doceat, nisi cum auctores integros describit, atque ut ait p. 54. quae minimum intelligit, docere alios praesumat. Sed non minus iniquissimum censco hoc iudicium esse quam acerrimum, licet illud sequantur et probent *Kippingius* praef. ad *Antiqu. Roman.* *Thomas Crenius* I. animadv. philolog. p. 39. itemque alii. Age enim fac, vno altero loco lapsus fuisse, qui primus omnia vno libro complecti et in usum studioforum ex antiquis relictibusque ordine ebligere ac perspicue digerere conatus est, num propterea tam inhumane accipiendus erat, quod rem omnium confessione utilissimam quantum potuit diligentissime perfecit? Quis vnquam ab litterariis illis

Heroibus, qui eruditione sua attingunt nubes, expectauit vel vidit Systema vllum perspicuum ac iuuentuti vtile artis vel scientiae cuiuscunque? Permittant itaque ab aliis componi, quod ipsi vel quoniam infra dignitatem suam esse putant haud volunt, vel quia nimis affluit innumerabilium rerum copia, prae recondita magnaue eruditione sua efficere non possunt. Ceterum de Rosino praeter Martinum Hankium libro vtroque de Romanorum rerum scriptoribus, Koenigium in Bibl. et Christ. Frid. Paulini in Annalibus Menacensibus pag. 234. videbis, vbi lubebit Acta Eruditorum germanice edita parte LV. pag. 491. ff. et parte LVII. pag. 674. ff. et qui diuersa nonnulla tradit viri clarissimi Io. Georg. Ekkardti excerpta librorum nouorum, mense Iunio Anni 1701. p. 62. 63. vbi mentionem facit vitae Rosini ineditae, scriptae ab Esais Leichfaldero. Varia etiam de Rosino collegit personatus Adolphus Charmundus sive Rudigerus parte quinta vitarum Germanice editarum p. 165. sqq.

III. Ad Rosinum Paralipomena sive farraginem variarum doctarum obseruationum Antiquitates Romanas Rosino vel praeteritas vel minus explicatas illustrantium adiecit Thomas Dempsterus a Muresk, I. C. Scotus, Professor Pisanus primum, dein Bononiensis, vir immensae vt ferunt memoriae, ita vt quid esset obliuio diceret se ignorare: infinitae lectionis, qui 14. horae diei legendis libris continuare soleret, ceterum ad rixas et contentiones promus et iudicii non adeo magni, ne cum Iacobo Vsserio libro de Antiquitatibus Britannicarum Ecclesiarum, dicam plane nullius. Vide de eo praeter Hankium parte 2. de Roman. rerum scriptoribus et Thomam Pope Blount in Caesara celeberrimi scriptorum, Miraeum de scriptoribus seculi XVI. p. 161. Andr. Saussacum in Bellarmino continuato p. 82. Erythraei sive Iulii Victoris Rosii Pinacothecam 1. p. 24. seq. Hieron. Ghilini theatrum virorum doctorum part. 2. p. 235. et auctorem libri gallice editi Paris. 1707. 12. abrégé de l'histoire des Savans p. 269. ff. Prima editio paralipomenon Dempsteri ad Rosinum in lucem prodit Parisiis A. 1613. fol. Saepius deinde recusa suat cum Rosino tum in Germania Colon. Agripp. 1619. 1645. 1662. Genev. 1620. 4. additis etiam Andreae Schotti Iesuitae, viri optimi et doctissimi electis de gentibus, familiis, tribubus rusticis vrbansque, et ludis ac festis Romanarum. Tum apud Batauos Cornelio Schraenelio curante, adiunctis figuris aeneis ex Lipsia fere et Onusio depromptis Lugd. Bat. 1662. 4. atque ab eo tempore plus simplici vice etiam Traiecti ad Rhen., curante Sam. Pitisc., et nouissime Amstelod. 1743. 4. cura I. F. Reitzii, sed nullis locupletata accessionibus.

IV. Breue compendium tironibus exhibent praeter *Iac. Maspinium* superiore capite a me laudatum, Antiquitates Romanae Sacrae, Civiles, Militares, Oeconomicae *Philippi Caroli*, Neoburgo Palatini, et in Acad. Altdorfina Professoris, (qui inde A. 1629. desertis vxore et liberis ad Pontificiorum coetus transiit, A. 1639. in Austria defunctus. Vide *Omeisium* in gloria Academiae Altdorfinae p. 94. 172.) Prodiit huius Caroli libellus minori forma Francof. 1643. et 1670. cum Andr. Dominici Flocci, Pomponii Laeti, Raphael. Volaterrani et Valerii Probi libellis passim obuiis, et Altenb. 1663. 8. cum notis Mich. Christi. Ludouici, reculus ibid. 1716. 8. Paulo pleniùs Antiquitatum Romanarum compendium Anglica lingua dedit *Thomas Goodwin* Lond. 1648. 4. saepius deinde reculum, Belgice etiam editum a Dan. Peenio Amstelod. 1694. 8. Quemadmodum latina lingua habemus *Thomae Belli* Edinburgensis Romam restitutam, siue Antiquitatum Romanarum compendium insignè, vulgatum Londini 1677. 8. et Clarissimo Almeloouenio curante reculum Amst. 1700. 8. et additis iconibus ibid. 1716. 8. His iungenda *Basilii Kennet* Romae antiquae notitia, siue Antiquitatum Romanarum descriptio, edita Anglice Londini 1696. 1708. et 1731. 8. et Belgice ex *Wilhelmi Sewel* versione cum Francisci Desseine descriptione Romae nouae. 1704. fol. Hinc prodiit Rituum, qui olim apud Romanos obtinuerunt succincta et perspicua explicatio auctore *G. H. Nienport*, eo vel inprimis laudanda nomine, quod veteres semper scriptores laudat. Traiecti 1712. 8. et Budissae 1713. 8. Deinde multo auctior Traiecti 1716. et 1723. 8. Tum ibid. 1734. 8. cura *Guil. Othonis Reizii*, qui duas adiecit appendices, et Argentorati 1738. 8. cum figuris cura *Ioan. Dan. Schoepflii*. Denique Berolini 1743. et 1750. 8. cum proluf. *Ioan. Matth. Gesneri*. Tum *Ioan. Casparis Santaroc*, Professoris Marpurgensis, breuiarium Antiquitatum Romanarum, ex ipsis scriptorum classicorum fontibus deriuatum, Francof. 1712. et 1730. 12. cui editioni accessit Descriptio breuis Antiquitatum Graecarum. *Pauli quoque Christiani Hoepfneri* Roma antiqua commemoranda Halae Saxonum 1709. 12. in qua per quaestiones et responsiones summa capita Antiquitatum Romanarum germanica lingua in tironum vsum breuiter exponuntur. In Eiusdem Auctoris Roma media Halae 1713. eadem forma edita ritus Romanorum sub Imperatoribus inde ab Augusto vsque ad Carolum M. eadem methodo eharantur. Neque omittendus *Fridericus Hildebrandus*, Rector scholae Martisburgensis in Antiquitatibus Romanis alphabetico ordine digestis, breui libello in quo Ienae 1657. cuius secunda editio auctior et correctior Ienae 1671. 8. lucem vidit. Octauum prodiit A. 1701. 12. cum *Ottonis Aicherii* libris tribus de comitijs Romanorum. Alphabetico ordine Romanas Antiquitates pie-

rasque etiam digessit *Iosephus Laurentius*, Lutensis, in Polymathiae suae libro quinto et sexto, qui in quatuor prioribus etiam varia capita Graecarum pariter Romanarumque Antiquitatum fusius illustrat ac persequitur. Prodiit opus non contemnendum Vicentiae A. 1631. 4. et auctius Lugd. 1666. fol. licet in hac posteriore editione Epistolae, quibus singulas diatribas viris doctis inscripserat Laurentius, sint omissae. Ex hoc Laurentii opere depromtae sunt variae diatribae, quas thesauro suo Graecarum Antiquitatum Clarissimus Gronovius inseruit. De *Daneti* Dictionario Antiquitatum Graecarum et Romanarum pridem edito iam dictum est capite superiore. Hic praetereundum non est copiosissimum accuratissimumque *Samuelis Pitisci* Lexicon Antiquitatum Romanarum, quod primum lucem vidit Leovardiae 1713. duobus tomis in folio; deinde recusum est Venetiis 1719. fol. tribus tomis, et Haegae Comitum 1737. itid. tribus tomis in folio. Memorandi etiam hoc loco libri quatuor Antiquitatum Romanarum ab *Heihrico Kippingio* 3 Rostochiensis, Conrectore Bremensi A. 1678. 26 Febr. quum apoplexia tactus esset inter docendum aetat. 44. defuncto editarum Bremae A. 1661. 1664. 1668. 1674. 1679. Franeg. 1684. 1695. 8. ac perquam nitide cum vita auctoris a Ioanne Hamghorst scripta et pulchris tabulis aeneis Lugd. Batav. 1713. 8. Vix dimidia autem pars operis Kippingiani lucem aspexit, parte altera quidem ad editionem parata, sed post auctoris obitum perditam, ut notavit Ioan. Georg. Eckhardus in excerptis Reipubl. litterariae supra laudatis p. 63. sq. mense Junio A. 1701. *Petri Iosephi Cantelii* Iesuitae de Romana Republica; siue de re militari et civili Romanorum elegans compendium ad explicandos scriptores antiquos comparatum prodiit primum Parisiis 1684. 12. deinde Ultraiecti 1688. additum e Lipsio Onufrioque tabulis quibusdam aeneis, tum ibid. A. 1691. 1696. 1707. 12. denique Venetiis 1730. 8. cui editioni acc. duae dissertationes; altera de praecipuis veterum Romanorum sacrificiis, altera de Romanorum nuptiis. *Franciscus Pomey*, S. L. in Epitome Antiquitatum Romanarum omnem punctum tulisset, si absolueret illi datum fuisset opus, cuius prima pars tantum de Diis 4. existat saepius edita, ceterae novem fato auctoris sunt interceptae, 2. de sacerdotiis, 3. de comitiis et magistratibus, 4. de nuptiarum ritibus, 5. de re bellica, 6. de ludis et spectaculis, 7. de re vestiarum, 8. de mensis

³ De hoc Kippingio et aliis eius scriptis vide Ephemerides Litterariae Germanice editas Lipsiae sub titulo: *Neuer Bücher-saal* XXVI. Deynung p. 122. ff. Aga Bruditor. T. VI. suppl. 518. In eius Antiquitatibus nonnulla notat Ioannes Fabricius T. VI. Biblioth. pag. 357. sq.

⁴ Haec gallice etiam Tenantio interprete A. 1715. lucem vidit sub titulo: *Method pour apprendre l'histoire des faux Dieux de l'antiquité.*

mensis et epulis, 9. de variis urbanae vite officiis, 10. de funeribus et sepulcris. Nunquam visus mihi *Lucii Fauni* liber de antiquitatibus urbis Romae, quas, ut ait in Bibliotheca Simlerus, ab antiquis potisque auctoribus excerptas summa breuitate ordineque disposuit Venetiis 1549. 1553. 1559. 8. *Georgii Portii* Specchio overo compendio dell' Antichita di Roma sacre e profane Rom. 1625. 12. *Ioan. Camer.* *Dieterici* Antiquitatum Romanarum compendium, cum excerptis ex *Patrii Saintseurii* Monspeliensis libello de rebus illustribus memorabilibus. Francus. 1643. 12. *Ludovici Contareni* Antichita de Roma; sito, Imperadori, familie, statue, chiese Venet. 1575. etc. 8. 2 Voll. His addendi, qui e recentioribus Romanorum antiquitates generatim exponere laborarunt *Christophorus Cellarius*, cuius Breuiarium antiquitatum Romanarum, quod primum, prodiit Halae 1719. 8. deinde ibid. 1715. recusum atque auctum ab Hieronymo Freyero, tum Hauniae 1743. 8. a Io. Petro Ancherfen sub inscriptione: Breuiarium antiquitatum Romanarum Cellario-Freyerianum suppletum et recognitum, in lucem emissum, denique ex manuscripto libro integrum, adicum et annotationibus illustratum ac quinque appendicibus instructum est a V. Cl. Io. Ern. Walchio Halae. 1748. 8. Hoc compendium ex parte gallice vertit *Ludov. Vasletus* in libro, cuius index: Introduction à la Connoissance des Antiquitez Romaines traduire en partie d'un petit Ouvrage latin de Cellarius, et en partie tirée des meilleurs auteurs anciens et modernes. Hagae Comitum 1723. 12. *Melissantes* siue *Ioan. Godofr. Gregorius* in gazophylacio antiquitatum Romanarum nouiter aperto. Lips. 1715. 8. de quo libro sinistrum extat iudicium in Halensi diario eruditorum (neue Bibliothek) P. XLV. p. 404. sq. *Io. Lac. Schatzius*, qui germanica lingua eulgaui breuem introductionem in antiquitates romanas, Budingae 1726. 8. tertia vice ibid. 1742. 8. excusam. Edidit quoque *Petrus Burmannus* antiquitatum Romanarum breuem descriptionem, saepius et Lipsiae quoque 1739. 8. cum *Adriani Stegeri* praefatione de Ioue Herceo excusam. Notari quoque in primis meretur V. C. *Io. Gott. Heineccii* antiquitatum Romanarum iurisdictionum, illustratum syntagma sec. ordinem institutionum Iustiani digestum, Halae 1719. 8. primum editum, saepiusque recusum. Quinta editio prodiit Argentorati 1741. 8. Compendii et Systematis antiquitatum Romanarum paullo plenioris et accuratioris, quod molitur vir in hisce litteris versatissimus *Albertus Dietericus, Treckell* pars prima, Hagae Comitum 1744. 8. prodiit, quam ut ceterae partes mox sequantur, optamus.

V. A. *Io. Baptista Gasilio* duplex opus habemus praesenti loco laudandum et paullo plenius ex veteribus monumentis varia Antiquitatum Romanarum capita persequens, quorum prius est de urbis ac Romani Imperii splendore

Rom.

Rom. 1650. fol. alterum de veteribus Aegyptiorum Romanorum et Christianorum ritibus Rom. 1644. 4. Francof. 1684. 7. *Guilhelmus Chouli* siue *Coulius* (latine *Brassicanus* a quibusdam dictus) Nobilis Gallus iam ante centum quinquaginta amplius annos lingua patria integrum Systema Antiquitatum Romanarum complecti constituerat libris XII. vt ipse memorat pag. 17. edit. *Vesaliensis Gallicae libri de Religione Romanae*: sed nihil ab eius manu in hoc genere ad nos peruenit praeter librum eximium iam laudatum de religione veterum Romanorum, alterum de Romanorum castrametatione et disciplina militari, et tertium de balneis exercitiisque antiquorum Graecorum pariter ac Romanorum, qui tres libri variis figuris ex monumentis et numis antiquis illustrati extant Lugduni A. 1556. 1569. fol. primam Gallice, hinc Italice editi, et Hispanice A. 1579. et iterum iterum Gallice *Vesaliae* A. 1682. 4. Belgice deinceps, et denique latine Amst. A. 1685. 4. Quod *Patinus* in historia numismatum ait se audiuisset, in Germanicam linguam etiam translata esse haec *Choulii* scripta, fortasse de Belgica versione accipiendum. Extat praeterea *Thesaurus Antiquitatum Romanarum* in eadem Gallica lingua vulgatus auctore *Caesare Egoffeo du Boulay* Paris. 1651. fol. *Iulii Minutoli* Caelestinorum Abbatis Romana Antiquitas dissertationibus Historico Criticis illustrata Romae A. 1689. 8. quo de libro videas licet *Acta Erud.* Tom. 2. supplém. pag. 565. *Cyriaci Lentuli* apex gloriae Romanae, siue de statu Rei Romanae summa in potestate, Magistratibus, iurisdictione, militia, ciuium praerogatiua, sacris et sacerdotibus, ab Vrbe condita per varios mutationum gyros ad nostra Rerum Germanicarum tempora perducta. Francof. 1689. 4. *Vir Clariss. Burchardus Gotthelf Struuius* Professor olim Ienensis tot scriptis editis de re literaria ac studiosa iuuentute meritissimus Antiquitatum Romanarum Syntagma absolutius meditari coepit, cuius pars prima de ritibus sacris Anno 1701. lucem adspexit Ienae 4. praemissa Bibliotheca Antiquitatum generali et speciali, qualem etiam pridem delineauit sed alio ordine methodoque alia *Philippus Labbeus* in *Manuilla antiquariae supellectilis*. Quam vtraque nos ita vtesmur et iam vsi sumus, vt nec negligentia in addendo, digerendo, emendandoque, neque in supine describendo plagii rei possimus videri. *Nicolai Cosmae* libri X. Antiquitatum Romanarum A. 1594. descripti a *Iac. Arleno*, Silesio, manuscripti fuerunt in Bibliotheca *Voekerodiana*; v. eius catal. p. 607. *Ioan. Iac. Bosfordi* antiquitates Romanae IV. Tomis prodierunt Francof. 1597. fol. *Euulgaust* quoque *F. G. Westhoni*, syllogem antiquitatum Romanarum. Dordraci 1731. 4. Ceterum huc spectant *M.*

⁵ Conf. *Memoir. de Trevoux* A. 1706. Octobr. p. 1735. seq. et *History of the Works of the learned* 1702. p. 605.

Anton Ferrati epistolae, quibus selectae quaestiones de Romana republica, et Romanis antiquitatibus succincte pertractantur. Patavii 1699. 8. V. C. Io. Dav. Koeleri Specimen archaeologiae Romanae, siue Miscellanea de Romanis antiquitatibus. Ald. 1707. 4. et *Georgii Ogle*, antiquitas explicata, siue, collectio gemmarum figuratarum, additis earundem descriptionibus, ex auctoribus classicis repetitis, illustrata; Anglice. Londini 1737. 4. In primis autem hac faciunt Antiquitates sacrae et civiles Romanorum explicatae auctore M. A. Y. N. additis tabulis aeneis. Hagae comitum 1726. fol. Et Consuetudines atque ritus omnium gentium, in aere manu Bernardi Picarti aliorumque affabre depicti, commentarioque et dissertationibus virorum doctorum illustrati. Amstelod. 1723. et seqq. fol.

VI. *Georgius Hieronymus Welschius* Medicus et Polyhistor Augustanus eruditissimus, qui ex Bibl. Cassiani a Puteo Equitis Romani usus voluminibus pluribus, quibus praestantissimorum pictorum opera depicta erant plurima prisca monumenta, vestes, utensilia, arma, aliaque genera antiquitatum, pleraque ea qua erant magnitudine, cetera ad leges Geometricas suis pedibus dimensa. Hic non quidem Systema Antiquitatum Romanarum plenum et Rosiniano absolutius elaborare voluit, ut videtur innuere Morhofius *o monumentis* p. 247. lib. 1. polyhist. vel quod apud Clariss. Struivium p. 8. legas, omnibus numeris perficere ipsisque veterum monumentis quam optime illustrare, modum ut in Ephemeridibus Parisiensibus A. 1702. T. 2. p. 43. fuerit inter eos, quorum collectiones de Antiquitatibus editae iam sunt, referendus: sed et Lucas Schroeckius in memoria Welschiana p. 72. seq. testatur, tantum instituit dare *Ideam Antiquitatis*, expolienda singula capita et systema ipsum perficiendum aliis relicturus. Welschii ipsius verba sunt in Epist. de scriptis suis, quam post curatorem editionis Epistolarum Gerh. Ioh. Vossii in Germania recusarum clarissimus Almelouenius subiecit Bibliothecae suae promissae ac latenti p. 123. *Ideam igitur tantum dabo, ut alii perficiant, quibus similia, aut plura etiam in promptu esse solent.* Ceterum nec ideam illam dedit unquam vir doctissimus. Io. Baptistae Ferretii corpus antiquatum, pluribus constans tomis, lucem non vidit. Titulos habes in Diario litterario Germanice vulgato Lipsiae, quod inscribitur: *Neuer Buchersaal*. XXXV. p. 765. seq. *Flaminii Vaccae* opus de Antiquitatibus Romanis. Erospero Mandosio in Bibl. Romana memoratum neque editum est neque hac spectat, quia auctor statuarum artifex sculpsitorque in illo monumenta antiqua Romae obvia delineauerat, non vero Antiquitates ritus et consuetudines Romanorum veterum explicauerat. Ex schedis eius multa dedit vir doctissimus Bernhardus de Montfaucon in Diario Italico qui p. 105. etiam refert hoc eius Epitaphium

taphium quod visitur Romae in templo S. Mariae Rotundae in hanc sententiam:

D. O. M.

Flaminio Vacca sculptori Romano, qui in operibus quae fecit, nunquam sibi factis fecit. Ceterum de monumentis antiquis statuisque, marmoribus, aedificiis, ruderibus, infra erit singularis nobis dicendi locus.

VII. Restant adhuc miscellanei scriptores, qui varias antiquitatis Romanae Graecaeque partes vel explicarunt vel illustrarunt, vel scripta diuersa et in his plura etiam ad nostrum institutum facientia coniunctim curarunt recudi. Ex hoc posteriori genere quinque mihi veniunt inprimis commemorandi Ianus Gruterus, Gaudentius Robertus, Io. Herm. Schmieckius, Petrus Burmannus et Philippus d'Orville. Ex priore duo Caelius Rhodiginus et Alexander Alexandrius. *Ianus Gruterus* Antwerpiensis, Bibliothecae Palatinae praefectus et omnis liberalioris eruditionis promus conditor, quinque voluminibus in maiore forma octava quam vulgo vocamus, sub titulo lampadis siue facis artium liberalium atque thesauri Critici iunctim Francof. 1562—1612. edita scripta philologica Miscellanea Observationes et antiquas lectiones viro- rum doctorum complectentia, quorum en tibi indicem:

Tomus I.

Angeli Poliziani Centuria Miscellaneorum, et quod ira in pueris optinae fae-
pe indolis est argumentum.

M. Antonij Sabellici in Elinium, Liuum aliosque scriptores varias observationes
Philippi Beroaldi annotationes in varios Auctores p. 188.

Ex *Domitii Calderini* libro tertio Observationum nonnulla.

Baptistae Egnatii Veneti racemationes.

Io. Baptistae Pii Annotationes priores et posteriores in varios scriptores.

Pii Antonii Bartolini auctarium emendationum.

Iani Parrhasii de rebus per Epistolam quaesitis sylloge. Eiusd. prolegome-
na in Plauti Amphitruonem, et Ciceronis Epist. Notae in Orat. pro Mi-
lone. Et ex notis ad Claudianum varia scriptorum Veti latinorum loca
illustrata.

Laur. Absentii Maceratensis Annotationes Varias.

L. Ioannis Stopper, Parthenopaei Collectaneorum libri II.

Francisci Floridi Sabini lectionum subcisuarum libri III.

Patri Nannii Alcmariani Miscellaneorum libri X. et aduersus Iacobum Cur-
tium Apologia.

Francisci Robertelli de Historica facultate p. 1386. Descriptio Laconii siue
fuda-

sudationis quae visitur in ruina balnearum Pisanae Urbis p. 1397. De nominibus Romanorum p. 1403. praefatio ad libros Ciceronis de inuentione pag. 1412. Notae in Catulli Epithalamium p. 1428. et Ode Pindarica *Βιοχηνομαδία* p. 1430. Explanationes in primum Aeneidos librum a Io. Baptista Busdrago Lucensi collectae. p. 1435.

Tomus II.

- Francisci Robortelli* de conuenientia supputationis Liuianae, cum marmoribus Capitolinis et Dionysio Halicarnasaeo.
Eiusdem liber de arte siue ratione corrigendi antiquorum libros.
Eiusdem annotationum siue emendationum libri II.
Caroli Sigonii emendationum libri II.
Antonii Bendinelli loci controuersi XXVI.
Fernandini Realini in varia scriptorum loca annotationes.
Léii Gywaldi Aethiopsimi XXX.
Ioannis Brodaci Miscellaneorum libri VI. plurimis locis ex eius chirographa aucti.
Christophori Ruffi antexegetata.
Ioannis Hartungi locorum memorabilium decuria IV.
Petri Pichoei Aduersariorum subiectiuorum libri II.
Lucae Fruterii verisimilium libri III.
Achillis Statti Lusitani Observationes difficultum aliquot locorum Graecolatinarum, antea non excusae.
M. Antonii Maereti Variarum Lectionum libri XIX.
Eiusd. Observationum Iuris liber singularis.
Hieroni. Magii Miscellaneorum seu Variarum Lectionum libri IV.

Tomus III.

- Pauli Leopardi* Isenbergensis emendationum et miscellaneorum libri XX.
Bartolomaei Barrienti Illiberitani annotationum silua.
Francisci Luifini Vtinensis parergon libri III.
Güll. Canteri Nouarum Lectionum libri IX.
Theodori Canteri Variarum Lectionum Commentarii III.
Eiusd. Emendationum et Observationum libri II.
Iani Durantii Casellii Variarum libri II.
Iani Guilelmi Verisimilium libri III.
Eiusd. in Plautum Quaestiones.
Marsilii Cagnati Veronenfis Variarum Observationum libri IV.

N 2

Tomus

* Librum quintum MS. habuit Naudaeus, teste Labbeo p. 233. Bibl. novae MSS.

Tomus IV.

Ioannis Brodae Miscellaneorum libri quatuor posteriores VII. VIII. IX. et X.
e Bibl. Pauli Petavii V. C. (antea non excusi.)

Ioachimi Casnerarii problemata Graece et latine.

Aldi Manutti Pauli F. Quæsitæ per Epistolam.

Hadriani Iunii Animaduerſorum libri quinque.

Eiusd. de *Gortia* Commentarius.

Iosephi Castalionis I. C. Variæ Lectiones.

Iani Mælleri Palmerii spicilegia.

Iacobi (Iac. Nepotis) *Schegki* Obseruationum et emendationum præmessa.

Tomus V.

Francisci Modii Nouantiquæ Lectiones Epistolis CXXXIII.

Lucæ Fruterii collectaneorum verisimilium liber tertius antea non excusus.

Eiusd. Epistolæ Philologicae.

Henr. Stephani schediasmatum libri VI.

Iacobi Nicolai Loënsis Miscellaneorum Epiphylides, antea non publicatae, li-
bris X.

Sextum volumen complectitur *Valentis Acidalii* in *Plautum* diuisiones et *Marcelli Donati* notas in *Liuium*, *Tacitum*, *Sueton.* *Ammianum* et scriptores historiarum *Augustæ*. Volumen *septimum* non a *Grutero* sed a *Ie. Phil.* Pareo ingrato *Gruteri* discipulo 7 additum est, neque aliud quicquam præter Criticas obseruationes in *Plautum* et in *Gruterum* inuestigatas continet. Obiit *Gruterus* Heidelbergæ A. 1627. qui *Wittebergæ*, primum Professor fuerat, sed postea inde, quod *Formulae Concordiæ* subscribere nollet. De eo plura dixi in plagiariis num. 73. vbi memoravi quoque vitam *Gruteri* scriptam a *Frid. Hermanno Flaydero* et panegricum *Balth. Venatoris*, qui cum eſlencho scriptorum *Gruteri* legitur etiam in vitis a *Guil. Bareſio* collectis p. 526. et in *Wittii Philosophis* p. 272—278. nec minus ante *Inſcriptionum* veterum mirandum opus, in *Belgio* luculentissime recufum. His adde quæ de viro illo doctissimo præter *Thomam Popeblount* habet *Petrus Bælius* in *dictionary Historico Critico*.

Gaudentius Robertus editis Italico idiomate vna cum *Benedicto Bacchino* *Ephemeritibus* litterariis *Parmensibus* celebris et A. 1695. defunctus, *Gruteri* exemplo *Parmæ* A. 1690. 1691. et 1692. 4. vulgavit quatuor tomos quos inscripsit *Miscellanea Italica* erudita, in quorum primo continentur:

Iosephi Castalionis Anconitani 1) *Variæ Lectiones*; 2) *De antiquis puero-*

illis prænominibus; 3) De rebus scribendi Vergilii nominis ratione commentarius; 4) Adversus foeminarum prænominum assercoris disputatio; 5) Ad l. I. C. quae res pignori obligari possit. Paulli Manuceii Veneti Antiquitatum Romanarum liber de civitate Romana. Onuphrii Panuinii Veronensis, 1) De ludis saecularibus; 2) De carminibus Sibyllinis. Constantini Landi Placentini 1) In veterum numismatum Romanorum miscellaneas explanationes. 2) In M. Cassii Cicerii et Atiliae Maccedillae nomen explicatio. — Andreae Alciati Mediolanensis de magistratibus, civilibusque et militariibus officiis. Francisci Robettelli Vtinenis 1) De Provinciis Romanorum; 2) De iudiciis, et omni consuetudine causas agendi apud Romanos; 3) De legionibus Romanorum; 4) De magistratibus Imperatorum; 5) De familiis Romanorum; 6) De cognominibus et appellationibus Imperatorum; 7) De vnumodis, praemiis et donis militariibus; 8) De potest. militum et ignominia; 9) De gradibus honorum et magistratuum Romanorum; 10) Mensum appellatio ex nominibus Imperatorum.

Secundo tomo exhibentur *Petri Serui Medici Romani Iuvenales Ferae, quae consistunt Antiquitatum Romanarum Miscellanea; Agestii Mariscosii Bononiensis de Personis et Laris; earumque apud veteres vsu et origine Syntagmation; Fortunii Liceti Lanuvini Miscellanea Erudita, decerpta ex ejus Quaesitis per Epistolas a clavis viris; Alexandri Sardi Ferrarionis de Moribus et Ritibus Gentium libri III. Venet. 1557. 8. et saepius alibi in lucem editi; Bonaventurae Castibonaci Mediolanensis Gallorum Insubrum antiquae Sedes; Aeneae Vici Parmensis de Numismatibus antiquorum libri II.*

Tomo tertio continentur *Petri Leonis Casellae de primis Italiae Colonis; Eiusdem de Tuscorum Origine; Colonatu et Republica Florentina; Paulli Manutii Veneti Antiquitatum Romanarum liber de Legibus; Lili Gregorii Gyraldi, Ferrarionis de Sepulcris et vario sepeliendi Ritu; Aldi Manutii Veneti de Laudibus vitae rusticae; Ode Horatii Epodon. II. explicata; Caroli Sigonii Mutinensis Iudicium de Historicis, qui res Romanas scripserunt, ab urbe condita ad Caroli M. Imperatoris tempora; Barthasaris Bonifatii de Romanae Historiae scriptoribus Excerpta; Adriani Politi ordo Romanae Historiae legendae; Io. Antonii Venerii de Oraculis et Divinationibus antiquorum; Petri Serui Dissertatio Philologica de odoribus.*

In quarto denique exhibentur: *Paulli Manutii, Veneti, Antiquitatum Romanarum Liber de Comitibus; Gaudentii Merulae, Nonariensis, de Gallorum Cisalpinorum antiquitate ac origine; Io. Martii Mattii Brixiani Opinionum Libri III, in quibus plurima loca Auctorum Latinorum et Graecorum explicantur, aut corrupta emendantur; Iosephi Nerti Perusini Analesta, in quibus praeter ea, quae ad Ius pertinent, varia tam in sacra quam in profana Histo-*

ria, et quaedam in Tacito explicantur, illustrantur, emendantur. Prodigant pridem Persii A. 1619. 18. vti Marti Opiniones Alexandriae Scatiellorum in Liguria A. 1598.

Io. *Hermanus Schmiechius* *Vulgaui* Marburgi Catorum 1717. 4. Synagoga Criticorum variorum auctorum, in quo ICI, Philosophi, Historici, Oratores et Poetae emendantur. In isto est (ant. 1717) *Guil. Rombini* Variarum Lectionum libri III. 2) — Edictum perpetuum restitutum. 3) *Ingl. Zinzlingii* Criticorum iuuenilium proemula. 4) *Jani Gebhardi* Crepuandiorum libri III. 5) — Antiquarum Lectionum libri II.

Quae ab eruditis quibusdam Britannis A. 1731. edi coeptae sunt miscellaneae observationes in auctores veteres et recentiores a Viris Celebratissimis *Fructo Barchinano* et *Philippo D'Orville* in latinam sermonem translatae, et cum notis ac notariis variorum virorum doctorum Amstelodami 1732. recusae et vsque ad annum 1740. Voll. K. 8. continuatae sunt. Ab eo inde tempore *D'Orvillius* solus istud opus sub indice Nouarum Observationum, quatuor Voluminibus in forma octopartita cum orbe erudito communicauit. Quae quantum plurimae observationes criticis magis quam antiquariis sint argumentis nomen, quum eo in istis multa ad rem antiquariam pertinentia egregie discernantur, nec istud opus ab Instituto nostro alienum esse intelligitur.

VIII. *Ludovicus Caelius Richerius, patriâ Rhodiginus* qui humaniores literas Viceptiae primum deinde Ferrariae, tam Mediolani ac denique Patavii docuit, A. 1520. defunctus, in libris triginta Antiquarum lectionum, quae ad *Verrii* *Vindici*que *Casellii*, *Gellio* laudatorum, exemplum scripsit, et *Iohanni Groliario* dedicatas edidit. Venet. 1576. fol. non modo vocabula multa vtriusque linguae abstrusa explicauit et innumeris Graecorum Latiorumque scriptorum locis egregiam lucem affudit, sed et quam plurimas antiquitates feliciter illustrauit. Adeo *Uallius* opus aucto contra carum non frequentius iuuenum manibus seri miretur et indigneretur *Vossius* lib. 3. de *Histor. lat.* p. 814. seq. Prodiit deinde recognitum ab auctore et tertia parte auctius, recensum variis in locis, vt *Basilca*. 1542. 1551. 1566. apud *Frobenium*, atque apud *Andr. Wechelii* haeredes A. 1599. ac denique *Geneuae* 1620. fol. Solent in *Rhodigio* (vt in *Alexandro ab Alexandro*, de quo deinceps) reprehendi, quod passim dissimulet fontes, vnde veteres narrationes repetiit, vel laudes scriptorum deperditorum monumenta, auctoribus in quibus illa nominari reperit haud nominatis, qua de re videndus *Iac. Thomasius* de *manuscriptis* libro de plagio § 532. *Erasmus* § in adagio *Choenici ne insideas*, *Vossius* l. III.

* *Caellii Rhodigini* epistola apologetica ad *Erasmum* legitur post epistolas *Gudianas* p. 117. Vide et *Baelii Legiceti* voce *Erasmus*, nota CC.

c. 84. de idolatria, et *Gobfredus Iungermannus* ad Pollacem p. 1347. *Casp. Barthio* iudice III. ad Statium p. 440. *Caelius Rhodiginus* vir longe eruditissimus, sed innocenti scriptoris parum considerans omissis verbis auctororum; quibus observationes suas adhibet. *Iano Rutgersio* IV. 18. Var. *Lectionum* vir diligens quidem et eruditus, sed qui, tenere in volum. illum lecturam congererat, quicquid sese obtrulisset. *Oppellum* etiam erat, ut inter tot lectiones antiquas nullos novos errores prolemibaret *Caelii* iocuria, ut ait *Iosua Barnes* in vita *Euripidis* p. 33. Valer tamen hic illud *Yarponis*, cum, qui tam multa dixerit commode; potius laudat, quos si quaedam ignorauerit, peccaueritque acriter reprehendendum et exagrandum. Sicut ut *Horatius* de arte poet. v. 351. ff.

Sibi plura nitent in carmine, non ego paucis

Offendar, meoq; quos sunt invidia, iudic,

Aut humana, patrem cauit, antena. — —

Caelii Rhodigini Adagia, quae in sylloge magna adagiorum in locos communes digestorum leguntur. *Hanoviae* 1617. 1642. fol. ex eius antiquis lectionibus deprehensae sunt. Idem dicendum de *notis in Horatium, Epistolas Cicero*, *Quintus Metamorphosis* &c. De *Rhodigino* videndi *Iouius* et *Thomasius* in eorum elogio; *Nicol. Gombenius* *Papadopoli* historiae *Gymnasii Patavini* p. 296. sq. *Iacobus Gaddius* de scriptoribus non ecclesiasticis, *Balthasar. Bonifacius* XV. 4. *Hist. ludicrae* (qui plura etiam dixisse se testatur in elogio illustrat *Rhodiginorum*, debitor an editis) *Adolphus Clarmundus* sine *Rudigerus* in vitis *Doctorum Vinarum* T. VII. p. 61. *Paulus Freherus* in *theatro*, *G. Matthias Kosnigius* in *Bibliotheca*, *Thomas Popeblount* in *censura doctorum*, *Adrian. Bailletus* in *iudiciis Gallicis*, editis, et ad *Tobiae Magri* *Eponymologium* p. 706. seq. illustris *Christianus Wilhelm. Eybenius*.

Alexander Alexandrus sive *de Alexandro*, *Neapolitanus*, *Romae* et in *Patria* causas prius agere profectus, deinde ubi in iudiciis gratia et corruptionibus omnia transigi videret; relicto foris humanioribus literis ynice deditus, ut ipse narrat lib. 6. cap. 7. *genialium dierum*. Quod ipsum *Opus Miscellaneum* in sex libros distributum hoc loco tanquam promtuarium aliquod vniuersae, *Romanae* praesertim, *Antiquitatis* commendandum nobis venit. Praedit post primam editionem *Romanam* A. 1522, saepissime eorundem, tum illustratum semel tribus sive commentariis eruditissimis *Andrae Tiraquelli*, *Francos.* 1594. fol. notisque additis *Dionysii Gobfredi*, et *Christo. Colerij* et in librum quintum epimaduerfionibus *Nicoli. Merceri* *Rothomagenfis*, *Lugd. Bar.* 1673. 8. 2. Volk. quae praestantissima est eius operis; editio. Edam Gallice verum *Alexandri* opus a *Bernardo de la Roche*, didici ex *Francisci Crucimanni* *Bibl. Gallica* p. 476. De hoc *Alexandro*, qui sub extremum saeculi

decimi

decimi quinti floruit, et Romae A. 1523. d. 2. Octobr. annos duos ac septuaginta natus diem obiit supramm̄ videndi Jac. Gaddius de scriptoribus non ecclesiasticis T. I. p. 25. Hieronymus Ghilinus T. I. theatri eruditorum viro- rum p. 6. Leonardus Nicodemi in additionibus ad Nicol. Toppii Bibliothecam Neapolitanam p. 5. Ebur. Clavus T. I. elogiorum p. 9. vbi etiam iconem eius reperies aere descriptam, vbi unquam Panvirolium in vitis ICtorum lib. 2. C. 122. Paullum Freherum in Theatro, Hendreichii Pandectas Brandenburg. aliosque. Solet et hic Alexander plerumque auctores, ex quibus profecit, dissimulare, vel iactare scriptores pridem desperditos et libros. mi- randae vetustatis, vbi ipse forte librorum Pandectarum vel alios scriptores ob- uios prae manibus habuit, vti passim notant Trinquetus et Gothofredus, quorum tanto magis viles et necessariae sunt ad ea, quod ubique indicant fontes, ex quibus Alexander sua collegit ac dectavit.

IX. In scriptores Miscellaneos, varia Antiquitatum Romanarum Grae- carumque capita illustrantes, haud immerito et referuntur, qui statuas, gemmas atque lapides, in museis virorum Principum atque illustrium asser- tatos commentariis illustrarunt, atque sub *Museorum* nomine ediderunt, quorum pertinent Museum Florentinum, siue gemmae antiquae e thesauro Mediceo et priuatorum dactylithecis Florentiae, exhibentes C tabulis imagi- nes virorum illustrium et deorum cum observationibus Antonii Franc. Go- rii T. I. Florent. 1731. II. ibid. 1732. III. ibid. 1734. IV. — VI. ibid. 1740. fol. In quod animaduersiones composuit *Sim. Ballarini*, Carpentoracti 1743. 4. Museum Etruscum, exhibens insigniora veter. Etruscorum monumenta at- que tabulis CC nunc primam edita et illustrata observationibus *Ant. Erasm. Go- rii* T. I. Flor. 1737. II. ibid. 1738. III. ibid. 1743. fol. Museum Capito- linum, complectens Philosophorum, Poetarum, Oratorum illustrium her- mas cum Ioan. Bottarii animaduersionibus *Voll. II. Romae 1750.* Museo Capitolino, o sia Descrizione delle Statue, Busti, Bassirilievi, Urne sepol- crali, Iscritzioni ed altre ammirabili ed erudite Antichita. Romae 1750. 4. Museum Romanum siue thesaurus eruditae antiquitatis opera et studio *Michae- lis Angeli Cauffei de la Chaussée* Tomi II. Romae 1746. fol. Museum Odescal- cum, siue thesaurus antiquarum gemmarum, quae in Museo Odescalco asser- vantur. Tomi II. Romae 1749. fol. Museum Veronense. Veronae 1749. fol. His iungenda sunt Collectanea societatis antiquariae Londinensis, quorum T. I. prodit Londini 1726. II. ibid. 1734. *Angeli Calogierae* col- lectio opusculorum scientificorum et philologicorum (Raccolta d'Opuscoli scienti-
ficien

9 Huius historiam succincte enarrat Chr. Körthofus in Epistola de societate antiqua- ris Londinensi ad Vir. Cel. Ioh. Erh. Kappium. Lipsiae 1735. 4.

scientifici & philologici) quas summo Veneto editi coepta est, et de qua A. 1750. quadraginta tres tomi iam fuerant vulgati. Specimina Dissertationum Academicarum, publice lectarum in nobili Academia Etrusca antiquissimae civitatis Cortonae, quorum T. J. solius prodit in Romae 1735. II. ibid. 1738. III. ibid. 1741. IV. ibid. 1744. V. et VI. ibid. 1747. 4. Symbolae litterariae, opuscula varia, philologica, scientifica, antiquaria, signa, lapides, numismata, gemmas et monumenta, medii aevi nunc primam edita complectentes, (edente Anton. Francisco Gorio) Florentiae 1748. 7. 1752. 8. Voll. IX. Symbolae litterariae, Decadis secundae. Vol. I. et IV. Romae 1751. et 52. 8. Voll. IV. Antonii Borioni Collectanea Antiquitatum Romanarum a Rodolpho Henzi notis illustratarum Romae 1796. fol. 0. Iniquae observationes criticae edidit Jo. Chrysothomus Stasfo Venetis 1739. 4. Anton Maria, Girolamo e Anton Maria d'Alfonso Zanetti Semenzaische Greche e Romane nell'Antifala della Libreria di San Marco, e in alcuni luoghi pubblici di Venezia si trovano. Parti II. Venetis 1740. et 1743. fol. Genglers Middletoni germana quaedam antiquitatis eruditionis monumenta dissertationibus instructa Londini 1745. 4. Etat et Description des Seiches, Bustes, Basreliefs, Vases, Colonnes, Inscriptions et autres ouvrages antiques, tant Grecs que Romains, trouves a Rome, assemblees et apportees en France par le Cardinal de Polignac. Paris 1742. 8. Neque praetermittendi sumo alii eiusmodi scriptores Miscellaneis, in quibus varia capita Antiquitatum illustrata videre licet, ut Petri Gregorii Philofani Synagoga artis mirabilis, et aliud opus eximium, quod Synagoga Iuris vniuersi inscribitur, Adm. Thomae et Casp. Barthii aduersaris, Petri Hoesorii, Hieron. Mercurialis, Lam. Rutgersii, Ioh. Caroli, Guid. Pancirolli, Sim. Petri et Thomae Reinsii Variarum Lectionum, Eustachii Swertii analecta, Jo. Aug. Ernesti Exercitius in Suetonium, Haacum Casaubonus in eundem et Historiam Augustam, Claudius Salmasius in eandem Historiam, cum illis in scriptis praecipue commentariis in Solinum, ex quibus Alphabeticum ordine infra digesta reperies in Jo. Jac. Hofmanni Lexico vniuersali, ut et illud forte praesenti loco nobis sit commemorandum, Jo. Frid. Gronovius et Gilbertus Cuperus in observationum libris, Samuel Pettus in observationibus et Miscellaneis, Andr. Schottus in observationibus humanis, Gabriel Simeon Florentinus in observationibus Gellii editis Lugd. 1558. 4. Sic Petrus Haber in somnium libri, Ioh. Lipsius, Otho Ferrarius, Philippus Rubius, et Casp. Guentherus in Elia, Balhasar Bonifacius in historia ludica subinde antiquos ritus Romanos et consuetudines ipsius explicans.

X. Locum quoque hic in praesentia, quod Hieruliaci, municipii olim celeberrimi, sub Tito Imperatore, Vesulimam cum incendio perierit, obvi-

42. De veteri more inter standum orandi. E. Gallico latine. Claudii Ioly de recitatione horarum Canonicae.
43. Ioach. Hildebrandi rituale orantium, sacrae antiquitates de precibus etc.
44. Iac. Thomassii diss. de ritu precandi versus orientem.
45. Wilh. Ernesti Tenzelii de ritu lectionum sacrarum.
46. Petri Allixii diss. de Trisagii Origine.
47. Thom. Smithi diatriba de hymnis Graecorum.
48. 49. Franc. Bernardini Ferrarii de Veterum Christianorum Cancionibus libri III. et Ioach. Hildebrandi liber eiusdem argumenti.
50. Eiusd. Ferrarii de variis Epistolarum Ecclesiasticarum generibus et Gerhardi Rodolphi Grauiensis de litteris Canonicis, Philippi item Priorii de litteris Canonicis, tractoriis et Synodicis.
51. Iacobi Boilauii Historiae disquisitio de re vestiarum hominis sacri vitam communem more ciuili traducentis.
52. Andreae Saussaei Panoplia Sacerdotalis libris XIV. Eiusd. de Clericorum tonsura et habitu libris XV. Ei. de ornatu Episcoporum libris VII.

172 CAP. IV. ANTIQVITATVM CHRISTIANARVM

Eiusdem de pallio Episcoporum ex libro de Mysticis Galliae scriptoribus.

53. Io. Garnerii diff. de pallio Episcoporum.

Tomus IX.

- 54. Iac. Vsserii de Rom. Ecclesiae Symbolo Apostolico vetere.
- 55. Seuerus Alexandrinus de ritibus baptismi, Syriace et latine.
- 56. Iosephi Vicecomitis de antiquis baptismi ritibus libri V.
- 57. Gerhardi van Mastricht schediasma de susceptoribus siue patrinis.
- 58. Lucas Holstenius de forma et ministro sacramenti confirmationis.
- 59. Henricus Hammondus de Confirmatione.
- 60. Saintebeufus de Confirmatione, contra Dallacum.
- 61. Iosephus Vicecomes de antiquis Missae ritibus.
- 62. David Blondellus de Eucharistia Veteris Ecclesiae.
- 63. Henrici Rixneri de instituto veterum Christianorum circa Eucharistiam.
- 64. Ludouici Antonii Muratori disquisitio de quatuor temporum ieiuniis.
- 65. Io. Filesci synagma de poenitentia, et Iac. Sirmondi historia poenitentiae. Aegidius Strauchius de priscis poenitentium ritibus.
- 66. Nic. Serarius et Iac. Gretserus de Ecclesiae Catholicae processibus cum Augusto Nic. Sanderi.
- 67. Boileauii Historia flagellantium, Io. Baptistae Thiers examen Historiae Boileauianae. E Gallico Latine.
- 68. Eiusd. tractatus de superstitionibus circa sacramenta. E Gallico latine.
- 69. Historica Critica consuetudinum superstitionum quibus in errorem abduci vulgus et eruditos admiratione suspensos teneri contigit, auctore P. Brun, S. Oratorii Presbytero. E Gallico latine.
- 70. Conformitas rituum hodiernorum cum veteribus. E Gallico Mussardi latine.
- 71. De Antiquis caerimoniis, siue quibus gradibus paulatim defecerint ad superstitionem. E Gallico latine.

Tomus X.

- 72. David Blondellus et Henr. Hammondus de Episcopis et Presbyteris.
- 73. Pompeii Sarnelli Epistolae Ecclesiasticae, ex Italico latine.
- 74. Io. Lauronii Regia in Matrimonium potestas.
- 75. Dominici Galesii Ecclesiastica in matrimonium potestas.
- 76. Io. Lauronii contentorum in Galesii Ecclesiastica in matrimonium potestate errorum Index.

77. Ger-

77. Gerbafii Theologi Sorbonici ~~reftatus~~ Iranicus de Ecclefiae et Principum in matrimonium potestate.
 78. Francifcus Duffeldorpius Lugdunenfis de non ineundo matrimonio cum iis qui extra Ecclefiam funt.
 79. Ioach. Hildebrandus de nuptiis et Natalitiis Veterum Chriftianorum.
 80. Marci Antonii Maffilii Columnae, Hydragiologia.
 81. Iacobi Gretferi de benedictionibus et maledictionibus libri III.
 82. Proſperi Stellartii de coronis et tonfuris Paganorum, Iudaeorum et Chriftianorum libri III.
 83. Io. Baptiſtae Thiers Historia capillamentorum. E Gallico latine.

Tomus XI.

84. Ioach. Hildebrandi praxis Vet. Ecclefiae, circa moribundos et de morientium virtutibus.
 85. Io. Andreas Boſius de Clinicis ſ. grabatariis Vetetis Ecclefiae.
 86. Io. Launoius de ſacramento unktionis infirmorum.
 87. Iacobi Gretſeri de funere Chriftianorum.
 88. Onuphrius Panuinius de ritu ſepeliendi mortuos apud veteres Chriftianos et de eorum coemeteriis.
 89. Henrici Spondani Coemeteria ſacra, ſive de ritibus ſepulturae apud Iudaeos, gentes, et maxime Chriftianos.
 90. Ludouici Antonii Muratorii diſſertationes ~~duae~~ de more intra templum humani fidelium cadauera.
 91. Caſp. Sagittarii de Natalitiis et cruciatibus martyrum.
 92. Anthonii Gallonii de cruciatibus Martyrum.
 93. Angelus Roccha de Canonifatione ſanctorum.
 94. Antonii Macedo de Diis tutelariſus Orbis Chriftiani.
 95. Diſſertationes Eccleſiaſticae Caſparis Ibannes de Segouſia et Peralta pro gloria antiquorum tutelariſus contra ſiſiones recentes, ex Hispanico latine.
 96. Claudii Caſtellani Pariſienſis Eccleſ. Cathedral. Canonici Vocabularium Hagiologicum ſive Catalogus Sanctorum quorum nomina tractu temporis corrupta ſunt, praemiſſus Originibus Gallicis Aegidii Menagii.
 97. Simonis de Peyronet Catalogus Sanctorum.

Tomus XII.

98. Pauli Aringhi Roma ſubterranea.
 99. Franciſci Mariae Torrigii cryptae ſacrae Vaticanae. Ex Italico latine.
 100. Ioannis Herbinii Cryptae Kiouienſes.

101. Io. Mabillonii Epistola de cultu Sanctorum ignotorum cum responsione ad eandem, et Mabillonii Apologia.

Ex quo tempore Allatii dissertationem, quam supra memoravi de libris Ecclesiasticis Graecorum, cum notulis meis recudendam ¹⁶ dedi, incidit in manus meas Catalogus locupletissimus librorum recentis Graeciae, quos venales habet bibliopola Venerus Nicolaus Sarus. In illo cum praeter alia diuersi argumenti scripta etiam Ecclesiastici libri nonnulli referantur Allatio praeteriti, existimaui non ingratam rem me facturam eruditis, si eundem hoc loco infererem.

Κ Α Τ Α Λ Ο Γ Ο Σ
Τ Ω Ν Β Ι Β Λ Ι Ω Ν Τ Ο Υ Κ Τ Ρ Ι Ο Υ
Ν Ι Κ Ο Λ Α Ο Υ Σ Α Ρ Ο Υ,

Τὰ ὁποῖα κρατῆ εἰς τὸ σωῆτι τοῦ Ἀντώνιος ὁ Μπόροτολις ὁ Τυπογράφος, ὁποῦ κατοικᾷ εἰς τὴν Ἑνορίαν παρὰ τῶν Ἰταλῶν λεγομένην Σάντα Μαρία Φορμῶζα, ἢ Κάλλε Λόγγα, εἰς Βενετίαν. αψιβ. 1712.

Ἀπολόγιον, ἤγεν Ἀκολουθία τῶν ἐπισημοτέρων ἐορτῶν τῆ χρονῆ ὅλη, μετὰ τῶν κοινῶν Ἀκολουθιῶν

Ἀπόστολος, ἤγεν Αἱ καθ' ἐκάστη ἀναγιγνωσκόμενα Πράξεις καὶ Ἐπιστολαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Ἑτερὰ χρυσά.

Ἀμπακος, ἤγεν Διδασκαλία Μανυὴλ Γλυζενίς τῆ Χίε περὶ τῆς Ἀριθμητικῆς, καὶ λογαριαστικῆς.

Ἀθή εὐλαβείας, ἤγεν Ἀκαδημία ἑλληνική.

Ἀκολουθία τῆ ἁγίᾳ Γερασίου, ἤγεν Κανὼν περὶ τῆ ἁγίᾳ Γερασίου τῆ νέε ἀσκητῆ τῆς Κεφαλῆς.

Ἀκολουθία νεκρώσιμος τῶν Ἱερέων, ἤγεν Κανὼν εἰς Ἱερεῖς τεθνηκότας καὶ Ἀκολουθία.

Ἀκολουθία εἰς τὸν μεγαλομάρτυρα Γεώργιον, τὸν ἐλευθέρωσαντα τὴν Ζάκην τῆς λοιμικῆς ἀδενείας.

Ἀκολουθία τῆ ἁγίᾳ ἐνδόξῃ Βασιλείᾳ καὶ Μεγαλομάρτυρος Ἰωάννη τῆ Βλαβδιμήρη καὶ Θαυματουργῆ.

Ἀλέξανδρος, ἤγεν Ἱστορίᾳ διὰ σίχων περὶ τῆς ζωῆς τῆ μεγαλῆ Ἀλεξάνδρου.

Δμαρ

¹⁶ Volumine quinto Bibliothecae Graecae.

Ἀμαρτυλῶν Σωτηρίας ἤγεν Βιβλίον περὶ πολιτείας πικρομυκτηρῆς.
 Ἄνθος τῶν χαρίτων, ἤγεν Βιβλίον περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν, μεταγλωττισ-
 μένον ἀπὸ τὰ Ἰταλικά.

Ἀπολλώνιος, ἤγεν Ῥημάδιον περὶ τῆς Ἀπολλωνίως Βασιλείως τῆς Τύρου.
 Αἰσωπος, ἤγεν Ἡ Ζωὴ τῆ Μυθοποιῦ Αἰσωποῦ, μετὰ τὴν Μύθων αὐτοῦ,
 καὶ ἄλλων.

Βαρίνος, ἤγεν τὸ μέγα Λεξικὸν τῶν Ἑλλήνων, ὁ Θεσσαυρὸς δηλαδὴ αἰπα-
 σῶν τῶν Φωνῶν τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης.

Βησσαρίανος Γραμματικὴ, ἤγεν Γραμματικὴ ἐξηγητὴ.

Βοσκοπέλα, ἤγεν Ῥημάδα τῆς Βοσκοπέλας.

Βιέννα, ἤγεν Ἱστορία τῆς Βιέννας διὰ εἰχῶν.

Βίος Δημητρίου Βασιλέως μοσχοβίας Σαντομήνης Βοιβόντε, καὶ ἀρχόντων τῆς
 λεχίας. διὰ εἰχῶν πεζῶν.

Γραμματικὴ τῆ Λάσκαρη, ἤγεν Ἡ ἐπιτομὴ τῶν ἁπλοῦ μερῶν τῆ λογῆ.
 Γεωπονικόν, ἤγεν Ἑρμηνεία πῶς νὰ κείρην, πῶς νὰ κεντρῶνεν, καὶ
 πῶς νὰ φυτεύην τὰ ἀμπέλια, καὶ εἰδήσεις περὶ τινῶν χρησίμων βοτά-
 νων εἰς ἰατρειαν ἀνθρώπων καὶ ζῴων.

Γαΐδαρος, ἤγεν Ῥημάδα περὶ Ἀλεπῆς Λύκαι καὶ Γαϊδάρε.

Δαμασκηνός, ἤγεν Δαμασκηνῶ τῆ Ἰπποδιακόνου καὶ Στυδίου Λόγοι εἰς
 τὰς ἐπισηματίας ἐορτάς.

Διαταγὴ Κλήμεντος τῆ ἐβδόμῃ, ἤγεν Βῆλα τῆ ἐβδόμου Κλήμεντος ὑπὲρ
 τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Θεσημείας τῶν Γραικῶν.

Διακονικόν, ἤγεν Διάταξις τῶν Ἱεροδιακόνων ἐν τῇ Θείᾳ Λειτουργίᾳ.

Διδασκαλία Χριστιανικὴ, ἤγεν Διδασκαλία διὰ τὰ ματῆρά παιδία εἰς τὰ
 ἄρθρα τῆς Πίστεως.

Διήγησις διὰ εἰχῶν τῆ δευτῆς πολέμου τῆς κρήτης.

Ευαγγέλιον Ἰωάννου τυρωθῶν, ἤγεν Τὸ Ευαγγέλιον τῆς Ἐκκλησίας με εἰ-
 κόνες ἁγιάταται καὶ με Παχάλια καὶ κανόνια αἰώνια.

Ἔτερα χρυσά.

Ἐγκυκλοπαίδία Φιλολογικὴ εἰς Τέσσαρας Τόμους διηρημένη, πρὸς χρῆσιν
 τῶν

- τῶν Φιλολόγων καὶ Φιλολογῶν τῆς Ἑκκλησίας. Ἐλοτίης καὶ Ἰστορικῶν
 Δείσα...
- Ὁ πρῶτος τόμος περιέχει Διαλόγους ἐκλεκτοὺς, Ἐπιστολάς, Ἀποφθέγματα
 Βασιλέων, τραγητῶν καὶ Φιλοσόφων, μύθους, ἠθοποίας ἐπιφράσεις,
 χρείας, καὶ γυναικῶν.
- Ὁ δεύτερος περιέχει πενήτηντα Λόγους ἐξαιρετικῶς διαφόρων αἰμάτων Πατέρων.
- Ὁ τρίτος περιέχει Λόγους ὁμοίως ἐκλεκτοὺς διαφόρων παλαιῶν λογογράφων,
 τῶν ἐν ἐνυκλιῶν εὐδοκμησάντων.
- Ὁ τέταρτος περιέχει τὰ μάλιστα ἔκκριτα τῶν ἄνομαστοτάτων Ποιητῶν, καὶ
 μὴν καὶ ἐκλεκτὰ Ἐπιγράμματα, καὶ ἄλλα πάμπολλα.
- Ἐτυμολογικόν, ἦγεν Τὸ μέγα Ἐτυμολογικόν, ὅπερ περιέχει τὴν εἴξιν καὶ
 παραγωγὴν τῶν ἑλληνικῶν λέξεων.
- Ἐσαγγέλιον μὲ χαρτῆ μικρόν.
 Ἔτερα χρυσά.
- Ἐυχολόγιον, ἦγεν Διάταξις τῶν Ἱερῶν ἐν ταῖς Ἱεροτελεσίαις.
 Ἔτερα χρυσά.
- Ἐυχολόγιον μισόν, ἦγεν Διάταξις τῶν Ἱερῶν Λειτουργιῶν μετὰ τῆς ἐμπνεΐας
 αὐτῶν.
- Ἐκλόγιον ἦγεν Οἱ ὠραιότεροι βίοι τῶν Ἀγίων.
- Ἐκλογαὶ ἦγεν Βιβλιαρίον Περιέχον τὰς οἰκίας τῆς Πανοσιότητος, καὶ τὴν τι-
 μίαν Προδρόμου. τὴν μετάληψιν ἐξηγητήν. εἰς τὴν ἀγίαν
 Τριάδα. καὶ εἰς τὴν ἀγίαν καὶ μεγάλην παράσκευην.
- Ἐρβάν, ἦγουν Διάλογος τῶν ἐν Ἀγίοις Γρηγορίῳ μετὰ τινος Ἰουδαίου Ἐρ-
 βάν λεγόμενου.
- Εἰρηολόγιον, ἦγεν Βιβλίον περιέχον τὰς εἰρημὰς ἀπαντίας τῶν Κανόνων τῶν
 ὀκτῶ ἡχῶν, καὶ ἄλλα τινὰ, μετὰ τῆς προόδου τῆς Φυσιολογίας.
- Ἐρωτόκριτος, ἦγεν Πόνημα ἐρωτικόν, λεγόμενον Ἐρωτόκριτος.
- Ἐρωφίλη, ἦγουν Ἡ Τραγωδία τῆς Ἐρωφίλης.
- Ἐβδομαδευχάριον, ἦγουν Προσευχὰ κανὴν εἰς καθὲ ἡμέραν.
- Θεοτοκίριον, ἦγεν Κανόνες καὶ ὕμνοι διάφοροι εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεο-
 τόκον.
- Θησαυρῶς, ἦγεν Ὑμνοι καὶ εὐχαὶ κατανυκτικαὶ εἰς τὴν ἀγίαν Τριάδα.
- Θυσία τῆ Ἀβραάμ, ἦγεν Ῥημάδα εἰς τὴν Θυσίαν τῆ Πατριάρχου Ἀ-
 βραάμ. Ἰμπέ

Ιμπερίας, ἤγαν Ῥημάδα τῆ Ἰμπερίας.

Κυριακοδόμιον, ἤγαν Ὁμιλία εἰς τὰς Κυριακάς ὄλα τῆ χρόνε.
 Καλοκαιρινή, ἤγαν Οἱ ὠραιότεροι βίοι τῶν καλοκαιριῶν Ἀγίων.
 Κατήχησις Ἱερά, ἤγαν Βιβλιόπελον περιέχον βραχεῖαν εἶδησιν τῶν Ἱερῶν
 Μυστηρίων.
 Καζάνυξίς τῆ Μπενιαλῆ ἤγαν Στίχοι εἰς ἀπλῆν γλῶσσαν καταυκτικοί.

Λειτουργία, ἤγαν Διάταξις τῶν Θεῶν καὶ Ἱερῶν Λειτουργιῶν.
 Λειτουργία Γραμκαλατῆνα, ἤγαν Αἱ Θεῶν Λειτουργία, καὶ εἰς γλῶσ-
 σαν Λατίνικὴν μεταφρασμένα.
 Λόγοι Ψυχωφελεῖς εἰς τὸ Σωτήριο Πάθος, καὶ εἰς τὴν ἔνδοξον Ἀνάστασιν
 τῆ Κυρίας ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, νεωσι σεντεθέντες.

Μηναῖα, ἤγαν Τὰ δώδεκα Μηναῖα ὄλα τῆ χρόνε.
 Μηναῖα δεμένα εἰς χαρτῖα ἔξη.
 Μαργαρίτης, ἤγαν Λόγοι εἰς ἀπλῆν Φράσιν τῆ ἐν Ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν
 Ἰωάννη τοῦ Χρυσσοστόμου.
 Μιχαὴλ Βοηθόδας, ἤγαν Ῥημάδα διὰ τὰς ἀνδραγαθίας τῆ Μιχαὴλ Μπέ-
 γι τῆς Βλαχίας.
 Μπερζόλδος, ἤγαν Πανουργία τῆ Μπερζόλδε.
 Μῦθοι ἕτεροι τῆ Αἰσώπη εἰς Ἑλληνικὴν καὶ Λατινικὴν γλῶσσαν νεωσι τυ-
 παθέντες μετὸν βίον αὐτῆ καὶ ἕτερα συνταγματῖα ὀφελιμώτατα.
 Μῦθοι τῆ Αἰσώπη, ἤγαν Αἰσωπος εἰς ἀπλῆν γλῶσσαν.
 Μισωρόλογον, ἤγαν Μικρὸν Ὁρολόγιον.
 Ἔτερα χρυσά.

Νέος Παραδεισος, ἤγαν Βίοι διαφόρων Ἀγίων.
 Νέος Θεσαυρός, ἤγαν Βίοι διαφόρων Ἀγίων.
 Νέος Κλίμακας, ἤγαν Ἡ Θαυμασὴ βιβλος τῆ ἐν Ἀγίοις Ἰωάννη τῆ Κλί-
 μακος εἰς κοινὴν γλῶσσαν.
 Νηθεσία διδακτικὴ τῆ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν ὀφελιμα. διὰ τῶν
 πεζῶν.

Οκτώηχος.

Ἔτερα δεμένα ἄλλα Λατίνια.

Ὀκτώηχος μὲ Συλλεξεργικὰ, ἦγεν Τὰ Συλλεξεργικὰ καὶ ἡ Ὀκτώηχος καὶ τὸ Ψαλτήριον δεμένα ὁμῶς.

Οἴκοι ἐξηγητοί, ἦγεν Οἱ καὶ Οἴκοι τῆς Ἱππεραγίας Θεοτόκου, ἐξηγημένοι εἰς ἀπλήν γλῶσσαν.

Παρακλητικὴ, ἦγεν Ἡ μεγάλη Ὀκτώηχος τῆς Ἐκκλησίας διὰ ταῖς αἰκας
λεβθίας ὅλα τῷ χρόνῳ.

Πεντηκοστάριον, ἦγεν Ἡ ἀκολουθία τῶν Παχαλοσορτῶν.

Παλαιὸς Παράδεισος, ἦγεν Βίοι διαφόρων Ἁγίων.

Ἡ Παλαιὰ Διαθήκη εἰς μῆκος μέγα, τυπωμένη εἰς Βενετίαν.

Ἐτέρα τυπωμένη εἰς Λίψιαν εἰς τρεῖς τόμους, ὁμῶς καὶ ἡ νέα Διαθήκη.

Παιδαγωγία, ἦγεν χρήσιμος Φυλλάδα διὰ τὰ μικρὰ παιδία, ὅπῃ ἀρχι-
νέξεν τὰ πινακίδια.

Προσκυτηάριον, ἦγουν Ἐιδήσεις τῶν Ἱερῶν τόπων, ὅπῃ εὐρέσκονται εἰς τὴν
ἀγίαν πόλιν Ἱερουσαλήμ.

Παίγνια τῆς Φαντασίας, ἦγουν Βιβλίον γυμνάζον τὰς νέες εἰς τὴν ἐπιχει-
ρῆν τέχνην, μεταφρασμένον ἀπὸ τοῦ Ἰταλικῶν ἰδίωμα.

Πασὸς Φίλος, διὰ εἰχῶν πεζῶν.

Πανουργία ὑψηλόταται τῷ Μπερτόλδῳ.

Προσκυτηάριον τῶν Ἱεροσολύμων εἰς πεζὴν γλῶσσαν διὰ εἰχῶν ὁμοιοκατα-
λήκτων.

Πορτογαλῖος, ἦτοι βιβλίον περὶ ὁλοῦν τῶν λιμένων.

Ρήγας τῆς Σκότηας, ἦγουν Ῥημάδα τῷ Βασιλέως τῆς Σκότηας.

Σύνοψις ἦγεν Βιβλιάριον περιέχον τὴν καθημερινὴν ἀκολουθίαν ἐκάστῃ ἐν-
λαβῆς.

Συλλεξεργικὰ, ἦγεν Ἡ ἀκολουθία τῶν Ἀναγνωστῶν.

Στιχολογία, ἦγεν Βιβλιάριον τῆς Στιχολογίας τῶν ᾠδῶν διὰ τὰς κανόνας
τῷ ἔρθε, μὲ ὀλίγα Παοχείλια.

Συνταγματίον, ἦγεν Βιβλίον περιέχον διαφόρους κανόνας καὶ εὐχαῖς ψυχω-
φελῆς μὲ Παοχάλιον ἀιώνιον, σεληνοδρόμιον, καὶ μνηολόγιον.

Συνάξα-

Συναξαριστής, ἦγαν Οἱ βίοι τῶν Ἁγίων τῷ χρόνῳ ὅλα, εἰς κοινὴν γλῶσσαν, εὐγαλμένοι ἀπὸ τὰ Μηναῖα.

Συνήβικας, ἦγουν Βιβλίον μυθολογικόν, μεταγλωττισμένον ἐκ τῆς σοφίας τῶν Περσῶν.

Σωσάννια, ἦγουν Ῥημάδα τῆς σώφρονος Σωσάννης.

Τριώδιον, ἦγουν Ἡ ἀκολουθία τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Τεσσαρακοστῆς.

Τυπικόν, ἦγουν Ἡ διάταξις πάσης τῆς Εκκλησιαστικῆς τάξεως, καὶ πασῶν τῶν ἀκολουθιῶν.

Τετραβάγγελον μέγαλον, ἦγουν Ἡ νέα Διαθήκη εἰς τύπον χοιρῶν.

Ἔτερα χρυσά.

Τετραβάγγελον μικρόν, ἦγουν Ἡ νέα Διαθήκη εἰς τύπον ψιλόν.

Ἔτερα χρυσά.

Τετραβάγγελον εἰς ἀπλὴν γλῶσσαν, ἦγουν Ἡ νέα Διαθήκη ἐλληνικὴ καὶ κοινὴ, τυπωμένη εἰς τὴν Ἄλφα τῆς Γερμανίας.

Τριαδικὴ Οκτώηχος, περιέχουσα κανόνας κθ. ὧν οἱ μὲν ὀκτῶ εἰσι πρὸς τὴν Παναγίαν τριάδα. οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ποίμα Ἀγαπίς Μοναχῶ.

Ταρίφα με πόσαις, ἦγουν Πολυπλασιασμός με τρόπον ἕυκολον, καὶ με τῆς τὴν εἶδησιν τῶν γραμματοφόρων τῆς Ἰταλίας καὶ Ἑυρώπης.

Χρονογράφος, ἦγαν Σύνοψις τῶν Ἱστοριῶν τοῦ Κόσμου.

Χριστιανῶν ὁδηγία, ἐν ἣ εἰσι γεγραμμένα αἱ τρεῖς μεγάλα ἀρετῆ. συληθεῖσα παρὰ Ἀγαπίς Μοναχῶ.

Ψαλτήριον.

Ἔτερα δεμένα ἄλλα Λατίνα.

Ψαλτήριον ἐξηγητόν, ἦγαν Τὸ Ψαλτήριον εἰς γλῶσσαν εἰπλὴν ἐξηγημένου.

Ψαλτήριον μικρόν, ἦγαν Τὸ Ψαλτήριον με εὐχαῖς καταπυκτικαῖς.

Ψαλτήριον με Λεξικόν, ἦγαν Τὸ Ψαλτήριον σὺν δυοῖ Λεξικοῖς, Γραμματικῶ καὶ δηλαδὴ, καὶ Ἱστορικῶ.

Ωρολόγιον μέγα, ἦγαν Τὸ Ὁρολόγιον με Παχάλια καὶ ἄλλα τινὰ ἀναγκαῖα.

Ἔτερα χρυσά.

CAPVT V.

De scriptoribus veterem Geographiam ac Chorographiam illustrantibus.

Studii Antiquitatum diuisio et partes. 1. Archaeographia a Iac. Spornio descripta, diuisaque octo capitibus. 2. Vt in Historia sic in Antiquitatum studio Geographia vetus et Chronologia neutiquam omittendae. 3. Geographiae sacrae et de terra sancta ac Hierosolyma scriptores veteres ac recentes. 4. 5. Geographia Nubiensis, Abulseda, etc. 6. Antiqui Geographi Graeci. 7. Latini. 8. De Tabulis Geographicis. 9. Geographia vetus ciuilibus per compendium a recentioribus tradita. 10. Eadem plenius et vberius exposita. 11. Parallela veteris et nouae Geographiae. 12. Lexica Geographica. 13. Scriptores qui certas regiones speciatim persequuti sunt, et de Geographia medii ac sequentis aevi, quae magnam partem adhuc illustranda desideratur. Difficulus id fieri posse nisi recens Geographia plenius et accuratius tradatur. ibid. 14. 15. Geographiae veteris Ecclesiasticae scriptores, et Notitiae Episcopatum. 16.

I.

Philologia atque humanior eruditio, de qua praeclarae Io. Woweri de Polymathia, et Gerh. Io. Vossii de Philologia Commentationes existant, praeter Grammaticam linguarum cognitionem etiam alias disciplinas humaniores, vt artem dicendi et Poeticam, imprimis vero Criticam siue facultatem iudicandi de omnis generis scriptis, Veterum praecipue, genuina a suppositiis, lectu digna ab inepris discernendi, eaque emendandi et interpretandi, ambitu suo complectitur: quae postrema vt accurate fiant, opus est non mediocri scientia Antiquitatis, quae destitutos nihil in praeorum scriptis videre, et e nostris moribus veteres aetates iudicando passim hallucinari certum est. Antiquitatis autem cognitionem ille demum sibi comparasse intelligitur, qui praeter Historiam veterem, tum fabularem illam tum veram huiusque partes ciuilem, ecclesiasticam, litterariam et naturalem perspectos habuerit ritus moresque veteres, sacros, politicos, militares et priuatos siue Oeconomicos, quique in monumentis antiquis probe sit versatus, ac praeter libros editos consuluerit etiam et cum iudicio. ¹ consulere possit Codices MSS. tractauerit

¹ Petrus Aurelius responsione de Canone Araucano ad Sirmondum T. 3. pag. 291. *Debetur Manuscriptis catenus fides, quae lux maior et rerum grauiorum explorata ratio nihil*

verit nymismata antiqua et Inscriptiones, diligenterque contemplatus sit aedificia siue rudera antiqua et instrumentum priscum omnis generis, quantum temporum hominumque iniuriae reliqui nobis fecerunt, aquaeductus, amphitheatra, arcus, statuas, columnas, obeliscos, pondera ac mensuras, toreumata siue tabulas exsculptas, opera Musiva, gemmas, lucernas, vasa et quicquid supellestilis antiquae ad nos peruenit et aetatem tulit.

II. Iacobus Sponius V. C. in praefatione ad Miscellanea eruditae Antiquitatis, notitiam antiquorum quae iam dixi monumentorum appellat Archaeographiam, eamque distinguit in octo capita, de quibus nec alienum ab hoc loco nec inuicundum aut inutile studiosis erit verba doctissimi Viri cognoscere, quum in singulis praecipuos etiam Auctores laudet. Ita vero ille:

ARCHAEOGRAPHIA est declaratio siue notitia Antiquorum monumentorum, quibus Veteres, sui temporis Religionem, Historiam, Politicam, aliasque tum artes tum scientias propagare, posterisque tradere studuerunt. Pro variis ergo quibus imprimuntur subiectis in totidem scientias subdiuidenda videtur. Istas pro lubitu liceat unicuique partiri atque designare. Mihi praecipue octo statuendae videntur, iuxta totidem subiecta, numos, lapides, aedificia, statuas, gemmas, toreumata, manuscripta, instrumentaque omnis generis.

Z 3

I. Prima

nihil obstat; debetur in dubiis, cum veritas aliunde nulla cernitur: debetur, cum eorum auctoritas nulla insigniori praeponderatur; debetur denique cum nihil est, quo eorum errorem aperte conuincamus. Alioquin, si vel diluenda ratio, vel sanctior auctoritas, multo magis si rerum diuinarum decreta, maiorumque religio reclamant, nemo est quin manuscriptorum codicum, non modo paucorum sed plurimum etiam, seu voces, seu clamores, seu quascunque consensiones longe asperuandas respuendasque videat, et primum eorum vnus, vel alterius errorem in caeteros manare potuisse fateatur. Nam qui hoc negare velit, in eum eruditorum omnium consensu conferentur illae voces quibus tuus es, qui aliquot tuorum manuscriptorum fidem eleuare audeant, aspersisti. Non enim subesse tuarum scriptis idoneum Criticum, sed praesse decet, moderari, iudicare, regere; nec imperitorum plurium scribarum veterum, eruditorum hominum iudicia, rerumque summarum amplitudinem mancipare. Hoc deum est gnauum esse Criticum, prudentem, eruditum, elegantem. Nil Criticum esse attinet; Hypercriticum esse necesse est, qui vere Criticus esse velit, tam iudicio quam nomine, tam re quam officio. Qui enim nil nisi Criticus sit, mere Criticus, Κριτικός, litterularum et formularum Grammaticus auceps, saecularis litteraturae quadam notitia tumidus magis quam plenus, Theologiae sanctorumque Patrum scientia leuiter tinctus, totius litterae, totius ebarthae seruus; hunc Criticorum omnium natio; et imprimis Theologorum Criticorum e choro suo exiget, neque tali auctoritate venerandum Critici nomen inquinari patietur. Rerum iuxta et litterarum peritum esse oportet; qui hoc nomen quaerat, et iudicio praeserea summo quadam, quas ipsa Critici notio est, praecellentem. Quam horum quodpiam deficiat, hunc Manuscriptorum codicum copia magis implicabit, quam iuuabit: Quo pauciores euoluet, hoc sibi minus et aliis oberit: tam publicum quiescendo demerebitur, quam alii laborando.

1. Prima est *Numismatographia*, siue cognitio numismatum, cuiusuis metalli, aetatis et regionis, quam hisce vltimis saeculis excitarunt adornaue-
runtque Fulvius Ursinus, Augustinus, Vicus, Erizzo, Sambucus, Occo, Stra-
da, Golzius, St. Amant, Henmelarius, Angeloni, Seguinus, Patinus, Span-
heimius, Vaillant et Oyselius: quamque variorum Principum cura ad per-
fectionem quasi euexit.

2. *Epigrammatographia* est Inscriptionum antiquarum lapidi, marmori,
aerique incisarum notitia: cui insudarunt ex priscis, Polemon, Ptolemaei,
Epiphanis aetate, cognominatus ὁ σηλοκόπας, eo quod columnas siue cip-
pos, quas *stilas* vocabant, in singulis Graeciae vrbibus magno labore trans-
scripsisset, Athenaeo teste. Philochorus Athenientis qui, referente Suida,
Atticas inscriptiones collegerat: Aristodemus qui Thebanas; Neoptolemus
Parianus qui omnis generis Epitaphia. Ex Recentioribus Apianus, Cyria-
cus Anconitanus, Lipsius, Boissardus, Panuinius, Seldenus, Lucius, Capa-
cius, Paradinus, Gualterus, Reinesius, Guichenon, Chorierius, Ursatus, Ma-
rullus Spalatenis apud me manuscriptus, Peireskius ineditus, ac tandem in-
star Annium multiscius Gruterus.

3. *Architectonographia* est descriptio Templorum, Theatrorum, Arcu-
cum triumphalium, Pyramidum, Balneorum, Portuum, Aquaeductuum, mili-
tariorum, Sepulcrorumque. Eam excoluere plurimi Graeci ac Romani ve-
teres, labantemque restituerunt hac aetate Serlio, Marlianus, Palladius, Bo-
sius, Poldo, Bellorius, Bergerius, Ferrotius, aliique.

4. *Iconographia* Statuas omnis generis, protomas, picturas, musiuque
opera describit. Hanc sexcenti celebres epifices olim coluerunt. *Imaginum*
amore, inquit Plinius, *flagrasse quosdam testes sunt et Atticus ille Citeronis, edi-*
to de his volumine, et Marcus Varro benignissimo inuento insertis voluminum suo-
rum foecunditati, non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed et aliquo
modo imaginibus, non passus intercidere figuras, aut vetustatem aevi contra bo-
mines valere. At eam nostris saeculis renouarunt, Michael Angelus, Ursinus,
variique sculptores ac caelatores Romani non ignobiles.

5. *Glyptographia*, versatur circa gemmas caelatas veluti Iaspides, Sar-
doniches, Carneolas, Amethystos, annulis aliisque ornamentis, et Hiero-
glyphicis inseruientes. Eam sub prioribus non comprehendimus, quod peram-
pla sit, caelatorumque ars a sculptorum arte diuersa sit. *Gemmas plures, ait*
idem Plinius, quod peregrino appellant nomine Dactylisothecani, prius omnium
habuit Romae priuignus Syllae Scaurus. Dique nulla alia fuit, donec Pompe-
ius Magnus eam quae Mithridatis Regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret,
ut M. Varro aliique eiusdem aetatis Auctores confirmant, multum praclatam
Scauri.

Scauri. Hoc exemplo *Caesar Dictator sex Daehlyiothecas in aede Veneris Genitricis consecrauit.* Fuit haec scientia quasi postliminio reuocata ab Vrsino, Gallaeo, le Pois, Pierio Valeriano, Gorlaeo, Chiffletio, Kirkerio, Augustino Romano, Caninio, Bagarrio, Reicheltio Argentoratensi, aliisque.

6. *Toreumatographia* exponit tabulas marmoreas exsculptas, quae toreumata vocabantur, quorum avidus collector Iulius Caesar, teste Suetonio. *Primus Phidias artem toreuticam aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur: Polyeletus consummasse.* Plin. lib. 34. cap. 8. Toreumata quamplurima, quae *bas reliefs* appellamus, acri incidit Petrus Sanctus Bartolus, ea inprimis quae in columna Traiana et Antoniana visuntur a I. P. Bellorio eleganter et breuiter explicata. Quae in arcu Scueri spectantur Suarezius Episcopus Valionensis interpretatus est: aliasque ediderunt Bosius, Aringhius et Boissardus: multaque possident inediti Ligorii, Bagarrii, Equitisque a Puteo codices delineati.

7. *Bibliographia* Manuscriptis dignoscendis et perlegendis addita est, cui tot insignes Critici operam nauarunt, Scaliger, Sirmondus, Salmasius, Casaubonus, l'Abbaeus, Busbekius, et nuper Lambecius, qui bibliothecam Caesaream descripsit, nec non Aemilius Portus Cretensis, cuius tractatum de Manuscriptorum Graecorum abbreviationibus ipsiusmet manu exaratum possideo.

8. *Angeiographia* instrumenta omnis generis domestica, militaria, nautica, vasa, mensuras, pondera scrutatur: modo sub voce *angeion* commodioris defecta, omne instrumenti genus comprehendere liceat. Haec pertractarunt Baysius, Ferrarius, Rubenius, Schefferus, Smerius in suis Antiquitatibus Neomagensibus, et ineditus Peireskius ὁ πᾶν. *Haecenus Sponius.*

III. Notum est duos necessarios Historiae oculos a viris doctis haberi Geographiam et Chronologiam, quo nihil posse dici verius res ipsa confirmat, nullum enim cogitari potest magis obscurum vel confusum chaos, quam rerum quarumcunque narratio, vbi ratio temporum vel locorum confunditur aut ignoratur. Eodem plane modo res se habet in studio Antiquitatis, nam et hoc genus est quoddam Historiae, est enim morum rerumque quae apud veteres in vsu fuerunt enarratio, in qua vt recte verferis, Geographiae et Chronologiae cognitione est opus, quoniam alia alibi et alia aetate obtinuerunt, ne dicam hanc ipsam partem esse Antiquitatis haud ignobilem veterum temporum rationes, epochas, aerasque, regionum, vrbiumque appellationes ac regnorum limites veteres nosse. Antequam igitur ad specialia capita argumenti quod mihi proposui descendam, et scriptores de ritibus sacris aliisque aut de monumentis veteribus singillatim exponam, iuuat praemittere inprimis eos qui Geographiam veterem mediue aevi scriptis suis illustra-

Iustrarunt, deinde dicere de iis, quorum in expediendis Chronologiae rationibus occupata fuit industria.

IV. Geographiam Biblicam e veteribus primus attigit *Eusebius* libro de locis hebraicis secundum ordinem litterarum disposito; quem ab *Hieronymo* latine translatum et auctum primus graece, cum Hieronymi et sua versione edidit notisque illustravit *Jacobus Bonfrerius* Paris. 1631 et 1659. ad calcem commentariorum suorum in Iosuaam. *Petrum* quoque *Bertium* Eusebii libro lucem afferre conatum fuisse, testatur Io. Gerard. Vossius p. 261. de Script. mathematicis; et Claudius Sarravius p. 267. Epp. Eusebiana Bertii ex Menagii dono misit ad Isaacum Vossium Gerardi Ioannis filium. *Lucas* praeterea *Holstenius* vereris Geographiae peritissimus, nouam Eusebii de locis ebrâicis editionem pollicitus est libro de vita et scriptis Porphyrii p. 21. Atque oprandum fuisset, vt post nouas *Marcianaei* et *Ioannis Clerici* editiones prodiiisset idem Eusebii liber expolitus cura doctissimi viri *Iacobi Rhenferdi*, cuius egregia in eundem specimina obseruationum leguntur in eius operibus philologicis a Dauide Millio editis p. 776—828. Ceterum *Bonfrerii* in Eusebium notae cum illustrationibus *Clerici* additis *Augustini Calmeti* et *Ren. Iosephi Tournemini* annotationibus insertae sunt Menochio illustrato p. 159. seqq. et Blasii Vgolini thesauro antiq. hebraicar. Tomo V. Pulcherrimam quoque huic Eusebii libro lucem attulit V. C. *Adrianus Relandus* in sua Palaestina, de qua infra. Exstat et *Eucherii* Episcopi Lugdun. saec. V. epistola de situ Hierosolymae et Iudaeae ad Faustinum Presbyterum Insulanum, quam edidit Philippus Labbeus T. I. Bibliothecae nouae manuscriptorum p. 665—667. A *Marcellino Comite* quatuor libellis Constantinopolin et Hierosolymam descriptam esse auctor est *Cassiodorus* in diuinis lectionibus c. 25. quod Marcellini opus intercidit. Sed tulere aetatem *Adamanni* Scoti de situ terrae sanctae et quorundam aliorum locorum libri tres, excerpti ex ore *Arculphi* Galliarum Episcopi, cum venerabilis *Bedae* eorundem compendio editi primum a Iacobo Gretsero, 1619. et deinde a *Ioanne Mabillonio* in calce T. 4. actorum sanctorum ordinis Benedicti, prologum vulgante *Labbeo* Tomo primo Bibliothecae nouae manuscriptorum pag. 667 seq. Praetereo alios recentiores terrae sanctae descriptores siue Graecos, vt *Ioannem Phocam*, ² *Epiphanium Hagiopolitam* et *Perdiccam* de locis Palaestinae editos a *Leone Allatio* in Symmetis; siue latinos, vt auctorem itinerarii a Burdegalâ Hierosolymam vsque:

Marinum

² *Ioannis Phocae* sacerdotis et monachi, qui A. C. 1185. loca sancta adiit descriptionem ex Allatii versione, cum itinerario *Antonini* Placentini (scripto decimi vel vndecimi saeculi) edidit *Papebrochius* ante tomum secundum Actorum Sanctorum mensis Maii.

Marinum Sanutum Torfellum ad calcem librorum de secretis fidelium crucis, editorum a Iacobo Bongarsio in Tomo secundo gestorum Dei per Francos, hoc est, scriptorum belli sacri Hierosolymitani: quo in libro quoque comparet *Iacobi de Vitriaco* historia Hierosolymitana, cuius liber tertius narrationem de statu terrae sanctae continens cum aliis pluribus terrae sanctae descriptionibus insertus est tomo tertio thesauri noui anecdotorum *Edmundi Marteni*: siue ebraeos denique *Eldad Danacuth*; qui latine exstat ad calcem chronographiae Genebrardi, et Ebraice Oxoniae in Bibliotheca Bodleiana: *Beniaminem Tudelsenem* A. C. 1173. defunctum in itineralio, quod post Arim Montanum latine vertit et illustrauit *Constantinus l'Empereur*,³ et ineditis adhuc obseruationibus *Matth. Frider. Beckius*, Theologus Augustanus, ὁ μονοκλιτρικ: gallice versum exstat in collectione itinerum saeculis 12. 13. 14. 15. in Asiam susceptorum, a Petro Bergeronio edita, et recusa Tomo primo operum Bergeronii, Hagae Comitum 1735. 4. recusorum, deinde accuratius in gallicum sermonem versum notisque instructum, a praecocis ingenii iuvene *Ioanne Philippo Baraterio*, prouidit Amstelod. 1734. 8. R. *Mosen Petachiam*, cuius saeculo XII. clari itinerarium edidit cum versione sua Cl. Wagenfeilius in exercitationibus sex varii argumenti, exercitatione quarta: vbi p. 161. sq. alii geographici iudaeorum libri commemorantur, qui pauci admodum apud illos, et fabulis fere conspersi reperiuntur. *Abrahami* denique *Perisfol* itinera mundi, Ferrariae descripta ab auctore, An. 1525. cumque versione et notis, edita a *Thomae Hyde*, Oxonii 1691. 4. Hic Abrahamus pag. 29. suam mappam mundi allegat, quae non vidit lucem. R. *Samuells* filii *Dauidis Iemsel*, Karaitae itinerarium ebraice et latine edidit *Gustanus Peringer*, Vpsaliae, 4. atque inde *Celeb. Wolfus*, T. III. Bibl. ebr. p. 1081. seqq.

V. Inter superioris saeculi scriptores Christianos praeter *Samuelem Bobartum*, in Geographia Sacra, incomparabili opere, et *Iosephum Scaligerum*, quem librum suum de insolubilibus S. Scripturae, et Geographiam Sacram a se compositam paullo ante mortem flammis tradidisse testatur Patinus, T. I. Epist. pag. 607. 608. huic argumento singularem lucem attulerunt *Andreas Masius*. et *Iacobus Bonfrerius*⁴ ad Iosuum, et *Ioannes Lightfootius* in horis Ebraicis

³ Plures in *Constantini* versione errores, praecipue in nominibus propriis, notat *Eusebius Renaudotus* pag. 11. seq. Apologiae pro historia Patriarchatum Alexandrinorum gallice editae, Parisiis 1717. 12.

⁴ Iacobi Bonfrerii onomasticon urbium et locorum S. Scripturae recusum est in appendice ad Menochii commentarios totius S. Scripturae, quos accuratiores edidit Ren. Ios. Tournemius, Parisi. 1719. fol.

cis ad Euangelistas aliisque scriptis: *Waltonus* in apparatu ad Biblia Polyglotta: *Bernardus Lamy* in Concordia Euangelica, paucique quidam alii. Idem conati sunt in Itinerariis Palaestinae *Henricus Buntingius*, cuius Itinerarium S. Scripturae post plures editiones recensitum et notis illustratum emendatumque et locupletatum est a Ioan Georg. Leuckfeldio, Magd. 1718. fol. Est autem *Buntingius Bernardus de Breitenbach* plerumque sequutus. Nec confundendus est Bernardus iste, cuius itinerarium prodiit Moguntiae 1486. et Spirae 1502. fol. cum Martino Baumgarten in Breitenbachi equite Germano, cuius descriptio itineris in Aegyptum, Arabiam, Palaestinam et Syriam edita est. Norimbergae 1594. 4. *Christianus Adrichomius*, a P. Gaudio recensitus, *Christoph. Heidmannus*, *Franc. Quasremius*, *Olfert Dapper*, *Jonas Korte*, aliique quamplurimi, quos enumerant Acta Eruditorum, An. 1713. pag. 276. vbi de V. C. *Eduardi Wells* Geographia V. et N. T. *Ioan. Clericus* praefat. ad Sansonii Geographiam Sacram, Ephem. Paris. A. 1707. Octobr. pag. 58. Lipenius Bibl. Theol. T. II. pag. 390. 821. sq. S. V. *Baumgartinius* in praefatione T. IX. interpret. germanicae historiae vniuersalis praemissa p. 11. ff. et *Dan. Hartnaccius* in Bibliothecario p. 168. sq. qui non modo Germanica lingua Geographiam Biblicam singulari nec adeo magno libro complexus est, Norimb. 1689. 4. sed et longe perfectius atque plenius opus huius argumenti, consultis 200 amplius itinerariis multorum annorum labore collegisse se, ibidem testatur. Sed profecto arduum est, inter tot fabulosa atque incerta, ex recentioribus istis Hodoeporicis, situm verum locorum terrae sanctae, in sacris litteris memoratorum, cognoscere. Interim licebit, vt ne utiquam immunem a naeuis consulere Geographiam sacram *Nicolaus Sansonii* Abbauillae, cum praefatione Ioannis Clerici recusam, Amst. 1704. fol. et a *Blas. Vgolino* Tomo V. thes. antiquitat. hebraicarum; et *Frider. Spanhemii* Geographiam sacram, separatim et inter opera eius editam, *Hieronymi* item *Dicelii* Germanice vulgatam, Lips. 1704. 8. et *Ioan. Iac. Schmidii* Geographum Biblicum, Germanice itidem editum, Züllichauias 1740. 8. cum mappas Geographicas Palaestinae, a variis viris doctis adornatas, quales v. g. exstant in Waltoni apparatu, in Lightfooti operibus, atque, vt nouissime editas commemorem, in commentario *Ioannis Clerici* ad Pentateuchum; in *Augustini Calmet*, Monachi Benedictini Commentar. ad Iosuum, Paris. 1711. 4. in *Franc. Burmanni*, 5 filii, Harmonia Euangelistarum, Belgice edita, Amstelod. 1713. 4. et in *Frider. Spanhemii* T. I. Opp. paullo ante mortem eius A. 1701. Lugd. Batav. in lucem edito, in quo locupletior habetur introdu-

⁵ Auctor tabulae Palaestinae, ad Harmoniam Burmannianam adiunctae, est *Maunderius*, itineris, quod in Palaestinam suscepit, descriptione notus.

Introductio eius ad Geographiam sacram, patriarchalem, israheliticam et christianam. In primis euoluere iuuabit viri exquisitae eruditionis *Adriani Relandi* Palaestinam ex monumentis veteribus illustratam et tabulis accuratis instructam, quae lucem vidit; Traiecti Batauorum 1714. 4. et supplementis aucta est a *Ioanne Christoph. Harenbergio*, insertis Vol. IV. Miscellan. Lips. nouorum P. III. pag. 465-511. Vol. V. P. II. pag. 248-328. et P. III. p. 408-455. ac Vol. VI. P. II. p. 199-235. P. III. p. 406-466. et P. IV. p. 593-619. Idem vir eruditus mappam geographicam terrae sanctae delineauit ab haeredibus Homannianis A. 1744. editam; atque peculiari commentatione, relationibus cosmographicis A. 1748. p. 184. inserta, illustratam. Relando emendando ac illustrando inseruiunt quae erudite de geographia terrae sanctae disputat V. Cl. *Ioan. Georg. Waltherus* in commentat. de Aulone et de *πεδιω μουyla* proprie dicto, in primisque Palaestinae; quae existat in eius animaduersionibus historicis et criticis p. 217. ff. Relando iungendus est *Ioannes Mathias Hafius*, qui Norimb. 1739. fol. edidit Regni Dauidici et Salomonaei descriptionem geographicam et historicam, sex mappis geographicis instructam. De tabula geographica R. *Jacob Zaddik* conf. V. C. *Ioan. Christoph. Wolfium* Bibl. Ebraeae Vol. I. pag. 612. Orbem veterem vt a Noae posteris primum frequentatum supponit, exhibet et explicat *Casparus Danckwerth* in Chronico Holfatae lib. 1. c. 6. pag. 28. sq. Varia geographiam Biblicam, et in primis Aegypti illustrantia afferuntur a *Christiano Mullero* in sarura obseruationum philologicar. Lugd. Bat. 1752. 8. Hierosolymae descriptionem praeter Lightfoorum aliosque iam commemoratos fecit *Ioan. Baptista Villalpandus*, in amplis suis ad Ezechielem commentariis, Tomo tertio, Romae 1604. fol. ex quo excerpta dedit Waltonus in Apparatu, vt omittam quae e Villalpando exhibuit *Ioannes Blomius* ad calcem dissertationum de migratione in Ophir et purpura ac cocco. Hamb. 1660. 8. *Ludouici Cappelli* Ichnographia Hierosolymae; eius Historiae Apostolicae illustratae subiecta legitur. Exstat et *Christiani Adrichomii* Descriptio Hierosolymae, Colon. 1588. 8. *Christiani Gerardi Offerausii* Descriptio veteris Hierosolymae. Dauentriae 1718. 4. Historiam huius vrbs, quae et Iebus et Salem dicta est, eleganter exposuit *Hermannus Witsius* in Dodecade Dissertationum, exercitationibus tribus postremis, quae secundae sunt Tomo II. Miscellaneorum eius Sacrorum. Aeliam Capitolinam, quam pro Hierosolyma diruta excitatam ab Imperatore Adriano refert Dio Cassius, non in eodem loco, vbi antea Hierosolyma fuerat, exstructam fuisse probat *Guilielmus Beuerigijs* in notis ad Synodicum magnum pag. 61. 62. 63. adde *Matthaei Zimmermanni* Analecta p. 372. et *Christiani Erdmanni Deylingii* origines et historiam Aeliae Capitolinae ex vetustis monumentis explicatam.

Lips. 1744. 4. De Hierosolymae nominibus consulo sive *Thomam Hyde ad Abraami Peritfoli itinera mundi* p. 17. sq.

VI. *Geographiae* quae vulgo vocatur *Nubiensis*, quamque ex arabico latine versam ediderunt Maronitae, *Gabriel Sionita* et *Ioannes Hefronita*, Parisiis 1619. 4. auctor ab *Abulfeda* vocatur *Sherif Elidris*, siue nobilis *Idrisius*, ut notatum *Seldeno III.* 26. uxoris Ebraeae. Nomen integrum *Mohamed ben Mohamed Sherif al Edrissi*, teste *Herbeloto* *Bibl. Oriental.* p. 786. Patria videtur fuisse Aegyptius: unde errauit *Leo Africanus* libro de viris apud Arabes illustribus in *Hottingeri Bibliothecario* quadripartito pag. 268. Siculum Mazaratensem eundem fuisse affirmans. Oblata est haec *Geographia* Anno *Hegirae* 584. A. C. 1153. *Rogério primo*, ad explicandum globum, in quo descripta fuit terrae figura, quem sibi ex argento puro conflare curauit Rex pondere 400 librarum (seu Rotalorum ut vulgo loquuntur) graecarum, quarum vnaquaeque 112. drachmas continet. Vtrum religionis Christianus fuerit auctor huius compendii, ut viris praeclaris qui illud latine verterunt, et *Celeb. Baumgartenio* visum est, an vero *Muhammedanus*, ut suspicatus *Isaacus Casaubonus* ad *Epistolam Gregorii Nysseni* pag. 66. sq. non est plane exploratum, neque quod *W. E. Tentzelio τὸ μακαρίτη* in dialogis mensuris vernaculis *Anni* 1692. pag. 875. in mentem venisse video, ac conuincator *Epitomes*, quam solam Maronitae latine ediderunt, Christi sacris addictus fuerit, auctor autem ipse operis, 7 quod longe vberius ex Syria *Pocockius*, et ex Aegypto *Ioannes Granius* secum attulit, fuerit *Muhammedanus*. 8. Opus ipsum, in quo nihil desiderandum esse notarunt Arabes, quam quod longitudo et latitudines locorum non sunt annotatae, multo plura autem desiderat *Sam. Bochartus* in epistola Tomo secundo *miscell. obseruat. criticar. nouar.* pag. 105-116. inserta, Arabice cum versione et notis edere voluit *Georgius Hieron. Welschius*, sed fati praeventus hoc ut multa alia egregia omisit.

Opus ab auctore inscriptum *Nozhak al Moschtaak* (pulchritudo vniuersi) atque epitomen eius tantum ex Arabico Latine edidisse Maronitas, et sine ulla ratione *Geographiam Nubiensem* inscripisse, notat etiam *Bartholomaeus Herbelotus* in *Bibliotheca Orientali* p. 667. 786. Arabice *Mediceis* typis editam refert *Vossius* p. 251. de disciplinis Mathematicis, qui *Scriptorem praeclare*

* De hac *Geographia* conferri meretur *S. V. Baumgartenii* praefatio P. III. *interp. germ. histor. vniuers.* praemisit pag. 11. et *Eiusd. notitiae Bibliothecae cuiusd. Halens.* P. IV. pag. 381. ff.

7 Vide *Pocockii* specimen historiae Arabum p. 122. 128. 373.

8 Hanc sententiam tenetur *Baumgartenius*, auctorem operis maiorem fuisse *Abu Abdellak Mubarrad*, per aliquod tempus *Calipham* Africae, affirmans.

de Orbis descriptione, Asiae praecipue et Africae promeritum vocat, subiungens Arabiam in primis ab eo ita describi, ut nihil vsquam accuratius sit reperiri: ex Europaeis autem regionibus diligentissime exponi Hispaniam, quam solam iustrasse se narret p. 148. edit. latinae. Idem Vossius pag. 250. mentionem facit *Horti Geographici*, ab Anonymo Arabice scripti, et a *Bernardino Baldo* Latine versi, sed nondum, quod sciam, editi: tum operis Geographici insignis, quod A. H. 721. A. C. 1321. composuit *Ismael Abu'l Feda*, Princeps Hamatensis in Syria, 28. tabulis, quibus illustratio addita est, compositi, cuius operis tres tantum tabulae typis sunt excusae: primam Arabiam sistentem, cum versione latina Ioannis Grauii inserendam curauit Tomo. tertio geographorum minorum *Ioannes Hudsonus*; tabulam vicepsimam, quintam et sextam, Chorasmiae et Mewazalnahrae descriptionem complectentem edidit Ioannes Grauius ad calcem epocharum celebriorum Vlgi Beighi, recusam a *Ioanne Hudsono* volumine itidem tertio geographorum minorum. Ceterum plura eundem Grauium in affectis, habuisse, in quibus fuerit Abulfeda integer, docent *Acta Eruditor.* A. 1700. p. 518. sq. *Mosis Chorensis* Epitome Geographiae, Armeniace et Latine, cum notis *Guil. et Georgii, Guil. Whistoni* filior. prodit, Londini 1736. 4. Bene D. Abraamus Hinkelmannus δ $\mu\alpha\kappa\rho\alpha\sigma\tau\rho\varsigma$ in praefat. ad Alcoranum, k. 2. *Quum vero ad utramque historiam. GEOGRAPHIA: ita necessaria sit, ut sine ea historicus ne intelligi quidem possit; maxima in hoc quoque studio adiumenta et lumen in posterum Arabismo debebimus. Neque in ulla parte eruditionis ex ignorantia vocum et rerum orientalium foedius peccatum unquam fuit, quam in hac. Hic montem Gebel, desertum Barka, et his similia audias; quum vocis ipsae arabicae montem et desertum expriment. Hic summa cum imis confusa et transposita animaduertas, quum ad vera climata et gradus omnia renouauerint Arabes. Nemini ego fidem extorquere auctor: id certe noui, aliam esse Asiae et Africae faciem, quam in omnibus adhuc chartis Geographica nobis depingitur. Possideo Institutiones Astronomicas Abu Ishak Ibrahim Ibn Iahia, quibus in fine adiectae sunt Tabulae longitudinis et latitudinis Locorum nobilium orientis, ex quibus errores quam plurimos detegere, cuius desideranti sine negotio possum. Atque utinam integrum illud Principis Hamae Abu'l Feda opus Geographicum aliquando cum Europa communicaretur, cuius praeter pauca a Schichardo et aliis citata, ut et partem exiguam a Grauii editam, nihil adhuc vidimus. Forte nihil praeterea desideraremus. Interim monere possumus Geographia Nubiensis, et quae ad Alferganum Golsus annotauit, quantum adhuc emendandum nobis restet. Quid est autem tantas orbis partes ignorare quam in communi patria tanquam in ignota sylua vivere? Quid est inuidantius, quam librorum ope nobilissimas regiones peragrari?*

VII. De antiquis Geographis Graecis non repetam, quae prolixius disputata sunt lib. 4. Bibliothecae Graecae c. 14. tantum nomina et praecipuas editiones verbo perstringam, nonnullaque memorabo ibi omissa. Peruenerunt ad nos

1. *Strabo* Amasenus, Augusto et Tiberio imperante clarus, cuius libri 16. de Geographia cum Xylandri versione et Isaaci Casauboni commentario bene editi sunt a Fed. Morello, Paris. 1620. fol. Meliorem editionem cum Casauboni et aliorum virorum doctorum obseruationibus non ad calcem libri, sed per singulas paginas verbis Strabonis statim substratis nouissime edidit V. C. Theod. Iansonius ab Almeloveen. Amstelod. 1707. fol. Versionem Strabonis Casaubono praeter rem tribuit Harduinus in numis populorum et urbium illustratis p. 410. De Henrico Scrimgero haec Henricus Stephanus notis ad Maximum Tyrium p. 360. *Apud Strabonem ubi editto Aldina Apsidas habet, annosauit Henricus Scrimgerus Scotus ex iisdem exemplaribus quorumope hunc scriptorem a multis mendorum millibus purgauit, hanc lectionis varietatem Apsidos pro Apsidas, sed ita ut ex septem exemplaribus tantum duo hanc haberent.* Animaduersiones in nouem libros Geographiae Strabonis ex manuscripto codice Mediceo exhibet *Abraamus Gronouius* in variis Geographicis. Lugd. Batav. 1739. 8. editis pag. 149. Obseruationes autem in Strabonem et Dionysium Periegeten existant in obseruat. miscellan. in auctores vet. et recent. Vol. II. T. I. p. 1. sqq.

2. *Dionysius* Periegetes Strabonis; vt plerique sibi persuadent, aequalis, vt H. Dodwello persuasum ad Eliogabali aetatem detrudendus, cuius enarrationem habemus versibus hexametris pulchre descriptam et ab *Auieno* et *Prisciano* latinae inephrasi donatam, ab *Eustathio* autem copiosis illustratam commentariis, et ab alio *Anonymo* scholiis breuibus graecis ac paraphrasi expositam. Melior editio *Eduardi Twaites*, Oxonii 1697. 8. *Eduardi Wells*, 16 tabulis geographicis instructa, Oxonii 1704. 8. et *Ioan. Hudsoni* Tomo quarto Geographor. minor. Oxonii 1712. 8. qui *Nicephorum Blemmidam* siue *Gregoram* in *Dionysium* ait se omisisse, quod is tantum ex oratione bona ligata fecit solutam non bonam. *Nicephorum* presbyterum vocat *Canigius* in glossario graeco. Commentarium ineditum in *Dionysium*; qui MS, fuit apud *Bochartum*, laudat *Menagius* p. 415. ad *Laertium*. Exstat etiam *Dionysius* cum scholiis Graecis in codice bombycino scripto A. C. 1344. Florentinae in bibliotheca S. Mariae Benedictinorum, teste *Montfaucono* pag. 70. *Palaeographiae* graecae. A *Ludouico Seruino* Parisiensis Parlamenti aduocato latine versum *Dionysium* de situ orbis scribit *Franc. Crucemianus* in *Bibl. Gall.* p. 497. sed perperam *Dionysio* quatuor libros tribuit. Fallitur etiam *Berkelius*, qui ad *Stephanum Byzant.* in *Bugis* notat versum ἀρχαῖν ἐπιλαίην

μυριαδύμων Ἰθρος Ἰβήρων non esse defunctum ex Dionysii periegesi, est enim utique versus 282. ut iam notatum V. C. Iacobo Perizonio in investigatione Originum Aegyptiarum. pag. 471.

3. *Claudius Ptolemaeus* sub utroque Antonino imperante clarus, cuius libri octo Geographiae post editionem Graeco-Latinam, Amstelod. 1618. fol. vna cum tabulis Geographicis *Agathodacmonis* vulgatam a Petro Bertio, maiore etiam studio ad codices MSS. recenseret desiderant, et a docto aliquo viro illustrari. Arabiae descriptionem a Ioanne Grauiio ex MS. antiquissimo emendatam castigatius vulgavit V. C. Ioan. Hudsonus Tomo tertio Geographor. minor.

4. *Stephanus* Byzantinus Grammaticus post Arcadii et Honorii tempora scripsit *Ἐθνικά* siue Lexicon Geographicum, in quo nomina patronymica potissimum persequi instituit, sed eadem opera vniuersae Geographiae lucem affert singularem, Opus ipsum excepto fragmento Segueriano diu est quod intercidit, sed exstat epitome, quam *Hermolaus* Grammaticus Iustiniano imperante clarus concinnauit, nisi quod in litteris α et λ sunt lacunae. Prodiit cum notis Stephani de Pinédo, Iudaei Lusitani, Amst. 1678. fol. et cum Abr. Berkelii commentario et Iacobi Gronouii obseruationibus, Lugd. Batav. 1688. et 1694. fol. Doctissimae Lucae Holstenii notae posthumae, Lugd. Batav. 1684. fol. vna cum fragmentis Geographi antiqui Scymni Chii separatim editae sunt a Theodoro Ryckio. Eiusdem Holstenii obseruationes antea ineditae ad indicem scriptorum a Stephano Byzantio citatorum comparent in miscellaneis obseruationibus criticis nouis T. 2. p. 117-124.

5. Geographica a *Dauide Hoefchelio* Graece edita Augustae, Vindelicorum 1600. 8; Marciani Heracleotae (siue ex parte Scymni potius) et Scylacis Caryandensis, Artemidori Ephesii, Dicaearchi Merfenii et Isidori Characeni scripta complectuntur.

6. Geographi Graeci minores Graece et Latine vulgati cum notis a *Ioanne Hudsono* V. C. vna cum praemissis veterum testimoniis, et doctissimi Dodwelli dissertationibus de aetate et scriptis singulorum in primo et secundo Tomo Geographorum et Dionysii Periegetae, Oxonii 1698. 1703. 1712. 8. quatuor voluminibus.

Tomo I. Continentur:

Hannonis periplus.

Scylacis periplus.

Agatharchides de mari rubro.

Arriani periplus Ponti Euxini.

Rexiphus maris Erythræi, eidem vulgo adscriptus.
Nearchi periplus ex *Arriani* Indicis.
Marciani Heracleotæ Periplus cum fragmentis *Menippi* et *Artemidori*.
Anonymi periplus ponti Euxini.

Tomo II.

Dicaearchi status Græciæ.
 Eiusdem descriptio Pelii montis.
Isidori Characeni mansiones Parthicae.
Scymni Chii periegesis.
 Eiusdem fragmenta a Luca Holstenio collecta.
 Libellus de fluviis *Plutarcho* adscriptus.
Agathemeri compendiariarum geographiæ expositionum libri duo.
Strabonis Epitome.

Tomo III.

Excerpta ex *Dionysii* Byzantii anaplo bospori Thracici latine seruata a Petro Gyllo.
Anonymi descriptio Ponti Euxini collecta ex *Scymno*, *Ariano* et *Marciano*.
 Excerpta ex *Georgii* Medici *Chrysococcae* Syntaxi Perfarum per *Ismaelem* Bulliardum.
Ptolemaei tabula longitudinis et latitudinis vrbium insignium. Ex MSC. codice Theonis in Bibl. Bodleiana recensita.
Anonymi vetus orbis descriptio pridem vulgata a *Iacobo* Gothofredo, recusa latine ex *Iac.* Gronouii editione.
 Variæ Lectiones in Anonymum Geographum Rauennatem ex MS. Vrbinate Vaticanæ Bibliothecæ num. 678.
Ptolemaei descriptio Arabiæ græce et Latine per *Ioannem* Grauium innumeris in locis emendata.
 Descriptio Chorasmiae, Mawaralnahrae, et inedita hactenus Arabiæ, maris Persici et Alkolzum siue rubri Arabice et Latine ex *Abulfeda* per eundem *Ioannem* Grauium.
 Binae tabulae Geographicae, vna *Nassir Eddini* Persæ et *Vlug Beigi* Tartari arabice cum versione *Ioan.* Grauii.
Ptolemaei ἐκθεσις κανονικὴ τῶν ἀστερισμῶν Græce e MS. emendata.

Tomo IV.

Henr. Dodwelli dissertatio de ætate et patria *Dionysii* Periegetæ. *Dionysus* Græce et Latine cum commentario *Eustathii* per singulas paginas verbis Poetæ

Poëtae subiecto. . . *Raf. Fefi Aueni et Brificiani Metaphraſes* Dionyſii. *Aueni ora maritima.* *Anonymi graeci Paraphraſis in Petiegeſiu integrior* Excerpta e Scholiſta inedito in Dionyſi, qui exiſtat Pariſiis in Bibl. Regia. Fragmenta de urbium et regionum nominibus in alia mutatis, ex notis Leonis Allatii ad Georgium Acropolitam p. 244. et ex iis, quae ſubiiciuntur Codico p. 404. aliaque apoſpſmata geographica vel inedita haetenus vel emendatius edita, graece.

7. Geographica a Leone Allatio in *συμμιετρες* collecta editaque a Bartholdo Nibulio, Amſt. 1653. 8. recentiora ſunt maximamque partem Palaesti-
nam ſpectant et iam ſupra memorata, ac Bibl. graecae. lib. IV. p. 81. ſeqq. diligentius reconſita, una cum ſyntagmate geographico, quod edere voluit *Lucas Hoſſenius*, teſte Lambecio libro 1. de Bibl. Vindobonenſi p. 113. ſeq. Tantum addere liceat *Ioannis Phocae* descriptionem caſtroꝝ et urbium ab Antiochia, ad Hieroſolymam vsque latine ex Allatii verſione praemiſſam Tomo II. Actoꝝ. ſanctoꝝ. Maii, cui Papebrochius latinum ſubiunxit Itinera-
rium Antonini Placentini. e MS. Toraceoſi cum ſuis animaduerſionibus. *Epiphanius* auctor Geographicae narrationis Syriae idem videtur qui de S. Apoſtolo Andrea. et de S. Maria ſcripſiſſe memoratur ab Allatio p. 90. et 106. de Simeonum ſcriptis. *Perdiccas* Protonotarius Ephelinus diuerſus fuiſſe videtur a Theodoro Perdicca magnae Eccleſiae CPol. a ſupplicationibus, et a Georgio Perdicca ſeuophylace Imperatorii cleri, qui ambo interfuere Pſeudopyſodo CPolitanae Palamitarum. A. C. 1343.

8. *Cosmae* Indopleuſtae Topographia Chriſtiana. libris XII. graece et latine edita a Bernardo de Montfaucon, Pariſ. 1706. fol. de qua abunde dictum eſt Bibl. graecae Lib. III. C. 25. d. Vol. II. pag. 604-617.

9. Geographica antiqua a *Iacobo Gronouio* edita Lugd. Batav. 1697. 4to. complectuntur *Scylacis* Periplum maris mediterranei, Anonymi peri-
plum Maeotidis paludis et Ponti Euxini, Agathemerii Hypotypoſin Geogra-
phicae, quaſi graeco-latina, cum notis H. Voſſii, Iac. Palmerii, Sam. Ten-
nanti, et expoſitionem totius mundi a Iac. Gothofredo editam, latine, addi-
tis quemadmodum ad priora quoque editoris emendationibus. Biennio poſt eadem Gronouius edidit animaduerſionem in Oxonienſem Scylacis editio-
nem, et diſſertationis Dodyallianae de Scylacis aetate examen, ſubiuncto *Ephoni* fragmento ex *Cosmae* Topographia, (lib. 2. p. 148. edit. Montfau-
conianae) Lugd. Bat. 1699. 4.

10. *Ioannis* Grammatici Gazaci *ἐκφρασις τοῦ κοσμικοῦ πίνακος τοῦ ἐν Γαζῇ ἢ ἐν Ἀντιόχεια*, verſibus iambicis DCXXVI. Graece vulgata a Iano Rutgerlio Lugd. Bat. 1618. 4. libro 2. variar. lection. pag. 98. cum paucis

castigationibus. Nonno posteriorem eiusque imitorem fuisse eruditi obseruant, vnde versibus paene Nonniacis descriptum illud Geographicum poema tradit Casp. Barthius p. 747. ad Guilielmum Britonem, licet Nonnus Hexametro carmine vsus sit, Ioannes Iambico.

VIII. Ex antiquis Geographis latinis supersunt *Nonnionius Melas*, cuius libros III. de situ Orbis, eruditissimo Isaaci Vossii commentario et Iacobi atque Abraami Gronouiorum obseruationibus, nec non obseruationibus Iacobi Perizonii insertis miscell. obl. criticis a Car. Andr. Dukero editis Vol. 7. tom. 3. p. 417-460. Vol. 8. tom. 1. p. 97-140. et tom. 2. p. 201-238. item Petri Ioan. Nunnesei annotationis in prooemium et duo priora capita libri I. Melae, quae exstant in lisdem obseruat. vol. 7. tomo 2. p. 157-180. illustratos habemus; *Plinius Secundus*, qui Historiae suae naturalis libris tertio, quarto, quinto Geographiam pertractat, vt epitomatores eius *Solinus*, et quae de situ locorum differit libro primo *Orosius*, omittam. Itinerarium quod fertur sub *Antonini* nomine, et aliaque huius generis et Cosmographia quae sub *Aethici* et *Iulii Honorii* ambulat nomine, et quibus Antoninum et Aethicum Petrus Wesselingius recudi curauit Amstelod. 1735. 4. et *Auiceni* ora maritima, tum *Vibius Sequester* de fluminibus, fontibus, lacubus, nemoribus, paludibus, montibus, gentibus, a Nobilissimo Viro Franc. Hesselio illustratus, ac *Geographus Ravennas* a Porcheronio et Iacobo Gronouio vulgaris, de quibus singulis dictum est in Bibliotheca Latina Vol. 1. L. 2. C. 8. p. 348. seq. et Vol. 3. p. 916.

IX. Tabulas geographicas primum inter Graecos adornasse fertur *Anaximander* Milesius Thaletis discipulus teste Strabone, Laertio II. 2. Agathemere aliisque. Inter Aegyptios *Sesostris*, vt auctor est Eustathius ad Dionysium Periegetem, qui addit, Hecataeum, Democritum et Eudoxum vetustissimos Graecorum philosophos similiter breuibus in tabellis *pallas ediscere mundos* docuisse, vt Propertii¹⁰ verbis ad sententiam Graeci scriptoris efferendam vtar. Meminit etiam tabulae geographicae aereae ab Aristagora Mileti tyranno Cleoni Lacedaemonio regi aetatae Herodotus L. 5. Histor. c. 49. Nec desuere, qui Iosuae XVIII. 8. 9. tabularum geographicarum vestigium sibi visi sint reperire. Conf. Sam. Reyheri mathesin mosaicae c. 32.

⁹ In Iudaeorum libris, vt Abrahami Peritfol. itineribus mundi מפת המון meppa mundi. Idem Peritfol. p. 76. memorat קלף המלכים *chartas naturarum*, vid. et p. 101. 108.

¹⁰ Propertius IV. 3. 35.

Ioan. Bernh. Wideburgii matheſin. biblicam, ſpec. 3. qu. 6. p. 16. et Ioan. Jac. Scheuchzeri phyſ. ſacram, tab. CCCLXXII. Ex graecorum porro latinorumque ſcriptorum monumentis quam plurima de tabulis geographicis teſtimonia collegere *Marfilius Cagnatus Medicus* Lib. 4. variar. lection. c. 5. *Nicol. Bergierius* de publicis et militaribus Romani imperii viis Lib. 3. c. 7. *Gerard. Ioan. Voffius* lib. de philologia p. 61. ſeq. *Matth. Bernoggerus* Qu. 1. in Tacitum. *Aegid. Menagius* ad Laertii Theophrastum Lib. 5. de vitis philoſophorum, ſect. 51. vbi in teſtamento Theophrasti mentio *πίνακος* in porticu templi Muſarum ſuspendendi, in quo τῆς γῆς περίοδος. *Franc. Bianchinus* in hiſtoria vniuerſali ex monumentis antiquis probata, et italico idioma edita c. 30. p. 413. 477. ſl. *Jac. Perizonius* ad Aeliani L. 3. variar. hiſtor. c. 28. *Cangius* in glosſario voce *mappa mundi*. *Ioan. Chriſto. Wagensellius* in pera libror. iuuenilium T. 2. p. 27. ſeq. *Ioan. Dan. Maior* in ſcrutinio medico Cosmodixeos ſatanicae. Kilon. 1686. capite ſecundo. *Leuius Ioannes Schlicht* in diatriba de tabulis geographicis antiquioribus, de qua Ephemerides litterariae, quibus titulus: *Neuer Bücherſaal*, XXXIII. p. 639. ſl. et qui longè accuratius diligentiusque in hoc argumento eſt verſatus, *Vir S. R. Eberh. Dav. Hauber* in tentaminae plenioris hiſtoriae tabularum geographicarum, germanice edito Vlmae 1724. 8. De tabula ſimiliter etiam geographica accipiendum, quod de Agrippa Plinius H. N. L. 3. C. 2. *Agrippam quidem in tanta viri diligentia, praeterque in hoc opere cura, orbem quum terrarum orbi ſpeſtandum propoſiturus eſſet, erraſſe quis credat, et cum eo D. Auguſtum?* Apud Stephanum vero Byzantinum in *Λεως* et *Αβδονος* per *πίνακος* et *πίνακογράφους* Xylander et Mauſſiacus putant reſpici tabulas geographicas; ſed Holſtenius et Abr. Berkelius in notis ad illa loca reſtius obſeruant, notari tabulas, ſive, indices doctorum virorum, quales a Callimacho compoſitos olim eſſe conſtat, et cuius generis eſt ex recentioribus Iani Nicii Erythraei Pinacotheca. *Io. Xiphilinus* p. IIII. edit Reimariae ex Diono refert, Metium Pompufianum interfectum a Domitiano, quod pſtūm orbem terrarum in conclau ſuo habens, imperium aſſectare videretur. Quod vero diabolus Matthaei 4. quum Chriſto ſeruatori regna mundi de monte Libano oſtendit, hoc fecerit demonſtrata mappa geographica, vt viris doctiſſimis placet, mihi parum videtur eſſe veriſimile, quum nemini altus mons aſcendendus ſit, vt tabulam Geographicam vel inſpiciat ipſe, vel alteri inſpiciendam oſtendat. Adeoque in montem adducto, ex eodem potius proſpiciendas oculis partim, caetera mente ſimul cogitandas terras earumque delicias obtulit ſatanas, perinde vt de Seuero Xiphilinus p. 1243. ed. citatae. *καὶ ἄλλοτε ἀνῆλθῃ ἐς περιωπὴν ὑπὸ τῶος, καὶ καθορῶν αὐτῆς*

αὐτῆς πᾶσαν μὲν τὴν γῆν, πᾶσαν δὲ τὴν θάλασσαν, quae non male Matthaei loco conveniunt, nisi quod per somnium hoc Senero accidisse narratur. Quales porro fuerint veterum *πίνακες*, rudiores praefertim illi, ad itineram tantum directionem comparati, nullo clariore testimonio constat, quam reliquis *Tabulae Peutingerianae*, a *Marco Velsero* editae et illustratae, de qua dictum est in indice ad Bibliothecam Latinam voce *Tabula*: quibus nunc addo eandem subiectas orbi antiquo Georgii *Hörthii* et Ptolemaei Geographiae editionis Graeco-Latinae Bertianae. Tabulam Theodosianam vocat Bertius, quia illam aetatem refert, a Beato Rhenano lib. 1. rerum Germanicarum p. 35. vocatur tabula provincialis. Nova illa, quam cum Commentariis illustris et doctissimi viri *Mensonis Altingii*, Consulis Groningensis, exspectare olim iussi sumus tabulae huius editio, in lucem non prodit. Sed hanc iacturam sarcivit Vir generosissimus *Franc. Christo. de Scheyb*, qui hanc tabulam, secundum exemplar, quod in Augusta bibliotheca Vindobonensi asseruatur, commentario doctissimo illustratam, accurate recudendam curavit Vindobonae 1753. fol. mai. Hanc tabulam, licet a nonnullis temporibus Theodosii Junioris addicatur, rectius tamen Protonotario aut Diocletiano adscribi, Illustris *de Jordan* contendit in opere de originibus Slaucis pag. 30. ubi is simul varia circa hanc tabulam notatu digniora aspersit. Alia veterum tabularum Geographicarum specimina praebent antiqui Codices Geographiae Ptolemaei, cuiusmodi vnam alteramque in membrana, coloribus etiam variegatam, possidet Vir Celeberrimus, *Hermannus Samuel Reimarus*. Atque *Agathodaemontis* quidem, Alexandrini Mechanici, qui saeculo 5. post Christum natum floruit, et cum Isidoro Polustora commercium exercuit litterarium tabulae Geographicae ex Ptolemaei descriptione orbem delineantis, Ptolemaeo adiunctae sunt ab eodem Bertio aliisque editoribus. Vide *Vossium* de Philologia c. XI. § 23. et *Christoph. Händreichii* Pandectas Brandenburg. p. 59. sed qui perperam tradit, *Agathodaemontis* tabulas editas Latine, Basl. 1552. et 1584. per *Marc. Velsorum* cum eiusdem notis. Dicere enim voluit, existare in Latinis Ptolemaei editionibus annorum illorum, sed in quibus nullae fuere partes *Velseri*, qui tabulam *Peutingerianam* edidit Venetiis 1591. 4. recusam inter eius opera Norimb. 1681. fol. De diaphragmatis, siue, itinerum lineis, quibus maria traicienda vel regiones peragrandae essent, confer *Dodwellum* in diss. de Scylacis peripli aetate, § 16. De mensuris veterum, quibus in merendis locorum distantis vsi sunt, videre operae pretium est, quae observat *Insulanus*, (Mr. Delisle) in memorijs academiae scientiarum A. 1714. p. 227. ff. Tabulam veterem orbis terrarum et terrae sanctae ex veteri codice *Marini Sanuto*, dicti *Torfelli*, edidit

edidit Bongarsius Tom. 2. operis, cui titulus, gesta Dei per Francos, post pag. 288. Prodiit apud Wechelos Francof. 1611. fol. *Πορτολάγιος* dicitur apud Græcos recentis liber, nautis portus et intervalla locorum monstrans, de quo vide Cangii Glossarium mediæ et infimæ Græcitatæ. Ex porticu illa Augustodunensî, in qua omnium cum nominibus locorum situs, spatia, intervalla descripta fuisse testatur Eumenius capite 20. Panegyrici pro restaurandis scholis, reliquiae quaedam hoc sæculo repertæ sunt, de quo pulcherrimo antiquitatis monumento vide sis Memorias litterariæ Dombenses, siue, Treuoltinæ. A. 1706. p. 2097. seq. In Theodulfi Aurelianensis libro 4. carmen tertium est in picturam, qua erat imago terræ in modum urbis comprehensâ. In Palatio Barberinorum Palæstrinensi cernitur opere antiquo Musæo, siue Mosaico descriptio geographica cursus Nili; vide ephemerides litterariæ Parisinæ. A. 1719. Octobr. p. 467.

X. Compendium veteris geographiæ tradidit Hispanice *Gonsalvus de Salas*, Mælae insitens. Latine *Phil. Cluverius* frequenter recusus, et nouissime quidem cum notis et obseruationibus *Ioan. Bunonis*, *Ioan. Fridæ. Heckerlii*, *Ioan. Reiskii*, et *Guilielmi Readingii*, Londini 1711. 4. atque cura *Augustini Bruzenii Lamartinierii* (la Matiniere) Amstelod. 1729. 4. In primis quoque laudem meretur compendium antiquæ Geographiæ in tironum usum concinnatum a doctissimo viro Christophoro Cellario, quod *Sam. Patricio* curante variis locis auctum et tabulis instructum Geographicis jam sextum prodiit. Londini 1731. 8. Idem Cellarius nouam itidem Geographiam simili breuiario illustrauit. Gallica lingua geographiam veterem, post *Philippum Labbeum* illustrarunt *Robbius f. de la Robbe*, *A. D. Fer*, *D. E. de Morveilleux* aliique. Germanica cum summa laude memoratus iam *Ioannes Habnerus*, Scholæ Hamburgensis olim magna gloriæ cuius quæstiones geographiæ et in Belgicum Gallicumque ac Moscotum translatae idioma, et Germanice inde ab Anno 1693. vsque ad annum 1753. quadragies ad minimum recusat omnium manibus teruntur. Neque contemnenda est *Andræ Goetzii* introductio in Geographiam veterem; mappis illustrata, Germanicæ. 1729. 8. Ex iis, qui latine hanc compendii operam iuuenum studiis nauarunt non prætereunda *Georgii Fournier*, S. I. geographiæ orbis notitia per littora maris et ripas fluiuiorum. Francof. 1668. 12.

XI. Notitiam pleniorem geographiæ antiquæ vniuersæ summa diligentia et accuratione elaboratam debemus eidem, quem modo laudauimus, *Christophoro Cellario*, Academiæ Hallensîs et Germaniæ totius olim ornamento

singulari. Huius notitia orbis antiqui, siue geographia plenior ab ortu rerum publicarum ad Constantinorum tempora orbis terrarum faciem declarans, et nouis tabulis geographicis, accuratioribusque et plenioribus, quam Ortelius, Cluuerius et Brietius post Agathodaemonem Alexandrinum dederant, illustrata, lucem vidit, primo volumine vulgata, Lipsiae 1701. 4. mox Cantabrigiae recusa est s. potius Amstelodami A. 1703. in quo Europa vetus describitur. Alterum volumen Asiam et Africam complectens prodijt A. 1706. 4. recusum eodem anno Amstelodami. Vtrumque volumen iterum recusum est Lipsiae 1731. et 32. cum notis *Ioan. Conr. Schwarzii*. Animaduersionibus Caput primum libri tertii illustrauit V. C. *Ioan. Georg. Watherus* insertis animaduersionibus historicis et criticis p. 144-212. et Vol. 1. Nouor. miscellan. Lipsienium p. 268-291. Geographiam Cellarii antiquam excipere debebat Geographia plenior media, orbis terrarum faciem per decem circiter annorum centurias post Constantinorum aetatem illustrans ac persequens, sed labori huic A. 1707. immortalis vir praeclarus, pauca eius argumenti in sehedis affecta reliquit, perficere atque in lucem edere opus desideratissimum haud potuit.

XII. Parallela veteris et nouae Geographiae edidit *Philippus Brietius*, Parisiis 1648. et 49. 4. tribus voluminibus, Europam duntaxat persequutus. Similem parallelismum passim notant Ptolemaei illustratores Bertius et alii, tum plerique e scriptoribus recentioribus, quos iam nominavi, et deinceps recensiturus sum. Quam in rem commemoranda hoc loco etiam *Ioan. Baptistae Audiffresi* Geographia vetus, noua et historica, vulgata gallice, Parisiis 1689. 1691. 1694. tribus voluminibus in forma quadripartita. Sed nec illa Europam egreditur. Neque minus *Ioannis Luyts* introductio ad Geographiam nouam et veterem. Ultraiecti 1692. 4. et *Nobloti* geographia vniuersalis, historica et chronologica, vetus et noua, quae gallice excusa est Parisiis 1725. voluminibus sex in forma octopartita minore.

XIII. Lexica ad veterem Geographiam intelligendam praeter veteres *Eusebium* et *Stephanum Byzantinum* iam supra memoratos adornauerunt *Abr. Ortelius*, et qui recenti quoque Geographiae simul lucem affundunt singularem, *Philippus Ferrarius*, in Ticinensi Academia Mathematices Professor: Ferrariique locupletator *Michael Antonius Baudrandus*, Parisinus, qui Ferrarii Lexicon emendatum, illustratum et auctum edidit Parisiis 1670. recusum deinde Venetiis 1677. et Isenaci 1677. Deinceps autem illud ipsam opus, dimidia fere parte auctum, suppresso Ferrarii, praefixoque suo nomine

mine hoc indice: geographia ordine alphabetica disposita, ornatum, Parisiis 1682. fol. duobus voluminibus denuo euulgauit. Structuras disquisitionum nomine insignitas, in Baudrandi Geographiam antiquam edidit *Guil. Sansonius*, Parisiis 1683. 12. *Baudrandi* geographia gallice, sed minus accurate versa, post eius obitum sub indice: Dictionnaire géographique et historique de Mr. l'Abbé Baudrand, Amstelod. 1705. 4 recusa est. Nouissima editio est, quae prodit Venetiis 1738. fol. Neque praetereundus Ortelii thesaurus, s. lexicon geographicum, quod prima vice prodit Antverpiae 1678. 4. sub indice *Synonymorum geographicorum*, deinde eodem anno, mutato titulo, recusus est, retiaque vice 1596. fol. Post auctoris autem obitum denuo recusus 1598. 1611 et 1624. 4. Hoc in libro praeclaro prorsus instituto; quod continuari doctorum virorum industria atque accurate tradi in primis e re litteraria esset, populorum, regionum, siluarum, pontium, marium, sinuum, lacuum, paludum, fluminum, fontium, rel. variae pro auctorum traditionibus, saeculorum interuallis, gentiumque idiomatis et migrationibus appellationes ac nomina ordine litterarum exponuntur. *Lucas Holstenii* animaduersiones postumae ad Ortelii thesaurum Romae editae sunt, 1666. 8. In Lexico historico *Caroli Stephani*, quod auxit *Nicol. Lloydius*, tum in lexicis vniuersalibus *Ludov. Moreri*; quod ex Gallico anglice a *Jeremia Collierio*, et germanice multis accerfionibus locupletatum prodit, et *Ioan. Iac. Hofmanni* similiter quoque Geographiae veteris pariter ac recentis ratio habetur. Hofmanniano certe torus fere Baudrandus est insertus, adeo ut auctor etiam de recuso libro suo conquestus fuerit. Germanicae lexica quidem geographica prodierunt duo, sed nostrae aetati potissimum accommodata; vnum paucis plura docens, quod inscribitur: *Reales Staaten und Zeitungslexicon* cum praefatione Ioannis Hübneri, nouissime recusus Lipsiae 1753. 8. mai. Alterum quod *Erdmanno Vhsenio* debetur, qui laudato Hübnero in rectora Gymnasii martisburgensis successit, et cum praefatione *Christophori Cellarii* excusum primum est forma octaua, deinde longe locupletius in fol. Lips. 1710. *Geographisches Historisches lexicon*. Recentiora itidem potissimum tempora respicit, nec immune est a nouis Dictionarium magnum historico-geographicum *Francisci Thomae Cornelii*, quod gallice lucem vidit Parisiis 1708. tribus in folio voluminibus. Quod *Aug. Bouzenuus Martinierius* composuit Dictionarium magnum geographico-criticum, IX. in folio voluminibus gallice prodit Amstelod. 1726. ff. germanice versum XIII. tomis Lipsiae 1743. ff. Quam multa in aliis etiam melioribus mappis librisque geographicis supersint digna emendatione docet auctor Anglus scripti, cuius index, *Essay sur l'état présent de la Géographie*, Amstelod. 1721. 8. Nulli dubi-

dubiramus, quin haec, quae adhuc emendanda in studio geographico fuerint, feliciter corrigantur, quum societas cosmographica, quae Norimbergae floreret, omne studium omnemque operam in iis, quae in studio geographico desiderata adhuc sint, supplendis ponat. Cuius quidem laboris specimena praestantissimum dedit V. Cl. *Anton. Frieder. Büsching* laudatae societatis membrum dignissimum, noua, quam quatuor in forma octopartita voluminibus edere parat, geographia: cuius duo priora excusa sunt Hamb. 1754.

XIV. Hispaniam veterem descripsit *Ludov. Nonius*, Medicus Antwerpensis, singulari libro Antwerp. 1607. 8. et in *Andr. Schottii* Hispania illustrata, in qua nonnulla loca orae maritimae ab Auieno decantatae illustrantur. Geographia verus illorum tractuum lucem etiam accipit e *Luc. Andr. Resendii* antiquitatibus Lusitaniae, e *Ioan. Vasaci* annalibus rerum hispanicarum memorabilium, et ex *Ioan. Marianae* rerum hispanicarum historia, *Arnaldi Oibemarti* notitia vtriusque Vasconiae, Paris. 1638. ac *Marca hispanica*, s. *Petri de Marca*, Archiepiscopi Parisiensis geographica et historica descriptione Cataloniae, Ruscinonis et circumiacentium populorum. Paris. 1688. fol. De Carteia, Hispaniae oppido, cuius meminit *Liuius* lib. 28. cap. 30. differit *Ioannes Conduitt* in commentatione peculiari inserta Philosophicis Transactionibus Vol. 30. p. 903-922. in qua *Carteiam* esse hodie *Rocadillo*, locum 4. milliariibus a Gibraltaria remotum, probare contendit. Portugalliae descriptionem lusitana lingua dedit *Antonius Carvalho da Costa* sub hoc indice: Corografia Portugueza e descripçam Topografica. Vlyssippone 1706. Tomis tribus in folio.

Italiam antiquam magno studio a *Phil. Cluvero* declaratam habemus, quae post mortem eius a *Dan. Heinsio* Lugd. Batav. 1624. fol. duob. voll. edita est. Siciliam, Sardiniam, Corsicam antiquam ab eodem auctore illustratam habemus et editam Lugdun. Batav. 1619. fol. adiectam deinde Italiae antiquae. Epitomen eius operis concinnauit *Ioannes Buno*, Guelpherb. 1659. 4. Animaduersiones quasdam et castigaciones marginibus libri sui adscripsit *Lucas Holstenius*, quae post mortem eius editae sunt Romae 1666. 8. Fuerat vero Holstenius Cluvero Italiam lustranti itineris socius, qui post eius fata viduae quoque et filiabus eius consilio et ope adfuit, quum miante laeta re familiari illas Cluuerus reliquisset. Composuit quoque *Athanasius Kircherus* Latium, i. e. nouam et parallelam Latii tum veteris tum noui descriptionem. Romae 1669. et Amstelod. 1671. fol. in quod existant emendationes *Raphaëlis Fabretti*, italice, insertae T. 3. dissertationum in Academia Cortonenfi recensitarum p. 221. seqq. Veteris Latii profani descriptionem dare coepit *Petrus Marcellinus Corradinus*, duobus

duobus tomis, Romae 1704. et 1705. fol. min. absoluit post Corradini obiitum *Iosephus Roccus Volpius*, sex adiectis tomis, Patavii, in forma quadripartita maiore A. 1726. ff. euulgatis, ut adeo integrum opus decem abfoluatur tomis. Idem *Volpius* vetus Latium sacrum, duobus tomis, manuscriptum reliquit. Concinnavit quoque commentationem de via Tiburtina, quae legitur T. II. tentaminum Academiae Etruscae. Exstat etiam Ichnographia viae Tiburtinae Adriani Caesaris, olim a *Pyrrho Ligorio* delineata, postea a *Francisco Contino* recognita et publici iuris facta. Romae 1751. fol. Veteris Latii antiqua vestigia, urbis moenia, pontes, templa, piscinae, balnea, villae, aliaque rudera, praecipue Tiburtina, Tusculana et Setina, aeneis tabulis (58) eleganter incisa, atque in lucem edita sunt, Romae 1754. fol. Illustrandae Italiae antiquae quam maxime inseruiunt *Ludov. Antonii Muratorii* antiquitates Italiae medii aevi, Mediolani 1739. ff. tomis IV. fol. editas. De praeclearis Mediolani aedificiis, quae Aenobarbi etiam antecesserunt, librum edidit *Petrus Gratiolius*, Mediolani 1736. fol. Antiquitates Volscorum exposuit *Antonius Riccius* singulari libro Italice, Neapoli 1713. 4. excuso. Idem in recensendis Antii antiquitatibus praestitit *Philippus de la Torre* in monumentis veteris Antii. Romae 1700. 4. De antiquitatibus Hortae Coloniae Etruscorum libris duobus commentatus est *Iustus Fontanini*. Romae 1708. 4. Volsciniorum historiam Italice composuit *Andreas Adami*. Romae 1739. 4. Viam Appiam, illud excellentissimum artis Romanae specimen, peculiari libro, italico sermone composito, descripsit *Franc. Maria Pratilhus*. Neapoli 1745. fol. cui adde *Chr. Gottl. Schwarzii* Diss. de foro Appii et tribus tabernis. Alt. 1746. 4. In Originem Marforum inquisivit *Petrus Antonius Corsignanus* in memoriis topographico-historicis variarum coloniarum et urbium regionis Marforum; quar. Tomus primus italice prodit Neapoli 1740. 4. De antiquo Tusculo, quod hodie Frascati dicitur, memorias historicas Italice edidit *Dominicus Barnabas Matthacus*. Rom. 1712. 4. Historiam civitatis Viterbiensis Italice dedit *Felicianus Buffi*. Romae 1744. fol. De antiqua urbe Cortona eiusque incolis egit *Dominicus Tartaglinus* in descriptione civitatis Cortonenfis, Italice 1720. et *Ridolphus Vennius*. T. IV. tentaminum Academiae Etruscae, pag. 1. ff. Praenestem antiquam descripsit *Iosephus Maria Suerzizus*, Romae 1659. 4. Thomae Demsheri, de Etruria regali libri 7, opus posthumum, a *Thoma Cooke*, magnae Britanniae armigero, Florentiis 1726. duob. tomis in folio editi, libro 4. sine T. II. p. 1. ff. accuratam Etruriae descriptionem sistunt. De via Cassia *Laurentii Guazzeffii* Dissertatio inserta est volumini secundo memoriarum societatis Columbariae Florentinae. De origine Tyrenorum agunt peculiari dissertatione,

italice conscripta, quae prodiit Romae 1742. 4. *Alexius Symmachus Mezobchius*; *Anton. Franc. Gorsius* diff. praefixa T. II. Musei Etrusci: et *Laurentius Caietanus Tabbrì*, in libello: della Origine di Fiorenzi. Luccae 1753. 4. Veronam illustratam edidit *Scipio Maffei*. Veronae 1732. fol. et 8. Tom. IV. *Bonaenturae Castilionaei*¹¹ Mediolanensis, Gallorum Infubrum antiquae sedes, s. Mediolanensis ditionis descriptio habetur tomo II. Miscellaneorum collectorum a *Gaudensio Roberto*. Puteolani tractus situm exposuit *Iulius Caesar Capaccius* in libro edito Italice Romae 1652. 8. *La vera antichità di Pozzuolo*. Exstat quoque *Benedicti de Falco* descriptio locorum veterum districtus Neapolitani, Etrusco idiomate vulgata Neapoli 1580. 12. Antiquitates Beneventanas exposuit *Ioannes de Vita* in thesauro antiquitatum Beneventanarum. Romae 1754. fol. De Stabiis exstat Commentatio *Piërbomae Milancae*. Neapoli 1750. 4. Siciliae antiquitates Italice exposuit *Iosephus Maria Pancrazius*, Tomis duobus in folio. Neapoli 1751. et 52. Syracusarum antiquitates illustravit *Iacobus Bonani* in *Anticha Syracusa*, qui liber primum prodiit Messanae. 1624. deinde latine versus *Burmanni* thesauro antiquitatum et histor. Sicil. est insertus. Aesae, Siciliae civitatis, antiquitates persequitur *Salimanges Drogoteus*, siue *Torremuzza* Princeps in historia Aesae, Italice Panonni 1753. 4. Corsicae antiquitates illustravit *Joan. Guil. Bergerus* in *Eclogario Corsico*. Witteb. 1743. 4.

Galliae veteris faciem dare conatus est *Iosephus Scaliger* in notis ad Iulium Caesarem, ut observata eius in lectionibus Aufonianis ornittam: sed praecipua in hoc argumento laus est *Adriani Valesii*, cuius notitia Galliarum, ordine litterarum digesta, medii praecipue aevi scriptoribus illustrandis egregie inseruit. Paris. 1675. fol. Neque minus ii huc referendi sunt, qui Celtae atque Gallorum Antiquitatibus illustrandis operam dedere: *Paulus Pezron* in antiquitatibus nationis et linguae Celtae, alias Gallorum. *Simon Pelloutierus* in historia Celtae et imprimis Gallorum atque Germanorum Gallice conscripta et edita T. I. Hagae Comitum 1740. 12. ib. 1751. 4. *Joan. Dan. Schoepffinus* in *Vindiciis Celticae*. Argent. 1754. 14. *Giberti* memoriae historiae Gallorum et Franciae, inseruientes. Paris. 1744. 12. *Martini*, *Benedictini* e congregat. S. Mauri; observationes historicae de origine Celtae et Gallorum; *Eclaircissement historiques sur les origines Celtiques et Gauloises avec les quatre premiers siècles des Annales des Gaules*. Paris. 1745. 12. *Scipio Maffei* in antiquitatibus quibusdam Galliae selectis. Parisiis 1733. 4. recusus Veronae 1734. 4. *Philibertus Monnetus* in *Geographia*

¹¹ Castilionaei liber legitur etiam in Tomo I. thesauri antiquitatum Italiae Graeciani, ubi et *Iacobi Brascolii* orae ligusticae descriptio.

Galliae veteris et recentis; auctor Dissertationum historicarum et geographicarum de statu veteris Galliae. Auenione 1712. 12. et *Gottl. Wernsdorffius* lib. sing. de republica Galatarum. Norimb. 1744. 4. Quibus adde: Antiquitez de la Ville d'Amiens par *Moltere*. Paris. 1627. 4. Recherche des Antiquitez et Curiositez de la Ville de Lyon par *Spon*. Lugd. 1675. 8. Dominici de Colonia antiquitates vrbis Lugdunensis, historiae litterariae Lugdunensi gallice, A. 1729. in 4. Lugd. editae, praemissas: et deinde ib. 1739. seorsim in 12. reculas, et *Antonii Sambuci* librum italico sermone compositum: Memoriae Istorico-Critice intorno all'antico Stato de Cenomani e dal loro confini. Brixiae 1750. fol.

Germaniam antiquam idem *Philippus Cluverus* dedit, et singulatim, praeterea descripsit Vindeliciam et Noricum, Lugd. Bat. 1630. 1631. fol. Germaniae Cluuerianae epitomen similitur elaboravit *Io. Buno*; et in hoc quoque Cluuerii opus Holstenianae animaduersiones leguntur. *Iac. Car. Speneri* notitia Germaniae antiquae cum conspectu Germaniae mediae prodit Halae 1717. 4. Compendium geographiae veteris Germaniae nuper patrio sermone edidit Vir Clar. *Ioan. Heinr. Steffens* in historia veterum Germaniae incolarum secundum classes suas in compendio exposita. Cellis 1752. 8. Multi partes singulares Germaniae sunt persequuti, vt Prussiam *Christophorus Hartknochius*, Silesiam *Nicol. Henelius*, Holsatiam *Casparus Danckwerth*, Carniolam *Ioan. Weikart Valuassor*, Rhetiam *Aegidius Tschudus* de prisca et vera Alpina Rhetia; *Ioannes Basilius Heroldus* tractatu de Germaniae veteris verae, quam primam vocant, locis antiquissimis, et in libello de Romanorum in Rhetia littorali stationibus, sed quem multis nominibus ineptissimum esse sentit *Marcus Velserus* pag. 407. Opp. Vterque Heroldi liber exstat T. I. scriptorum Germanicor: *Simonis Schardii*. *Menso Altin- gius*, qui, mediae praesertim aetatis scriptoribus consultis, summa industria concinnatam exhibuit descriptionem agri Bataui et Frisii, siue notitiam Germaniae inferioris cis et ultra Rhenum, ordine alphabetico concinnatam, et illustratam tabulis geographicis, cuius pars prior lucem aspexit Amstelod. 1697. altera 1701. fol. Sed omnes et singulos, qui partes Germaniae singulares persequuti sunt, percensere nimis fortasse longum foret ac taedium plenum. Geographiam Germaniae mediæ aevi post specimina in hoc genere sparsim edita ab illustrissimo *Furstenbergio* in monumentis Paderbornensibus, tertium nitide reculis curante V. C. *Euchario Gottlieb Rinck*. Norimb. 1713. 4. *Hermanno Conringio*, *Henrico Meibomio*, *Caspere Sagittario* et *Christiana Francisco Paullino*, ac post *Ioan. Nicol. Herium* in notitia veteris

Germaniae populorum et *Wilb. Turckium* in diss. de Geographia Germaniae medii aevi, Paulli Hachembergii libro de Germaniae mediae rebus et moribus praemissa, insigniter illustravit atque ad facilius perficiendam aliis praeiit *Christianus Junker* in introductione ad Geographiam medii aevi, Germanice edita Ienae 1712. 4. Adde *Io. Petrum Ludewig* in prolegomenis ad scriptores germanice vulgatos de rebus episcopatus Wirceburgensia. Francof. 1713. fol. *Vorbereitung zu der Ostfränckischen Specialhistorie, so in einer genauen Untersuchung der alten deutschen Geographie zu Erläutnung der öfters wiederholten Züge der deutschen Völker beruhet.* *Christianum Schoettgenium* in der Geographie der Sorben und Weiden, P. 3tia der diplomatischen Nachlese der Historie von Obersachsen. Dresdae 1731. 8. *I. B. Lauenstein*, in specimine geographiae medii aevi diplomaticae, h. e. descriptione dioeceseos Hildesheimiensis per antiquos suos pagos, cum mappa Geographica Bennepoli 1745. 4. illustrem auctorem chronici Gottwicensis, *Gottfridum*, qui multum lucis geographiae mediae aevi accendit; *Ioan. Christo. de Jordan* in opere chronologico-geographico-historico de originibus Svaucis. Viennae 1745. T. II. in folio; *Albr. Georg. Schwarzium* in der kurzen Einleitung zur Geographie des Vorderdeutschlandes slavischer und mittlerer Zeiten, insonderheit der Fürstenthümer Pommern und Rügen. Gryphwaldiae 1749. 8. et *Ioan. Dan. Schoepflin* in Alsatia illustrata, cuius Tomus prior prodit Colmariae 1751. fol. Hungariam antiquam delineavit *Samuel Timon* in imagine antiquae Hungariae. Viennae 1754. 4. Mappae geographicae, geographiam veteris et medii aevi illustrantes, existunt in *P. Georgisch* tentamine historiae et geographiae romano-germanicae. Germanice Halae 1731. 4. edito. De medii aevi geographia, per germanos vberius excolenda, peculiari programmae disseruit *Sim. Frid. Hahnus*. Helmst. 1717. 4. De veterum et suae aetatis Belgio duos libros vulgavit *Pontus Heuterus*. Antw. 1600. et 1616. 4. et inter opera. Louanii 1651. fol. Helvetiae veteris geographiam illustrarunt *Ioan. Baptista Plantinus* in Helvetia antiqua et noua Bernae 1656. 8. recusa in *Ioan. Conr. Fueslini* thesauro historiae helveticae. N. II. et *Ludov. de Bochat* in memoriis criticis, illustrandae veteri Helvetiae inferuentibus, Gallice Laufannae tribus partibus in forma quadripartita euulgatis.

Britanniae veteris faciem exponunt *Wilhelmus Cambdenus* in descriptione Britanniae. Londini 1600. 4. 1607. fol. in anglicum sermonem translata ab *Edmundo Gibson*. Londini 1695. fol. recognita deinde auctiorque edita. Londini 1728. 2 Voll. in fol. Idem liber quam plurimis accessionibus auctus

sus sub hoc indice latino, sed anglice prodit: *Magna Britannia antiqua et noua*. Londini 1720. fol. 6 Voll. Idem *Cambdenus* in libro anglice edito sub titulo: *reliquiae Cambdenianae*. Cambdenianum opus sub examen vocauit Salmonius in lustratione Angliae, anglice edita. Londini 1731. 8. *Guil. Baxterus* in glossario antiquitatum Britannicarum: cui accessere Luidii de fluuiorum, montium, urbium etc. in Britannia nominibus aduersaria posthuma. Londini 1719. 1731. 1733. 8. *Guil. Burtonus* et *Thomas Galeus* ad illam partem itinerarii Antonini, quae ad Britanniam pertinet. *Aylettus Sammes* in Britannia antiqua illustrata. Londini 1676. fol. *Ioannes Horsley* in Britannia Romana. Londini 1732. fol. *I. Warburton* in vallo Romano: s. historia et antiquitatibus valli Romani, Anglice. Londini 1753. 4. Chartam geographicam Britanniae, qualis fuit ante annos sexcentos, Chronico Saxonico praemisit *Edmundus Gibson*. Oxon. 1692. 4. Vnde itidem Geographiae mediae aevi insignis lux, quam similiter in aliis etiam regnis Europae, Asiae, Africae expediri a viris aliquot doctis, ut Adriano Relando, Io. Georg. Eccarto, Io. Herm. Sminkeno, ac modo laudato Iunckero, tanto magis est exoptandum, quanto difficilius id esse videtur pleniusque aedii propter scriptorum, ex quibus eruenda illa est, vastitatem ac barbariem rerumque et historiae caliginem a felicissimis ingeniis vix discutiendam, quamdiu praecipue recentior geographia per singulas regiones non accuratius et quoad minutissima etiam et contemtissima loca, ex quorum nominibus saepe antiquorum illustrium locorum situs indagari potest, plenius tradita existat.

XV. Graeciam veterem ex antiquis exposuit *Pausanias*, ex recentibus non omnem tamen *Iacobus Palmerius*, Gentemenilius, cuius descriptio antiquae Graeciae posthuma a Steph. Morino edita prodit Lugd. Bat. 1678. 4. Existat etiam *Ioan. Laurenbergii* enarratio Graeciae antiquae mappis Geographicis illustrata, et post obitum auctoris a *Sam. Pufendorfso*. Amstelod. 1661. forma quadripartita oblonga edita. Verum de illis tabulis geographicis *Isaacus Vossius* p. 155. ad lib. 2. Melae cap. 3. ita iudicat tales passim esse, ut, si omnia nomina locorum in vnum collecta casu denique et temere in chartam coniiciantur, vix tamen peruersiorem ordinem et situm sint habitura. *Michaelis Sophiani* descriptio Graeciae, vna cum explicatione *Nicolai Gerbelii* ex editione Basil. 1549. ¹² fol. recusa est T. IV. thesauri antiquit. Gronouiani, in quo etiam existat *Ioan. Laurenbergii* enarratio Graeciae antiquae,

C c 3

¹² Prima editio enulgata est. Basil. 1545. fol.

tiquae, et *Vbbonis Brunii* verus Graecia, seorsim plus vite simplici excusa, et in re publica ciuitatum describenda potius occupata. In eiusdem thesauri Tomo vndecimo occurrit eximium et nunquam ante editum opus *Erasmi Vindingii*, quod inscribitur *Hellen*, s. de singulorum Graeciae populorum incunabulis, migrationibus et coloniarum deductione. In eodem tomo habentur quoque *Dicaearchi* Geographica quaedam cum Henrici Stephani dialogo, qui inscribitur *Dicaearchi συμπερίκταρ* et de Graecorum moribus ex edit. Paris. 1589. 8. Idem thesaurus Tomo 6. exhibet marmoream basin *Colossi Tiberio* erecti, ob ciuitates Asiae, post terrae tremores restitutas, cum comment. *Laur. Theod. Gronouii* separatim antea edito Lugd. Bat. 1697. fol. Tomo 5. *Petri Gyllii* de Bosphoro Thracico libri tres vna cum eiusdem topographia Constantinopolitana cum quibusdam veteribus inscriptionibus: quibus duabus scriptis pro illa certe aetate eximiis et saepius reculis praeter ceteros addi, immo multis nominibus praeferreri meretur *Carolus du Fresne* in Constantinopoli Christiana, Paris. 1680. fol. rec. Venet. 1729. fol. Geographiam medii aevi in regnis imperio Cpolitano subiectis praeclara luce perfudit *Anselmus Bandurius* in suo imperio orientali. Paris. 1711. fol. 2 Voll. et Venetiis 1729. fol. Tomo 4. thesauri antiquitatt. Graecarum exstat *Ioan. Meursii* de populis et pagis Atticae liber, cum supplemento ex chirographo auctoris, et animaduersionibus *Iac. Sponii* depromtis ex eius itinerario. Ibidem habes *Meursii* Athenas Atticas, Cecropiam s. de Athenarum arce librum, et Ceramicum geminum, Miscellaneaque (in quibus et ipsis Geographica quaedam attingit) Laconica, cum auctoris supplementis, in praefatione ad dictum tomum a Gronouio editis, qui in Tomo 5. eiusdem operis recudendum ibidem dedit *Meursii* librum de Piraeo, Atheniensiumque portu. Atheniensium vrbs copiosa descriptio, figuris aeneis illustrata, legitur in *Daltonii* museo graeco. *Petri Hendreichii* Massilia, eius situs, administratio reipubl. leges, instituta, religio, studia, militia ex edit. Argentoratensi A. 1658. occurrit T. 6. thesauri Gronouiani, in quo etiam habetur *Burchardi Nidersteti* Melita verus et noua, Hephaestiae insula, Melita subterranea, ex edit. Helmst. 1660. fol. *Meursii* Creta, Rhodus, Cyprus prodiit Amst. 1675. 4. *Thomae Broderi Bircherodii* Dani librum ineditum de insula Archipelagi *Cbio* memorant noua litteraria maris Balthici A. 1698. p. 193. *Coreyram* insulam descripsit Celeberrimus Ecclesiae Romanae Purpuratus *Angelus Maria Quirini* in primordiis Corcyrae. Brixiae 1738. 4.

XVI. De vrbis Romae descriptione disturi capite proximo, in praesenti subiungemus scriptores, ex quibus haurienda est notitia Geographiae veteris ecclesiasticae, quatenus illa per Patriarchatus, Metropoles, Archiepiscopus et Episcopatus distinguitur: vbi primo loco memoranda est Geographia sacra, quam cum veteribus *Notitiis Episcopatum* Graecis Latinisque ex recondita Bibliothecarum penu collectis edidit *Carolus a S. Paulo*, Episcopus Abrincensis, Paris. 1641. fol. in quo opere, non vbiuis antea obuius, sed nouissime additis Holstenii animaduersionibus nitide recuso Amstel. 1704. fol. variae variarum aetatum *τάξεις* Episcopales referuntur: quanquam Guil. Beueregius, qui in notis ad synodicum magnum p. 135. ff. similem notitiam circa a. C. 891. a Basilio Ialimbanensi compositam, edidit, notat, Carolum non semper optima fide egisse, sed Pontificis romani ambitioni hinc indelitate. Ad notitiam sedis Alexandrinae, qualem vulgavit Beueregius, operae pretium est addere obseruationes *Eusebii Renaudoti*, collect. liturgiar. orient. T. 1. p. 445. ff. Exstant quoque *Lucae Holstenii* animaduersiones posthumae ad Carolum a S. Paulo Geographiam Ecclesiasticam editae Romae A. 1666. 8. quas in editione Geographiae Amstelodamensi adiectas esse iam dictum est. In eodem argumento diligenter verfarus est *Aubertus Miraecus* libr. 5. de notitia episcopatum orbis christiani, quorum tribus prioribus veterem Geographiam ecclesiasticam et Prouinciale Romanum A. 1503. Romae cum practica Cancellariae apostolicae editum, et postea Lugduni atque aliis in locis separatim excusum, quod Miraecus ex quatuor codd. MSS. recensuit et emendauit, ¹³ tradit et illustrat, quarto codicem prouincialem nouum iuxta recentem ecclesiae ac regnorum in orbe Christiano statum exhibet: quinto denique Episcopatus, s. vrbes titulo episcopali illustres alphabeti serie digerit, succincteque disserit de ecclesiarum maxime illustrium originibus, progressibus ac vicissitudinibus. Miraeco cuius codicem prouincialem Romanum, s. notitiam episcopatum orbis christiani ex editione minus integra ¹⁴ Anni 1610. in tomo tertio Chronici Chronicorum recudendum dedit Ianus Gruterus sub Ioannis Gualteri nomine latens, etiam praeferranda sunt tabulae geographicae et chronologicae omnium archiepiscopatum et episcopatum vniuersi orbis, gallica lingua editae et succincta methodo comprehensae ab Abbate *Commanuillio* Rothomagi 1700. 8. *Tables geographiques*

¹³ Alium libellum similem prouincialem scriptum eorrente saec. XIVto ex MS. edidit *Ernst. Val. Loescherus* in append. Stromatei, pag. 173. ff.

¹⁴ Emendatior pleniorque editio exstat ad calcem collect. antiquorum decretalium cum notis Antonii Augustini, Herdensis episcopi, a *Carolo Labbeo*.

phiques et chronologiques de tous les Archevechez et Evechez de l'Univers, on voit l'etat ancien et present. Praeclaram quoque operam in illustranda geographia sacra collocavit *Franciscus Orlendius* in orbe sacro et profano illustrato, voluminibus tribus. Florentiae 1728, 31 et 32. in folio edito. Huic addantur *Henrici Schereri* geographia hierarchica, s. Atlantis pars secunda. Monachii 1703. 4. mai. et *Geslini* chorographia sancta. Salmurii 1629. 8. edita. Iam, vt memoratis praecipuis hisce alios nonnullos eiusdem argumenti subiungamus, non praetereundus *Eman. Schelstratenus* in append. ad T. 2. antiquitatis ecclesiasticae illustratae. Rom. 1697 fol. in qua praeter varias notitias episcopatum, habetur quoque itinerarium *Antonini*, supra a nobis memoratum, et *Hierocli* Synecdemus, siue comes peregrinationis ab Holstenio recensitus, et ex codice Farnesiano auctus, et in V. C. Anselmi Bandurii imperio orientali T. 1. recusatus. Eidem Hierochi Carolus a S. Paulo recte tribuit dispositionem civilem prouinciarum imperii Constantinopolitani, quam e codice Vaticano edidit in Notitiis antiquis geographiae sacrae subiectis pag. 20. seq. est enim ille ipse Synecdemus postremis modo quatuordecim capitibus mutilus. Nisi *Doxopatri* notitiam quinque thronorum patriarchalium, saeculo duodecimo conscriptam, vulgavit ante Schelstratenum *Leo Allatius* lib. primo de consensu et dissensu ecclesiae graecae cum romana c. 24. tum *Steph. le Moynes* T. 1. var. Sacror. p. 211. et 262. *Leonis Sapientis διατάξεις*, siue Notitia episcoporum, qui episcopo Constantinopolitano parebant, existat in iure graeco-romano *Frcheri* T. 1. p. 88-102. Videatur etiam Metropoleon et Archiepiscopatum catalogus, quem dat *Freberus* p. 244-246. *Eman. Schelstratenus* ad Concil. Antioch. diss. 4. c. 13. p. 425. seq. et *Ioseph. Binghamus* origin. eccles. Lib. 9. c. 7. verfidinis Latinae T. 3 p. 568. Hisce addas *Andronici Palaeologi* Imperatoris expositionem nouam, quae legitur in calce chronici ecclesiae graecae, adornata a Phil. Cyprio, et Lipsiae 1687. 8. cura Reuerendi Doctoris theologi Ioan. Olearii editi, adiungesque Notitiam sedium metropoliticarum Alexandriae ab *Eutychio* Patriarcha scriptam, medio fere saeculo decimo, quam exhibet et illustrat idem *Beneregus* in Notis ad Synodicon magnam p. 148. seq. *Francisci Iacobi Dignii* (de Digne) historiographiam generalem prouinciarum ecclesiasticarum ecclesiae latinae, gallice. Auenione 1716. fol. *Labbei* breuiarium geographiae episcopalis cum tribus tabulis geographicis Nicolai Sanson, quod cum indice conciliorum per partes orbis terrarum adiectum est Tomo 16. conciliorum. Et indicem Geographicum episcopatum Tomo ultimo conciliorum editionis *Harduinianae* subiectum, qui quidem subsidium est illustrandae geographiae veteri ecclesiasticae longe praeclearissimum.

Notitias

Notitias prouinciarum Galliae utque in his vniuersam temporibus Honorii Imper. conditam, sed ciuilem, vtriam notauit Carolus a S. Paulo p. 122. non ecclesiasticam; vulgauit *Iacobus Sirmondus* T. 1. Conciliorum Galliae et *Andr. du Chesne* Tomo primo Scriptorum Francorum. Notitiam prouinciarum orientis suppeditat *Michaële Quien* in Oriente christiano Parisiis 1740. tribus tomis in folio euulgato, cuius tomus primus complectitur magnas dioeceses Ponti, Asiae et Thraciae, Patriarchatus Constantinopolitano subiectas: secundus, Illyricum Orientale ad Patriarchatum Constantinopolitanum pertinens, Patriarchatum Alexandrinum et Antiochenum, magnasque Chanaeorum et Iacobitarum dioeceses: tertius, Ecclesiam Maronitarum, Patriarchatum Hierosolymitanum, et quotquot fuerunt ritus latini tam Patriarchae, quam inferiores Praefules in quatuor Patriarchatibus et in Oriente vniuerso. Prouinciarum Africae notitiam edidit quoque laudatus *Sirmondus* Tomo primo varior. opusculorum, reculam Tomo primo Opp. p. 429. atque in tomo priore historiae persequutionis Vandalicae Victoris Vitenfis, curante Theodorico Ruinarto. His adde Breuiarium *Sexti Ruffi* c. 4. et quae viri docti, *Ioan. Fellus*, Episcopus Oxoniensis, ad Cyprianum, et *Ludov. Ellies du Pin*, Doctor Sorbonicus, ad Opratum, vbi etiam exstat Africa vetus christiana, eleganti et accurata tabula geographica per Insulanum, (G. de l'Isle) descripta. Non pauca ad illustrandam geographiam Africae ecclesiasticam facientia monet *Henricus Norisus*, Cardinalis, in animaduersionibus ad epistolas S. Augustini, quae leguntur in appendice ad editionem Doctoris Hipponensis Amstelodamensem T. 12. pag. 499. ff. Neque omittendae sunt notitiae Episcopatum, a *Iacobo Goario* graece et latine editae ad calcem Georgii Codini inter scriptores historiae Byzantinae. Paris. 1648. fol. *Renatus Choppinus* in Politia ecclesiastica. *Leunclausus* in iure graeco-romano pag. 244. sqq. *Christoph. Inskellus* ad codic. canonum ecclesiae Africanae Tomo primo Bibliothecae iuris canonici p. 418. sqq. *Iac. Vfferhis* libro de Asia lydiana, siue, proconsulari, et septem in eo ecclesiis metropoliticae, post auctoris obitum Londini 1687. 8. edito, et Bremae 1701. 8. recuso. Videndus etiam *Isaacus Casaubonus* ad epistolam Gregorii Nysseni, p. 135. sq. Notitiam patriarchatum Antiocheni et Hierosolymitani Guiljelmo Tyrio subiectam exhibet *Iac. Bongarsius* tomo primo Gestorum Dei per Francos pag. 1044. sqq. Huc quoque spectant *Iac. Gothofredi*, *Iac. Sirmondi* et *Claudii Salmafii* scripta amoebea de regionibus suburbicariis; quibus adde *Christ. Kortholti*, Iunioris; commentationem de ecclesiis suburbicariis, qua in dioecesi, quam Episcopus Rom. aetate concilii Nicaeni habuit, inquiritur, Lips. 1731. 4: probaturque, extra fines nouem prouinciarum, quae vrbis vicario parebant, Episcopum Roman. nulla metropolitanae

priuilegia habuisse. Idem *Kontbotrus comitibus de diocesi Episcopali*, quam *saeculo IV. habuit Pontifex Romanus*, inferendam curauit Actis Eruditorum Latinis A. 1732. p. 66. sqq. qua docetur, dioecesos episcopalis Romanae amplitudinem ad centesimum usque Romanos extendi tantum extensam esse. Porro huc spectant, Notitia ecclesiarum urbis Romae facta, vndequino, quam dat *Baronius* ad A. C. 1057. n. 19. ff. *Frider. Spanhemii et Ioan. Morfii Exercitationes* de sedibus Episcopalibus primariis in veteri Ecclesia; *Edwardus Berewoodus* et *Guil. Coucus* in Regimine Patriarchali Ecclesiae veteris; Anglice descripto, et *Guido Pancrollus* in commentario ad Notitiam Imperii, qui post editionem Lugdunensem anni 1608. fol. recusus est T. 7. thesauri Graeviani. De antiquo iure metropolitae Mediolanensis in Episcopum Ticinensem lectu digna est *Ludovici Antonii Muratorii* dissertatio in Tomo primo Anecdotorum Biblioth. Ambrosianae p. 221. seqq. Nec praetereundum *Benedicti Bacchini*, monachi Benedictini Casinensis, opus in tres libros distributum de Ecclesiasticae Hierarchiae origine, editum Mutinae A. 1704. 4. in quo aduersus *Baronium* ad A. C. 39. n. 10. sqq. Petrum de Marca, Schelstratenum aliosque negat, ecclesiarum Metropolitanarum institutionem primum factam esse secundum statum prouinciarum Romanarum, sed potius rationes synedriorum iudaicorum ipsis originem dedisse. Quemadmodum et formam regiminis ecclesiastici a iudaica synagoga petitam docent *Campegius* *Vitringa* alique, laudati a *Christoph. Matthaeo Pfaffio* p. 91. seq. Originum iuris ecclesiastici. Qui tamen sine partium studio vetera monumenta perstrauerit, neque semper neque nusquam ecclesiasticas dioeceses cum politica prouinciarum Romanarum diuisione conspirare comperiet. Adde *Salmasium* de primatu Papae, c. 15. p. 237. Notitia ecclesiarum prouinciarumque, dependentium a Patriarcha Armenio, qui *Egmiathinae* residet, videatur in calce historiae criticae fidei et rituum christianorum orientalem gallice editae a *Richardo Simonio*. *S. Isidori* Episcopi de ciuitatibus metropoleis libellus ex Manuscripto emendatior editus est a *Goldasto* ad *Eginhardum*, pag. 215-217. Prouinciarum siue Metropoliarum et Episcopatum Patriarchae Constantinopolitano hodie subiaccensium catalogus occurrit in *Thomae Smithi*, Angli, Epistola de statu ecclesiae Graecae hodierno, pag. 77. sqq. cuius *Smithi* existat etiam libellus, in Belgio recusus, lectuque dignus, de septem ecclesiis Asiae, quas primoribus Apocypseos capitibus memorat *Ioannes Euangelista*. Vide etiam *Ricautum* libro de statu Ecclesiae graecae, p. 94. seqq. edit. Gallicae. Hisce scriptoribus addas *Philippi Ferraris* nouam Topographiam in Martyrologium Romanum, Venet. 1609. fol. *Augustini Lubini* Martyrologium Romanum tabulis geographicis et notis historicis illustratum. Paris. 1661. 4. *P. Geslini* choreographiam

phiam sanctam gallice editam, *La sainte Chorographie*, ou description des lieux, où reside l'Eglise chrétienne par tout l'Univers. Salmurii 1629. 8. Episcopatu orbis christiani hodierni notitiam praeter *Miracum* et *Commaullium* supra laudatos, tradit *Augustinus Barbosa*, fol. 33. fqq. operis de officio et potestate Episcopi; et *Io. Alb. Fabricius* ad calcem salutaris lucis Evangelii, vbi exstat index geographicus Episcopatum orbis christiani. Quibus addenda, *Fr. Henrici Florestii* geographia ecclesiastica Hispaniae, quae Hispanice sub Titulo: *Espanna Sagrada*, edita est Madriti 1747. 4. ff. de qua Anno 1755. undecim iam euulgati fuerunt tomi, et quos laudat *B. Fabricius* in salutari luce Evangelii pag. 378. Gallia Christiana *Sammarthanorum* fratrum, quae primum Parisi. 1656. fol. quatuor voluminibus produit, deinde emendatior auctiorque recusa est studio *Dionysii Sammarthani*, et monachorum Benedictinorum e congregat. S. Mauri III. Volum. in folio Parisiis A. 1715. 1725. et scriptores citati a Fabricio loco citato pag. 398. sq. atque *Iacobus le Long* in Bibliotheca historica galliae p. 146. fqq. et in indice p. 1030. fqq. Italia sacra *Ferdinandi Vgbelli*, primum edita Romae 1644-1662. nouem voluminibus in Folio: deinde cum *Nicolai Coleti* obseruationibus, et in praesens vsque tempus supplementis recusa Venet. 1717-1721. decem Voluminibus in Folio; ac a Fabricio l. c. p. 364. sq. adducti. Anglia sacra *Henrici Whartoni*, Londini 1691. fol. duobus voluminibus. Brabantia sacra *Antonii Sanderi*, Belgica christiana *Arnoldi Raiffii*. 1634. 4. *Caspar. Bruschius* de Episcopatibus et monasteriis Germaniae. Norimb. 1549. 4. *Matth. Raderi* Bauaria sancta. Germaniam Sacram nobis promissit erudita Benedictinorum germaniae societas.

Denique praeter *Philippi Labbei* Geographiae Episcopalis breuiarium, Parisi. 1661. 12. et *Hieronymi Dixelii* Geographiam sacram et ecclesiasticam germanice editam Lipsi. 1708. 8. commemoranda *Friederici Spanhemii* Introductio ad geographiam christianam, quae iam tertia vice lucem aspexerat Vltraiecti 1686. 8. vna cum eiusdem introductione ad geographiam sacram, Patriarchalem et Israeliticam. Auctior deinde paullo ante auctoris obitum, vna cum eiusdem chronologia sacra et historia ecclesiastica prelis iterum subiecta est Amstelod. 1701. fol. et Tomum primum eius operum constituit. *Michaelis Antonii Baudrand* Geographia christiana, cuius mentio fit in memoriis litterariis Treuolctinis A. 1706. p. 1309. lucem non vidit.

CAP. VI.

De iis, qui descriptionem veteris vrbis Romae
ediderunt.

Etsi ampla et splendida, veteris tamen vix umbram refert Roma hodierna. Iosephi Scaligeri, Petri Scriuerii et Iani Vitalli in hanc rem Epigrammata. 1. De veteris Romae nomine. 2. Originibus. 3. Pomoerio, portis, incrementis et amplitudine Scriptores. 4. Obiter de aliis vrbibus amplissimis. ibid. De XIV. regionibus vrbis Romae et de viis publicis. 5. De septem collibus et de Capitolio. 6. De vrbis aedificiis publicis ac priuatis, multitudine incolarum etc. 7. Scriptores complures, qui veterem Romam eiusque ornamenta, rudera ac reliquias descripserunt. 8. 9. 10. 11. 12. Incrementa et magnitudo Romani Imperii. 13. Noua Roma CPolis. 14.

I.

Tantus est eorum, qui de vrbe Roma eiusque descriptione egerunt, numerus, vt illis singulare caput impendere, eosque ita reliquis Geographis, Chorographis ac Topographis subiungere non dubitauerim. Quamquam vero hodieque accedentibus insigne spectaculum praebet tum amplitudine sua et opibus, ac splendore aulae Pontificiae purpuratorumque Patrum, tum templorum ac palatiorum magnificentia: vel ipsa tamen prisca rudera longe maiorem et praestantiorrem veterem Romam fuisse testantur, vt adeo *Iosephus Scaliger* votum celebre Augustini, quo haec sibi optasse fertur, vt videret *Christum in carne, Paulum in ore, Romam in flore*, his verbis exceperint, qui occurrunt apud Henricum Lancilottum lib. 3. de vita Augustini c. 92. p. 296.

*Ne egredere e sole ac tetrico, Pater alme, recessu,
Vt Iesum videas, Christus ubique tibi est.*

*Ne egredere, vt Paulum auscultes magna illa sonantem,
In caelo Paulus mortuus hospes erit.*

*Ne egredere, vt Romam spectes, stomachabere quando
Roma erit in Roma nulla reperta Tibi.*

Exstat quoque eiusdem Scaligeri Scizon, quem Roma discedens composuit in hanc sententiam:

*Spurcum cadaver priscæ venustatis,
 Imago turpis puritatis antiquæ,
 Nec Romæ Romæ compos, sed tamen Roma,
 Sed Roma, quæ præstare non potes Romam,
 Sed quæ foveris fraude, quæ foves fraudem:
 Vrbs prurienti quæ obsoletior scorto,
 Et obsoleti more pruriens scorti:
 Quæ pacæ victa faecæ prostitutarum,
 Te prostituta vincis, et tuum facta es
 Tibi lupanar in tuo lupanari
 Vale pudoris vrbs inanis et recti.
 Tui pudoris nominisque¹ decoctrix,
 Turpis litura non merentium rerum:
 Ocellæ quondam, nunc lacuna fortunæ,
 Negotiosa mater otiosorum,
 Vale nefanda, constuprata, corrupta
 Incesta cæcilibum Quiritium, maniceps
 Contaminata: quippe quid tuos mirer
 Putere mores; quando vita computret?*

Simile Petri Scriuerii epigramma, quod Lucae Holstenii, Italiam petentis, albo inscripsit, editum a Lambecio lib. 6. de Bibliothec. Vindobonensi pag. 272. seq.

Petrus Scriuerius Lucae Holstenio suo in Italiam profecturo.

*Ausoniam petiture vale, suavissime Luca;
 Carus eram, meministi; nunc tibi Roma prior,
 Et septemgeminos ardes cognoscere Colles;
 Illicet, et fumus tu mihi triste vide.
 Ipse loci genius tutelæque defuit esse;
 Invenies votis cuncta minora tuis.*

D d 3

Non

¹ Franciscus Iuretus ad Symmachi lib. prim. epist. 24. de Roma: *Nunc vero nominis sui decoctrix iacet, et est nihil aliud quam suæ venustatis pristinae spurcum cadaver.* Confer Hildeberti Cenomanensis elegias duas in Romæ ruinas, pag. 1334. et 1335. Opp. eius Parisiis 1708. fol. editorum. Varia variorum in Romam, quæ collegit Ioan. Rhodius Secundus ad calcem chiliadis secundæ trinorum seu ternionum sacrorum, philosophicorum et iocoforum, A. 1585. 8. et Poemata de corrupto ecclesiæ statu edita a Math. Natio p. 406. et 417.

CAP. VI. DE VRBE

Non tibi Naso tener, doctique Propertius oris,
 Non Calaber vates, non Maro grandis erit.
 Tullius (heu!) nusquam, tot cedro digna loquutus
 Nusquam Traiani qui placuere Foro.
 Nusquam deliciae populi, Fora, Balnea, Circi,
 Obruta sunt saxis Amphitheatra suis.
 Inuenies nusquam geminata mole Colossos,
 Addita nec Latio Flauia templa polo.
 Quid cum porticibus Ianos, Delubraque mille
 In cineres belli turbine missa querar?
 Plorabis laceras aedes et Numine cassas;
 Plorabis lippos dimidiosque Deos.
 Non Capitolina veneratur Iupiter Arce;
 Fulmina Tarpeio sunt modo lapsa Patri.
 Miratus dices: Vbi nunc es maxima Roma?
 Hei mihi, vix tanti nominis umbra iaces.
 Et solum superest, in Roma quaerere Romam;
 Omnis et in sterili vita labore perit.
 Hoc tamen hic disces, hominum genus esse caducum,
 Quum videas ipsos sic cecidisse Deos.

Scribendam IV. Idus Decembr. Lugduni Batavorum
 A. CIOICXVII.

In eandem sententiam iam pridem Ianus Vitalis:

Quid Romam in media quaeris notus aduena Roma,
 Et Romae in Roma nil reperies media?
 Aspice murorum moles, praeruptaque saxa,
 Obrutaque horrenti vasta theatra situ.
 Haec sunt Roma. Viden' velut ipsa caduera tanta
 Urbis adhuc spirent imperiosa minas?
 Vicit ut haec mundum, nisa est se vincere: vicit,
 A se non victum ne quid in orbe foret!
 Hinc victa in Roma victrix Roma illa sepulta est,
 Atque eadem victrix victaque Roma fuit.
 Albula Romani restat nunc nominis index,
 Qui quoque nunc rapidis fertur in aequor aquis.
 Discite hinc quid possit fortuna; immota labascunt,
 Et quae perpetuo sunt agitata, manent.

H. Triplett

II. Triplex vrbis aeternae (ita enim eandem appellare non dubitabant) nomen fuisse proditur; vnum hoc peruulgatum ROMA, quod toties diximus, alterum, quod arcanum fuit, vnde, si credimus Angelo Politiano l. 1. Ep. 2. *Amaryllida* suam, quae andrem significat proprie, in Bucolicum carmen detorsit Poeta Ecloga l. v. 31.

Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.

Tertium sacrificiis deditum, de quo vocabulum impositum Floralibus, quod Ἀγροθῶν Graece Philephus interpretatur, latine *Florentem* vel aptius *Floram* fortasse dixeris. Annius Viterbiensis scriptor ex meris commentis et somniis compositus arcanum illud Romae nomen notauit, siue finxit esse *Romanessum*; incerta et parum credibili coniectura. Idem colligit *Tetrapoliti* etiam vocatam esse, constantem ex Roma proprie dicta, Velia, Germalia et Foro. Vide commentarium eius ad Pseudo-Xenophontem de aequiuocis p. 46. Sunt itidem, qui *Valentiam* vocatam velint, ex latina vocabuli εὐαίτη interpretatione, quo nomine vna ex Aesculapii filiabus dicta fertur. Adde Interpretes ad Plinii l. 3. Histor. c. 5. et ad Solini caput 1. (al. 2.) *Ianum Rusticium* l. 1. Var. Lect. c. 20. et *Herr. Meibomium* ad Iusigrandum Hippocratis, p. 54. De ratione occultati nominis arcani Romae, deque tutelaris consulendus *Macrobius* l. 3. Saturnal. cap. 9. *Baylii* Lexicon sub voce *Soranus* nota (C.) in qua agit de eo, quod neci datus esse dicitur Soranus propter nomen illud arcanum temere vulgatum. *Philippus Camerarius* l. 2. Horar. sub. c. 10. vbi perperam traditur, Romam etiam olim dictam fuisse *Cephalon*, quam Cephalon non sit nomen Romae, sed nomen scriptoris patria Gergithii laudati a Festo in *Romam*. Romam instar Deae cultam docet *Prudentius* lib. 1. contra Symmachum v. 219. seqq. Romam ante Romulum fuisse, et hunc ab illa nomen accepisse, ex veteri Lupercaliorum poeta Mariano tradunt *Iulius Philargyrius* et *Seruius* ad Virgilii Ecl. l. v. 20.

III. *Andreas Cirini*, Messanensis, variarum lectionum de vrbe Roma eiusque conditore Romulo liber, in quo etiam de regibus Latinis, et Romuli ab Aenea maioribus differitur, in lucem editus Panormi A. 1665. fol. vna cum figuris in aes incisus, recusus in tomo secundo noui thesauri antiquitatum

Ro-

² Vide, si placet, *Balab. Bonifacium*, Histor. Ludicræ XIII. 4. et quae collegit *Tbom. Crenius* parte 10. animaduersionum. Atque passim in numis Roma vocatur, *felix*, *victrix*, *aeterna*, *inuisa*, *Ρώμη Θεά*, etiam *Vrbs sacra* in veteri inscriptione. vide *Huberti Goltzii* thesaurum rei antiquariæ p. 28. Dea, genitrix hominum genitrixque Deorum. *Triflan.* 1. pag. 183. seq. *Orbis Romanus.* v. Interpretes ad Petronii Satyr. o. 189. p. 548. edit. Burmannianæ.

Romanarum, quem curauit Alb. Henr. de Sallengre. *Exstat et Iacobi Gronouii* dissertatio de origine Romuli, qua vulgares de ea opiniones impugnat, et Romulum Phoenicem esse contendit. Lugd. Batav. 1684. 8. *Obstauigni Ferrarii* libellus de origine Romanorum a Troianis. Mediol. 1607. 8. qui familiam ducit in Tomo primo Thesauri antiquitatum Graecianae. *Ioannis Stephani Granarae* diss. de antiquitate et origine Romae, Italice. Venetiis 1734. 4. *Theodori Rycpii*, Iusti filii, dissertatio, qua Aeneae in Italiam aduentum probat aduersus virum summum, *Samiuelem Bochartum*, qui hoc singulari Diatriba, a *Ioanne Scheffero*, e Gallico versa, et Latine seorsim primum Hamburgi 1672. 12. edita ac deinde Bocharti operibus T. 2. p. 1062-1089. inserta, impugnauerat, legitur ad calcem commentariorum postumorum Lucae Holstenii in Stephanum Byzantinum, quos eidem Rycquio debemus. Bocharti sententiam iam occupauerat *Philippus Cluuerius* in Italia antiqua, T. 2. p. 832. Faciunt etiam cum Bocharto *Hugo Grotius* epist. 176. *Pouillius* (de Pouilly) in Diss. de incertitudine in quatuor prioribus saeculis historiae Romanae obuia; et in nouo tentamine critico de fide historiae, insertis memorijs academiae inscriptionis et elegantiorum litterarum, T. 8. pag. 21-45. et 110-180. contra quem tres composuit dissertationes, *Claudius Sallierius*, insertas itidem iisdem memorijs, Tomo laudato, p. 46-110. et 180-213. Auctor dissertationis gallicae, de incertitudine in quinque prioribus saeculis historiae Romanae obuia. Vltraiecti 1738. 8. De fabula, quod Ros quidam ex tribu Israelitica Benjaminis ortus Romam condiderit vide *Photium* epist. 102. p. 147. sq. et *Ioan. Seldenum* l. 11. de Synedrijs Ebraeorum. c. 3. p. 71. sq. *Iac. Hugonis* commenta prodita in libro, quem inscripsit Veram Historiam Romanam, s. originem Latii vel Italiae ac Romanae vrbis e tenebris longae vetustatis in lucem productam Romae 1685. 4. post *Eberh. Rud. Roshium* in dissert. de bello Troiano, Ienae 1672. edita explodunt Halenses in Observationibus selectis ad rem litterariam spectantibus T. 3. Obs. 3. p. 58. seqq. quo in loco etiam de alijs Scriptoribus originum Romanarum deperditis et exstantibus agendum in se susceperunt. Adde *Anthonium Thyssum* in Exercitationibus Miscellaneis, Exercit. 20. vbi de nomine et nutrice Romuli agitur, recus. fasciculo quarto Opusculorum, quae ad Historiam ac Philologiam sacram spectant. Roterod. 1694. 8. pag. 520. seqq. Pelloutierium de origine Romanorum, in Historia Acad. Reg. Scientiar. Berolinens. A. 1752. et *Ioan. Phil. Casselii* Dissertat. de fausto Romanorum omine ex sue Albana, Magd. 1749. 4.

IV. Roma quadrata primum et longe minor a Romulo designata est, quam postea in sequentibus temporibus creuit et varie amplificata fuit. Vide

Hiera-

Hieronymum Magnum l. 3. Miscellan. c. 13. *Alexand. Denatum. et Famianum Nardinum* l. 1. de vrbe Roma, T. 3. et 4. *Graevii, et Andreae Borrichii* librum de Romae primordio et ambitu vsque ad aeuum Caesaris Aureliani, quem Vopiscus c. 39. testatur muros vrbis sic ampliassse, vt quinquaginta prope millia eorum ambitus tenuerit: qui Plinii aetate erat passuum 13200. Prodit Borrichii liber Hafniae, 1686. 4. *Olai Borrichii*, Diss. 6. de antiqua vrbis Romae facie prodierunt Hafniae 1687. 4. recusae sunt in Graevii Thesuro Tom. 4. Addenda est Romana Antiquitas dissertationibus historico-criticis illustrata a *Iulio Minutulo*, Caelestinorum Abbate, Romae 1689. 8. vbi inter alia ostendit p. 99. seqq. quomodo pomoerium vrbis amplificatum fuerit moenibus intactis. Minutuli Diss. recusae sunt T. 1. Thesauri Sallengriani. *Pomoerium*, sive, vt Festus vocat, *Postmurtum* quid sit, docet *Linus* l. 1. c. 44. et viri docti ad Festum voce Prosimurium. De ratione illorum proferendorum videnda, quae viri docti ad Tacitum Annal. XII. 23. 24. et Vopisci Aureliani c. 21. Portae vrbis initio tres fuerunt vel quatuor, de quibus Nardinus l. 1. c. 3. At Plinii tempore septem et triginta III. 7. H.N. Inde Iuliano imperante quatuordecim, quae etiamnum hodie exstant. Vide *Gaestium*, in descriptione Vrbs Romae, Tom. 3. Thes. Graev. p. 263. seqq. A *Bona Ventura Quarbequio* quidem in reliquis veteris Romae 3 portas ita recenseri videas:

1. Porta Flumentana, hodie del Popolo.
2. Collatina, hodie Pinciana.
3. Agonensis, (Quirinalis, Salaria, Lauernalis, Salutaris) hodie Collina.
4. Viminalis, (Figulensis, Catularis, Nomentana) hodie S. Agnetis et Pir IV.
5. Querquerulana, hodie Clofa.
6. Esquilina, (Metia, Praenestina, Tiburtina, Taurina) hodie S. Laurentii.
7. Labicana, (Lauernalis, Naeuia, Raudusculana) hodie Maior.
8. Caelimontana, (Agnaria, Lateranensis) hodie S. Ioannis.
9. Gabinia, (de Metrode, vel de Metrone) hodie obstructa non patet.
10. Valeria, (Ferentina, Piacularis) hodie Latina.
11. Capena, (Appia, Camoena, Fontinalis, Madida) hodie S. Sebastiani.
12. Naualis, (Trigemina, Ostiensis) hodie S. Paulli.

13. Na-
 Quum plures portae olim fuerint, falli non dubito eos, qui nomina omnia portarum apud veteres memorata ad illas quatuordecim referunt. De portis CPoleis Mart. Crusius in Turco-Graecia pag. 51. seq. Cangius in CPoli Christiana etc. Regiones vrbiu aliquando Portarum nomine venisse docet *Camillus Peregrinus* in diss. de veteri significatione vocis portae, recusa T. 9. Thesauri Italiae P. 2.

13. Naualis ad Fluuium Tiberim, (Vinaria) hodie portus.

14. Aurelia, (Ianiculensis, Traiana) hodie S. Pancratii.

15. Fontinalis, hodie Septimiana s. Settignana (Sous-Ianus.)

De Romanae urbis magnitudine consulendi etiam *Iustus Lipsius* l. 3. Admirandorum, siue de magnitudine Romana c. 2. *Nicol. Bergierius* l. 3. de publicis et militaribus Romani imperii viis c. 16. seqq. *Ioan. Petrus Ancherisen* in notitia Romae generali, Hafniae 1733. 4. et qui modum excedere videtur *Isaacus Vossius* in variis Obseruationibus, edit. Londin. 1686. 4. et a Graeuius T. 4. Antiq. Rom. insertus, reprehensus autem a Minuzulo libro laudato p. 113. seqq. In iisdem Obseruationibus etiam de aliarum urbium magnitudine singularia quaedam post Lipsium in admirandis doctissimus Vossius annotauit, vt de Babylone, de qua videndus etiam Ioan. Tzetzes IX. Chil. X. 561. seqq. de Thebis Aegyptiis, in quibus Scholiastes ad Iliados IX. ab Horneio editus v. 383. numerat vicos 33030, portas centum, incolas 500000. Confer Stephanum in *Διόσπολις*. Rudera Thebarum enarrauit Richardus Pocockius in Descriptione Orientis Vol. I. l. 2. cap. 3. p. 91. sqq. edit. anglicanae et p. 148. vers. German. a Celeb. Christ. Ern. a Windheim compositae. De Alexandria, de qua praecleara sunt quae obseruauit illustris Cuperus ad calcem Apotheoseos Homericae. De Carthagine, de cuius amplitudine Hendreichius in Rep. Carthaginensium p. 56. seq. De Nino, Cairo et Babylone Aegyptia, magnisque urbibus Sinarum. Athenas quoque magnitudine sua admirandas fuisse oportuit, in qua temporibus Demetrii Phalerei quater centena millia seruorum fuisse constat. Conf. *Io. Meursii* Lect. Attic. lib. I. c. 1. Nec minores Athenis fuerunt Syracusae, quemadmodum auctor Strabo lib. 6. vt omittam Agrigentum, cuius incolas 800000 numerat Laertius lib. 8. sect. 63. Tum Dioseuriadem, in qua trecentae gentes, teste eodem Strabone, mercatorem exercuerunt: nec minus urbem regiam Persidis, in tota Asia celeberrimam (la Ville de Rey) in qua, secundum Geographos Persas, saeculo 9. computabantur 96. regiones, singularum regionum plateae siue vici 46. in singulis vicis domus 400. praeterea collegia 6400. balneae 16600, 15000 turres Moschearum et 13000 diuersoria. Sunt et maxime hodieque vrbes, Sinarum quidem Quinsay centies millenorum passuum ambitu patens, in qua pontes dicuntur esse 12000 familiae incolarum circiter 1000000. Tum Iapanis, Meaco et Yedo, in quarum singulis 100000 aedificiorum, quemadmodum in Mexico ultra 60000. Ne dicam de notioribus Constantinopoli, Moscousia, Londino et Lutetia, cuius postremae longitudo a Francisco Blondello obseruata est passuum 2500.

V. Roma vetus diuisa fuit in regiones ⁴ XIV, de quibus exstant quatuor libelli veterum scriptorum, vnus *Publii Victoris*, et alter *Sexti Rufi*, qui editi sunt tum ab alijs, tum ab *Onufrio Pamino*, vna cum Rutillii Itinerario, et Onufrii ipsius libris 3. commentariorum de vrbe, imperio et ciuitate Romanorum. Vagot. 1558. Paris. 1588. 8. Pro Publico Victore perperam Petri Victoris nomen occurrit in *Topographia Romae*, Marliani, Onufrii, Boiffardi et aliorum scripta complectente, et excusa Francof. 1627. fol. de quo volumine consulendi Halenses in *Obferuationibus selectis ad rem litterariam spectantibus*, T. 4. obf. p. 10. fqq. Iidem Victoris et Rufi libelli recusi sunt in Tomo 3. *Thesauri Graeuiani*, non in Tomo 5. vt in iisdem *Obferuationibus* pag. 13. vitiose legitur. Tertius libellus est antiqui scriptoris descriptio regionum vrbs, in *Analektis Mabillonii* pag. 364. seqq. edit. nouae. Quartus est antiqui scriptoris anonymi *Descriptio vrbs Romae*, a Pancirollo et Labbeo post notitiam dignitatum illustrium et in Graeuii thesauro, T. 3. p. 317. edita, quam e MSto Caesareo non paucis locis emendari posse docet Lambecius T. 2. p. 949. seq. Qui Tomo 4. eiusdem thesauri occurrunt *Famiani Nardini* de Roma veteri et noua libri 8. ex Italico sermone, quo illos primum Romae A. 1667. 4. cum explicatione, quam ipse adiunxit, inscriptionum quarundam veterum, et in Pyramide C. Cestii imaginum ediderat Octavius Falconerius, ⁵ in latinum translati a Iac. Tollio, iusti instar commentarii in dictos Victoris, Rufi et Anonymi libellos esse possunt. Nonnulla Nardini (cuius libri editio *Benedictum Mellinum*, Reginae Christinae Bibliothecarium, a Roma antiqua describenda, quod per multos annos molitus fuerat, deterruit) emendat *Graeuus* in praefat. ad iam dictum Antiquitatum Tomum ex obseruationibus *Eliae Boberelli*; vt praeteream, quae notat *Raphael Fabretus* in dissertationibus de aquaeductibus veteris Romae. Romae 1680. 4. et T. 4. antiquitatum Roman. *Guidonis Pancirolli* liber de 24. (non 4. vt per-

Ee 2

pe

⁴ Roma Christiana per aliquod tempus diuisa fuit in regiones duodecim, quibus totidem *Bammereti* praeficiebantur. Sabellicus Ennead. IX. lib. 9. In septem diuisa regiones est a Fabiano Pontifice, vnde totidem Diaconi, Cardinales et Subdiaconi: Vide Baronii *Diff. de Martyrologio Romano*, c. 1. Mabillonium in commentar. praeuio ad ordinem Romanum p. 11. et 18. *Tota Italia* ab Augusto diuisa fuit in regiones XI. de quibus agit Plinius H. N. III. 5. seq. Spatiura vrbs Romae ab eodem Augusto in regiones vicosque diuisum testatur Suetonius c. 30. Hodie Roma in quatuor regiones dispescitur, de quibus agitur in libro italice sub hoc indice edito: *Descrizione del nuouo Ripartimento de' Rioni di Roma fatto per ordine di nostro Signore Papa Benedetto XIV. Opera de Conte Bernardini. Romae 1745. 8.*

⁵ Falconerii carmen in Romam Nardini exstat T. 5. *Epistolarum Sylloges Burmannianae* p. 482.

peram legitur ante Tomum 4. thesauri Graeviani, atque in Bibliotheca nouorum librorum Anno 1697. p. 4.) regionibus vrbis Romae, earundemque aedificiis tam publicis quam priuatis, subiicitur eius commentario in notitiam vtriusque Imperii. Neque praeteriunda *M. Fabii Calvi* Rauennatis 14. figuræ, siue tabellæ in aes incisæ, quibus totidem regiones veteris vrbis Romae delineantur, editæ primum An. 1528. et dicatæ Clementi VII. Pontifici, iterumque vulgatæ Basil. 1556. quas si quis ordine coniungat et connectat, nihil illis exactius et melius veteris Romae splendorem exhibere affirmat *Nicolaus Bergierius* lib. 5. de publicis et militaribus populi Romani viis c. 17. qui et ipse veteris Romae faciem in illo opere insigniter illustrauit. Titulus operis Bergieriani, quod antiquitatum Romanarum thesaurum merito appellari posse ait Labbeus, rarissimeque antea obuii, est: *Histoire des grands chemins de l'Empire Romain pavez depuis la Ville de Rome jusques aux Extrémités de son Empire.* Paris. 1622. 4. Bruxellis 1729. 4. 2 Voll. Hoc latine ab Henrico Christiano Hennino versum⁶ interpretisque et Ioan. Baptistæ du Bos obseruationibus illustratum exstat Tomo 10. thesauri Graeviani. De viis militaribus Romanorum præclara sunt, quæ disserit *Comes Marcellus* T. 2. Danubii illustrati p. 81. ff. *August. Cabneti* dissertatio gallica de viis magnis Lotharingiæ prodiit Nanceii 1727. De viis militaribus veterum Romanorum in Germania peculiari commentatione disseruit vir Illustris *Adrianus Stegerus.* Lips. 1738. 4. *Compta Lariun* Plinius H. N. III. 5. numerat CCLXV. vbi etiam memorat *milliarium s. columnam auream* in fori capite ab Augusto constitutam A. V. C. 734. in quam omnes Italiae viæ definebant: *χρονίου μιλίων* vocat Dio l. 54. p. 737. 59. edit. Reimarianæ. Milliaria tamen siue lapides non ab hac columna, vt Aringhus T. 1. p. 209. Romae subterraneæ, sed a portis Vrbis numeratos clarissime demonstrat *Lucas Holstenius* peculiari Obseruatione de milliaro aureo quæ eius noris posthumis ad Steph. Byzantinum pag. 388. subiicitur. De milliaro Constantinopolitano vide *Suidam* in *μιλίων*, *Lambecium* ad Codinum, *Cangium* in CPoli Christiana, et *Bandurium* ad Antiquitates CPolitanas, p. 481. seq. De Arelatensi vide Historiam Oper. eruditorum Angliçe in 4. editam Londini 1701. p. 724. De columnis mil-

⁶ In memoriis historicis et criticis An. 1722. mens. Ianuar. p. 45. ita de hac versione iudicatur. *C'est dommage, que l'ouvrage de Mr. Bergier ait été si mal traduit en Latin, et qu'on l'ait ainsi inséré dans le grand Recueil de Græuius.* Etiam Italice versum hoc opus memorat Nicéron Tomo 6. memoriarum de viris illustribus Gallice editarum p. 398. version. german. T. 7. p. 82. Verum non Italice tantum, sed et Latine a Bauhino versum lego in Nouellis Eruditorum Bruxellensibus An. 1729. n. 2. Angliçe versus prodiit An. 1711.

liaribus in Alſatia diſſerit. *L. D. Schoepſinus* Alſatiae illuſtratae T. 1. p. 547. ſeqq. Eidem, qui laudatus eſt, Bergierio memoratur Roma vetus, vno folio depicta, et Carolo IX. Galliae Regi oblata A. C. 1574. a *Stephano du Perac*, Pariſino, qui eodem anno vulgavit Rudera Antiquitarum obuiarum Romae, elegantibus figuris delineata. *I veſtigi del l'Antichita di Roma, raccolti et ritratti in perſpettiva, con ogni diligenza.*

VI. Notum eſt vel ex Plutarchi Quaestionibus Romanis, Romam vocari *ἑπτάκοσμον*, ſive ſepticollem, qua de re, praeter Interpretes ad Apocal. c. 17. v. 9. vide *Iuſtum Rycquium* libro de Capitolio Romano, vbi ſigillatim agit de colle Capitolino et *Henricum Kippingium* lib. 2. Antiqq. Romanarum, cap. 1. Rycquii liber excuſus primum eſt Gandavi 1617. 4. deinde Lugd. Batav. 1669. 12. et cum viri Philologi, hoc eſt, *Iac. Gronovii* animaduersionibus, 1696. 12. Parauerat auctor ipſe etiam ſupplementa et alterum librum de Capitolio, quem promittit p. 255. et 421. edit. Lugd. verum vna cum auctore liber ille ſecundus intercidit. De Capitolio alioquin (quod a *Q. Catulo* reſectum, confer Patinum pag. 4. ad *Suetonium*) conſulendus *Tacitus* 3. Hiſtor. c. 71. ſeq. et 4. c. 52. ſq. De aliarum vrbiſum Capitolii, quae, vt bene monet *Maffei* in Muſeo Veronenſi ob quandam cum Romano ſimilitudinem ſic diſta ſunt, praeter Rycquium videndus *Cangius* in Gloſſario latino, *Baluzius* p. 191. ad Cypriani *Epift.* 55. et *Maffei* loco citato. Ceteri ſex montes ſunt *Palatinus*, in quo palatium Caesarum: *Caelius* ſeu *Querquetulanus*, vbi nunc aedes Lateranenſis: *Esquilinus* cum *Viminali*, nunc *S. Mariae ad Ciues*: *Quirinalis*, nunc monte Cauallo, ab equis duobus marmoris, quos gigantes tenent, *Phidiae* opere et *Praxitelis*: *Auentinus*, nunc *S. Sabinae*: et trans *Tiberim*, *Ianiculus* quem vrbi *Ancus* addidit, et fuit in parte Romae, vbi regio quarta decima fuit, hodie *Montorio*. Vide *Harduinum* ad *Plin.* T. 1. p. 331. edit. in 4. Fontium vrbiſum Romae elegantiam ac multitudinem ſalubritatemque praedicat *Galenus* 4. in 6. *Epidem.* T. 5. edit. Gr. *Bafil.* p. 497.

VII. Romae veteris aedificia primum perhumilia fuerunt ſiue caſae potius ſtramine tectae; deinde ſcandulis vsque ad bellum *Pyrrhi*, vt tradit *Cornelius Nepos* apud *Plinium* l. 17. c. 16. Adde quae de caſa *Romuli* ſtraminea habet *Iuſtus Rycquius* lib. de Capitolio c. 44. Ab eo tempore ad illum ſplendorem, altitudinem amplitudinemque et ornamenta aedificiorum peruentum eſt, praecipue ſub *Caesaribus*: de quo videas licet *Nicol. Bergierium* lib. 5. de viis c. 9. ſeq. et c. 4. vbi de vſu frequenti et vario marmoris, qui a *Lucio*

Craſſo primum Romae coepit: *Lipſius* in Admitandis ſive de magnitudine Romana l. 3. c. 4. ſq. et c. 14. De templis, baſilicis, curiis, amphitheatris, circis, et aliis vrbis ornamentis dicitur infra ſuis locis. De priuatorum publicorumque aedificiorum vrbis Romae euerſoribus exſtat liber *Petri Angeli Bargaci*. Florent. 1589. 4. De multitudine incolarum vrbis Romae agunt idem *Bergierius* l. 6. c. 31. *Lipſius* l. 1. c. 7, et l. 3. c. 3. et *Iſaacus Voſſius* de magnitudine Romae, cap. 6. Mirum quod legas apud Syncellum pag. 342. graſſante ſub Tito peſtilentia vno die decies milienos amplius ſublatoſ in Vrbe fuiſſe.

VIII. Porro veterem Romam deſcripſerunt *Georg. Fabricius* in Roma, qui liber eximius recentioreſque faciem et nomina cum antiquis iucunde conferens ex prima editione An. 1551. paſſim reſuſus habetur etiam in Roma illuſtrata, ſub *Antonii Thyſii* nomine edita: ſed longe auctior prodiit Baſil. 1587. 8. ex qua editione prelo iterum ſubiiciendum dedit, et Tomo 3. Theſauri ſui inſeruit *Clar. Graeuſius*, in quo exſtat etiam *Alexandri Donati*, Senenſis, Ieſuitae, Roma vetus ac recens, vtriuſque aedificiis ad eruditam cognitionem expoſitis, quae lucem primo aſpexerat Romae 1639. 4. rec. Amſtel. 1695. 4. tum *Barthol. Marliani*, Patricii Mediolanenſis, Topographia vrbis Romae, quae Bernae primum edita A. 1539. fol. et Francisco I. Galliarum Regi dicata; hinc ſaepe Romae, Veneriis, Lugduni, Baſileae, Francofurti typis iterum exſcripta, a laudato Graeuio exhibetur cum notis antea ineditis *Fuluii Verſini*. Italiae Marliani antiquitates Romanas vertit *Henricus Barboſus*, Romae 1622. vt *Hieronymi Ferruſii* additiones omittam, quae exſtant in editione Marliani Veneta 1588. 8. vbi quoque *Andr. Fuluii* antiquitates Romanae; verſu heroico deſcriptae, et Romae 1513. 4. a Iacobo Mazochio primum editae. Sed et *Phlippi Koſſi* (Rubei) expoſitio veteris et nouae Romae huc ſpectat, vbi iconibus Romam antiquam referentibus additae explicationes eiſdem Marliani: Romae 1645. 8. Dicitur praeterea *Raph. Fabrettus*, Vrbinas, Canonicus S. Petri, vir doctiſſimus, nouam deſcriptiſque veteris Romae molitus fuiſſe, cuius conatus morte interceptos merito dolemus. Obiit is Romae ſub initia A. 1700. natus annos 75. De *Nodoti* et *Ragueneti* instituto, qui ſimile quid in Gallia commentati ſunt, vide *Ephemerides Pariſienſes* A. 1701. p. 187. et *Memorias Treuoltinas* eiſdem anni P. 2. p. 15. edition. in Belgio reſuſae. Ac *Nodoti* quidem librum lectu iucundum euolui, qui inſcribitur: *Nouveaux Memoires de Mr. Nodot, ou Obſervations ſur les monumens de l'ancienne et de nouvelle Rome*. Amſtelod. 1706. 12. cum iconibus aere deſcriptis. Adde *Franc. Poggii* de fortunae varietate vrbis Romae

Romae et eius ruina; atque *Aldi Manuzii* de aquis in urbem Romanam olim influentibus libellos; vtrumque, T. 1. Thesauri Sallengieriani: priorem praeter ea in *Godofr. Clausingii* fascic. 4. Iuris publici Romanorum recusum.

IX. Veniunt hoc loco etiam commemorandi Scriptores alii, qui Romae priscae rudera, antiqua monumenta, statuas, aedificia, aliaque similia vel graphice depicta atque in aes incisã, vel descriptione exposita ediderunt, vt *Iac. Laurus Romanus* in antiquae urbis splendore, Romae 1612. et 1641. forma oblonga folii, cum expositione tribus apposita linguis, Italica, Germanica et Gallica. *Aegidius Sadeler* in vestigiis siue ruderibus Romae antiquae, Tioli et agri Pozzuolani. Praegae 1606. 4. et Romae 1680. fol. *Franciscus Albertinus* in opusculo de mirabilibus nouae et veteris Romae. Basil. 1519. 4. *Ioachimus Ondanus* in libro edito Belgice, qui inscribitur, Roomische Moogentheid. Amstelod. 1664. 4. *Laurent. Vaccarius* in septem iconibus statuarum urbis Romae, quae in publicis priuatisque locis visuntur. Romae 1584. vt omittam statuas Romanas delineatas a *Francisco Perrierio*, Romae 1638. fol. rum a *Nicolaso van Aelst*, Bruxellensi, et *Vlysse Aldrouando*. Tabula luculenta topographica urbem Romam graphice delineans auctore *Ioanne Baptista Falda*, vna cum quindecim tabulis locorum et aedificiorum tam veteris quam nouae Romae, descriptis a *Liuiio Cruylio* exornant. tomum quartum thesauri Graecumani. *Pyrrhi Ligorii* Neapolitani picturas nouae ac veteris Romae a *Michaele Tramezino* Venetiis editas testatur *Iofias Simlerus* in Bibliotheca, qui etiam Paradoxa eius contra antiquarios inedita commemorat. Imaginem veteris Romae, qualem *Publius Victor* et *Sextus Rufus* descripserat, circum *Flaminium* cum euripo, aris et *Isidis* leoni insidentis simulacro, tum *thermas Diocletianas* et *Maximinianas* a *Ligorio* descriptas, et Anno 1553. 7. 1558. editas, laudat *Martinus Hanckius* libro 2. de Roman. rerum Scripturis p. 154. Sed longe plura illius viri volumina, vt iam supra c. 3. p. 90. memorauimus, in *avendotus* habentur, non tantum familias veterum Romanorum, sed et alias antiquitates Romanas et splendorem veteris Romae mirifice illustrantia. Nam triginta circiter tomos, maximo labore ab hoc viro congestos, extare *Taurini* in Bibliotheca *Celsissimi Sabaudiae Ducis*, testatur *Labbeus*; et in aliis Bibliothecis Italiae hinc inde volumina quaedam *Ligoriani* operis reperiuntur. Quemadmodum enim *Laurentius Pignorius* in *symbolis epistolicis* epist. tertia refert, in libros quadraginta *Pyrrhus* iste coniecerat,

7. Delle antichita di Roma, dove si tratta de' Circi, Theatri et Amphitheatri, con lo paradossé qui confutano la commune opinione sopra varii luoghi della Città di Roma. Venet. 1553. 8.

rat; quistud peruenit ad nos a veteri aeuo: meminitque ipse huius laboris a se exantlati productique a Saturno rege Italiae ad Iustinianum vsque Aug-
stum in libello iam citato, cui titulum fecit *antiquitates Romanas*. Ceterum
in ineditis huius viri scriptis multa notatu digna, nec alibi obuia, sed vicif-
sim non pauca dubiae-fidei, et quae non satis castigatam eruditionem lingua-
rumque notitiam prodant; obseruat, qui ea euoluit eruditissimus Ezech. Span-
hemius pag. 441. libri praestantissimi de vsu numismatum, vbi ex vastis illis
commentariis spicilegia tantum, et selecta loca edi optat. Confer de illo Li-
gorio praeter Hankium iam laudatum, *Leonb. Nicodemi* additiones ad biblio-
thecam Neapolitanam Nic. Toppii, pag. 208. seq. *Ioan. Mabillonium* T. 1.
musei Italici p. 8. *Wilb. Ern. Tenzelium* in dialog. vern. mensuris A. 1697.
p. 612. seq. et A. 1695. p. 401. seq. Litterarum graecarum praecipue rudem
fuisse notat; atque adeo eius auctoritatem flocci pendit *Philippus Bonanni* in
numismatis summorum Pontificum templi Vaticani fabricam illustrantibus;
tui plane congruit iudicium *Ioan. Schefferi* libro de re vehiculari, p. 370. et
in notis ad *Ligorii* Dissert. de vehiculis antiquis, ex opere eius inedito de fa-
miliis Romanorum decerptam, et Italice cum latina versione ab eodem Schef-
fero ibidem editam.

X. *Benedictum* quoque *Aegium* Spoletinum vrbis Romae ruinas expli-
candas et illustrandas suscepisse, testatur *Onofrius Paminius* praef. ad lib. prim.
commentar. de republ. Romana. Sed eius opus, quod sciamus, lucem non
aspexit. At enim exstant *Andr. Palladii* Romanae antiquitates, Etrusco idio-
mate editae, vna cum dissert. de focis antiquorum. Venet. 1594. Romae
1599. 8. *Petri Angeli Bargaci* de priuatorum publicorumque aedificiorum
vrbis Romae euerforibus. Florent. 1589. 4. *Octauis Pancirolli* thesauri re-
conditi. Romae 1625. 8. Antiquitates Romanae collectae ab *Vlysse Aldrovand-
o*, et *Lucio Mauro*. Venet. 1562. 8. *Io. Baptistae de Coualleriis* antiquarum
statuarum vrbis Romae libri duo Romae 1569. 1585. *Eiusdem* illustrium
vrbis Romae aedificiorum reliquiae, tabulis aeneis representatae. ibid. 1685.
forma quarta oblonga; *Francisci Perrieris* nobilium vrbis Romae signorum et
statuarum segmenta. Romae 1638. fol. *Andreae Mariani* Bononiensis, rui-
narum Romae epigrammata, quibus miranda vrbis agnoscuntur, sacra visitantur,
moua et vetera elogiis recensentur. Bonon. 1641. 8. Admiranda Ro-
manarum antiquitarum veteris sculpturae vestigia *divy A. G. G.* opere elab-
rata ex marmoribus Farnesianis, aliisque, quae Romae adhuc exstant, tum
in arcibus et vetustis ruinis, hortis, villis cum notis *Ioan. Petri Bellorii*. Ro-
mae 1693. fol. et Tomo 4. thesauri antiquitatum graeuiani. His addendum
luc-

luculentum opus et pulcherrimum Ouerbekianum, Amstelodami 1708. fol. maiori latine tribus tomis editum hoc titulo: Reliquiae antiquae vrbis Romae: opus *Bonauenturae ab Ouerbek*; deinde Gallice ibid. 1709. fol. itid. tribus tomis euulgatum; denique italice versum a *Paulo Rolli*, Londini 1739. fol. recusum. De sepulcris, templis, basilicis, curiis, circis, aquaeductibus, cloacis, balneis, arcibus, porticibus, portis, pontibus, inscriptionibus denique antiquis veteris Romae sigillatim alibi dicturi sumus, hoc loco tantum addeamus notitiam binorum monumentorum clarissimorum vrbis, quae aetatem seruarunt, columnae Traianae et Antonianae. Vtramque elegantissime delineauit *Petrus Sanctus Bartoli*, notis et declarationibus illustrauit idem *Bellorinus*. Romae 1670. et 1676. fol. In columnam Traianam, belli Dacici felices expeditiones celebrantem, edita etiam est Romae 1576. 1616. fol. et iterum Italice ab eodem *Bellorio* * *Alphonso Ciacconi* breuis expositio; sed quae ingeniosa licet et erudita, *Vincenzo Pinello* non per omnia satisfecit, vt narrat *Gassendus* lib. primo de vita Peirescii p. 250. edit. inter *Gassendi Opera* in folio. Merito autem probatur commentarius varia eruditione refertus, quo eandem columnam exposuit *Raphael Fabrettus*. Prodiit vna cum interpretatione veteris tabulae Iliacae (a *Laur. Begero* postea *Berolini* 1699. 4. separatim recusae et illustratae) et descriptione emissarii lacus Fucini, Romae 1683. fol. Exstat quoque: columna Traiani Imperatoris a *Francisco Villamoera* illustrata, Romae 1590. fol. His addere licet columnam aliam nuper inuentam in monte Citorio, quae honori Antonini Pii dedicata fuit ab *M. Antonino* et *Vero*, quamque certatim illustrarunt, *Chausfacus* in epistolis duabus editis Neapoli A. 1704. et 1705. *Grainaillius*, S. I. in obseruationibus insertis diario eruditorum *Treultino* siue *Dombensi*. An. 1704. *Crescimbenius* in dissertatione, quae legitur in Museo *Mineruae Venetae* (*Galleria di Minerua*) T. 5. p. 157. seq. *Franciscus Bianchinus* cap. 7. de calendario et cyclo *Caesaris*, praecipue vero *Ioannes Vignolius* *Perilianensis* in dissertatione de illa columna edita Romae A. 1705. 4. atque in epistola ad *Antonium Gallandium* de numo Antonini Pii, quem *Fucaltianum* museum seruat, tertio eius Imp. consulatu percussum, in quo columna quaedam exhibetur. Romae 1709. 4. *Palatium Caesarum*, quod domus *Augusta* dicitur *Panuino*, descripsit, additis iconi-

* *Titulus est*: In colonna Traiana, eretta dal Senato e Popolo Romano all' Imperat. Traiano nel suo foro in Roma, scolpita con l'Historie delle due Guerre Dacice e della Vittoria contro il Re Decebalò, e nuovamente intagliata in rame da *Pietro Santo Bartoli*, con l'espositione latina d' *Alfonso Ciaccone*, compendiata nella volgar lengua sotto ciascuna imagine, ed accresciuta di Medaglie, Inscrittioni e Trofei de *Giovanni Petro Bellori*, Romae; folio regali oblongo.

iconibus, *Franciscus Bianchinus*, Veronenfis, libro italico, de Palatio Caesarum, quem post eius mortem edidit *Iosephus Bianchinus*. Veronae 1738. fol. *Michael Mercatus* de obeliscis Romanis prodiit italice Romae 1589. 4. *Athanasii Kircheri* obeliscus Pamphylus continet expositionem obelisci ex hippodromo Antonini Caracallae translati et restituti a Pontifice Innocentio X. Romae 1650. fol.

XI. *Flavii Blondi* Foroiulienfis Romae triumphantis libri 10. Brixiae A. 1503. 8. editi atque inde plus simplici vice Basileae, Parisiis et inter eius opera itidem Basileae 1559. fol. recuti, non tam hoc loco quam supra cap. tertio commemorandi erant, vbi de Romanarum antiquitatum scriptoribus generalibus agebamus. Nam et hic libris duobus prioribus veterum Romanorum religionem, libro tertio, quarto et quinto rem publicam ac civilem, libro sexto et septimo militarem, libro octavo, nono et decimo alia instituta varia, ludos, triumphos similiaque persequitur. Eiusdem Blondi Romae instauratae libri tres descriptionem recentioris Romae complectuntur. Italiae transtulit haec Blondi scripta *Lucius Faunus*, teste Simlero. Obiit Blondus septuagenario maior Romae 1463. non 1363. ut legitur in Eponymologico Magiro Eybeniano p. 134. vbi de viro illo plura; quibus addes Hankium l. 1. de Scriptoribus rerum romanar. p. 201. et lib. 2. p. 341. Vossium de historicis latinis p. 585. Asciani s. Zimmermanni montes pietatis p. 23. Antonium Varillasum in anecdotis Florentinis, lib. 4. Iustum Fontanini libro de scriptoribus Foroiulienfis, s. Aquileiensibus, Bellarminum et alios, qui de scriptoribus ecclesiasticis saeculi XVIi scripsere; ut Morerium Hofmannumque in Lexicis, Koenigium in Bibliotheca, Popeblount in censuris et Henschium denique in pandectis Brandenburgicis omittam.

XII. *Ia. Bapt. Casalii* librum de Urbis ac Rom. Imperii olim splendore, memorauimus supra cap. tertio. *Pauli* quoque *Aringhi* et *Ant. Bossi* Roma subterranea huc spectat, praecipue propter ea, quae disserit libro secundo et sequenti. Sed de hoc opere dicendi locus erit infra, vbi de sepulcris. Neque minus commemorari hoc loco merentur *Nicolai Alemanni* Syntagma de parietinis Lateranensibus a Cardinali Barberino restitutis. Romae 1625. fol. Et *Michael Mercatus* de obeliscis Romanis. Romae 1589. 4. Breuissimo compendio veterem Romam describit libellus *Matthaei Meyr* qui inscribitur: Roma septicollis antiqua. Romae 1687. 12. *Franc. de Seyne* Parisiensis descriptio urbis Romae. Gallice 1690. 12. edita, et Lugd. Batav. 1713. decem volumi-

luminibus in forma octopartita repetita, ac Belgice curante W. V. R. cum nitidis tabulis aeneis recula Amstelod. 1704. fol. licet diligentius in hodierna facie illius describenda versetur, veterem tamen etiam exponit, sequutus fere Nardinum supra laudatum, consultis praeterea *Guid. Pancirolli* libro, itidem paullo ante memorato; tum *Pompeji Hugonii* tractatu italice edito, de stationibus urbis Romae; *Fr. Mariae Torrigii* cryptis sacris Vaticanis, eadem lingua vulgaris: *Abbatis Piazzae s. Plateae* libro, cui titulus: Opere pie di Roma; *Florauanti Martinelli* Roma ricavata, s. recondita, et Roma subterranea *Ant. Bosii*; *Petri de Sebastiano* descriptione breui palatiorum Romae, et *Abbatis Phil. Titi* de templorum Romae tincturis, sculpturis et architectura, quorum duorum postremorum opera propemodum integra ex Italico Gallice versa operi suo inseruit. Descriptio regionum urbis inserta est *Mabillonii* *Analectis* T. 4. pag. 506. ff. Anonymum saeculi a Christo nato XII. scriptorem de *mirabilibus Romae* eousque ineditum vulgavit et illustravit *Bernardus de Montfaucon* Benedictinus, tot insignibus in litteras meritis celeberrimus, in *Diario Italico* latine edito Paris. 1702. 4. in quo etiam de bibliothecis Romae hodie conspicuis, et alia quaedam huc spectantia deprehendes. Vetera monumenta, in quibus praecipue musiva opera, sacrarum profanarumque aedium structura, ac nonnulli ritus dissertationibus aeneisque tabulis illustrantur a V. C. *Ioanne Ciampino*, prodire 1690. fol. Monochromata in Constantiniana Vaticani aula a summo artifice *Iulio Pippio* in simbriis parietinarum iconum iussu Clementis VII. elaborata, nunc verustate pene consumpta, duodecim tabulis aeneis expressit *Petrus Sanctus Bartolus*, Romae. Folio.

XIII. Magnitudo et amplitudo imperii Romani in tantum aucta olim fuit, ut trecentis et amplius gentibus vna legitima illius Maiestas praeceffer, sicut notat Theodorus Tarsensis lib. 6. de fato, apud Photium Cod. CCXXIII. p. 358. atque Appianus in praefat. histor. testetur, se vidisse legatos gentium longius distitarum, qui se suaque in potestatem Romanis tradere voluerunt; neque ab eis fuerint recepti, tanquam futurae oneri et inutiles. Adde *Dionem* l. 56. p. 832, 68. Vniuersum adeo propemodum terrarum orbem complecti visum est ambitu suo. Vnde humanum genus dictum pro Romano imperio, et *οικουμένη* et *orbis Romanus*, et *Roma communis patria generis humani*. Vide *Freinshemium* ad *Flori* praefationem; *Nicol. Antonium* de iure exulum pag. 57. seq. et 236. *Pignorium* pag. 189. *Epist. Magium* lib. 4. *Miscell.* cap. 3. et *Ezech. Spanhemii* orbem Romanum pag. 235. editio: nis Londinens. Etiam *Roma Regum urbs* inde dicta *Iustino* lib. 18. cap. 2. *donare regna consuevit*, ut loquitur *Florus* lib. 3. cap. 9. n. 3. vbi iterum con-

fer Freinshemium. *Imperiosa ciuitas* Augustino l. 19. de C. D. c. 7. *Roma aeterna, orbis compendium.* Vide Muretum var. lectio. XVII. 12. βασιλῆς, βασιλεύουσα πόλις, v. Ezech. Spanhemium de praestantia et vsu numismat. T. 2. p. 401. μεγάλη πόλις, v. Valesium ad Eusebium p. 284. In sigillis Imperatorum dicitur *αρχα Roma, inuicta Roma.* v. Heineccium de sigillis, p. 93. Senatus Romanus ἀναστα βουλή, Senatores *mundi principes*, vt legas apud Vopiscum in Probo. Confer alia Romae elogia apud *Rutilium* in itinerario, Aristidem orat. de Roma, *Iul. Caesar. Bulengerum* de imperio Romano, p. 312. sq. *Lipsium* l. 1. de magnitud. Romae. c. 2. De regnis XI. prouinciis CXIII. insulisque quintam imperii partem aequantibus, atque adeo de toto ambitu Imperii Romani consulendus *Prouinciarum libellus*; qui subiici solet Itinerario Antonini; *Notitia dignitatum utriusque imperii*; et e recentioribus *Wolfgangi Lazii* commentar. reipubl. Romanae in exteris prouinciis bello acquisitis constitutae libri 12. Basil. 1550. fol. *Car. Sigonius* de iure antiquo Italiae et prouinciarum Francof. 1593. Hanov. 1609. fol. et Lipsiae 1715 8. 2 Voll. ac T. 2. antiquitatt. Graeuii, atque in operibus a Philippo Argelati iunctim editis Tomo quinto. *Onufrius Panuinius* in imperio Romano. (T. 1. antiquit. Graeuii) *Bulengerus* opere laudato lib. 2. cap. 2. *Bergierus* lib. tertio de viis, cap. primo seqq. *Lipsius* de magnitud. Romae lib. 1. c. 3. Succincte etiam limites imperii Romani persequitur *Iosephus Laurentius* libro quarto Polymathiae cap. 4. Ceterum imperium hodiernum Germanicum neutiquam esse veteris Romani imperii laciniam, sed non nisi leui ex parte ac breuissimo tempore olim fuisse Romani iuris docet *Hermannus Conringius* sub initium statim praestantissimi operis, quo Francorum et Germanorum imperii fines ac fata erudite et accurate descripsit.

XIV. Nouae ⁹ et secundae seu alterius Romae, Regiae vrbs, et Reginae vrbum ¹⁰ nomine donata CONSTANTINOPOLIS, ¹¹ quam vicesimo quinto anno imperii non diu post concilium Nicaenum (A. C. 325. habitum)

cx

⁹ v. *Socrates H. E. l. 1. c. 16. et du Fresne in CPoli christiana l. 1. p. 35.*

¹⁰ Dicitur quoque τὸ μέγα θαῦμα τῆς οἰκουμένης Gregorae IV. 2. p. 50. βασιλῆς βασιλῆων πόλις Nicetae XX. p. 640. πόλις πασῶν πόλεων ὀφθαλμοῦ, ἄκουσμα παγκόσμιον, διαμα υπερέσιμον, ἐκκλησιῶν γὰλουχος, κρίσις ἀρχηγός, ὁρθοδοξίας ἰδηγός, λόγων μέλημα, κολοῦ πασις ἰνδιασημα. Id. XVIII. pag. 624. ὀμφαλός τῆς γῆς, ἢ μάκρον καρδία. Nicephor. Callist. apud Lambecium VIII. p. 61.

¹¹ Fuit etiam collis quidam Constantinopolis nomine, de quo Suidas in ξήνων. *Romae secundae* nomine venerunt etiam Mediolanum vide *Iu. Pauli Mazzabeti* dissert. Tomo octauo Raccolta d'Opuscoli p. 369. Aquisgranum, v. Diarium Venetiae, Giornale d'Italia Tom. 8. p. 368. sq. et Aquileia v. Acta Sanctor. T. 4. Iunii p. 245.

ex veteri Byzantio instauravit Constantinus M. et Constantinopolin ex nomine suo appellavit dedicavitque A. C. 330. *omnium pene urbium*, ut in Chronico Hieronymus scribit, *nuditate*. Conf. *Philostorgium* l. 2. c. 9. *Nicephor.* VII. 47. seq. *Hesychii* illustres origines CPolitanas; *Ez. Spanhemii* obseruationes ad orat. I. Iuliani p. 69. seq. *Car. du Fresne* Constantinopolin christianam lib. 1. p. 26. seq. et numos a Constantino cufos, quos exhibet *Anselmus Bandurus* ad origines CPolitanas. p. 458. Hinc eadem illi praerogatiuae, eadem privilegia, quae Romae tribui, et ad exemplum veteris Romae pleraque omnia institui coeperunt. Archiepiscopus et Senatus Romano aemulus, splendor aedificiorum, incolarum multitudo iuraque ciuitatis. Similiter etiam ut vetus Roma, sic Constantinopolis diuisa in 14. regiones, quas descripsit auctor verus *Anonymus* circa Theodosii Iup. tempora clarus, quem post Onufrii, Gyllii sub extremum lib. 4. Topogr. CPol. Labbei in protreptico ad script. histor. Byz. p. 54. Pancirolli ad calcem notit. Imperii et aliorum editiones recudi curavit laudatus Carolus du Fresne p. 63. seq. praemissa praefatione, quam e MS. Vindobonensi vulgauerat Lambecius lib. 2. de bibl. Vindobon. pag. 950. Etiam perinde ut veterem Romam *ἑπτάλοφον* siue septem collibus insignem CPolin faciunt Ioan. Tzetzes et alii quos laudat Cangius, pag. 37. De magnitudine eius et frequentia coniecturam facere licet, quod Iustiniani Imper. tempore pestilentia per singulos dies absumta plus quam decies mille, ut narrat Procopius lib. 2. c. 23. de bello Persico. Sed plura de hac vrbe cognoscere cupientem lectorem ablego ad *Georgium Codinum* et *Manuelis Chrysolorae* epistolas tres de Roma noua, quam cum veteri confert, editas Graece et Latine a Petro Lambecio vna cum Georgii Codini excerptis de antiquitatibus CPolitanis, Paris. 1655. fol. *Iulium Caesarem Bulengerum* de imperio Romano, pag. 324. ff. *Petrum Gyllium* in libris 4. de topographia CPoleos eiusque antiquitatibus, quos recufos habes Tomo sexto thesauri Gronouiani; praecipue vero Constantinopolin Christianam iam semel iterumque memorati praestantissimi *Cangii*, itidem diuisam in quatuor libros, et libro primo veteris Byzantii etiam origines persequentem. Luculentum hoc opus vna cum familiis eiusdem Cangii Byzantinis prodiit, Paris. 1680. fol. cui addere deinceps etiam licet operaeque pretium est *Anselmi Bandurii* monachi doctissimi Benedictini Imperium Orientale, quod prodiit Parisiis 1712. fol. Ex his, qui Constantinopolin, qualis hodie est, describere adire iuuabit *Thomam Smithum* in notitia breui CPoleos, quae separatim primum Londini, deinde ad calcem notitiae septem ecclesiarum Asiae prodiit Traiecti ad Rhenum 1694. 8. et *Iosephum Grelotium* praecipue in itineralio CPolitano accurate scripto editoque Gallice Parisiis 1680. Amst. 1681. 12. *Relation nouvelle*

d'un Voyage de Constantinople, enrichie des plans, levez par l'Auteur sur les Lieux. et de tout ce, qu'il y a de plus remarquable de cette ville. Huius libri lectione vehemens saepe desiderium CPolisadeundae in se excitatum testatur V. C. Adrianus Relandus lib. sec. de relig. Muhammedica p. 151.

De scriptoribus rerum Byzantinarum et CPolitanarum existat eruditus et accuratus commentarius compositus a *Martino Hanckio* Lips. 1677. 4. quemadmodum et de Romanarum rerum scriptoribus liber duplex ib. 1669. 1675. 4to. Obiit vir praestantissimus et Vratislaviae suae decus non vulgare die 24. April. An. 1709.

CAPVT VII.

De scriptoribus qui chronologiam Technicam et Historicam tradiderunt.

Chronologia duplex, technica et historica. 1. *Historicae scriptores veteres ante Eusebium.* 2. *De Eusebii Chronico.* 3. *Chronologi post Eusebium Graeci.* 4. *Latini.* 5. *Iudaei et Arabes.* ib. *Recentiores praecipui.* 6. *Scriptores chronologiae technicae.* 7. *Parum utilis quorundam in minutiis et incertis peregrinis.* 8. *Chronologorum dissidia circa annum natalem CHRISTI.* 9. *Idea Chronologica rerum praecipuarum digesta per sex annorum millenarios.* 10. *Subsidia Chronologica quaedam enumerata, ex quibus in gratiam studiosorum duo h. l. subiuncta exhibentur, Index Archontum Atheniensium et Pontificum Romanorum Alphabeticus.* 11.

I.

Chronologiae, siue Disciplinae quae temporum rationes exponit, duae omnino sunt partes praecipuae, vna quem Technicam possis appellare, quoniam non sine arte et ingenio constat, atque scientiarum Mathematicarum Astronomiae et Arithmeticae subsidio rationem mensium, annorum et Epocharum apud varias gentes ita docet expedire, vt earundem diuersitas inter se conferri atque comparari, et vniuersa quae ad doctrinam temporum pertinentia ab omni generis scriptoribus traduntur, recte intelligi, atque ex cuiusque hypothese siue sententia, calculi ita vt par est poni possint. Altera pars Historica est et in rebus gestis quarumcumque gentium, quarumcumque aetatum ad suum quibusque tempus referendis tota est occupata.

II. Quam-

II. Quamuis hæc posterior sine prioris cognitione recte constitui nequaquam possit, tamen placet de eiusdem tanquam magis ad quodlibet caprum accommodata scriptoribus prius dicere. Atque initio mirari licet veteres diu et passim doctrinae temporum parum curiosos fuisse. Quam paucietiam inter Historiae Graecae particularis expressa Scriptores Thucydidis exemplo annorum, quibus quaelibet res gestae sunt, vestigia consignerunt. Generale vero siue vniuersale Chronicon vix quisquam ante *Apollodorum* componere sinit aggressus, quod versibus iambicis concinnatum Regi Pergameno Attalo inscripsit. Ceterum et hoc et *Cassori* Rhodii et *Phlegontis*, ac si quae fuerunt alia aliorum Chronica invidit nobis tempus, neque est inter scriptores antiquiores qui aetatem tulerunt quem in hoc genere laudes, nisi *Diodorum* forte *Siculum*, in cuius Bibliotheca tamen multa et antiquiora praesertim sine apposita distinctiore temporis nota narrantur. E Romanis primus *Varrus* videtur de hac parte eruditionis illustranda serio cogitasse, cuius etiam est celebris illa diuisio¹ omne tempus triplici distinguens discrimine, quorum primum ab Origine humani generis ad Cataclysmum priorem propter ignorantiam appellavit *ἀδηλον*, secundum a Cataclysmo priore ad Olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur, *μυθικόν* ab eo dictum est, et tertium denique a prima Olympiade ad suam aetatem *ἰσομερόν*, quia res in eo gestae veris historiis continentur. Varronis exemplo *Cornelius Nepos* acuum omne tribus explicare chartis siue libris conatus est, sed et illius et aliorum scripta deperdita libenter omitto. Res Aegyptias incerta fide *Manetho*, Romanag ab *Ennio* vsque et *Catone* multi temporum ordine ac per Annales persequuti sunt, sed qui Chronicon deinceps vniuersale condere fuerint aggressi a rerum humanarum exordio, (licet pauca quaedam Chronologica attigerint *Clemens Alex.* in Stromatum libro 1. *Theophilus* Antiochenus libro 3. ad Autolycum, quem propterea *librum de temporibus* Lactantius 1. 23. vocat) non habeo quos laudem ante *S. Hippolytum* et *Iulium Africanum* qui ambo Chronicon suum ab Orbe condito ad Alexandri Seueri tempora produxerunt, Iulius vero Africanus praecipue in opere suo de temporibus siue Chronographia quinque libris distributa tam copiose et diligenter versatus est, vt Eusebio et aliis post se viam egregie muniuerit materiamque praebuerit plura commentandi. Hippolyti nihil superest hodie nisi libellus ex Latina veteri versione de diuisionibus et generationibus gentium a Canisio et Labbeo editus:² Africani etiam fragmenta tantum habemus ab Eusebio, Syncello et aliis seruata. Atque *Eusebii* ipsius post Africanum praecipuam iam pri-

dem

¹ Adi Censorinum de die Natali cap. 21.

² Vide quae notauimus lib. 5. Bibl. Graecae p. 205, 269.

dem hoc genere laudem esse, neminem fugit qui vel a limine has litteras salutauerit.

III. *Chronicon* Eusebii solet etiam vocari Παντοδαπή ιστορία de cunctis temporibus historia, ut titulus Operis³ latine transfertur in Epistola Augustini 35. ex quo loco etiam constat non ubique obuios iam tum fuisse Chronici Eusebii Codices. In libros duos diuisum fuit ab auctore, quorum priorem inscripsit *χρονολογίαν*, posteriorem *χρονικὸν κανόνα*. Atque hanc *Epitomen* vocat Hieronymus. In priore ex Manethone, Apollodoro, Iosepho, Africano aliisque origines et successiones, resque memorabiles variarum gentium ab Orbe condito per varia capita persequutus est, in posteriore omnia serie vna ad annos suos relata digessit ab Anno⁴ vocationis Abrahami h. e. ante CHRISTVM 2017. ad viceesimum vsque annum Constantini Magni, A. C. 325. Laudat praeter alios Eustathius Antiochenus in Hexaem. sub init. cui Eusebius vocatur *ἀγίων τῆς*, vti ab Ecclesia Gallicana diu illum cultum pro Martyre notat Ianningus in Apologia pro Papebrochio praefixa Actis Sanctorum Iunii T. 1. p. 17. sq.

Graecum opus Eusebii intercidit praeter fragmenta et lacinias quas recentiores Chronologi seruarunt, Syncellus inprimis, et Cedrenus, Chronicique Alexandrini siue Paschalis Scriptor ne de aliis iam dicam. Nam vt vere Iosephus Scaliger, qui post Eusebium scripserunt, omne scriptum de temporibus aridum esse censuerunt, quod non huius fontibus irrigatum esset. Ex illis Graeca vt potuit collegit ediditque et illustrauit doctissimis notis idem Scaliger, sed non modo Syncelli et Chronici Alex. tum temporis nondum editi apographis parum emendatis⁵ vsus est, sed etiam varia ad Eusebium rerulit, quae parum credi-

³ *Χρονικὰ συγγράμματα* sua memorat Eusebius in Esaiæ XIII. 17. *χρονικὰς κανόνας* X. 9. praeparat. p. 484. et l. 1. Hist. Eccles. cap. 1. *Ἀρχαιολογίαν* atque *ἀρχαιολογικὴν ἱστορίαν* vocat Anastasius Sinaita qu. 41. et 65. *temporum Historiam* Augustinus II. 39. de doctrina Christiana. *Digestionem temporum* Hieron. 1. in Rufin. *χρονολογίαν* Epiphanius sub extremum libri de ponder. et mensur. *Chronicorum Historiam* breuiarium MS. Ecclesiae Lemouicensis, Valesio laudatum. Alia veterum loca titulos Chronici Eusebii varie referentia notauit Scaliger ante Graeca Eusebii Chroniconque Hieronymianum, Hanckius p. 87. seq. de scriptoribus rerum Byz. et Allatius ad Eustathii Hexaem. p. 13.

⁴ Eusebii Chronici Epocham initium capere ab Cal. Sept. siue autumno anni ante CHRISTVM 2017. Periodi Iul. 2697. disputat Petauius l. 9. de doctrina temporum c. 1.

⁵ I. Vossius in auctario castigat. Georgii Hornii p. 370. *Quia apographum Syncelli quod Scaligero transmissum fuit, raptim et vitiose admodum descripserat Casaubonus nescio an alius, ideo plurimi passim in hoc opere tam in annis quam in nominibus errores fuere commissi.* Multis hoc docet Goarus notis ad Syncellum 504-528.

credibile ⁶ est ab illo scripta fuisse. *Latine* vertit et Vincentio cuidam ac Galieno inscripsit *Hieronymus*, ita ut hinc inde ex Latinis praecipue scriptoribus quaedam adderet ⁷ alia omitteret, ac deinde Chronicon ad A. C. 378. (Valente sextum et Valentiniano secundum Coss.) continuaret. Codices Latini Chronici Eusebiani oscitantia Librariorum mire inter se variant, et saepius nec inter se nec cum Historia facile possunt concitari. Confer Dodwelli diff. 3. ad Irenaeum § 2. Henr. Valeſius pag. 10. ad Eusebii Hist. vetustissimos Codices laudat Acutianum, Lipsii et Ortelii. Laudat quoque vetustissimam editionem Mediolanensem, quam nec Pontacus nec Scaliger viderit. Consuluit tamen *Arnoldus Pontacus* Episcopus Vafatensis praeter Codices MSS. duodeviginti, editiones octo, ⁸ atque ex illis praecelaram suam concinnauit, in qua mirum studium atque industriam non dubitauit etiam Scaliger Epist. 104. omnibus laudibus prosequi, atque editoris doctrinam, candorem, modestiam et diligentiam celebrare. Et omnium correctissima vocatur Io. Morino p. 277. Exerc. Bibl. Prodiit notis Pontaci et castigationibus illustrata, vna cum Prosperi Chronico Burdigalae 1604. fol. sed raro hodie reperitur. Neque vbiuis obuia altera *Auberti Miraci*, posteriorem tantum partem à CHRISTO exhibens, additaque habens Chronica Sigeberti et Anselmi Gemblacensis. Antwerp. 1608. 4. Confer B. Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 743. Ceterum ob praecelaras accessiones atque doctissimas notas frequentissime in manibus eruditorum versatur editio *Scaligeri*, ⁹ altera praecipue ac postuma Amstel-

⁶ Vide Conringium de Medicina Hermet, pag. 21. et 30. Steph. le Moyne prolegom. ad Varia S. n. 32. 2. b. Hanckium de scriptoribus Byz. p. 92. seq.

⁷ Id. pag. 93. seq. Io. Andreas Bosius diff. ad periocham Iosephi de CHRISTO, cap. 2. § 7. seq.

⁸ Veteres Chronici Eusebio-Hieronymiani ante Pontacum editiones sunt: Veneta 1483. 4. Paris. 1512. 4. apud Henr. Stephanum auum, et Basil. 1529. fol. edente Io. Sichardo cum Chronicis Prosperi, Cassiodori, Hermanni Contracti et Matthaei Palmerii. Hinc cum aliis Eusebii scriptis, et Prosperi ac Matthaei Palmerii Chronico Basil. 1542. 1548. 1559. 1570. fol. Paris. 1581. fol. *Alphonſi Toſtati* commentarius in Eusebii Chronicon, Hispanica lingua, Salmanticae sumru Francisci Ximenii Cardinalis A. 1506. fol. quinque Voluminibus.

⁹ Recensetur a Labbeo T. I. de scriptor. Eccles. p. 302. et Tho. Ittigio lib. de Bibliothecis Patrum pag. 745. seq. Emendationes Salmasii ex Codd. Palatinis IV. cum Contr. Sam. Schurzſeifchii *re manus* ad Eusebii Chr. obseruationibus edidit frater Cleriff. Henr. Leonhardus Schurzſeifchius. Witeb. 1712. 4. in notitia Principalis Bibliothecae Vinariensis, in quam editio Lugd. Bat. 1606. manu Salmasii notata peruenit ex Bibliotheca Gudiana. Inter Codices If. Vossii cum MSS. collatos Colomelius n. 1. memorat Chronicon Eusebianum editionis Scaligerianae quod cum MSS. commisit Corn. Tollius. BoHELLi obseruationes Chronicas ad Eusebium MStas laudat Matthias Berneggerus ad Ittini KVIII. 6.

Stelodamenſis An. 1658ꝝ fol. quae Alexandri Mori praefationem et Scaligeri commentarios ad latinam Hieronymi interpretationem et Graeca Eusebii emendatos et tertia parte auſtiores (quam prior editio Lugd. Bat. 1606. fol.) exhibet et libros tres Hagogicoꝝ Chronologiae Canonum eiusdem Scaligeri ſubiunctos habet. Chronico Eusebiano ſubieſta ſunt Hieronymi de quo dixi ſupplementum et *Proſperi Tironis* ab A. C. 379. vbi deſinit Hieronymus ad An. 444. *Victoris Tunnunensis* Chronicon ab An. 445. ad An. 565. *Ioannis Abbatis Biclariensis* ab A. 565. vsque ad annum Mauritiū octauum A. C. 593. *Idatii* ab A. C. 379. vbi Hieronymus deſinit ad 428. *Marcellini Comitis* ab A. C. 379. ad A. 534. et Veteris ſcriptoris ſiue interpretis incerti excerpta latina Chronologica ex Africano, Eusebio et aliis vulgata e Godiœ (Bibl. Putanae). Poſt haec ſequuntur Graecae quae Scaliger velut Eusebiana collegit ac digeſſit. Anonymi *Ἐπιτομή χρόνων* (Chronici Alex. et Faſtorum Siculoꝝ nomine vulgò venit) ab Adamo ad annum Heraclii viceſimum A. C. 629. ex Godiœ H. Caſauboni. Nicephori Patriarchae *χρονολογία*. Denique ſequitur *ἱστοριῶν συναγωγή* et *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή*. non veteris ſcriptoris ſed vt recte viri docti notarunt ipſius Scaligeri, qui illam ex ſcriptoribus editis et ineditis collegit ac digeſſit, non Graecis modo ſed etiam Latinis, quorum loca Graecae tranſtulit et hiſce collectaneis inferuit. Reprehendit Eusebius hinc inde Africanum, ipſe viciffim reprehendus eſt ab Aniano, Panodoro, Synello et aliis, Diodoro etiam Tarſenſi de quo Suidas, praecipue a Scaligero et aliis Chronologis recentioribus.

IV. *Aniani* et *Panodori* Monachorum Aegyptiorum centum fere Annis Eusebio iuniorum Chronographiae Synello laudatae interciderunt, quibus Eusebium vt iam dixi hinc inde caſtigauerant, ſed in plerisque ſequuti fuerant. Caſtigauerant vero haud raro ſine magna ratione, et quum ipſi potius eſſent reprehendendi, vt Scaliger ad Eusebium docuit. Intercidit quoque *Philippi Sidetae* Presbyteri Hiſtoria ab orbe condito ad ſuam perducta aetate, hoc eſt ad quinti a Chriſto nato ſaeculi initia libris 36. ſed longe pluribus ac mille propemodum tomis, ſingulis enim libris argumentum vni integri magnitudine praemiſerat, et librum vnumquemque 24. *λόγοις*, ſiue tomis iterum diſtinxerat, quod voluminoſum opus auctori Hiſtoriae tripartitae XII. 3. *multam* viſum eſt *habere confuſionem nec ſatis prodeſſe legentibus*, vt magis etiam conſtat ex Socrati VII. Hiſt. c. 27. Nicephoro XIV. 29. et Photio Cod. 35. Fragmentum huius Philippi inſigne de Scholae Alexandrinae ſucceſſione vulgavit illuſtrauitque Dodwellus ad calcem diſſertationum in Irenaeum Oxon. 1689. 8. Aliud fragmentum, acta diſputationis de Chriſto, in Perſide inter Chri-

Christianos Gentiles et Iudaeos habitae, cui ipse interfuit, complexum habetur MS. in Bibl. Caesarea teste Lambecio lib. 5. pag. 137. qui tamen fallitur lib. 4. pag. 179. ubi ad hunc Philippum refert fragmentum de tinctura aeris Perfici et ferri Indici. Nam verba: βασις τῶν πύργων ἐξουσημένους χαλκῶν γεωφείτων δὸν ἀρχῆς Φιλίππου tincturam iam ex tempore principatus Regis Philippi descriptam denotant, ut recte notavit Cogelarius T. 3. monument. p. 598.

Ioanni Malalae plures laudantur Chronographi, *Arianus, Brunichius, Buttius, Clemens, Dominus, Eustathius, Eutropius, Eutybianus, Licinnius, Magnus Carrensis, Nestorianus, Theophilus et Timotheus*. Sed facile apparet ab ipso Chronographos appellari Historicos quoscunque. De illis vide si placet quae dixi volumine sexta Bibliothecae Graecae.

Atque praestat editos solum persequi, e quibus primo loco is ipse quem iam dixi *Ioannes* Antiochenus, cognomento *Malala* commemorandus, cuius *Historia Chronica* ab Orbe condito usque ad obitum Iustiniani I. Imperatoris prociit Oxonii e Codice Bodlejanae 1691. 8. cum versione et notis Edmundi Chilmeadi, et Humfredi Hody, diss. atque Rich. Bentleii Epistola, infera deinde editioni Venetae Scriptorum Byzantinorum. Opus ab auctore distributum fuit in libros 18. sed primus liber cum secundi parte desideratur, itaque ab editore defectus ille ex Georgio Hamartolo suppletus. Malalam non diu post Iustinianum floruisse, Clarissimo Cayeo lubens assentior.

Farraginem historico-chronologicam, quam sub nomine *CHRONICI ALEXANDRINI* vulgavit Graece et Latine cum notis *Matthaeus Raderus*, S. I. Monachii 1624. 4. vnde Latine ex Raderi versione recusum est in Bibliotheca Patrum Tomo 12. edit. Lugdunensis pag. 867. denique sub vetiore titulo *Chronici Paschalis*, noua meliore versione et eruditis notis illustratum a *Carolo du Fresne* habemus. Paris. 1688. fol. Idem Fresneus siue Cangius nonnullas offert obseruationes Ioannis Baptistae Hardrini siue Altini, qui ipse chronici huius editionem videtur molitus fuisse rei chronologicae apprime peritus. Praeterea ex MSto codice et Holstenii obseruatione duos illius operis notat fuisse auctores, vnum quidem rerum ab orbe condito ad A. C. 354. (Constantii 17.) alterum vero, qui illud usque ad annum vicesimum Heraclii continuauit. Index Imperatorum, qui usque ad Imperatorem Constantinum Monomachum A. C. 1042. pertingit, ab alio est, idque in ipso titulo diserte innui testatur Isaac. Casaubonus p. 243. Epistol. *Antiochenum libentius Chronicon vocarim*, inquit, Henr.

Valesius p. 39. ad Euseb. et ad Theodoritum pag. 21. seq. cum quo facit Stephan. le Moyné notis ad varia sacra p. 131. Plurima quoque eadem leguntur atque iisdem verbis in Chronico Ioannis Antiocheni Malalae. *Constantinopolitanum* appellat Vsserius pag. 75. prolegom. ad Ignatium, illamque continentem esse inscriptionem disputat etiam *Reinesius* II. 17. Var. Lect. Ceterum Raderus auctorem domo Alexandrinum fuisse collegit ex iis, quae de Ieremiae cineribus Alexandriam iussu Alexandri M. deportatis leguntur, pag. 366. et quod Georgii successor Petrus Alexandrinus nota in fronte libri apposita opus illud commendavit atque inde Chronicon Alexandrinum inscripsit Raderus: quanquam in eo potuit falli, et quod de Maximo monacho, qui Heraclio imperante, vixit, velut de chronici huius Auctore cogitat: quemadmodum et eiusdem plerasque emendationes et coniecturas sibi non probari testatus est Corelerius Tomo tertio monumentorum ecclesiae Graecae p. 608. vnde saepius correctione indigere illud opus notavit Ioan. Gregorius cap. 36. observationum sacrarum: et parum accuratus interpres Raderus dicitur ab Henrico Whartono ad Vsserium de scripturis sacrisque vernaculis. p. 349. Ex hoc ipso opere petita sunt, quae *fastorum Siculorum* nomine laudant eruditi, quoniam codicem MSum in Sicilia Hieronymus Surita reperit, vnde ab Antonio Augustino perlatum est Romam: inde fastos consulares excerpit ediditque Sigonius et Panivinus, et graece at latine Frider. Sylburgius tomo tertio historiae Augustae. Longe plura ex codice suo, qui deinde ad Sylburgium pervenit, et ab hoc per Hoeschelium redemptus, bibliothecae Augustanae. illatus est, excerpit Isaac. Casaubonus, communicavitque cum Iosepho Scaligero, qui illa passim laudat nomine *Chronici Casauboniani*, et edidit Graece ad Chronici Eusebiani calcem, praefixo titulo *ἑπιτομὴς χρόνων*, vt paullo ante in Eusebio dicere nos meminimus. Ex Malala in illud Chronicon multa deportata esse noravit Henricus Norisus de epochis Syro-Macedonum p. 203. Multa etiam iisdem verbis leguntur in Topographia Christiana Cosmae Indopleustae, vnde *Cosmam* illum auctorem chronici suspicatus est Allatius libro de purgatorio p. 942. Vsserius vero et alii incerta coniectura *Georgio Pisidae* tribuunt, Casimirus Oudinus *Georgio Alexandrino* a quo vitam Chrysostomi scriptam habemus. Non Alexandriae tamen sed CPoli scriptum esse illud chronicon probat Henschenius exegefi praeliminari ad Tom. tert. Aetorum Sanctorum mens. Martii, p. 7.

Georgius Monachus, atque Theophane¹⁰ teste Abbas, Patriarchae Constantin.

¹⁰ Theophanes, *initio Chronici*: ὁ μὲν μοναχὸς ἄββας Γεώργιος ὁ Σύμηδος γερμανίας

Constantinopolitani A. C. 806. defuncti *Synceellus* ²¹ (quasi Concellanum dicas et domesticum) ipse p. 3. et 6. si modo ipse, auctor est se Chronico suo complecti velle res ab orbe condito gestas vsque ad A. C. 800. Certe Synceellus morte praeventus non ultra Diocletiani tempora peruenit, teste eodem Theophane, qui continuauit, et Mich. Glyca, ac Georgio Cedreno, quod et titulus operis indicat: Γεωργίου τοῦ Μοναχοῦ χρονική ἱστορία ἀρχομένη ἀπὸ Ἀδάμ καὶ διήκουσα μέχρι τοῦ Διοκλητιανοῦ. Iosephus Scaliger, qui opere illo manuscripto vsus est, et ex illo pleraque in Eusebium suum, licet minus emendate quandoque, vt notat Salmasius p. 99. epistol. descripta deriuauit, queritur illud ab antiquario, qui descripsit, multis partibus mutilatum esse, et quae scriptor toties promittit, ea nusquam comparere Epistola CLX. et CLXI. ad Marcum Velferum, a quo alium codicem Venenis afferendum expectabat. Titulus codicis: Ἐκλογή χρονογραφίας συντάξις ἀπὸ Γεωργίου Μοναχοῦ Συγκέλλου γυγιότος Ταρρασίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ Ἀδάμ μέχρι Διοκλ. κ. τ. λ. Quanquam vero Iacobus Goarus putat integrum Georgii opus ad nos peruenisse, tamen Philippus quoque Labbeus ad Glycam ex Georgio quaedam allegantem, quae in illo haud leguntur, annotat pag. 367. *Ex ista pericope aliisque quibusdam Lector discet, non esse integrum Georgii Synceelli Chronicon suisque partibus omnibus absolutum quod e Codice MS. Bibliothecae Regiae a R. P. Iacobo Goaro, Ord. Praedicatorum, typis Regiis prodit, sed quaedam adhuc in eo desiderari, ex aliis, si quae forte occurrant vberioribus membranis supplenda.* Allatus qui de Georgio Syncello multa erudite animaduertit diatriba de Georgiis, p. 323. seq. et Posseuini, Vossii atque aliorum hallucinationem qui cum Georgio Hamartolo, de quo mox, con-

Gg 3

fun-

γονος Ταρρασίου τοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἑξαγομῆς ἀνὴρ καὶ πολυτάλατος ἄλλοις τοῖς ἱερογράφους καὶ χρονογράφους ἀναγράψας, κ. τ. λ.

... II. Anastasius Bibliothecarius, qui saeculo nono clauit, praefat. ad histor. suam ecclesiasticam: "Operae pretium duxi ex *Georgii*, summam quaedam, et *Theophanis* chronographia plura, sed fuccincte carpenda, quorum prior vsque ad Diocletianum, posterior vero vsque ad Leonem, qui post Michaelen imperauit, patrem scilicet Ignatii, qui adhuc superest, habens CPolitanae tenens ecclesiae, praedicti operis sui stilum protaxit. Qui autem sint isti breuiter annotabo. Horum igitur alter electa monastica vita, mundoque contempto, Christi se leui iugo et suaui sarcinae mancipauit. Praeterea contra haereticos incessanti agone defudans, multis verberibus, mundi principibus contra ecclesiae ritum facientibus, diuersisque poenis affectus est. Sic ergo stigmata Christi in corpore suo portans, tamen pro fidei suae constantia, quam pro multarum virtutum insignibus sanctae memoriae Tarasii regiae urbis Praefulis Synceellus effectus est. Sed ne multa persequar, sufficere arbitror ad praeconium eius, quod a sede approbatus fit apostolica, quando scilicet vicarii eius vna cum eccl. patribus in Nicaea vrbe secundo conuenientes vniuersalem Synodum celebrarunt: siquidem et laus eius in eodem septimo et sancto concilio reperitur.

fundunt, castigavit, p. 327. et 334. memorat Codicem Mediolanensem hoc titulo: *Χρονικὸν σύντομον ἐν διαφορῶν χρονογραφῶν, καὶ ἐξηγητῶν συλλογὴν καὶ συντάξιν διὰ Γεωργίου μοναχῆ καὶ Συγκέλλου*. Sed in illo perinde ut in altero cuius meminit Reinesius Epistolis ad Nesteros pag. 17. et in quo res ab Adamo ad Imperium vsque Michaelis cum Theodora matre cuius initium cum A. C. 841. coincidit, enarrantur, lucubrations Georgii Hamartoli et Logothetae ac Theophanis cum Syncellianis videntur confundi. Idem Labbeus in Protreptico de Scriptoribus Byzantinis promisit Chronologiam Syncelli vulgandam ex MS. Bibl. Regiae Paris, collato cum Vaticano quem descripsit Holstenius et cum Mazarinianis addita latina versione *Io. Baptistae Hautini, sive Altini*, quem Nic. Rigaltii leuirum Syncelli parasse editionem ad Rigaltium Romae A. 1630. scripsit Iosephus Maria Suarezus, in Epistola quae legitur T. 4. Operum Sirmondi pag. 663. At neque illa versio neque editio Altiniana vidit lucem, sed *Goarus* Syncellum cum versione sua et notis publicavit Paris. 1652. fol. vsus Codice MS. Regiae Bibl. scripto A. C. 1021. quem Coriinthi parauit *Io. Abramus* A. C. 1507.

Syncelli Chronicon ab A. C. 285. (Diocletiani 1.) ad 813. (Leonis Armeni 1.) continuauit THEOPHANES Isaurus, ¹² cuius confessoris imaginem, vitam siue elogium a Theodoro vt videtur Studita scriptum Latine ediderunt ad 12. Martii Lipomannus, Surius, Henschenius, Graece et Latine *Franciscus Combessius* editioni Theophania Lupareae praemisit, quae cum versione et notis posthumis *Iacobi Gouvi* atque eiusdem *Combessii* animaduersionibus prodiit Paris. 1659. fol. Eam V. C. *Io. Andreas Bosius* confarens cum MS. Codice Augustanae Bibl. deprehendit huius ope multo emendatiorem, alicubi et plenioram, expletis quibus passim foedatus est lacunis aliquot, dare se posse, idque facturum promisit Exercitatione in periocham Iosephi de Christo p. 24. additurus Syncellum et vtriusque continuatorem Genesium vsque huc ineditum. Publicandarum Bosii in Theophanem obseruationum, quae in publica Ienenfis Academiae Bibliotheca MSS. afferuantur, spem fecit Georgius Schurbartus praefat. ad postumam eius introductionem ad Notitiam Rerump. a se edi-

¹² *Anastafius* Bibliothecarius Theophanem laudat his verbis: " Porro de altero quid dicam? quum et eius conscripta vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis crucem suam tulerit, qualiter se sequutus Christum abbas in monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscauerit, et confessor obierit, satis aperteque per Byzantium et circum quasque regiones his, qui prope, et his, qui longe sunt clamet. Sed et studia eius ad nos vsque perlata quis vel quantus vir ille fuerit, sollicitibus manifestant. " Nota porro hunc Theophanem Abbatem et Confessorem longe diuersum esse a Theophane Byzantio, qui de rebus Iustini II. Imperat. A. C. 578. defuncti, scripsit.

editam; specimenque illarum videre licet in Wilh. Ernesti Tenzellii *Συναγωγῆς* Exercitationibus selectis p. 315. Ioannis Burchardi versionem latinam memorat Lucas Holstenius Epistola ad Lambecium T. 6. de Bibl. Vindobonensi p. 260. *Apud Puteanos fratres magnum opus Chronologicum reperies, in quo tuam exerceas industriam, Theophanem scilicet Agri (Monasterii in regione Sigriana) Abbatem cum Io. Burchardi hominis accurate docti versione¹³ edendum, quem nuper ex Barberina Bibliotheca ad ipsos misi. Adiunxit etiam Anastasium Bibliothecarium antiquum cuius interpretem (qui praef. ad Hist. suam Ecclesiasticam plura ex Syncello et Theophane repetuisse se innuit, vti ex eodem Landolphus Sagax non pauca transtulit in postremam Historiae miscellae partem) ex Casnensi Codice Longobardico depromptum. Praefigendum erit Theophani Chronicon Georgii Syncelli a Iulio Caesare usque ad Maximianum, cuius iidem exemplaria duo ad Vaticanos et Palatinos Codices accurate collata ibi offendet. Alia etiam Regia Bibliotheca suppeditabit.* De hoc Theophane conferendus inprimis Martinus Hanekius lib. I. de rerum Byzantarum scriptoribus cap. 11. Antequam vero de hoc Chronico dicere desinam, apponere iuvat Godfridi Henschenii iudicium ex eiusdem exegeti praeliminari praemissa Tomo tertio Actorum Sanctor. mensis Martii edito An. 1684. in qua tabulas Chronicas Theophanis, saltem quoad annos seriemque Episcoporum in quinque sedibus Patriarchalibus nulla fide dignas esse obseruat. *Chronographia Theophanis, inquit, qualem nunc habemus ex collatione quinque Codicum MSS. Regii scilicet, Peireziani, Barberini, Vaticani et Palatini, duabus constat partibus, quarum quae potior est, et vere aurea, omnique acceptione dignissima, historiam exhibet per annos digestam: altera vix plumbea dici meretur, consistitque in tabulis Chronologicis, (Canoniam vocat Goar) quibus per loculos diuisi primum annus Mundi, sum Christi incarnati, dein Imperatoris Romani, proxime Regis Persarum, aut Ducis Arabum, rerum post Persas in Palaestina potentium, denique ex ordine quinque Episcoporum praecipuorum seu Patriarcharum, Romani, Constantinopolitani, Hierosolymitani, Alexandrini et Antiocheni ordo et anni continentur. Tabulas autem istas magna cum diuersitate non tantum praefixas annis non suis; sed etiam mendosissime conscriptas esse, et plurimis hiata loculis, ac portentosis prorsus annorum, praesertim Patriarchalium supputationibus scaterere, cum ipsemet Goar agnoscat fateaturque: mirum est, aut ipsum, aut, qui defuncti Goaris laborem*
edu-

¹³ Ex Versione illa locum profert Allatius p. 324. de Georgiis, sed is male *Iacobum Bullardam* vocat. Rectius Labbeus in proreptico ad scriptores Byz. edendos, *Io. Iacobum Buccardum*. Parisinus hic fuit Cardinalis Barberini Romae domesticus, cuius laudatio funebri in Nicol. Fabricium Peirescium et alia scripta quaedam referuntur in Catalogo Bibl. Barberinae p. 194.

eduxit in lucem, Combesium potuisse sibi persuadere, ab auctore Theophane esse: qui variorum auctorum sententias et numeros sequutus sit varios, opusque proprium urgente persecutionis necessitate non recensuerit, proindeque exigere a lectore suo possit, ut, qui dormitantem Homerum patitur, Theophanem quoque lapsum erigat corrigatque: cum nimirum succedentes et ad invicem cohaerentes numeros in sequiores transponit annos, seu etiam coniucentes annos in diffisa canonis defultorie transfert: aut eidem viro, nunc pauciores, mox plures diuersis canonis assignat annos: vel cum eiusdem viri pauciores anni, plura occurrant canonis: aut cum summa quaequam aetatis aequales loculos sine Canonis quibusdam omissis non accipit: vel denique cum numero eiusdem anni repetito confuso insertur non mediocri.

In eadem exegesi praeliminari p. 10. seqq. mendas quasdam, librario, sum spcordia Theophani adpersas et ab aliis non obseruatas, Henschenius elucit.

Theophanem continuarunt Leo Grammaticus, Anonymi duo, tum Georgius Monachus et Simeon Logothetes, de quibus singulis vti et de Ioanne Scylitze alibi diligentius disserui, Ioannes item Genesius adhuc ineditus, quem e Codice Bibl. Paulinae Lipsiensis vulgare instituerunt viri praestantissimi Io. Andreas Bosius, Christianus Wagnerus, Georgius Schubartus, et Godfredus Olearius.

NICEPHORI Patriarchae Constantinopolitani A. C. 828. defuncti Chronologiam compendiarum ab orbe condito ad suam aetatem latine iam circa A. C. 872. vertit Anastasius Bibliothecarius, cuius Historia ecclesiastica ex Syncello, Theophane et Nicephoro collecta, et Ioanni vrbis Romae Diacono inscripta, prodit latine cum notis Car. Annibalis Fabrotti inter scriptores Hist. Byz. Paris. 1649. fol. Ex eiusdem Anastasii versione Chronologia Nicephori legitur in Bibliothecis Patrum, Paris. 1589. 1644. et 1654. Tomo septimo: Colon. 1618. Tomo nono, et Lugd. 1677. Tomo 14. p. 72. cum commentario Antonii Contii primum edito Paris. 1573. 4. quem LXX. Interpretibus¹⁴ nimium tribuere, in expurgatorio Indice notat Io. Maria Braschellanus. Latine itidem, interprete Ioach. Camerario, vna cum eius commentariis et diff. de Concilio Nicaeno Basil. 1561. fol. et Lips. 1573. 4. atque sine commentariis Basil. 1569. 8. ante Historiam quam vulgo vocant Miscellam.

Graece in thesauro temporum Iosephi Scaligeri. Lugd. Batav. 1606. et 1658. fol.

Graece et Latine, cum Iac. Gosvi notis ad calcem Georgii Syncelli Paris. 1652. fol. inter scriptores Hist. Byz. Imperatorum et Patriarcharum quorundam

¹⁴ Confer. Rich. Simonis Bibliothecam Criticam, T.2. p. 470.

dam postremorum nomina a scriptore iunioris adiecta esse tum in Nicephori Graecis tum in Latinis Anastasii codicibus docet Seldenus II. 4. de synedr. p. 106. seq. et Hanckius de scriptoribus Byz. p. 245. Valentiniani quoque genealogiam in Codicibus quibusdam desiderari notat Io. Pearsonius in Vindiciis Epistolarum S. Ignatii. Vicissim in aliis MSS. diuersae continuationes reperiantur iam ad Constantinum Ducam qui A. C. 1067. obiit, iam vterius etiam vsque ad A. C. 1180.

GEORGII Monachi et Archimandritae cognomento *Hamartoli* circa A. C. 842. clari, quem cum Syncello multi male confundunt, Chronicon ab O. C. ad Michaslem Theophili Imp. filium nondum integrum lucem vidit, est partes quasdam illius et fragmenta habemus a Petauio, Lambecio, Grefsero, Allatio, Radero aliisque sparsim edita. Ex hoc Chronico etiam Chronologica excerpta petita sunt quibus Malala ab initio suppletur; Confer Humfredi Hody diss. Malalae praemissam § 41. et Allatium de Georgiis pag. 329. seq. qui Cedrenum, Theophanem, Glycam aliosque posteriores Chronologos ex eo profecisse atque in Excerptis ineditis Constantini Porphyrogeneti *Ἐξ ἀποβέων* nonnulla ex hac historia Georgii Monachi de legationibus ad Principes ethnicos legi p. 334. notat. Idem Allatius libro de aetate et interstitiis Ordinum apud Graecos p. 180. nonnulla ex eodem proferens, monet neutiquam contemnendum esse auctorem, *ex quo recentiores Graecorum Historici sua ferè omnia neque verbis ipsis immutatis hausere, quod ut videas latinum fecimus et una cum textu Graeco si per tempora licuerit tibi communicabimus.* Illa Allatii versio et editio non vidit lucem, nisi quod prooemium operis cum interpretatione sua diatribae de Georgiis inseruit. Duos Codices MSS. Regiae Bibl. Parisiensis laudat Cotelerius ad lib. 9. recognitionum quae sub Clementis nomine ambulant cap. 20. Vindobonensem Lambecius II. pag. 588. Mediolanensem et Scorialensem Allatius de Georgiis p. 334. Bavaricum Grefserus T. 2. de cruce, et Matthaeus Raderus in vitidario sanctorum, notis ad vitam S. Ignatii, Baroccianum denique qui exstat in Bibl. Bodleiana, Humfredus Hody loco laudato.

HYPOLYTI Thebani qui saeculo XI. floruit, Chronicon a Christo nato ad sua tempora, similiter nondum in lucem prodiit, excerptis fragmentis, de quibus dictum est libro 5. Bibl. Graecae p. 212. sqq.

GEORGII CEDRENI Monachi Chronicon ab orbis condito ad A. C. 1057. cum Ioan. Xylandri versione et notis editum est Basileae apud Ioan. Oporinam et Episcopios fratres A. 1566. fol. atque inter scriptores Historiae Byzantinae cum eiusdem Xylandri sed passim a Fabrotto emendata interpretatione notis, et notis posterioribus Iacobi Goari, quibus Xylandri etiam versio et notae

H h passim

passim emeodentur; in glossario *Caroli Anstadii Fabrotti*, qui editionis huius curam habuit. Paris. 1647. fol. In hac editione ex codicibus MSS. lacunae ingentes tres, aliaeque ex MSS. Altempfianae et Vaticanae Biblioth. suppletae sunt, nam et Ioan. Leunelavius notis ad Annales Turcicos restatus erat, apud se aliquot folia Cedreni esse, quae in Xylandri editione desiderarentur. Multa etiam emendata ac suppleta e *Ioanne Scylitza*, Caropolate, qui Cedrenum¹⁵ exscripsit; simulque continuauit. Igitur eiusdem historia, quae desinit in A. C. 1080. subiuncta est a Fabrotto *Graece* e bibliotheca Regia, et *Latine* ex interpolata per eundem editorem Ioan. Baptistae Gabii versione.¹⁶ In codice Vaticano Aethiopicorum Heliodori annotatum est, illum scriptorem versibus Iambicis etiam ad Imperatorem Theodosium scripsisse de auro conficiendo, idque Georgium Cedrenum testari. Γράφει δὲ ἄλλο σίχων ἰάμβων τῆν τοῦ Χρυσοῦ ποιῆσιν πρὸς τὸν αὐτὸν Θεοδοσίον, ὡς φησὶ Γεώργιος ὁ Κεδρηνός. Neque vero hoc licet negare, inquit Conringius de medicina Hermetica p. 25. *etsi in edito Cedreni volumine* (etiam Parisiensis editionis) *non reperias. Notum enim, valde mutilum illud esse, et miris modis deformatum, quod iam Iosephus Scaliger est conquestus.* Vide tamen, quae Scaligeri iudicio, qui breuiarium tantum maioris operis et cadauer ad nos peruenisse existimabat, opponit Allatius de Georgiis p. 336.

IOANNIS ZONARAE CPolitani ex praefecto vigilum et primo a Secretis Monasticam vitam amplexi et plurimis aliis scriptis clari, Annales ab orbe condito ad A. C. 1118. quo obiit Alexius Comnenus, ex Viennensi MS. et aliis quatuor codicibus, cum *Hierom. Wolfii* notis prodire Basil. 1557. fol. Postea vir praeclarissimus *Carolus du Fresne* Wolfianam editionem ex 4. scriptis Codd. Regiae Bibl. et vno Colbertino emendauit, latinam versionem recensuit notasque eruditas addidit Paris. 1686. fol. quumque Wolfius contra auctoris mentem Annales in tres partes diremisset, Cangius diuisionem operis genuinam in partes duas, librosque XVIII. restituit, et libros capitibus distinxit, subiuncto *breui summatto Chronologico Anonymi* ab Adamo ad Alexium Comnenum, quod Dionys. Petauis cum Nicephori CPol. breuiario Historico Graece et Latine vulgauerat Paris. 1616. 8. *Italice* quoque translata Zonarae

An-

¹⁵ Fallitur Labbeus, qui Cedrenum Ioannis Scylitzae exscriptorem facit, confundens hunc cum Ioanne Portouestiario, cognomento Thraçesio, quem Cedrenus laudat inter eos, ex quibus profecit, et quorum vestigijs insistere non diffitetur seinet, Syncellum, Theophanem, (Ioannem) Siculum, Pselum, alios. De Syncello plura dabit Allatius in diatriba de Georgiis p. 334. seq.

¹⁶ Prologus compendii historici Scylitzae auctor iis, qui ante editi fuerunt, insertus legitur in Montefalconii catalogo biblioth. Coislinianae p. 202.

Annales fuit a Marco Aemilio, Florentino, Venet. 1560. 4. et Gallice à Ioanne Miletò Paris. 1583.

In eodem Anno Christi 1118. desinunt etiam ab Orbe condito deducti Annales MICHAELIS GLYCAS Siculi, quorum partem a Julio Caesare ad Constantinum M. ex codice Andreae Schotti sub falso *Theodori Metochitae* nomine cum versione et notis edidit Io. Meursius Lugd. Batav. 1618. 4. Integras ex Ioh. Sambuci Codice vertit vulgavitque Latine Io. Leunclavius, et ad captam vsque a Turcis CPolin continuavit Basil. 1572. 8. Inde *Philippus Labbeus* pluribus Codd. MSS. vsus Claromontano, Fontisebraldensi, et variis lectionibus ex Codice Bauarico; Vallicellano atque Augustano Glycam Graece primus edidit, versionem *Leunclavii* recensuit, notasque suas, perinde vt Meursii quoque, et Leunclavii continuationem adiunxit. Paris. 1660. fol. Laudat hic Glycas p. 82. *Pyronem* siue *Pyrrhonem* *χεροννοειστος*, ex eoque refert Adamum quadragesimo demum quum conditus esset die paradisum esse ingressum.

Post Glycam scripsit circa A. C. 1150. sub Manuele Comneno, quem laudat pag. 53. edit. Regiae Chronicon suum ab Orbe condito ad A. C. 1081. siue Nicephori Botaniotae imperium et Alexii Comneni initia tantum modo produxit CONSTANTINUS MANASSES. Non prosa sed versibus prosae simillimis, quos *politicos* Graeci recentiores appellant, scripsit Annales suos, siue *συνοψιν ιστοριων* ad Irenem Andronici Comneni vxorem; de qua Cangius in familiis Byzantinis p. 181. Vertit hunc scriptorem ex Italico Codice vulgavitque Latine Io. Leunclavius Basil. 1573. 8. Graece ex Codice Palatino descriptum Io. Meursius edidit subiuncta *Leunclavii* versione ad calcem voluminis et notis eiusdem suisque castigationibus Lugd. Bat. 1616. 4. Hinc inter Historiae Byz. scriptores lucem vidit Graece et Latine Paris. 1655. fol. additis praeter Meursii et Leunclavii notas variis Lect. e MSS. Codice *Allatii*, et quas *Carolus Annibal Fabrotius* collegit e duobus Regiis Codicibus, eiusdemque *Fabrotii glossario*. Andreas Schottus in litteris ad Meursium datis 28. August. A. 1615. *De Manasse scito et penes me esse MS. ex libris Petri Pantini, eodem etiam latino interprete, cum ignoraret fortasse a Leunclavio esse conuersum.*

V. Chronologi Latini veteres praeter *Hieronymum Eusebii* interpretem continuatoremque, norandi veniunt quos vna eum illo editos pag 234. diximus *Tiro Prosper*, *Victor Tununensis*, *Iohannes Biclariensis*, ¹⁷ *Idatius Lemnicensis* et *Marcellinus Comes*. Neque praetereundum Chronicon *Prosperi*

Hh 2

inte-

¹⁷ Chronica Idatii et Iohannis Biclariensis recensuit quoque Cardinalis Aguirre T. 2. Conciliorum Hispaniae.

integrum, quale a Victore Aquirano praef. ad Canonem Paschalem, Germainio cap. 84. de S. E. et Cassiodoro diuinar. Instit. cap. 17. describitur, edicum primum a Philippo Labbeo in Bibl. nouae MSS. Paris. 1657. fol. Tom. 1. pag. 16. atque recusum in Tomo XI. thesauri Graeciani, vna cum factis Magistratum Pighianis ab V. C. ad Vespasianum ex edit. Antw. 1615. fol. factis consularibus integris *Idatiani* ex eiusdem Labbei¹⁸ editione, factis consularibus Anonymi quos e MS. Vindobonensi H. Noris¹⁹ edidit et dissertatione illustrauit, Anonymo de praefectis vrbis ex fragmento factorum ab A. C. 205. ad 353. ex editione Aegidii Bucherii Antw. 1634. fol. et Epistola Consulari eiusdem Henrici Noris ex edit. Bononiensi A. 1683. Pars prior huius Chronici Prosperiani ab Orbe condito procedit vsque ad mortem Imp. Valentis, altera ab A. C. 379. ad 455. conuenit fere cum ea quam vulgauerat Andreas du Chesne Tom. 1. scriptorum Francorum pag. 201. Paris. 1636. fol. Ad didit Labbeus eumque sequutus Graeuus etiam editionem Pithoecanam Chronici Prosperi ab A. C. 379. ad 455. sed ex MSS. emendatam. Ac praeter hanc Pithoecanam An. 1588. etiam altera e MS. Augustano legitur. Tom. 1. lectionum antiquarum Henrici Canisii, quas raro obuias, variis obseruationibus, notis et opusculis auctas, recte curauit Jac. Basnage. Antwerpiae (Amstelod.) 1725. fol. Voll. 4. Ab A. C. 455. incipit Chronicon *Marii Auenticensis* et ad Tiberium Constantinum progreditur, quod cum appendice veteris scriptoris vulgauerit idem Andreas du Chesne. *Flauio Lucio Dextro* suppositum Chronicon Historiae omnimodae omitto, licet commentariis operosis atque vt ipse vocat apodicticis Francisci Buarrii illustratum et Lugd. 1627. fol. editum. Neutquam enim illud opus esse quod Lucius Dexter ad Hieronymum scripsit, neque continuationem compositam esse a *Mario Maximo*, Episcopo Caesaraugustano, sed potius vtrumque tenebrionis sinistri *ἀπορον κήρυκα* et omnimodae fabulae nugarumque canorarum pandocheum, Hieronymique de la Higuera vel similis nugiuenduli Hispani officinam sapere, pridem obseruarunt viri doctissimi. Omitto etiam Chronicon, quod *Dacio*, Mediolanensi Episcopo, A. C. 551. defuncto, nonnulli tribuunt, quoniam nec editum est, et quicquid contra pugnet Eustachius a S. Vbaldo in²⁰ diss. de Hymno: *Te DEum Laudamus*, longe iunioris est scriptoris, et res tantum Mediolanensis Ecclesiae ab octauo saeculo ad A. C. 1067. narrat. Vide Mabillonii *Analesta* Tom. 1. p. 3. seq. et Lud. Antonium Muratorium V. C. Tom. 1. anecdoron Bibl. Ambrosianae pag. 286. *Acta Sanctor.* Tom. 1. Ianuar. 14. pag. 967. seq. Tillemontianum

me-

¹⁸ Tom. 1. Bibl. nouae MSS. p. 1.

¹⁹ Ad calcem diss. de Anno et Epochis Syno-Macedonum, Lips. 1696. 4.

²⁰ Vi^o Acta Erud. Tom. 3. supplementi p. 163.

memor. Hist. Ecelef. Tom. 13. etc. De M. *Aurelij Cassiodori Senatoris* Chronico ad Theodoricum Regem ab Adamo vsque ad A. C. 519. siue consularum Eurharici Cillicae et Iustini, nec non de Chronico *Iornandis* dixi in Bibliotheca Latina. De Chronicis *Q. Iulii Hilarij*, (quod exstat Tom. 6. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 373.) *Isidori Hisp. Bedae Venerab. Freculfi Lexouienfis, Adonis Viennenfis, Reginonis Prumiensis, Hermann Contracti, Mariani Stori, Lamberti Schafnaburgensis, Sigeberti Gemblacensis*, per *Anselmum* Abbatem continuato, *Hugonis Virdunensis, Florentii Braunii, Orderici Vitalis, Osbonis, Frisingensis Episcopi, Godfridi Viterbienfis, Helinandi, Conradi a Lichtenau, Alberti Stadensis, Martini, Poleni*, aliorumque plurium consules Yossium de Hist. Latinis, et de scriptoribus Ecclesiasticis scriptores, Georg. Calixtum appendice diss. de Creatione; Io. Andream Bosium Introductione ad Hist. vniuersalis scriptores ac Thom. Ietigii & *maxagiru* apparatus ad Histor. Ecclesiasticam.

Iudaei Chronologi pauci exstant, vt 1) *Seder Olam Rabba* siue Chronicon maius ab orbe condito ad tempora Imperatoris Hadriani, quod a Iudaeis R. Iose ben Chelpeha tribuitur. 2) *Seder Olam Zucha*, siue Chronicon minus, scriptum circa A. C. 1124. ab exordio mundi ad Annum Christi 522. progrediens, quos ambos libros post Gilbertum Genebrardum vertit, et cum interpretatione sua Latina et notis eruditis, ac praeclaris de Historiae sacrae fide dissertationibus edidit Iohannes Meyer, Amstelod. 1699. 4. Hic multis disputat contra Io. Morinum, qui in Exercitationibus Biblicis pag. 226. seq. contenderat vtrumque Chronicon hoc scriptum saeculo XII. atque adeo diuersum esse a *Seder Olam* quod in Talmude Codice Nidah, cap. 5. et 30. allegatur. ²¹ 3) *Schalscheleth Hakkabala* siue Catena traditionis R. Gedaliae. ²² 4) *Sepher Iuchasin*, ²³ liber familiarum auctore R. Abrahamo Zacuth, ab humani generis initio ad A. C. 1502. cum additamentis R. Samuelis Schullam. 5) *Zemach David* ²⁴ Germen Davidis auctore R. David Ganz ab Orbe condito ad A. C. 1592. cuius libri magnam partem (vtinam accuratius) vertit et cum notis suis Latine edidit Guil. Henricus Vorstius Lugd. Bat. 1644. 4.

Ex illis qui *Arabice* scripserunt, celeberrimi sunt Euty chius et Abulpharaius, ambo Christiani, ambo lectu haud indigni. *Euty chius*, Guil. Tyrinus ²⁵ appellat *Seith filium Patricii*: ab aliis *Apthifum* etiam nuncupari notat Sel-

H h. 3

denus

²¹ Conf. Wolfii Bibliothec. Hebraeorum, Vol. 1. pag. 492. Vol. 3. p. 367. et Vol. 4. pag. 1092.

²² Wolfius Bibl. Hebr. Vol. 1. p. 280. et Vol. 3. p. 169.

²³ Wolfius lib. cit. Vol. 1. p. 104. sq. et Vol. 3. p. 66.

²⁴ Wolfius l. c. Vol. 1. p. 293. et 398. et Vol. 3. p. 181. ¶

²⁵ Vide Gesta DEI per Francos Tom. 1. p. 626.

denus lib. 5. cap. 2. de iure naturae et Gentium. Hic ex priscais Orientis monumentis a rerum initiis ad A. C. 940. Historiam siue Annales, plerumque Ecclesiasticos, summa quod eiusdem Seldeni iudicium est, diligentia contextuit. Fuit Patriarcha Alexandrinus ab A. C. 933. ²⁶ ad 950. quo diem obiit supremum. Haerësi Iacobitarum siue Eutythianorum et Nestorianorum pariter infestus, utramque oppugnat; et Melchitam se profitetur T. 2. pag. 16. 23. 79. 147. seq. Chronologicae eius rationes probantur inprimis Ioanni Pearsonio in diss. posteriore de annis priorum Romae Episcoporum, licet non tantum illis tribuat in Vindiciis Ignatianis. Locum quendam insignem Annalium Eutythii cum Latina versione et commentario suo edidit Io. Seldenus Lond. 1642. 4. sub titulo Originum Alexandrinarum. Quae inde Seldeno opposuit Abraham Echellenensis in Eutythio suo vindicatio Rom. 1661) 4. ad ea respondet Seldenus in praefatione ad rerum Anglicarum scriptores veteres. Ceterum totum Eutythii opus Arabice et Latine cum vtilissimis ad rem Chronologicam indicibus vulgavit Eduardus Pokokius Oxon. 1658. 4. a Seldeno potissimum, ut hoc laboris in se susciperet impulsus, neque enim ipse Seldenus (A. 1654. iam septuagesimo aetatis anno defunctus) integrum Eutythium vel vertit vel in lucem edidit, quo nomine Eliam du Pin Tom. 3. Bibl. Eccles. p. 4. hoc tradentem recte reprehendunt acta Eruditorum A. 1698. pag. 162.

Gregorii Abulpharasi ²⁷ siue *Barhebraei*, professione medici, patre Aaron medico, secta Iacobitae, quem Primatem Orientis vocat Assemannus Bibliothecae Orientalis T. 2. pag. 244. Compendium Dynastarum, ab orbe condito ad A. C. 1276. quod Auctor Syriace primum scripsit, deinde paullo ante obitum Arabice vertit, (v. Assemannum B. Or. T. 2. pag. 264.) Arabice et Latine ab eodem Pocockio in lucem editum est Oxoniae 1663. 4. qui specimen Historiae Arabum ex eodem Abulpharasio cum luculentis suis commentariis ediderat, ib. 1650. Chronici Syriaci ab eodem Abulpharasio compositi particulam Syriace et Latine Bibl. Or. Tomo secundo p. 314. seqq. inseruit laudatus Assemannus. De hoc scriptore, tanto minus prolixè hoc in loco agendum mihi esse video, quod pag. 33. ipse negat se accuratum studium in temporum

²⁶ Confer Eutythii Annales p. 472. 527. 531. seq. et Eusebium Renaudotum in historia Patriarcharum Alexandrinorum Iacobitarum p. 346. seq.

²⁷ De Abulpharasio agit idem Renaudotus Tomo 2. liturgiæ orientaliæ p. 469-472. et Assemannus Bibl. Or. Tom. 2. p. 244-463. vbi vita et scripta eius copiose enarrantur, simulque p. 309. ff. demonstratur, diuersum ab eo esse Abulpharagium Abdallam Ebnatibo, monachum Nestorianum, defunctum A. C. 1043. qui Arabice in vtriusque Testamenti libros commentatus est, et Aristoteli eadem lingua illustravit.

notatione posuisse. *At quomodo insubitanti nostri non sit exacte definire aures (Phosphorum) verum ex illis nonnulla recensere, quae quod laudabile fuit in moribus eorum exprimant, atque animum oblectare — nihil nostra intererit vtrum tempora quibus facta fuit eorum mentio, sint ea quibus revera floruerint nec ne.* Ait tamen sequutum se esse Chronologos Eusebium et Andronicum, iisque consentientem Iacobum Robensem, qui tribus linguis Hebraea, Graeca et Syra excelluit.

His adde Chronologicam Historiam *Hazi Kalifae Mustafae*, Muhamedani, ab exordio Mundi ad vsque A. C. 622. quam ex Turcico, Persico et Arabico Italice edidit Io. Rainaldus Carolus: Cronologia Istorica scritta in lingua Turca, Persiana et Araba da Hazi Kalife Mustafa, e tradotta nell' idioma Italiano da Giovanni Rinaldi Carli, Nobile Iustinopolitano et Dragomano della Sereniss. Rep. di Venezia. An. 1696. 4. Vide Museum Mineruae Venetae T. I. p. 359.

Venit etiam hoc loco memorandum alterum, sed christiani scriptoris *Chronicon Orientale*, quod ex Arabico Codice Segueriano primum versum et Latine editum est ab *Abrahamo Ecchellensi*, Parisiis 1651. fol. inter scriptores historiae Byzantinae; deinde denuo versum, atque annotationibus illustratum a *Iosepho Simonio Assemanno* prodiit Romae 1729. fol. Cuius quidem Chronici auctorem esse Petrum Abushiaker Ebnarraheb Abilaram idem Assemannus ostendit. De auctore ita scribit Ecchellensis: *Nostrum exemplar Anonymum est, ac eius auctorem fuisse quendam nomine filium Monachi, ex prima parte Chronici GEORGII HOMAI DI (Elmacini) plane colligitur. Quoties enim quod passim facit hunc laudat, non solum sententia semper eadem est, sed numerata quoque verba. Eum autem fuisse Aegyptium Coptisam, indicant sibi, numeri, ac Patriarcharum Gentis vitae, quorum pro Dioscortana²⁸ secha labores ac certamina celebrat. In aetatibus Patriarcharum rationes LXX. Interpretum²⁹ probat, addit tamen computum Hebraeorum secundum versionem sacrorum librorum Arabicam Abibahri Almontasseri. Quae de Imperatoribus Romanis traduntur et pauca sunt et in Heraclio hoc est tempore Hegirae Muhamedicae desinunt. Historia Calipharum Moslaminorum et Calipharum Aegypti et Babylonis, Patriarcharumque Alexandriae perducitur vsque ad A. C. 1258. Hegirae 657. Martyrum 955. Annos Hegirae lunares reducit ad annos solares. Huic Chronico Orientali Historiam suam de rebus et dogmatibus Arabum*
ex

²⁸ Vide Chronicon Orientale pag. 118. seq. et p. 59. vbi Melchitarum et Iacobitarum quoque mentio. Melchitae hoc est Regii et Imperiales dicti qui contra Dioscorum cum Imperatore senserunt. De Iacobitis iterum p. 120. seq. Melchitarum nomen etiam s. 123.

²⁹ Confer Abrahami Ecchellensis Hist. Arabum p. 197.

ex monumentis Arabicis excerptam subiunxit, in qua allegat inter alia libros Chronicorum Gregorii Barhebraei, Historiam gentium Ismaëlis Sciahinseiah et Chronicon Hamza: Asplahanensis Persae et p. 201. notat ex Arabum mente incidere Hegiram in A. C. 631. Diocletiani s. Martyrum 339. Actiacum 652. ab Alexandri M. victoria 994. a Nabuchodonosoris regni initio 1369. a Mosis obitu 2348. a natali Abraami 2893. a diluuiio 3974. et a casu Adami 6216.

Georgius Elmacinus, itidem Christianus, medio saeculo terdecimo clarus scripsit Historiam suae Chronicon ab Orbe condito vsque ad A. C. 1118. cuius priorem partem vsque ad Muhamedem in Bibl. Segueriana MS. euoluit Echellensis, vt testatur ad Chronicon Or. ex in Eutychio suo vindicato: In Cantabrigiensi Bibl. eandem partem litteris descriptam Syriacis legit, qui subinde ex ea nonnihil profert in historia Orientali Hottingerus: posterior sub titulo Historiae Saracenicae prodit ex Thomae Erpenii versione Latine Lugd. Bat. 1625. 4. cum Roderici Ximenes Archi-Episcopi Toletani Historia Arabum: et Arabice ac Latine cum eadem versione Erpeniana, curante Iacobo Golio; ibidem atque eodem anno in fol. Laudat subinde Chronologum et Chronica Christianorum, sed sine nomine.

Exstat et *Chronicon Samaritanum*, suae Arabica versio Chronici veteris Samaritani ab excessu Mosis ad tempora Antoninorum, quam Samariticis scriptam litteris ad Iosephum Scaligerum a Samaritanis missam ex eius legato MS. possidet Bibliotheca publica Leidensis Academiae, ex quo apographum in Bibl. Mazariniana legit Echellensis, qui id laudat in Historia Arabum pag. 145. Descripsit etiam Hottingerus et ex eo loca a se Latine versa hinc inde allegat in Enneade diss. in Historia Orientali et aliis scriptis, atque Epitomen eius libri Latine subfecit Exercitationibus Anti-Morianis, librum integrum etiam publicare pollicitus, quod tamen morte praeventus facere haud potuit: Descripsit etiam Iacobus Golius cuius apographum manu eius passim emendatum feruare se testatur V. C. Hadrianus Relandus, qui ex illo nonnulla affert parte 2. diss. Miscell. 1. Computum Samaritanum cum notis suis vulgari Scaliger VII. de emendat. temporum pag. 657. seq. Et Chronologiae Samaritanae Synopsis ex *Abulphetacho Damasco* excerptam ab viro doctissimo Eduardo Bernhardo Lipsiensis inseruere Actis Eruditorum Anno 1691 pag. 167.

VI. Ex Chronicis historicis recentibus quum existent infiniti, paucos tantum commemorare iuvat Annalium quidem Veteris Testamenti scriptores *Iacobum Solomum, Augustinum Tornicellum, Henricum Spondanum*, atque his neu-

71	— — V.		620. Apr. 27.		626. Mart. 11.
114	— — VI.		896. Apr. 11.		896. Apr. 25.
141	— — VII.		985. Ian. -		985. Dec. -
195	— — VIII.		1294. Dec. 24.		1303. Octob. 11.
205	— — IX.		1380. Nov. 2.		1404. Octob. 1.
45	Caelestinus I.		422. Sept. 16.		431. Aug. 1.
107	— — II.		1143. Sept. 26.		1144. Mart. 9.
177	— — III.		1191. Apr. 12.		1198. Ian. 8.
181	— — IV.		1241. Octob. 27.		1241. Nov. 22.
194	— — V.		1294. Iul. 5.		se pontificatu abdicauit 1294. Dec. 12.
29	Caius		283. Dec. 16.		296. Apr. 22.
17	Calixtus I.		210. Dec. 26.		226. Sept. 28.
164	— — II.		1119. Febr. 14.		1124. Dec. 12.
A.	Callixtus		1167. Aug. -		1179. Aug. 29.
213	— — III.		1455. April. 8.		1458. Aug. 6.

121	Christophorus	ab Anno 904. Nov. 25.	ad 905. Jun. - -
3	Clemens I.	67. Octobr. 11.	76. Dec. 22.
al. 4.	idem	73. Dec. 5.	87. Nov. 16.
152	— — II.	1046. Dec. 25.	1047. Octobr. 9.
A.	Clemens	1080. Jul. 25.	1101. — — —
176	— — III.	1187. Dec. 19.	1191. April. 5.
185	— — IV.	1265. Febr. 6.	1268. Nov. 19.
197	— — V.	1305. Jun. 5.	1314. April. 20.
200	— — VI.	1342. Maii 7.	1352. Dec. 6.
A.	Clemens	1378. Sept. 20.	1394. Sept. 16.
A.	Clemens	1424. Maii 14.	1449. Jul. 23.
223	— — VII.	1525. Nov. 19.	1534. Sept. 25.
235	— — VIII.	1592. Ian. 30.	1605. Mart. 3.
242	— — IX.	1667. Jun. 20.	1669. Dec. 9.
243	— — X.	1670. April. 29.	1676. Jul. 22.
247	— — XI.	1700. Nov. 23.	1721. Mart. 19.
250	— — XII.	1730. Jul. 11.	1740. Febr. 6.
3	Cletus	67. Sept. 27.	73. Dec. 3.
al. 4.	idem	77. Febr. 16.	84. April. 26.
Id.	Anacletus	86. Nov. 16.	96. Sept. 26.
85	Conon Thrac	686.	687.
90	Constantinus	708. Mart. 4.	715. Mart. 18.
A.	Constantinus	767. Jun. 28.	768. Jul. 29.
22	Cornelius	251. April. 27.	252. August. 5.
<i>Cyriacus Pontiani successor fabulosus.</i>			
39	Damasus I.	366. Oct. 1.	384. Dec. 10.
153	— — II.	1048. Jul. 17.	1048. August. 8.
70	Deusdedit	616. Ian. 4.	619. Ian. 26.
26	Dionysius	259. Jul. 24.	269. Dec. 26.
79	Deodatus H.	672. Mart. 14.	677. Maii 18.
80	Donus I.	677. Octobr. 4.	679. Mart. 13.
138	— — II.	974. April. 26.	975. Octobr.
11	Eleutherius	171. Jun. 3.	185. Sept. 6.
6	Euaristus	95. Jul. 26.	108. Octobr. 26.
77	Eugenius I.	654. Sept. 7.	657. Maii 31.
101	— — II.	824. Jun. 5.	827. August. 27.
169	— — III.	1145. Febr. 14.	1153. Jul. 8.
211	— — IV.	1431. Mart. 6.	1447. Febr. 18.

32 Eusebius	ab Anno	310. April 16.	ad	310. Sept. 26.
28 Eurychianus		274. Ian. 6.		283. Dec. 8.
21 Fabianus		236. Dec. 11.		250. Ian. 2.
27 Felix I.		270. Ian. 1.		274. Dec. 24.
38 — II.		355. — —		358. Iul. 29.
50 — III.		483. Febr. 13.		492. Ian. 30.
56 — IV.		526. Iul. 12.		530. Sept. 25.
A. Felix		1436. Dec. 17.		1447. April. 7.
113 Formosus		891. Sept. 19.		896. April. 4.
51 Gelafius I.		492. Febr. 2.		496. Sept. 8.
167 — — II.		1118. Ian. 31.		1119. Ian. 29.
66 Gregorius I.		590. Sept. 3.		604. Mart. 12.
91 — — II.		715. Apr. 28.		731. Ian. 17.
92 — — III.		731. Febr. 22.		741. Nov. 10.
103 — — IV.		828. Ian. 5.		844. Ian. 11.
143 — — V.		996. Maii 17.		999. Febr. 18.
151 — — VI.		1045. April. 28.		1046. Dec. 17.
A. Gregorius		1118. Mart. 15.		1121. April. 27.
159 — — VII.		1073. Iun. 30.		1085. Maii 25.
175 — — VIII.		1187. Oct. 21.		1187. Dec. 17.
180 — — IX.		1227. Mart. 9.		1241. August. 21.
186 — — X.		1271. Oct. 27.		1276. Ian. 10.
203 — — XI.		1370. Dec. 30.		1378. Mart. 27.
207 — — XII.		1406. Nov. 30.		1415. Iul. 4.
230 — — XIII.		1572. Maii 13.		1585. April. 10.
233 — — XIV.		1590. Dec. 5.		1591. Oct. 15.
238 — — XV.		1621. Febr. 9.		1623. Iul. 7.
Hadrianus.	Vide Adrianus.			
48 Hilarius		461. Nov. 12.		467. Febr. 21.
72 Honorius I.		626. Sept. 28.		638. Sept. 13.
A. Honorius		1061. Oct. 28.		1065. — —
165 — — II.		1124. Dec. 16.		1130. Febr. 14.
179 — — III.		1216. Iul. 18.		1227. Mart. 18.
192 — — IV.		1285. April. 2.		1287. April. 3.
54 Hormisdas		514. Iul. 20.		523. Aug. 4.
10 Hyginus		138. Ian. 13.		150. Ian. 11.
42 Innocentius I.		402. Ian. 1.		416. Dec. 21.
166 — — II.		1130. Febr. 17.		1145. Sept. 24.

A. Innocentius ab Anno 1178. August.		ad 1178. a. Sept.			
178	Innocentius III.	1198.	Ian. 8.	1216.	Iul. 16.
182	— — IV.	1243.	Iun. 24.	1254.	Dec. 7.
187	— — V.	1276.	Ian. 21.	1276.	Iul. 22.
201	— — VI.	1352.	Dec. 18.	1362.	Sept. 12.
206	— — VII.	1404.	Oct. 17.	1406.	Nov. 6.
217	— — VIII.	1484.	Aug. 29.	1492.	Iul. 25.
234	— — IX.	1591.	Oct. 30.	1591.	Dec. 30.
240	— — X.	1644.	Sept. 15.	1655.	Ian. 7.
244	— — XI.	1676.	Sept. 21.	1689.	August. 12.
246	— — XII.	1691.	Iul. 12.	1700.	Sept. 27.
248	— — XIII.	1721.	Maii 8.	1724.	Mart. 7.
55	Iohannes I.	523.	Sept. 3.	526.	Maii 18.
58	— — II.	532.	Dec. 19.	535.	April. 21.
63	— — III.	561.	Aug. 11.	574.	Aug. 12.
74	— — IV.	640.	Dec. 3.	642.	Sept. 20.
84	— — V.	686.	Iun. 19.	687.	Iun. 20.
87	— — VI.	702.	Oct. 7.	704.	Dec. 21.
88	— — VII.	705.	Febr. 8.	707.	Sept. 24.
109	— — VIII.	872.	Dec. 14.	882.	Dec. 15.
118	— — IX.	898.	Febr. 5.	900.	Febr. 19.
125	— — X.	915.	Iun. 18.	929.	Iun. 20.
128	— — XI.	932.	April. 15.	935.	Febr. 16.
133	— — XII.	956.	Ian. 13.	964.	Maii 14.
136	— — XIII.	965.	Oct. 1.	972.	Sept. 6.
140	— — XIV.	984.	Oct. 19.	985.	Iun. —
10. 56. F. Roberti		985.	Dec. —	986.	Apr. —
142 Ioh. XV. al. XVI.		986.	April. 25.	996.	Apr. 30.
A. — XVI. — XVII.		997.	Maii —	998.	Mart. —
145 — XVII. — XVIII.		1003.	Iun. 6.	1003.	Oct. 31.
146 — XVIII. — XIX.		1004.	Mart. 19.	1009.	Iul. 18.
149 — XIX. — XX.		1024.	Iul. 19.	1033.	Nov. 8.
189 Iohannes XXI.		1276.	Sept. 16.	1277.	Maii 16.
198 — — XXII.		1316.	Aug. 7.	1334.	Dec. 4.
203 — — XXIII.		1410.	Maii 17.	1415.	Maii 9.
36. Julius I.		937.	Febr. 6.	352.	April. 12.
220 — II.		1503.	Oct. 31.	1513.	Febr. 12.

⁵⁶ Electus, sed consecratione Episcopali non integratus.

225 Inlius III.	ab Anno 1350. Febr. 8.	ad 1555. Mart. 29.
124 Lando	914. Dec. 4.	915. Jun. 14.
Laurentius, Antipapa ⁵⁷	498.	509.
47 Leo I.	440. Sept. 8.	461. Oct. 30.
82 — II.	682. Oct. 19.	684. Maii 23.
98 — III.	795. Dec. 27.	816. Jun. 11.
105 — IV.	847. Apr. 12.	855. Jul. 17.
120 — V.	904. Sept. 23.	904. Nov. 18.
126 — VI.	929. Jul. 5.	930. Febr. 9.
129 — VII.	935. Nov. 15.	939. Maii 24.
134 — VIII.	963. Dec. 6.	964. Febr.
154 — IX.	1049. Febr. 12.	1054. April. 19.
221 — X.	1513. Mart. 11.	1521. Dec. 11.
236 — XI.	1605. April. 2.	1605. April. 27.
37 Liberius	352. Maii 24.	366. Sept. 23.
2 Linus	65. Jul. 7.	67. Sept. 23.
23 Lucius I.	252. Oct. 10.	255. Mart. 4.
168 — II.	1144. Mart. 10.	1145. Febr. 13.
173 — III.	1181. Aug. 29.	1185. Nov. 25.
30 Marcellinus	296. Jun. 30.	304. Octob. 24.
31 Marcellus I.	308. Maii 18.	310. Jan. 18.
256 — — II.	1555. April. 9.	1555. April. 30.
35 Marcus	336. Ian. 18.	376. Oct. 7.
110 Marinus I. vide Martinus II.		
131 Marinus II. vide Martinus III.		
76 Martinus I.	649. Jun. 14.	654. Aug. 6.
110 — — II.	882. Dec. 23.	884. Febr. 23.
131 — — III.	942. Nov. 12.	946. Maii 15.
191 — — IV.	1281. Febr. 22.	1285. Mart. 28.
410 — — V.	1417. Nov. 17.	1421. Febr. 20.
33 Melchisedes	310. Octob. 8.	314. Ian. 10.
107 Nicolaus I.	858. Mart. 24.	867. Nov. 12.
152 — — II.	1059. Ian. 31.	1061. Jun. 24.
190 — — III.	1277. Nov. 25.	1289. August. 23.
A. Nicolaus	1328. Maii.	1339. August. 25.
193 — — IV.	1288. Febr. 22.	1292. April. 14.
212 — — V.	1447. Mart. 6.	1455. Mart. 25.

Osta-

⁵⁷ Vide Theophanum, p. 323. Theodoretum, Lectorem, lib. 2. Hist. p. 560.

Obavianus, Antipapa aduersus Alexandrum III. *Cinnamus lib. V. Hist. p. 258.*

100 Paschalis I.	ab Anno 817. Ianuar. 25.	ad 824. Maii 11.
162 — — II.	1099. Aug. 14.	1118. Ian. 18.
A. Paschalis	1164. April. . .	1167. Aug. . .
95 Paulus I.	757. Maii 22.	767. Iun. 21.
215 — — II.	1464. Aug. 31.	1471. Iul. 26.
224 — — III.	1534. Octob. 13.	1548. Nov. 10.
229 — — IV.	1555. Maii 23.	1559. Aug. 18.
237 — — V.	1605. Maii 16.	1621. Ian. 28.
62. Pelagius I.	556. April. 13.	561. Mart. 2.
65 — — II.	579. Nov. 26.	590. Febr. 4.
1 Petrus	50. Ian. 18.	65. Iun. 29.
11 Pius I.	150. Ian. 19.	153. Iul. 11.
al. 12. idem	154. Maii 6.	161. Iul. 11.
214 Pius II.	1458. Aug. 19.	1464. Aug. 14.
219 — — III.	1503. Sept. 22.	1503. Oct. 18.
228 — — IV.	1559. Dec. 26.	1565. Dec. 28.
229 — — V.	1566. Ian. 7.	1572. Maii 1.
19 Pontianus	231. Iun. 26.	235. Sept. 28.
116 Romanus	897. Sept. 11.	898. Ian. 2.
67 Sabinianus	604. Aug. 30.	606. Febr. 7.
86 Sergius I.	688. Nov. 22.	702. Aug. 14.
104 — — II.	844. Iun. 27.	847. Ian. 27.
122 — — III.	905. Iun. 9.	912. Dec. 6.
147 — — IV.	1009. Octobr. 2.	1012. Iul. 13.
73 Severinus	640. Maii 2.	640. Iul. 4.
60 Siluerus	536. Iun. 6.	537. Nov. 16.
34 Siluester I.	314. Ian. 31.	335. Dec. 31.
144 — — II.	999. April. 2.	1001. Maii 12.
A. Siluester	1044. Dec. 39.	1045. Mart. 8.
49 Simplicius	467. Mart. 5.	481. Febr. 10.
40 Siricius	385. Ian. 5.	398. Nov. 26.
89 Sisinus	707. Dec. 25.	708. Ian. 13.
8 Sixtus I.	117. Maii 31.	127. April. 3.
25 — — II.	257. Aug. 33.	258. Aug. 6.
46 — — III.	433. Aug. 7.	440. Iul. 24.
246 — — IV.	1471. Aug. 19.	1484. Aug. 12.
231 — — V.	1585. April. 24.	1590. Aug. 27.

	ab Anno		ad
13 Soter	162.	April. 26.	172. April. 22.
24 Stephanus I.	255.	April. 15.	257. Aug. 2.
<i>Electus</i> Stephanus	752.	Mart. 6.	752. Mart. 10.
94 Stephanus II.	752.	Mart. 19.	757. April. 16.
96 — — III.	768.	Aug. 7.	772. Febr. 3.
99 — — IV.	816.	Iun. 22.	817. Ian. 22.
112 — — V.	885.	Iul. 25.	891. Aug. 7.
115 — — VI.	896.	Maii 2.	897. Aug. 7.
127 — — VII.	929.	Febr. 1.	931. Mart. 12.
130 — — VIII.	939.	Iun. 9.	942. Octobr. 23.
156 — — IX.	1057.	Aug. 3.	1058. Mart. 29.
53 Symmachus	498.	Sept. 13.	514. Iul. 16.
9 Telesphorus	127.	Iun. 2.	138. Ian. 5.
75 Theodorus I.	642.	Nov. 3.	649. April. 20.
117 — — II.	898.	Febr. 12.	898. Mart. 3.
102 Valentinus	827.	Sept. 1.	827. Octobr. 10.
<i>Electus</i> Vicedominus	1276.	Sept. 5.	1276. Sept. 6.
15 Victor I.	386.	Sept. 11.	196. April. 20.
155 — — II.	1055.	April. 13.	1057. Iul. 28.
160 — — III.	1087.	Maii 1.	1087. Sept. 15.
A. Victor	1138.	Mart. 16.	1138. Maii 19.
A. Victor	1159.	Octobr. 4.	1164.
61 Vigilius	537.	Nov. 22.	557. Maii 17.
78 Vitalianus	657.	Iul. 30.	671. Dec. 31.
18 Vitalianus I.	222.	Octobr. 20.	231. Maii 14.
161 — — II.	1088.	Mart. 12.	1099. Iul. 29.
174 — — III.	1185.	Nov. 26.	1187. Octobr. 20.
184 — — IV.	1261.	Aug. 29.	1264. Octobr. 2.
202 — — V.	1362.	Octobr. 31.	1370. Dec. 19.
204 — — VI.	1378.	April. 8.	1389. Octobr. 15.
232 — — VII.	1590.	Sept. 25.	1590. Sept. 27.
239 — — VIII.	1623.	Aug. 6.	1644. Iul. 29.
A. Ursinus post Damasum electum Tillemontius T. 8. memor. p. 387. ff.			
93 Zacharias	741.	Nov. 19.	752. Mart. 3.
16 Zephyrinus	198.	Iun. 11.	217. Dec. 20.
43 Zosimus	417.	Iul. 6.	418. Dec. 17.

CAPVT VIII.

Scriptores de Diis, Geniis, Sanctis &c.

Antiquitatum diuisio in sacras, politicas, militares, litterarias et priuati vsus atque domesticas. 1. In sacris iterum varia consideranda; ac primo dicendum de religiosi cultus obiecto, sive Diis quibus sacra facta. 2. Gentes multae Aethiae. 3. DEI cognitio usquequaque testata. Theologiae Naturalis atque Ethicae scriptores. 4. De origine Idololatriae: et quomodo tot Gentibus placuerit multos colere Deos, quum ratio unum esse DEVM suadet? 5. Pro numine culta quascunque vel prodesse vel nocere possent, ut astra atque alias res naturales, vel homines eorumque affectiones, vel geniis ac daemones. 6. Dii et Deae, boni et mali. Solitarii et cum aliis culti Dii, ouy-Deuoi et Cabiri. 7. Varia nomina et cognomina iisdem tributa Diis, ex varia occasione. 8. Vnius summi DEI cultus. Veri DEI nomina et attributa. Cabbalistarum Sephiroth et Kelioth. Scriptores Theologiae Iudaicae. 9. SS. Trinitatis agnitae vestigia apud Iudaeos et Ethnicos. 10. Scriptores de Deastris Syrorum et aliarum Gentium Orientalium. 11. De Persarum et aliarum gentium Heliolatria. 12. De Selenolatria, cultu stellarum, elementorum etc. apud varios populos. 13. De Idololatria Aegyptiorum ac Graecorum, et vitra absurdior? 14. De Diis Romanorum. 15. Gallorum et Germanorum veterum, aliorumque populorum. 16. Scriptores de Diis gentium generales. 17. Numinum in imaginibus praesentia atque ex iis emigratio et euocatio. 18. Idolorum ornamenta, vestes, nimbi, circumgestatio, ablutio, proiectio, verberatio, execratio. 19. Deorum variae classes ac veluti gradus. 20. Dii tutelares certarum regionum, urbiumque. Vestia, Fortuna etc. 21. Dii artium rerumque variarum praefides. 22. Antonii Macedo Dii tutelares Orbis Christiani. 23. Patronatus et Praefecturae super certa vitae genera et beneficia, vel malis certis auerruncandis in Ecclesia Romana Sanctis assignatae. 24. Apotheosis et Consecratio. 25. Canonizatio, sive hominum post mortem inter sanctos relatio. 26. Scriptores selecti de Angelis eorumque ordinibus. 27. De Geniis, Laribus, Lemuribus. 28. De cultu Angelorum, Sanctorum, Eucharistiae, Crucis, imaginum et reliquiarum apud Christianos. 29.

I.

Antiquitatum genus omne et prisca moris licet quam latissime pateat, tamen ad perpauca capita commode reducitur: quicquid enim agunt homines, quos-

quoscunque ritus et mores obseruant, vel publice susceptos obeunt, vel priuatim et domi. Publici rursus vel consistunt in colendo ac piando Numine, vel in rebus ad Reip. administrationem decusque facientibus versantur, vel ad rem militarem instituendam pertinent. Singularem quoque partem sibi vindicat litterarum vsus artiumque et scientiarum exercitatio atque incrementum, Athenaea, Scholae, libri, officinae, aedificia, mercaturae, numi, opificia. Ad priuatam denique rem spectant ritus puerperii, nuptiarum, vestium victusque et instrumenti domestici omne genus, ac denique quibus fabula humanae vitae clauditur exequiae funeris et posita extinctis monumenta.

II. Singula ex his persequuntur et scriptores cuiusque argumenti de quibus notitia ad me peruenit deinceps tradituro, faciendum a sacris initium est: video autem omnia quae afferri de religiosis antiquitatibus poterunt, comprehendere posse quam optime his quatuor capitibus, vt primo referam scriptores de religioso cultus obiecto, siue iis quibus sacra facta sunt, et maiores humanis honores attributi, nec non de personis sacris atque sacerdotibus: deinde de locis sacris, templis, lucis, altaribus: tum de sacris temporibus siue festis diebus, ac denique de cultu ipso religioso siue variis generibus sacrorum, sacrificiorum, precum, diuinationum, Mysteriorum, processionum religiosarum, et modis venerandi Numinis atque *εθελοθρησκείαις* et superstitionibus quibuscunque; quae omnia compendio complexus est *Thomas Broughton* in Lexico historico omnium religionum, quod germanice versum *Dresdae 1756.* forma octopartita maiori prodit.

III. Antequam de Numinis cultu dicere incipimus, certum atque exploratum esse arbitramur, nullam gentem vel olim fuisse vel hodie vsquam esse tam barbaram et immanem, siue vt *Senecae* ¹ verbis vtamur, ita *extra leges moresque proiectam*, vt non aliquod Numen crediderit, colendumue cogitet: vnde *Plutarchus* aduersus Colotem Epicureum pag. 1125. *Si terras obeas, inuenire possis vrbes muris, litteris, regibus, domibus, opibus, numismate carentes, gymnasiarum et theatrorum nescias, αἰετὸν δὲ πόλεως καὶ αἰθέρας, μὴ χρωμένης εὐχαῖς, μὴδὲ ὄρεσις μὴδὲ μαντείας μὴδὲ θυσίας ἐπὶ ἀγαθοῖς, μὴδὲ ἀποτροπαῖς κακῶν ἐδείς ἐσιν ἢ δὲ ἐσαὶ γεγονώς θεατῆς. Ἀλλὰ πόλις ἂν μοι δοκεῖ μάλλον ἐδάφους χωρὶς, ἢ πολιτεία τὸ περὶ θεῶν δόξης ἀναί-*
es-

¹ Seneca Ep. 117. Artemidorus lib. 1. cap. 9. *ἐδὲ ἕνος ἀνθρώπων ἄθει, ἀβασίλευτον, ἄλοι δὲ ἄλλως τιμῶσι θεῶς* Confer *Aelian.* II. 13. Var. Hist. Maximus Tyritum diss. 1. Sextum Empiricum lib. 1. contra Physicos cap. 61. E recentioribus *Isaacus Barrow* Tom. 2. serm. 8. et *Bibliothèque Vniuerselle* T. 3. p. 313. II.

ἡθεῖος πικρὰ πικρῶσι, οὐρασι λαβῆσα τηρῆσαι. Urbem vero templis ditte
que careret, quae precibus, invocando, orando non placet, non bonorum
causa sacrificet, non mala sacris auertere nitatur, necio unquam vidit. Sed
facilem urbem condidi sine solo posse puto, quam opinione de Diis penitus sublata Gi-
gantem coire aut conficere. Quod vero apud Ciceronem l. de natura Deor.
c. 23. Academicus Cotta, equeidem, inquit, arbitror multas esse gentes sic im-
manitate effrenatas, ut apud eas nulla suspicio Deorum sit, frustra obicitur quum
nullam nominet, et Cicero ipse tum in hoc ipso libro c. 16. tum lib. 1. c. 13.
Tusc. quaest. et lib. 1. de legibus c. 8. affirmet adeo alte insidere omnium
cordibus sensum Diuinitatis, ut falsum multi Deum colere maluerint quam
nullum. Quae porro de Gentibus Atheis apud veteres leguntur, ut de *Theoi-
tus* apud Porphyrium lib. 2. de abstinencia ab animatis pag. 132. ex Theo-
phrastō (Simplicius p. 222. ad Epictetum vocat *Acrothoitias*) ac de *Nasamo-
nibus* apud Dionysium periegesi vers. 210. ad impios gentium illarum mores
referendum, ut de *Gigantibus* Macrobius l. 1. Saturnal. c. 20. *Gigantes quid
aliud fuisse credendum est quam hominum quandam impiam Gentem Deos negan-
tem, et ideo existimatam Deos pellers de caelesti sede voluisse?* Nam ut Cicero in
Carone Maiore c. 2. *quid est aliud Gigantium moris bellare cum Diis, nisi naturae
terrenae?* Confer Philostratum in vita Apollonii lib. V. c. 16. pag. 200.
Tales fuere Phlegyes οἱ Διὸς ἐκ αἰλέγοντες Iouem non curantes Homer.
hymno in Apollinem v. 279. qui in scholiis ad Iliad. N. 302. ἄθεοι, apud
Eustathium p. 904. ἀσεβεῖς ἄνδρες καὶ ληστῆες appellatur. De genere
quodam *Aethiiorum* ² Strabo lib. XVII. pag. 822. quod ἄθεοι νομίζονται,
ἔργα καὶ τὸν ἥλιον φασὶν ἐχθαίρειν καὶ κακῶς λέγειν, ἐπειδὴν προσίδωσιν
ἀνίσχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμῆντα αὐτοῖς, καταφύγοντες εἰς τὰ ἔλη.
Hi fuere *Atlantes* de quibus Mela lib. 1. c. 8. *solem execrantur et dum oritur
et dum occidit, ut ipsis agrisque pestiferum.* Eadem Herodotus IV. 184. Pli-
nius V. 8. Solinus c. 31. Atque haec causa quare pro Atheis haberentur,
non quod nullum Numen coluerunt. Quemadmodum Iudaeos *gentem con-
tumeliosam Numinum insignem* vocat Plinius XIII. 4. et Christiani gentibus olim
habiti in Atheorum numero. ³ De *Callaicis* siue *Lusitanis* apud eundem
Stra-

² De iisdem Nic. Damascenus apud Stobaeum ferm. 42. Ἀφῆμωντι (ἰεγ. Ἀτλαντι)
ἄθεοι ἐνέμικτοι ἐν ἔχρασι, ἥλιον δ' ἀνίσχοντι λοιδοροῦντες ὡς πάλαι κακῶς φησικῶτι. Hos
respexisse Iobum III. 8. in verbis: *exsecrantur illam (noctem) qui maledicunt diei*, verifi-
citer conlicit V. C. Io. Henricus Marius, filius, libro II. observationum sacrarum pag. 1.
& 152.

³ Vide *Elmenborstium* ad lib. 1. Arnobii pag. 12. et *D. Cbr. Kortboltum* Obrectator.
pag. 1. 2. c. 10. p. 405. ff.

Strabonem libr. III. pag. 164. ἔνοι δὲ τὰς Καλλιπῆς αἰθῆς Φασίη, nimirum quia δυσπερίμακτοι ὄντες ἀποβεβλήκασι τὸ κοινονικὸν καὶ τὸ Φιλόν. Δραπον, quod commercii carentes humanitatem exuisse videbantur, vt idem Strabo pag. 155. loquitur, qui alioqui pag. 154. testatur Lusitanos fuisse *Θυμῶν* frequentes in sacrificiis, de quo confer Lud. Nonium in Hispania pag. 143. Gallos ab omni religione alienos arguit Cicero pro M. Fontejo c. 9. seq. quam tamen nationem omnem admodum fuisse deditam religionibus testis Caesae VI. de bello Gallico c. 16. vt omittamus alia argumenta, quibus Ciceronem ex ipso Cicerone refellit *Vossius* l. 1. de idololatria c. 35. Eadem fide *Quintilianus* l. 3. c. 2. p. 221. edit. *Burmansianae gentes sine legibus* commemorat, et tamen mox inducit, natos in illis fungi legationibus, accusare et defendere. De Barbaris *Arabibus* S. Nilus narratione 3: θεὸν ἢ εἰδότες ἢ νομῶν ἢ χειρότεκτον. Mox tamen de illis addit p. 28. ἄστρον δὲ τῶ πρῶτον προσκυνῶντες καὶ δύνοντες ἀνατέλλοντι.

Non magis fidem merentur quae vel in Beniaminis Tudelensis itinera-rio pag. 58. seq. leges de Dogziinis, nullius religionis populo decem milliaribus a Tsidone: vel quae in Abrahami Perisfol itineribus Mundi pag. 183. et de iis, quos *Castros* † (a 700 negauit) velut qui Deum negant aut ignorant, vulgò appellant, quaeque et apud alios recentiores scriptores nonnulla iactantur de variarum Africae, Americae ‡ et Insularum quarundam gentium Atheismo. Nam quicumque illas ita adierunt, vt linguae et morum nationis cuiusque sufficientem notitiam sibi compararent, longe aliud de illis testantur, docentque parum tribuendum esse illorum relationi, qui vel ex ignorantione et praeiudicio falsum tradiderunt, vel plane de industria veluti atheos populos traduxerunt eum tantum in finem, vt crudelitati quae gentes illas miseris Hispani exciderunt, color aliquis quaereretur. Mirumque adeo est viro acuto *Petro Baelio* Continuatione cogitationum de cometis; Respons. ad quaest. Prouincial. T. 4. c. 11. 12. et in Dictionario historico voce *Leri*, nota A. tam facile potuisse persuaderi, vt argumentum a consensu gentium in colendo Numine petiturum floccipenderet ob tam incertas lubricasque relationes, quae merito suspectae illi debebant videri, quum plures earum

† Vide *Petri Kollen descriptionem capitis bonae spei*, Germanico editam Nymbr. 1719. fol. p. 351. 407. Idem scriptor accuratus ac diligens de Hottentorum religione praecclare p. 404. 406. seq. differit. Sicut de religione Huronum et aliorum populorum agrestium et ferorum Americae, *Iosephus Frider. Lafitau* S. I. Tomo primo operis vulgati gallice *Moeurs des sauvages Amériquains comparées aux moeurs des premières Temps*, Paris. 1724. 4. cap. quarto.

‡ Vt *Censiorum* in Africa septentrionali, de quibus *Journal littéraire* T. 2. p. 183. seq.

earum iam certis testimoniis falsi compertas non posset ignorare. Cui rei explicandae ne longius inhaeream, rogo Lectorem, ut praeter *Cudworthum* et *Martinum Fotherby* libro primo *Atheomastigis* consulat *Io. Lud. Fabricii* Theologi Palatini Apologeticum pro genere humano contra Atheismi calumniam, Heidelbergae primum 1682. 4. et deinde inter eius opera ⁶ editum Tiguri 1698. 4. p. 119. sq. *Eduardi Stillingfleet* novae Origines sacras postumas Anglice editas Cantabrigiae 1701. fol. pag. 73. seq. et V. C. *Maturini Veiffertii la Crose* Dialogos Gallice vulgatos varii, historici, literarii, sacri et critici argumenti A. 1711. 12. p. 254. sq. Nonnulla etiam huc spectantia notarunt B. *Iosua Stegmannus* in Photinianismo diss. 3. p. 24. *Valent. Ern. Loescherus* in praenotionibus theologicis, p. 4. ff. *Stephanus Nye* in Epistola subiecta libro edito Anglice, *A Discourse concerning natural and revealed Religion*, p. 228. ff. *Iac. Bernardus* in nouellis Reip. literariae A. 1705. T. 1. p. 133. et 311. seq. et A. 1707. T. 1. p. 413. seq. Memoriae litterariae Treuoltinae A. 1717. p. 36. sqq. *Andreas Adamus Hochstererus* in Exercitatione de religione naturali, Tubingae edita; *Io. Frid. Coruinus*, Pastor Hornburgensis in *Dacaru Halberstadiensis*, in corpore Doctrinae, Historiae haeresium *Godfridi Arnoldi* opposita lib. 2. c. 18. seq. *Petrus Lescaloperius* ad *Ciceronem* de natura Deorum p. 87. 88. et 713. 714. *Georgius Bullus* in sermonibus a *Roberto Nelson* editis Anglice T. 1. p. 74. seq. *Iamus Hoyerus* Diss. tribus de religione Groenlandorum naturali, Hauniae 1756. 4. in quibus ostendit, Groenlandos Deum admittere, eundemque nomine *Tongarsuck* compellare.

IV. Credamus igitur Apostolo testanti τὸ γνωστὸν τῆ θεῆ sive DEI notitiam Gentibus etiam manifestam et a DEO ipso per opera sua manifestatam Rom. I. 19. seq. a DEO inquam non cessante testatum se facere omnibus benefica manu sua Actor. XIV. 17. ut ab iis veluti palpando inueniatur. XVII. 27. Credamus sensibus ipsis Naturae quae est in omnibus hominibus vsque quaque terrarum viuentibus, atque in hoc conspirantibus ut ex contemplatione huius vniuersi eius Auctorem, Auctorisque bonitatem, potentiam et sapientiam intelligere possint: Credamus omnibus regnorum et rerump. conditoribus, qui sine religione et cura Numinis coalescere non posse ciuitates probe perspexerunt, neque adeo possent metu religioso uti ad Respublicas continendas, nisi sensum eius a natura homini iam inpatum nossent. Credamus denique animae nostrae testimonio et consensui tot scriptorum omnis aevi, quarumcunque nationum, qui licet a Iudaeorum sacris vel Christi nomine alieni tamen omnes vno ore certum faciunt et indubitatum relin-

quant, Theologiae Naturalis vestigia alto impressa fuisse esseque in ipsorum cordibus. Hoc Oriens et Occidens, et alio sole calentes terrae, hoc Americae non minus quam Asiae et Africae populi si ad eos adeas, vel si dignas fide relationes et itinerum commentarios de illis consulas, demonstrant. Hoc recentia hoc prisca loquuntur monumenta de Graecis et Romanis non modo, sed perinde et de Chaldaeis, Aegyptiis, Persis, Thracibus, Indis, Sinenfibus et nationibus quantumvis remotis ac barbaris quibuscunque. Huius rei insignia testimonia collecta videre licet in illustri Huetii Concordia rationis et fidei, in Augustini Steuchi Bugubini libris de perenni Philosophia, in Rad. Cudworthi opere eruditissimo, Anglica edito lingua Lond. 1678. fol. quod Systema verum intellectuale Vniuersi inscripsit: in Io. Michaelii Ethnophronie, Stetin. 1647. 4. et in Tobiae Pfanneri Systemate Theologiae gentilia purioris, Basil. 1679. 4. vt Theologiae Naturalis scriptores Raymundum de Sabunde, Raymundum Breganium, Theoph. Raynaudum (T. 5. Opp.) Danielem Clafenium, Steph. Klotzium aliosque larga manu adductos in Sylabo scriptorum de V. R. C. c. 19. p. 454. ff. iam omittamus. Similiter Legis quoque diuinae et iuris naturalis sensus in gentibus perspicue animaduertitur, vti ex Ethnicorum scriptis demonstratum est a Grotio, Sam. Pufendorfio horumque eruditis interpretibus.

V. De origine idololatriae, quam a Serucho ⁷ veterum plurimi, reperiunt; *Thomas Hyde* autem de relig. veterum Persar. p. 58. a temporibus Saelae et Eberi; et *Henricus Winderus* in historia ortus et progressus doctrinae, earum imprimis rerum, quae ad religionem spectant, Vol. 1. p. 159. haud longe post diluuium ortam, ast caute demum introductam fuisse putat, videnti Interpretes ad librum Sapientiae cap. XIV. atque opus eruditum *Gerh. Job. Vossii*, nec minus *Edoardi*, Baronis *Herbert de Cherbury* liber de religione Gentilium errorumque apud eos causis, ab If. Vossio Amst. 1663. 4. primum in lucem editus, et ibidem 1700. 8. recusus. Abbas *Banierius* in explicatione historica fabularum, quae tertia vice multo auctior prodiit Parisiis 1734. 2 Voll. 8. lib. 1. c. 1-3. *Pluchius* histor. caeli lib. 1. *Spiridion Ponpartus* in Epistola ad P. Tourneminum de prima idololatria, quae existat

⁷ Confer si habet Codicem Pseudepigraphum Vet. Test. p. 337.

⁸ Prima huius libri editio prodiit Parisiis 1711. 2 Voll. 12. quae editio recusa est Haegae Comit. 1713. secunda editio euulgata in eadem est Paris. 1715. 3 Voll. Germanicam versionem ad tertiam editionem accommodatam componit Vir Doctissimus *Ioan. Adolph. Schlegel*: cuius Vol. I. prodiit Lips. 1754. 8. II. ib. 1756.

in *Memoriis Trenulini* 1712. p. 1615. sqq. *Elias Amatus* in epistolis italice editis Genuae 1715. 4. *Augustinus Calmetus* in pec. Dissertatione inserta T. V. *Commentarii* in S. Cod. p. 130. seqq. ed. Paris. 1726. fol. *Sam. Wesley* in *Diss. de idololatria*, quae legitur inter eius *Diss.* in libr. Iobi, pag. 302. Londini 1736. fol. *Arthur Youngius* in libro Anglico, *An historical Dissertation on idolatrous Corruptions in Religion*. Voll. II. Londini 1734. 8. Auctor epistolarum de mythologia (*Letters concerning Mythology*.) Londini 1748. 8. epist. 17ma. Quum vero vnum Deum summum, non multos Deos summos, esse perspicuis argumentis ratio doceat, et Vniuersitatis rerum structura et harmonia ad communes fines tendens testetur, mirari aliquis possit, unde illa caligo magnae partis generis humani, ac tot populorum plures Deos colentium? Sed imprimis notandum, quod latius patuerit semper pateatque summi Numinis⁹ cultus, quod omnes agnoscunt τὴν πρωτίστην ἀρχὴν, vt inquit Proclus lib. IV. in *Timaeum* p. 286. πᾶσαι θεοποιίαι καὶ αἰεταὶ συγχωρεῦσαι εἶναι, καὶ θεὸν πάντες ἀνθρώποι καλοῦσι βασιλέα. Θεὸς δὲ ἕνός μετ' αὐτὴν, καὶ κρείων ἀπ' αὐτῶν ἐν τῷ παντί, ἐν πᾶσι πιστευοῦσιν. *Augustinus* lib. 20. contra *Fauftum Manichaeum* c. 19. *Difcat Faustus, vel potius illi, qui eius litteris delectantur, Monarchiae*¹⁰ *opinionem nos ex gentibus non habere, sed gentes non usque adeo ad falsos deos esse delapsas, vt opinionem amitterent vnus veri Dei, ex quo est omnis qualiscumque natura.* Deinde certum esse puto, plerisque omnes πολυθείας veneratores, (indoctum vulgus excipio hominum quid faciant et quid colant parum cogitantium) non aequali gradu et dignitate Deos quoslibet habuisse, sed vt *Maximi Tyrii* verbis *diss.* 1. vtar, ἕνα ἰσὺς ἀν' ἐν πάσῃ γῆ ἑμάθανον νόμον καὶ λόγον, ὅτι ΘΕΟΣ ΕἰΣ πάντων βασιλεὺς καὶ πατήρ, καὶ ΘΕΟΙ ΠΟΛΛΟΙ, θεοὶ παῖδες, συναρχόντες, θεοὶ. In hoc *leges ubique terrarum* atque *opinionem conuenire videbis, DEVM esse KNVM*,¹¹ *Regem omnium et Patrem, MULTOS aditos esse DEOS alios qui supremi illius filii sint, et quasi in Imperio collegae.* Ταῦτα δὲ ὁ ἑλλην λέγει, καὶ ὁ βασιβαρετα λέγει, καὶ ὁ ἠπειρώτης, καὶ ὁ θαλάττιος, καὶ ὁ σοφὴς, καὶ ὁ αἰσιόδος. In eo *Graccus cum Barbara, mediterraneus cum insulano, sapiens consentit cum stulto.* Cum *Maximo Tyrio* consentit *Clemens Alexandrinus* *Strom.* lib. 5. pag. 729.

Q 9 3

⁹ *Lactantii, Minutii Felicis et Tertulliani* testimonia exstant apud *Baltusum* in libro Gallico *Jugement de SS. Peres sur la Morale de la Philosophie payenne*, pag. 11. 1qq.

¹⁰ *Monarchiam Augustinus* vocat cultam vnus summi Numinis contra ethniorum πολυθεϊαν et duo *Manichaeorum* principia. Confer *Philonis Iudaei* librum *περὶ μετεχέως*.

¹¹ Vide *Nicol. Cusanum* de pace fidei c. 6. p. 685. Opp.

et 30. edit. Oxoniensis 1715. fol. cuius haec sunt verba: Τῶν ἀνθρώπων πάντες Ἕλληες τε καὶ βάρβαροι, γένος δ' οὐδὲν ὀνόμαϊ τῶν γεωργούντων; ἔστε νομαῖδων, ἀλλ' οὗτε τῶν πολιτικῶν δυνάται ζῆν, μὴ προκατελιμένον τῇ τοῦ κρείττους πίσει διὸ πᾶν μὲν ἔθνος ἑώων, πᾶν δὲ ἐσπερίων αἰνόμενον, ἢ βόρειον τε καὶ τὰ πρὸς τῷ νότῳ πάντᾳ, μίαν ἔχει καὶ τὴν αὐτὴν πρόληψιν περὶ τοῦ κατασησαμένου τῆν ἡγεμονίαν. ἔγωγε καὶ τὰ καθολικώτατα τῶν ἐνεργημάτων αὐτοῦ διαπεφάσθηκεν ἐπ' ἴσης πάντα. πολὺ δὲ πλεόν ἐι παρ' Ἕλλησι πολυπράγμονες οἱ Φιλόσοφοι, ἐκ τῆς βαρβαρίου ἐρωάμενοι Φιλοσοφίας, ἀοράτω καὶ μόνῳ, καὶ δυνατωτάτῳ καὶ τεχνικωτάτῳ, καὶ τῶν καλλίστων αἰτιώτάτῳ τὴν πρόνοιαν ἴδουσαν. *Homini- num genus uniuersum in Graecos Barbarosque diuiditur: quorum e numero, nulla prorsus usquam aut agricolarum aut pastorum, ac ne eorum quidem, quae in ciuitate degunt, natio est; quae vitam, absque eo, quod eius mentem Naturae superioris fides occuparit, ducere tuerique possit. Itaque populi omnes, siue orientem colant, siue littora occidentis ultima teneant, siue ad septentrionem, siue ad meridiem habitent, unam et eandem eius, a quo institutum hoc imperium est, anticipationem habent: quum loca pariter et aequaliter omnia, generales quaeque vis illius effectricis actiones complexae sint. Sed tamen curiosi illi e Graecis Philosophi, Barbarorum permoti philosophia, multo magis illi, qui nec oculis cernitur, et solus ideam ac praepotens et sapientissimus artifex est, summusque rerum pulcherrimarum auctor, prouidentiam tribuerunt. Similem in modum Clemens Romanus homilia X. 14. p. 688. ἐνός, inquit, ὄντος τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν τῶν ὑποκειμένων ἐξουδιῶν λόγον Θεοὶ εἰσιν, ὑποκείμενοι μὲν ἐκείνῳ, ἰδιοικούντες δὲ ἡμᾶς. Quum vnus sit magnus Deus, instar Caesaris, et ipsi ad similitudinem minorum potestatum Dii sint, et quidem subiecti, nostri tamen gubernatores. Hanc ipsam sententiam plurimis quorum notitia ad nos peruenit gentilium philosophis fuisse vberius atque erudite ostendit Radulphus Cudworthus capite quarto veri systematis intellectualis vniuersi. Plures igitur inferiores Deos veluti prouidentiae Diuinae et gubernationis Mundi administratos et Angelos sub vno DEO summo Demiurgo venerandos sibi duxerunt, inque horum cultu ferme fuere frequentiores, siue quod supremum illum nulla cogitatione attingendum nulla satis digna prosequendum veneratione, adeoque omni cultu externo superiorum esse solo mentis recessu intimo venerandum et admirandum existima-*

rent:

¹¹ Thomas Gale ad Iamblichum de Mysteriis Aegyptior. p. 199. *Constat ex libro Cyrilli contra Iulian. Porphyrium existimasse, solos Deos mundanos colendos esse, non autem supremum illum. Fuit et haec pluriuorum ex Schola Platonica opinio. Confer eundem.*

rent: fuit quod inferioribus Diis commissam crederent a summo illo mundi administrationem, cultumque omnem qui his tribueretur in supremum illum Regem omnium et parentem existimarent redundare. Ac quum DEI ipsius inuisibilis formam ignorarent, et vellent tamen habere aliquid in quo cogitatio subsisteret et sensus ipse haerere posset, multa eius symbola et imagines siue in rebus naturalibus quaesiverunt, siue ipsi commenti sunt, in quibus potentiam Numinis colerent, ideam saepe sub multis nominibus et formis atque imaginibus, Deumque ut ita dicam *μυριώνυμον* et *μυριόμορον* venerati. Confer *Michaëlis Mourguet* S. I. Professoris Tolosani Systema Theologicum Pythagoreismi et aliarum sectarum apud Ethnicos, Tolosae 1712. 8. Gallice editum; De origine vero alterius generis Idololatriae ex ambitione vel superstitione nati, qua defuncti homines diuinis affecti honoribus sunt, *Augustinum Calmet* Benedictinum Monachum in diss. adiuncta commentariis in Sapientiae librum, itidem Gallice vulgatis, atque alios interpretes ad libri Sapientiae cap. XIV. et *Iohannem Fals* τὸν *μακαρίτην* notis ad Gyraldum de sepultura Veterum T. I. Opp. Gyraldi pag. 698. seq. S. R. *Christi. Aug. Crusius* Diss. prima de superstitione, quae tertia est de dissimilitudine inter religionem et superstitionem idololatriae originem ab hisce duabus causis repetit; a corrupta derelictaque religione patriarchali, et mutilato nec recte intellecto verbo diuino caelitus reuelato.

VI. Non mirum itaque est adeo, quod dum in inferioribus haeret mortalium cogitatio, tam multos tamque passim diuersos, sibi Deos colendos deligere potuerunt: quicquid enim vel prodesse vel obesse sibi insigniter posse intelligebant, hoc religioso cultu prosequendum sibi duxerunt, idque tanto magis et impensius, quo efficacius illorum sensu tangebantur, vel quo praesentiozem cuiusque ad iuuandum vel vicissim ad nocendum vim esse fuerunt

dem Galeum p. 266. vbi inter alia assert haec Luctatii ad IV. Thebaidos: *Infiniti autem Philosophorum, Magorum Persae item confirmant, tenera esse praeter hos Deos cognitos qui coluntur in templis, alium principem et maxime Deum caeterorum numinum ordinatorem.* Theodoritus in Coloss. II. 18. docet canonem decimum octauum concilii Laodiceani oppositum iis esse, qui angelos colebant ex *κατανοησύνῃ* professi, *ὡς ἀόρατος ὁ τῶν ἑλῶν Θεὸς ἀνίφικτός τε καὶ ἀκατάληπτος, καὶ προσκαί διὰ τῶν ἀγγέλων τῆν θείων τυφάνων πραγματευόμενος.* Confer *Iac. Rhenferdi* Diss. de statu et aris Dei et hominum interuentis. Opp. philolog. p. 696. sqq. Plura in hanc sententiam Stillingfleetus in Originibus sacris nouis postumis p. 74. 75. 76. *for this was a principle among many nations, that the supreme God was to be Worship'd only by acts of the Mind and that external Worship was only for lesser Deities.* Description de l'Isle Formosa par *G. Psalmanaazaar* pag. 34. *Ils enseignent à ne reconnoître qu'un seul Dieu, que les Peuples croient si grand et si redoutable, qu'ils n' osent lui faire aucun sacrifice: mais ils ont établi le Soleil pour l'objet de leur culte etc.*

fuerunt persuasi. Hinc frequentissima Spirituum, Daemonum, Seniorum adoratio, de qua Vossius libro I. de Idololatria, tum veneratio Mundi ipsius et Naturæ, de qua idem lib. VII: atque Persas in igne nihil aliud quam animam mundi coluisse coniecit. *Benedictus Aueranius* Diss. 72. ad Anthologiam, T. I. Opp. p. 184. sq. nec minus Solis, Lunæ et Stellarum, elementorum item vt telluris, fontium, fluviorum, ignis aliarumque rerum naturalium, de qua idem Vossius lib. II. et III. Consimiliter religiosus cultus ipsis tributus hominibus, non tantum qui vel egregii aliquid reperissent, vel magnis rebus gestis admirationem sui late circumtulissent; sed etiam quos amor¹³ vel adulatio vel fraus vel metus religiose venerandos suavit obtulitque. Hinc Mythologiae plerasque Poetarum veterum de Diis ad historicum sensum reuocant, et de Principum rebus interpretantur Viri Clarissimi *Io. Clericus* ad Hesiodi Theogoniam, et in dissertationibus de Hercule, Venere, Adonide etc. quas Gallice scriptas Bibliothecæ vniuersali inseruit: *Paulus Pezron* in Antiquitatibus Celtarum jtidem Gallice editis, *Renatus Josephus Turnemine* S. I. in dissertationibus variis quæ sparsim intextæ leguntur Memoriis literariis Treuolinis, et *Bauneri* in explicatione Historica fabularum; et nouissime auctor libri, germanico sermone euulgati: *Erstauerte Geschichte der Götter und Helden; welche in den Schöpfen der Alten nach den fabelhaften Götterlehren behauptet worden sind.* Francof. et Lipsiæ. 1753. 4. Ex deprauata a gentibus populi Iudaici historia fabulas earum de diis repetunt Bochartus, Huetius, Croesius, Huetius, Dickinsonus, Mirus et nouissime *Lauaurius* in historia fabularum gentilium de diis cum historia sacra collata, gallice edita tom. duob. Parisiis 1730. et rec. Amstelod. 1731. 8. atque in Germanorum sermonem conuersa studio Ioan. Dan. Heyden. Lipsiæ. 1745. 8. Neque infrequens cultus religiosus faeminarum, vt apud Gallos et Germanos de quo Sponius p. 105. 106. Miscellaneor. et Nicolaus Chorierius in Viennensium Antiquitatibus. De cultu Heroum adeundus Vossius VII. 9. seq. Astrorum cultum fuisse idololatriam omnium antiquissimam et a Chaldaeis atque Aegyptiis originem duxisse disputat *Spiridion Poupert* in Epistola ad Turneminum paullo ante citata. Etiam animantes brutas ob hanc causam cultas passim constat, quod vel vtilia et praeclara quaedam homines¹⁴ docuerunt, vel ad vitam singulares praebeant vsus, vel singulari aliqua polleant virtute benefica, noxiaue. Quo de argumento plura nossemus forte, si exstaret *Labconis* liber *de Diis animalibus* quem laudat *Seruius* in

¹³ Vide interpretes ad libr. Sapientiae XIV. 15. et *Mongaulti* diss. de sano Tulliae a patre excitato *Tomo secundo memor. acad. Inscript. p. 473. ff.*

¹⁴ Confer Baconem de Verulamio lib. V. cap. 2. de augmentis scientiarum.

in 3 Aeneidos. Quanquam ex eodem Servio constat appellari animales quod de animis fiant. Plurima quoque et p̄rerudita sunt quae de iisdem docet Vossius lib. 3. et 4. Idem de cultu plantis et rebus inanimatis exhibitio videndus lib. 5. et 6. et de virtutibus ac vitiiis, valetudine, morbis aliisque affectionibus rerum hominumque religiose cultis libro 8, et de imaginibus atque symbolis Deorum libro 9. Quanquam si recte rem putemus, animalia quoque, plantas et alias res contemptiores naturales, rerumque affectiones et ipsas pro symbolis potius diuinitatis cultas, quam ipsamet pro Diis habitas a gentibus, (certe a cordatioribus inter illas hominibus) existimauerim, quod de Aegyptiis certe dubitare nos haud finit Plutarchus libro de Iside et Osiride. Id quod e recentioribus erudite ostendit *Frider. Sam. Zicklerus* in comm. de Aegyptiis, bestiarum cultoribus. Ienae 1756. 8. Ceterum, de cultu animalium apud veteres confer. *Valentini Alberti* Diss. de cultu idololatriae bestiarum. Lips. 1669. De piscium cultu *Frider. Lebrecht Goetze*. Lips. 1723. De cultu serpentum *Georgius Philippus Olearius*. Lips. 1713. *Ioan. Christ. Koehius*. ibid. 1717. pluresque alii, quos magna copia sistit *Ioan. Ern. Imman. Walchius* Diss. de Deo Melitensium § 13. pag. 42. De origine cultus serpentum disputarunt *Vricl. Freudenbergerus* et *Gabriel Hürnerus* Tempe Heluet. T. 1. sect. 1. p. 72. sqq. et sect. 3. p. 419. sqq. De lapidum cultu *Gisbertus Cuperus* ad verba Lactantii c. 11. de mortibus persecutorum: *Deorum montium cultrix*; et *Io. Gottl. Bidermannus* in otii litterariis P. 1. p. 314. sqq. De montium cultu *I. G. Graevius* ad Suetonii Vespasian. p. 821. *Ioan. Clericus* ad 1 Reg. XX. 23. *Ioan. Jac. Bosius* de Carmelo monte et Deo. Lips. 1740. Ceterum varios gentium errores, multiplicesque ineptias parum religiosas circa Deos, eorum cultum, et tributos hominibus rebusque vilioribus diuinos honores persequitur *Iohannes Sartorius*, Professor Gedanensis, in schediasmate de Hypocriſi Gentilium circa Deorum cultum. Lipsiae 1713. 4. Videnda etiam *Ioannis Fileſaci* diatriba de Idololatria Magica, in eius variis opusculis excusis Paris. 1614. 8. *Wilb. Kingius* in libro Anglico sermone composito: *Discourse concerning the inventions of men in the Worship of God*: cuius septima editio prodijt Londini 1728. 12. *Matth. Brouerius de Niedeck* in Diss. de populorum veterum ac recentiorum adorationibus. Amst. 1713. 8. De supplicationibus veterum Romanorum disserunt *Barn. Briffonius* lib. secundo de formulis sollempnibus P. R. et *Iac. Pontanus* IX. 1. Philocaliae p. 123. De more Deos colendi laceratione et incisione corporum ac vulneratione *Ioan. Clericus* ad 1 Reg. XVIII. 28. De diis haeredibus ex testamento apud Romanos pecul. Diss. egit *Franciscus Car. Conradi*. Lips. 1725.

VII. Sexum in Diuinis ¹⁵ commentum sunt plerique vel hominum similitudine ac modulo Numina formantes metientesque, vt Epicuri schola, quam confutat L. Cotta apud Ciceronem lib. I. de Natura Deorum c. 27. 32. et 34. vel potius vt duo illa quibus omnia constant vim actiuam quidem et effectricem Deorum, passiuam vero facultatem et materialem causam Deorum nōmine significarent, et quum Numina sua confunderent cum natura rerum, statuerunt Deos ἀρρενοθήλους, mares simul feminasque, hoc est qui soli ad rerum generationem conferrent hoc, quod in hominibus et ceteris animantibus mas et femina. Dilucidius hoc pateret si ad nos peruenisset liber Hipparchi Stagiritae, quem Aristorelis discipulum Suidas testatur scripsisse librum τί τὸ ἀρρενὸν καὶ θήλυ τὸ θεοθεῖς, καὶ τίς ὁ γάμος; de eo quid mas et femina sit - - inter Deos, et quae eorum nuptiae? Expendenda interim quae de τερῶ γάμῳ disputant Pythagorici et Orphici. Et quod iisdem Pythagoricis vnarius numerus virtute est ἀρρενοθήλυς, actu ἀεὶ ἀμῆ πατήρ, binarius μήτηρ, et ex his ortus numerus tertius ἀρρενοθήλυς; Pseudo Hermeti quidem DEUS ἀρρενοθήλυς vocatur et ex Platonice ipsi Synesio quantumuis Christiano. Iulio Firmico pater omnium et mater. Confer Voffium Theol. Gentil. VII. 6. *Dauidem Millium* Diss. selectar. IX. 35; seqq. p. 290. sqq. *Benedicti Aueranii* Diss. 25. in Virgilium, T. 2. Opp. pag. 163. sq. Similiter Dii Aegyptiorum de quibus Plutarchus, VIII. 1. sympof. Chaldaeorum item et Phoenicum, quemadmodum notat Io. Croius in specimine coniecturarum ad loca quaedam Irenaei, Origenis etc. Confer Casaubonum p. 73. ad Baron. Ioannem Rualdum animaduersione 42. ad Plutarchum p. 132. et Theoph. Raynaudum T. 11. Opp. p. 173. Apud Horapollinem l. 1. c. 12. Dii ἀρρενοθήλους praecipue Vulcanus et Minerua: adde Ioan. Corn. Pauw notas p. 295. et Hoëschelii p. 203. Bacchus καὶ ἀρρεντε καὶ θήλυς ὁ θεὸς ὡς φασιν, inquit Aristides Orat. in Bacchum T. 1. p. 52. de quo plura Tristanus T. 2. pag. 261. seq. et de aliis Graecorum Romanorumque Diis Viri praestantissimi Gisbertus Cuperus in ἀποθεώσεις Homeri p. 227. seq. et Io. Carolus Schottus in noua explicatione eiusdem ἀποθεώσεως, Gallice edita Amstelod. 1714. 4. p. 52. seq. vt Aeones Valentinianorum ἀρρενοθήλους taceam, de quibus praeter Croium libro laudato, Petauus ad Epiphanium pag. 67. et D. Hooperus Episcopus Bathoniensis et Wellensis in coniecturis de Valentinianorum haeresi quam ex Aegyptiorum Theologia illustrat, Lond. 1711. 4. His praeter Interpretes Irenaei et Tertulliani addes vbi lubebit et examinabis tradita a Souuerainio in libro Gallico, le Platonisme dévoilé p. 70. 84. seq. 93. etc. Mundus

¹⁵ De Cabbalistic et Christianis, Spiritui sancto femineum sexum tribuentibus dixi in Codice Apocrypho Noui Test. p. 361. seq.

αἰθερόθηνος Iarchae Philosopho Indo apud Philostratum lib. 3. cap. 11. de qua sententia conferendus Vossius VII. 6. de idololatria. Nota verus formula *sive DEus sive Dea es*, de qua Briffonius p. 54. libri de formulis et Tiracquellus libro de retractu pag. 81. b. seq. Dii Patres et Deae matres. Idem Briffon. p. 44. Dii *πατέρες* et *μητέρες* Vales. p. 18. ad Harpocratonem. *Θεοὶ* et *Θεαί* sive vt Homerus et Orpheus apud Proclum vocat, *Θεαυαί*. *Δαίμονες* et *Δαιμονίδες*, *Τιτᾶνες* et *Τιτᾶνίδες*, Anculi et Anculae, Diis in Sole masculis respondentes Deae *σελήνιοι*. Vide Proclum in Timaeum lib. 1. pag. 15. lib. 2. p. 67. seq. lib. 5. pag. 291. 294. Saturno respondent Rhea, Mater Deum, Idaea Mater, Latia etc. Ioui Iuno, Diana, Pallas, *Ἀθήνη* sive Minerua, *Vulcano* Maia et Proserpina, *Marti* Venus, Mola, et Nerie: *Caelo* Terra et Ceres, *Isis Osiridi*, *Thetys Oceano*, *Salacia Neptuno*, *Quirinó* Hora, *Iurite Quiritio*, *Satyris Panibus Faunis* Nymphae: Heroibus *Ἡρώιδες* sive *Ἡρώϊναι*, vt notatum Ezech. Spanhemio p. 253. seq. ad Callimachum. Virilibus *Geniis* muliebres sive Iunones, de quibus Sponius pag. 83. Miscell. vt innumera alia Dearum nomina omittam. Vide et Gellium XIII. 22. et Alexandrum Morum in notis ad nouum Foedus ad Actor. XVII. 18. Obserues etiam in veteribus inscriptionibus non tantum monumenta posita *Dii Manibus*, sed etiam *Manibus*, vt *Moerabus*, (*μοίραος*) vt notauit Claudius Dausqueius p. 107. operis eruditi de Orthographia. Etiam in numis non modo Liber Bacchus est sed et Libera, nec modo Venus Dea sed Deus quoque, Venusque mascula et barbata, v. *Selden.* de diis Syris Syntagm. II. c. 2. et 4. et *Boxhorn.* T. 5. Thef. antiqq. Rom. Graev. p. 936 957. Sic Luna Dea et Deus Lunus de quo Casaubonus et Salmastius ad Spartiani Caracallam cap. 7. Hugo Grotius ad Esaiæ LXV. 11. Isaacus Iaquelotus diss. de existentia DEI p. 4. et quae dixi in Menologio sive libello de Mensibus cap. 2. Ceterum caue, ne cum Casaubono, Cupero, aliisque putes, *ὁ μήν*, quod saepe mensis diuinis honoribus cultus est, Deum Lunum statim significare, v. *Iablonskium* in comm. de Remphah p. 89. Nota quoque Fortuna barbata virilis aliaque muliebris in Sponii Miscellaneis erudite antiquitatis pag. 104. Philoni, lib. de Abrahamo pag. 285. Virtus *ἀρετὴν φύσει*, quia in agendo consistit, *λογισμὸς ἤλυ*, quoniam in percipiendis, quas diiudicat, versatur ideis.

Sententia horum qui sexum in Diuinis vel Deum *αἰθερόθηνον* statuunt, valde affinis est illorum opinioni, qui vel duo putant esse contraria omnium rerum principia coaeterna, bonum et malum, vel DEum esse existimant non modo caussam et demiurgum sed quoque materiam vniuersi. Vterque error dici non potest quam longe lateque inualuerit iam olim, et hodie passim serpat.

Posteriorem hunc maxime nostra aetate in crustavit Spinosa, a quo Cabbalistas nonnullos non alienos esse docuit Henricus Morus in fundamentis Cabbalae T. 1. Opp. Philosoph. pag. 523. et Io. Georgii Wachteri liber, qui inscribitur Spinofismus in Iudaismo. Amstelod. 1699. 8. D. Ioh. Franciscus Buddeus in Philosophia Hebraeorum p. 325. seq. et *Iac. Rasmagius* in Historia Iudaica Gallice edita lib. 4. cap. 7. T. 3. p. 86. sq. Eodemque tendere dogmata Philosophorum, unitatem et immutabilitatem omnium rerum statuentium vel motum negantium, ut Zenonis Eleatae, Xenophanis, Melissi, Sorani, Stilponis, Plotini, Iamblichii, Procli, Aristotelis, Abaelardi, Scotistarum, Caesalpini, passim disputat in Lexico suo Historico Petrus Baelius, qui Japonenses quoque Spinofismo suffragari contendit: quemadmodum in Hallensium observationibus selectis T. 1. p. 346, Spinofistis accensentur etiam ii Philosophi, qui ut Stoici DEum statuerunt esse mundi animam. A Iacobo Boehmio similiter loca Epistolae ad Romanos¹⁶ XI. 36. et I Cor. VIII. 6. ita intelligi, ut DEus materia vniuersi constituatur, qui omnia ex se per emanationem produxerit, quin imo hoc ipsum esse totius Bohemianismi et enthusiasmi atque fanaticismi inter Ethnicos, Christianos et Muhamedanos fundamentum, omnia ex DEO materialiter promanare, atque in illum iterum reuoluenda, identique sensisse olim Chaldaeos, Aegyptios, Sabios, Orphicos et plurimos e Graecis, nec minus Indos, Gallorumque Druidas et alios bene multos, atque hanc ipsam fuisse originem idololatriae, ut in rebus naturalibus DEum se recte colere plerique opinarentur, fute atque erudite docet D. Abrahamus Hinckelmannus *ὁ μακάριος* in detectione fundamenti Bohemiani, vulgata Germanice Hamb. 1693. 4. Obseruandum tamen est, non omnes qui dogmata nonnulla quae Spinofismo suffragari videntur, amplexi forsasse sunt, illico etiam totam Spinosae *αθεότητα* probauisse, aut atheis ideo adscribendos esse, quum DEum causam efficientem et moderatorem vniuersi, ab vniuerso ita ut animam a corpore distinctum, scelerumque vindicem ac virtutis remuneratorem agnouerint: aliis etiam praeter rem dogmata illa impingi, ut Hippocrati, vel ut Plutarcho, qui tamen aduersus Stoicos p. 1075. diserte docet diuinae perfectioni esse aduersum, ut in communi *ἐπινοήσας* vniuersi in Iouis essentiam omnia redeant atque in ea consumantur. Confer quae de Plotino notauimus lib. 4. Bibl. Graecae c. 26. p. 150. Nam impudentiam Io. Tolandi¹⁷ omitto, qui in originibus Iudaicis Mosen ipsum Spinofistis accensere non dubitauit. Altera

¹⁶ Non causam materialem, sed efficientem tantum, notatam ab Apostolo, recte mouit S. Basilus libro de Spiritu S. cap. 4.

¹⁷ Tolandum consuetudinem in se suscipere plures viri doctissimi ut *Io. Franciscus Buddeus*

Altera sententia de duobus principis distinctis coaeternis bono vno, altero malo non minus late serpsit olim, viresque agit hodie, propter duas causas potissimum, quia plerique sibi persuaserunt ex nihilo fieri nihil posse, et DEum optimum, malorum quae obseruantur in vira, causam esse non posse. Sed nihil posse fieri ex nihilo, nemo demonstrare haecenus potuit, licet rationi aperte aduersetur credere quod a nihilo aliquid factura fuerit. At enim ab omnipotente causa potuit aliquid condi ex nihilo, uti cogitatio nostra quando vult ex nihilo veluti condit ideas. *Malum* nullum datur cuius causa DEus sit, sed quam primum sub DEO aliquid ponitur, iam non est DEus h. e. caret summa illa perfectione quae priuationi nulli boni per naturam obnoxia est, aut libertatem fortita nulli subiacet possibilitati vt ita dicam libertate illa abutendi. Posito numero pari ponitur quoque impar, positaque luce creata ponuntur etiam tenebrae, licet tenebras non condiderit DEus, non magis quam coecitatem. ¹⁸ Illa porro vt potentia ita sapientia ac bonitate se testatus conditor perfectissimus est, vt pro consilio suo et finibus quos sibi proposuit quam optima fecerit et pulcherrima, quam pulchritudinem magis etiam miraremur, si possemus vniuersi rationes et leges totamque omnis aevi durationem et consequtiones mente complecti, qui in minuta saepe particula haerentes passim coecutimus, et pro malis habemus quae in se mala non sunt, faciuntque ad maius bonum maioremque pulchritudinem. Sed quemadmodum quotidie videmus ridicula ferri iudicia de consiliis Principum ab iis, qui ex priuatis commodis illa metiendo intimas eorum rationes ignorant, sic longe absurdus ¹⁹ reprehenditur ab nobis homuncionibus prouidentiae diuinae

Rr 3

sapien-

deus in Historia Ecclesiastica Vet. Test. in programmate de Origine Gentis Hebraeae et in praefatione ad Io. Laur. Mosheimii librum Tolandi Nazareno oppositum. Hamib. 1721. 8. *Salomo Deylingius* Obseruat. sacr. parte 2. sub init. *Io. Gottlieb Carpzovius* programmate inaugurali vulgato Lipsiae. 1713. *Idem Foyus* in defensione Religionis, Ultraieci. 1709. 8. *Elias Bonrifi* in Miscellaneis obseruationibus aduersus Tolandum, Gallicae editis, Delphis 1712. 8. *Morinus* in Epistola ad Huetium in Tilladeti collectione, T. 1. diss. 5. p. 369. seq. adde T. 2. p. 231. et Memorias litterarias Treuoltinas A. 1709. Septembr.

¹⁸ Doctrina vera de diabolo malisque spiritibus parum cognita, fuit ante Christum, vnde Lactantius VI. 6. ait, mirum non esse, quod Ethnici omnes, quid esset bonum, quid malum ignorauerint, qui nec Deum, nec aduersarium Dei scierint. *Hinc Arnobius* lib. 2. p. 53. edit. Lugd. 1651. 4. de daemionibus crudeliter saeuis: et ante Christum inuaganti et ab solo fonte detecti. Et Cellus Christianorum doctrinam de diabolo, et satana non dubitat grauis erroris arguere, *σφάλματα δι' ἀσβήσασα ἄρτα*. vt Origenem contra Celsum lib. 6. p. 303. Arnobii loco male abutitur Thomas Woolston Diss. 2. de miraculis p. 41. cui vitia totidem sunt satanae, lib. p. 43. et 46.

¹⁹ Confer Nazianzenum Orat. 16. p. 260. seq.

sapientia et iustitia, qui infinitesimam eius partem et ea quae ante pedes nostros sunt haud capimus.

BONI DEI Nomina siue symbola sunt:

1. apud Persas *Orimazes*:
2. apud Aegyptios *Osiri*:
3. apud Graecos et Romanos *Iupiter Diouis*, Democrito *Beneficium*.
4. apud Philosophos *DEus, Lux, ignis, vitas*. Vide Simplicium in 3. Physicorum Aristotelis p. 98.
5. apud Manichaeos et alios haereticos ²⁰ *Duitas, Pater Iesu Christi, DEus Novi Test.*
6. apud Cabbalistas diuinae *Sephiroth*:
7. apud Formosanos *Tamagisanba etc.*
8. in Malembae regno *Zampoango*.

MALI PRINCIPII numina siue symbola:

1. apud Persas *Arimanius*. Confer Plutarchum de Iside p. 369. seq. *Abernam* Herbelot p. 71. et 100, Bibl. Oriental:
2. apud Aegyptios *Typhon*.
3. apud Graecos et Romanos, *Pluto, Cacodaemon, Vacuus, Dis, ἀνοργή-παι* Ⓞ *ἄδης, DEus auerruncus*. Democrito *Poenas*. Plinius l. 2. c. 7.
4. apud Philosophos, *Materia, tenebrae, nox, mors, nihil*. ²¹
5. apud haereticos; *Creator, Demiurgus, Deus Vet. Test. ἀρχων ἡ κόσμος* *της*.
6. apud Cabbalistas, *Kelisoth, Sammael*.
7. apud Formosanos *Sariasing*, apud Chineses *Ioofie*, Sclauorum *niger DEus, Sceriteboch. etc.*
8. in regno Malembae, *Buembae*. v. Acta Eruditor. 1726. p. 330:

Quam multi dogma hoc de duobus principiis Deo bono vno, altero malo, vel quod idem ferme est, de Hyle siue materia mali principio; Deo coaeterna, probauerint olim, praebentque hodie; consulendi *Iacob. Thomaeus ὁ μακα-*

²⁰ Prudentius in Hamartigenia v. 37. haereticos qui duos contrarios Deos inducebant vocat. *Duitas*; quas recentiores quidam minus commode *Dualistas*. Hi fuere Simoniani, Marcionitae, Valentiniiani; Manichaei, Paulliciani etc. Vide Thomam Itigium de haeresiarchis; Petrum Kingium, Ictum, in historia Symboli Apostolici, a quo Kingio, ut hoc in transcurso notemus; diuersus est Guillielmus Kingius, primum Episcopus Drensis, post Archiepiscopus Dublinensis, cuius extat liber insignis, *de origine mali*, post editionem Londinens. 1702, excusus Bremae 1704. 8.

²¹ De Magorum doctrina lumen et tenebras pro duobus principiis venditantium vide Pocockii specimen historiae Arabum.

μακαρίης in schediasmate Historico Lips. 1666. 4. p. 23. seqq. et libro de Stoica Mundi exultione Lips. 1676. 4. p. 29. sqq. 77. 162. seq. *Balthasar Beckerus* Libro 1. mundi fascinati, *Petrus Badius* in Lexico suo et aliis scriptis passim, atque inprimis *Io. Christ. Wolfius* in Manichaeismo ante Manichaeos, et inter Christianos rediuiuo Hamb. 1707. 8. et *Isaacus Beausobrius* in historia critica Manichaeorum et Manichaeismi. Amstelod. 1734. 4. Ab illis disingendi essent Persae veteres, si quod Thomas Hydeus in Historia religionis veterum Persarum p. 161. sibi persuasit, alterum mali principium posuissent creatam: Sed nihil tale ex Plutarcho et aliis veteribus colligas. ²²) Eorum autem qui nostra aetate, qua controuersia difficillima de origine mali a plurimis eruditissimis hominibus in omnes partes agitata est, vnitatem DEI bonitatemque et prouidentiam insigniter vindicarunt, iuuat vel vnum laudare illustrem Leibnitium, eiusque Theodiceam siue specimen de bonitate DEI, libertate hominis et origine mali, editum Gallice Amstelod. 1710. 8. et vltima vice Gallice recusum. ibid. 1734. 8.

Frequens et hic humanae mentis error, Deos malos et Cacodaemones inprimis putare colendos ne noceant, cuius rei multa exempla reperire licet apud Vossium lib. 1. de Idololatria c. 8. Theophilum Raynaudum T. 8. Opp. p. 530. sq. et in *Alexandri Rossacii* variis religionibus siue religiosis cultibus orbis terrarum, quem librum ex Arabica lingua Germanice vertit Albert. Reimarus Lubecensis, Amst. 1668. 8. et Gallice Thomas le Grue Amst. 1666. 4. atque in *Abrabami Rogeri* ianua aperta Ethnicismi, doctisque *Christophori Arnoldi* ad illum librum ex Belgico Germanice translaturum animaduersionibus, Norimb. 1663. 8. et denique in splendido opere de caerimoniis et ritibus omnium populorum. Amstelod. 1723. fol. Non tamen huc facit inscriptio verus apud Gruterum p. CXXX. 4. quae a Clariss. Struuius p. 83. Antiquit. Rom. allegatur, nam pro KAL. AELIONIN. DI. IR. quod de *Diis iratis* vir doctus explicauit, legendum est L. AELIO CAESARE, vt in noua Gruterianae operis editione ex Reinesio recte est annotatum.

Porro colebantur vel Dii singuli, vel plures iunctim, qui eam ob causam dicti *σύνθετοι, πάρεδροι, σύνθετοι, σύντατοι, σύμβουτοι*, quod thronos, cultum, templa, aras communes ac consociatas habebant, de quibus conferendus Stephanus le Moyne notis ad Varr. sacra p. 382. Salmassius ad aram Herodis Attici, Gisbertus Luperus in obseruationibus IV. 3. et libro de Harpocrate p. 149. 152. *Georgius d. Arnaud* in comment. de diis Paredris Hagae Com. 1732. 8. et rec. in *Io. Robeni* Supplementorum vtriusque thesauri antiquitat. T. 2.

²² Conf. Iac. Bruckerum, virum in historia philosophica hodie principem, Hist. Crit. phil. T. 1. p. 183. vbi, qua ratione haec controuersia componi possit, doctè ostendit.

T. 2. p. 733. Ioan. Frider. Gronovius in commentatione de Honore et Virtute Diis affessoribus, inserta Actis Soc. Lar. Jenensis Vol. 2. p. 92. ff. *Cabiros*,²³ quoque Deos socios interpretatur V. C. Hadrianus Relandus diss. 1. Miscell. V. Traiecti 1706. 8. atque ita dictos observat Dioscorus Castorem ac Pollucem, nec non inferos Deos Cererem, Proserpinam, Plutonem ac Mercurium. Confer si placet Joannis Antonii Astorii [Cti. Veneri] dissertationem de Diis Cabiris, vulgatam Veneriis 1703. 8. auctius reculam in Poleni Supplementis T. 2. p. 873. & Tobiae Guthberleti diatribam de Mysteriis Deorum Cabiorum, Franequer. 1703. 8. ac in Poleni supplem. T. 2. p. 825. adde L. F. Vaillandi Diss. de Diis Cabiris. Etiam huc referendi videntur Dii adhaerentes, de quibus vide Gregor. Redi in Collectione Diss. acad. Cortonenfis T. 2. p. 197. sqq. Franc. Carol. Conradum in Disquis. de Diis adhaerentibus. Helmit. 1740. & Anton. Franc. Gorium in Sylloge Inscriptionum Donii Classe 1. N. 129. Hinc & imagines *pantheae* et numi *panthei* in quibus coniuncta Symbola pluribus Diis communia, de quibus Struuius p. 82. Antiq. Rom. Claudius Nicafius in diss. de numo Pantheo Hadriani Lugd. 1689. 4. Petrus Seguinus numism. pag. 3. Iac. Wildius pag. 208. 209. aliique. De templis festisque Pantheis infra erit dicendi locus. Dii *Penates*, appellabantur quos quisque priuatim coleret, ac Patronos sibi et tutelares adsciisset.

VIII. Tralatitium et illud, multiplicia Diis *nomina* attributa et appellationes datas varijs de causis, siue a loco, vbi colerentur, siue ab ope et auxilio quod ab illis expectarent homines, siue ab alia occasione, in quibus cognominibus Deorum annotandis industriam praecipue probarunt *Julianus Aurelius*²⁴ Lessingensis libris tribus de cognominibus Deorum gentilium, qui Antw. 1541. et cum Phornuto Basil. 1543. 8. et auctiores Louanii 1569. 8. separatim, et deinde Franequerac 1696. 8. lucem viderunt: recusi autem sunt in Ioan. God. Clausingii Iure Publico Romanor. T. 4. pag. 1. sqq. Lemgov. 1737. 8. cum *Lilius Gyraldus* vir doctissimus in syntagmibus de Diis, quorum Index in editione praesertim Leidensi A. 1696. fol. a V. C. Ioanne Iensio subiectus amplam illorum copiam ordine Alphabetico spectandum suppeditat, quae tamen ex veteribus Inscriptionibus et numorum antiquorum supellestie multum etiam-

²³ Thomas Hyde de relig. vett. Persar. p. 360. *At a כביר Cabir in Phoenicum Theologia longe aliud sunt καβίρων, scilicet tancri seu cancreti ab antiquis culti. Sic Hesychius: καβίρων, καρβίον. Πάρου δὲ τιμῶνται οὗτοι ἐν Λήμνῳ ὡς θεοὶ ἀγορῶν δὲ Ἡφαιστοῦ κῆρας.*

²⁴ De hoc Aurelio conf. Burmanni Tomum secundum sylloges Epistoliarum p. 231.

num augeri potest, haec enim ambo genera prisca monumentorum aetate Gyraldi et Italici Aurelii nondum satis diligenter a viris doctis fuere illustrata. Adde *Christ. Schoetgenii* Lexicon antiquitatum, Lips. 1717. 8. et *Bentam. Hederichii* Lexicon Mythologicum, Lips. 1724. 8. Specimen cognominum eiusmodi dedit etiam *Xystus Besulius* ad Lactantii L. 1. C. 22. ubi nomina Iouis a Graecis & Latinis scriptoribus tributa magno numero exhibentur.

Imagines Deorum quales finxerunt antiqui, passim in iisdem numis conspiciuntur, et a viris doctis qui numos ediderunt illustrantur, quibus addi possunt praeter Gyraldum iam laudatum *Vincenzii Chartarii* Rhegientis Imagines Deorum, Italice primum vulgatae, Venet. 1571. atque Latine versae ab Antonio Verderio et sub Panthei antiquorum titulo editae Lugd. 1581. 4. recusaque Rotemburgi ad Tubarim 1683. 4. et hinc inde a Paulo Hachenbergio, ut habet titulus, illustratae, (licet in libro ipso nihil reperiam quod ad Hachenbergium referre possim) Francof. 1687. 4. et Moguntiae 1699. 4. Praestantissima vero Chartariani operis editio est quae Italice cum *Laurentii Pignori* auctario et dissertatione de Diis vtriusque Indiae Orientalis et Occidentalis et animaduersionibus, Caesarisque Malfatti allegoriis prodit Paravia 1615. recusa ibid. 1626. 4. Venet. 1647. 4. *Abrahami Ortelii* Deorum Dearumque capita ex numismatibus, cum notis Phil. Galei Antwerp. 1573. 4. et Francisci Swertii 1602. 4. Amstelod. 1680. et Bruxellis 1683. 4. recusa, exhibentur Tom. VII. Thesauri Antiquit. Graecar. *Michael* quoque *Angelus Caussaeus* in prima parte Musei Romani, in Actis Eruditorum T. 2. Supplementi p. 33. recensiti, exhibet et illustrat varias Deorum Dearumque imagines Rom. 1691. fol. recuf. ibid. 1747. fol. et Tom. V. Thesaur. Antiqu. Romanarum. Idem Caussaeus nonnullas Deorum imagines exhibet in gemmis antiquis delineatis Rom. 1700. 4. confer. *Act. Erud.* eius anni p. 481. Praeterea imagines Deorum obtuas apud alios gemmarum veterum collectores, illustratoresque *Ioh. Chiffetium*, *Leonardi Augustinum*, *Hub. Golzium*, *Abramum Gorlaeum*, *Ioh. Petrum Bellorium*, *Iac. Gronouium*, *Iacobum de Wilde*, *Dominicum Rossi* et *Paullum Alexandrum Masseum*, tum in Thesauo Palatino et Brandenburgico praestantissimi *Laur. Begeri* et apud antiquarios passim. Etiam prioribus Tomis, (primo maxime) Thesauri antiquitatum Graecarum, inter imagines a *Glo. Gronouio* collectas, Diis quidam, licet perpauci, comparent, quo ipso nomine reprehenditur a Begero in colloquio quorundam de tribus primis Thesauri antiquitatum Graecarum voluminibus, quod sub *Dulodori* nomine anno 1702. in lucem editum Berolini est in fol. Frequentissimae ut iam dixi sunt imagines Deorum in numis, de quorum

rum scriptoribus alio in loco dicitur. Nunc sufficiat praeter *Oraculum* modo laudatum nominasse *Antonii Augustini* Episcopi Tarracoenensis dialogos XI. de numis, Hispanice scriptos, vulgatosque Tarracone 1587. 4. ex a *Dionysio Octaviano Sada* Italice, Romae 1650. fol. ab *Andrea Schotto* latine translata et editos, quibus idem *Schottus* dialogum XII, in quo de prisca religione et Dūs gentium agit, subiunxit. Antw. 1617. 4. *Balth. Bebelii* dissertationes IV. de Theologia gentili ex numis illustrata, Witteb. 1658. laudat *Struuius* in *Syntagmate Antiquitatum Rom.* pag. 59. Haud praetereundum hic est praestantissimum *Spenceii* opus, anglico sermone hoc indice Londini 1747. fol. vulgatum: *Polymetis, or Enquiry concerning the Agreement between the Works of the Roman Poets, and the Remains of the ancient Artists.* Quo in libro imagines Deorum tam superiorum quam inferiorum in aere eleganter incisae exhibentur, simulque varia Deorum cognomina recensentur. Cui addantur: *Capita Deorum et illustrum hominum pacis bellique artibus clarissimorum, nec non Hieroglyphicis, Abraxea et Amulato quaedam in gemmis effabre incisa, quae collegit* Ioan. *Martius* ab *Ebermayer*: enarravit, observationibusque historicis illustravit *Erhard. Reusch*, Franco. et Lips. 1721. fol. Ceterum illud notari meretur, Deorum simulacris hastas additas esse, ob religionem, quoniam, ut ait *Iustinus* L. 43. c. 3. ab origine rerum pro diis immortalibus vestres hastas coluere.

Genealogias Deorum praeter *Hesiodum*, cuius *Theogonia* existat, scripsere olim *Abaris*, *Andron*, *Anuphen*, *Dromocrides*, *Epimenides*, *Hecataeus*, *Musaicus*, *Orpheus* et *Pherecydes* *Astheniensis*, ut dixi libro 2. *Bibl. Graecae* cap. 8. § 15. ubi de *Hesiodo*: Vide etiam, si placet, *Cassii* praefationem ad familias Byzantinas et *Iac. Frid. Reimanni* *Historiam litterariam de fam. studii Genealogici* apud *Hebraeos*, *Graecos* et *Latinos*, *Quedlimb.* 1702. 8. Et receptionibus conferenda praeter interpretes *Hesiodi*, et *Barcardi Pylades*, *Bricillio* *Poema elegiacum* libro IV. de Deorum genealogiis, *Hesiodo* in editionibus quibusdam antiquis adiungi solitum, *Iogn. Boccattius* in *Genealogia Deorum*, *Venetis* 1472. et 1511. fol. *Eilhardus Lubinus* in face poetica suae *Genealogiae* et rebus Gestis Deorum gentilium, virorum, Regum et Caesarum Romanorum tabulis illustrata, *Rostoch.* 1598. 8. *Thomas Galus* ad *Apollodori* *Bibliothecam* suae *libros* de Diis de quibus in eadem *Bibliotheca Graeca* lib. 3. c. 27. His conferendi scriptores de *Valentinianorum* Aeonibus, *Irenaeus*, *Tertullianus* alique.

IX. Ut ad summum illum verum ac singularem Deum et nunquam sine intimo venerationis et amoris sensu cogitandum revertamur, hunc omnia auctorem boni, omnium rerum conditorem, adorations et sacrificiis prima

Ita enim homines coluerunt, illumque eius cultum tradiderunt posteris, suffragante cuiusque ratione ac sensu, et opifiois magnitudinem, potentiam, sapientiam et bonitatem ex operibus eius colligente. Huius cultus per omnes gentes et aetates vestigia expressa semper videre licuit, sed quum apud ceteros populos mirum in modum obscuratus et superstitionis atque idololatricis religionibus contaminatus esset, purior & integrior apud Abrahami permansit posteris, cui Deus singulari modo se aperiens, atque progeniem eius per Moysen ac Prophetas subinde edocens de voluntate sua et nascituri ex illa stirpe, quem protoplastis iam promiserat, Messiae spem fidemque certam faciens, veram colendi sui rationem commonstravit et foedus cum illo icit. Primum igitur hoc verae et antiquissimae religionis fundamentum, unum Deum veneratione et cultu prosequi, cuius vnus plura in sacris litteris sunt nomina, attributa quaedam et virtutes eius denotantia, de quibus Irenaeus lib. 2. c. ult. Origines VI. contra Celsum p. 296. Epiphanius haeresi 40. Hieronymus Epist. 136. ad Martellam T. 2. edit. Marcianaei pag. 270. 275. ubi exhibetur etiam Euagrii sive Athanasii scholion Graecum eiusdem argumenti ex Codice Colbertino, quale vulgauerat Croius in specimine coniecturarum ad quaedam loca Irenaei p. 50. et Cotelierius T. 3. monument. Eccles. Graecae p. 116. His addendi Theodoritus V. 3. haeret. fab. Photius Epist. 162. 163. et Isidorus Hisp. VII. 1. Originum. E recentioribus Buxtorfius diss. V. Theologico Philolog. quae est de nominibus DEI Hebraicis, Angelus Caninius c. 2. de locis Ebraicis N. T. Christoph. Cartwrightus in mellificio Hebraico V. 2. Io. Drusius libro de nomine Elohim, Simon Episcopus in Institutionibus Theolog. p. 281. Nic. Fullerus IV. 13. 14. Miscellam Petrus Gatarinus libro 2. de Arcanis Catholicae veritatis, Theodorus Hackspanius in sylloge p. 159. sq. Hottingerus fasciculi diss. IV. quae est de nominibus DEI apud Orientales. Henricus Kippingius libro de Cruce p. 236. seq. Io. Leusdenius Philologo Ebraeae p. 283. seq. Leo Marius digressionem de nominibus diuinis, quae commentario eius in Exodum subiicitur, Petrus dogm. Theol. de Deo VIII. 9. Io. Renchlinus de verbo mirifico II. 14. seq. ac libro 3. de Cabbala, & B. D. Augustus Varenias libello de nominibus diuinis.

Singulare nomen *tetragrammaton*, quod *αυτοματων* DEI, *εστας υπερκοσμου* et *essentiam* vt Iac. Altingii verbo *υπαρξιας* denotat, prae reuerentia *δευκαδωντων* multis visum est, et alius quomodo effertendum sit in

Vide C. V. Andreae Christophori Zelleri Commentarium ad Maimonidem de vacua rusa p. 193. ubi Iosephi, Clementis Alex. Nazianzeni et Theodoriti loca. Et de ve-

diuersa abeuntibus. *Iehouah* recte pronouciari contendunt Nic. Fullerus, Tho. Gatakerus, et Io. Leusdenius, quorum dissertationes vna cum contrariis Io. Drusii, Sixtini Amamae, Lud. Capelli, Io. Buxtorfii et Isc. Altingii in quibus diuersa sententia propugnatur, iunctim excudi curauit V. Cl. Hadrianus Relandus Traiecti 1707. 8. De eodem argumento existant B. Mich. Waltheri patris spicilegium controuersiarum de nominibus DEI Iehovah et Elohim, Ien. 1660. 4. Io. Ben. Carpzouii filii de tetragrammato Exercitatio, in dissertationibus eius Academicis p. 285. seq. qui Drusii sententiam propugnat: Christiani Reineccii diatribae tres Lipsi. 1696. vulgatae, Io. Turneri dissertatio Anglice edita, cuius argumentum refertur in Actis Erud. A. 1685. p. 201. seq. ex quo apparet eum nomen quod *αὐτοφάνητος* statuere Iudaei, purare esse non aliud quam *Ebieh*. Vide etiam Rev. D. Io. Diekmanni scripta Germanice iunctim edita p. 265. 273. seq. et Memorias literarias Trevolinus A. 1771. p. 2067—2074.

De nominibus et cognominibus DEI LXXII. Cabbalisticis decemplacid modo dispositis adeoque ad numerum 720. ascendentibus videndus Galarinus capite vltimo libri secundi: Io. Reuchlinus libro de Kabbala tertio, illustrissimi Baronis Christiani Knorrii a Rosenrothi Kabbala denudata Tom. 2: siue liber Zohar restitutus pag. 179. seq. Io. Saubertus in palaestra diss. p. 66. et Kircherus T. 2. Oedipi Aegyptiaci parte 2. p. 229. seq. Apud Arabes nomina diuina XCIX. celebrari notant Ludouicus Marraccius ad Alcoran. f. 414. Olfert Dapperus in Asia p. 553. alique. De illis videndus etiam Kircherus libro laudato p. 369. seq. Atque vt ex Lambeccii lib. 1. de Bibl. Vindobonensi p. 187. cognoscimus, Petrus a Valle diuina nomina seu attributa vno plus mille ex Arabico et Persico Latine edere voluit: Nomina et attributa Dei CXIX, Angelorum XVIII, Diaboli XXIX. ex Persarum traditione refert Tho. Hyde c. XL p. 177. seq. de religione Vett. Persarum. De nominibus sexaginta diuinis apud Aethiopes vide Iobi Ludolfi commentarium ad Hist. Aethiopicam p. 350. Quinquaginta nomina Dei a Leonardo Lessio et rotundis Diuinorum operum erotemata a Ioan. Eusebio Nierenbergio exposita, utraque compendio tradita a Ioanne Dubsky, S. I. Prag. 1684. 12.

De ratione decem Sephiroth siue Ordinum in scala Cabbalistica videndus Henricus Mörus in operibus Philosophicis T. I. p. 429. seq. Zohar restitutus parte 2. p. 51. seq. Abrahamus Hinckelmannus *ὁ μακαρίτης* in de sectione fundamenti Bohemiani p. 20. seq. Io. Stephanus Rittangelius ad librum Ietzirah, D. Io. Franciscus Buddeus in Philosophia Hebraeorum

p. 277.

Signis nominis Iehovah apud Ethnicos confer. Steph. le Moyné dissertationem ad locum Iezirae XXIII. 6. p. 50. seqq.

p. 277. sqq. Io. Saubertus in palæstra dissertationum p. 53. seq. Derlev. Cluuerus in Historicis Observationibus Germanice vulgatus Hamburgi A. 1706. pag. 161. seq. et pag. 173. vbi decem Sephiroth conferri videas cum septem metallis et sale, sulphure ac mercurio. Cæsar Actuolus Neapolitanus de attributis DEI siue Sephiroth Venet. 1589. 4. atque Kircherus T. 2. Oedipi part. 1. p. 214. seq. qui decem illa Sephiroth 1) confert decem nominibus DEI p. 290. sq. 381: 2) decem ordinibus spirituum creatorum: tum 3) cælo empyreo, crystallino, primo mobili ac septem planetis: 4) decem hominis membris præcipuis vide p. 356. ac 5) decem præceptis diuinis. Alii in illis Sephiroth deprehendere sibi visi sunt DEum Patrem, Filium et Spiritum S. septemque Angelos principes, siue, vt Marco Valentiniano apud Irenæum p. 72. edit. Massueti, septem virtutes siue *divinites*. Videndus Ioan. Christoph. Stæbins in cælo sephironico Ebraeorum, Mogunt. 1679. fol. et idem Kircherus p. 316. sq. differens de quinquaginta portis intelligentiæ, et de triginta duabus semitis sapientiæ p. 311. sq. de quibus ipsis multa Rattangolius et Iudæi ad librum Ietzirah Abrahamo Patriarchæ falso adscriptum. Addatur *Hermannus Wisfius* in Iudæo Christianizante p. 323. Vir eruditissimus Campegius Vitringa lib. 1. Observationum sacrarum diss. 2. p. 134. seq. contendit per novem Sephiroth innui attributa Messæ Regis Ecclesiæ, diuinæque perfectiones et virtutes quæ in persona et regno ipsius demonstrantur et illustrantur. Eandem sententiam fouet *Christianus Schoettigenius* Hor. Ebraic. et Talmud. T. II. p. 51. et in libro Germanico sermone composito: *Jesus der wahre Messias, aus der alten und reinen jüdischen Theologie dargethan und erläutert.* p. 84. 87. et p. 485. sqq. Postremum ex illis decem, Malcuth siue regnum, ex aliorum etiam plerorumque sententiâ Ecclesiam denotat. Hisce diuinis Sephiroth apud Cabbalistas, opponuntur *Keliphot* ordinesque spirituum impurorum, et Daemones principesque LXX. gentium idololatricarum, qui vocantur *Keliphot* i. e. cortices, velut extra nucleum diuinæ beatitudinis et cælestis constituti. Vide Io. Andreae Eisenmengeri detectum Iudaismum T. 1. p. 35. 55. 817. seq. et 841.

Theologiam Iudaicam scripsit *Iosephus de Voisin*, Senator Burdegalensis, qua colligit ex Hebraeorum scriptis testimonia veritati Religionis Christianæ suffragantia. Paris. 1648. 4. Idem facit in notis ad *Raymundum Martinum* quemadmodum et Raymundus ipse in pugione fidei Paris. 1651. fol. et Lips. 1687. fol. in qua editione accesserunt Hermannii ex Iudæo circa A. C. 1116. clari opusculum de conuersione sua, antea ineditum, atque B. D. Io. Bened. Carpzonii filii introductio in Theologiam Iudaicam, et erudita de Raymundo et Voisinio prolegomena. Ex hoc Raymundo multi obseruarunt

non pauca repetisse *Petrum Galatinum* libris VIII. de aecanis Catholicae veritatis, qui eorum libris tribus Io. Reuellini de Cabbata prodierunt Francof. 1672. fol. post editiones Basileensem 1550. et 1561. in qua editione occurrunt etiam tres libri Reuchlini de verbo mirifico, et Francof. 1603. Volunio iungendi sunt *Ioan. Iac. Cramerus* in Theologia Israelis ex scriptis Iudaeorum Frisi 1704. 4. et *Iac. Basnagius* libro quarto historiae Iudaicae, gallica lingua editae: Veterum Iudaeorum de Messia doctrinam exposuit laudatus *Schoottgenius*, tum in Tomo secundo Horarum Ebraicarum et Talmudicarum, tum libro germanice euulgato: *Jesus der wahre Messias*. Lipsi. 1748. 8. *Antonii Hulsi* Theologiae Iudaicae tantum vidi primam partem, de Messia Rabbiorum detorsiones et commenta persequentem confutantemque, Bredae 1653. 4. Ceterum sententiam Iudaeorum recentium de praecipuis sacris dogmatibus petere licet ex *Io. Henr. Hottingeri* Compendio Theologiae Iudaicae, quod Enneadi dissertationum, Tiguri 1662. 4. subiecit, cuiusque capite primo differit de variis inter Iudaeos sectis, Sadducaeis, Karzeis, Phariseis, Samaritanis, Gaulonitis, Essaeis: tum ex libro *Ioannis a Lent* ²⁶ cui titulus

²⁶ Eiusdem *Ioannis a Lent* Schediasma Historicum de pseudo-Messia prodit Herborn. 1684. et 1699. 4. in quo p. 93. maius opus de hoc argumento meditari se testatur. De eodem conferendus *Moses Maimonides* in Epistola illustrata a Christophoro Graefio in Politico Orientali. Altenb. 1678. (v. Io. Chr. Wolfium Bibli. Ebr. Vol. I. p. 86f.) Exiudans Christ. *Gerfon*. lib. 2. Talm. Iud. c. 9. p. 430 sqq. *Iac. Altingius* in Schiloh, IV. II. Io. Christ. *Eisenmengerus* Iudaismi detecti P. 2. C. 13. *Richardus Kutterus* in demonstratione Messiae, Anglice edita parte 3. cap. 10. *Jacobus Basnage* in Historia Iudaeorum, David. Christiani Diss. 3. de Messia p. 113. sqq. *Ioan. Müllerus* Iudaismi detecti p. 508. 509. *Ioan. Hoornbeck* III. 1. de conuincendis Iudaeis. *Frider. Raystad* de Weile, Exiudaeus, in theatro lucido p. 40. sq. *Aug. Calmet* in Lexico voce Imposteurs. *Frider. Adolph. Lampe* T. II. Coman. in Ioannem p. 129. *Io. Henr. Hottingerus* Hist. Eccl. T. III. p. 251. et *Io. Christophorus Mullerus* in *Gravel der falsche Messien*, cuius lucubratio inserta est Pantheo Anabaptistico et Enthusiastico, vulgata A. 1702. fol. Singulare est quod *Cosmas Indopleustes* lib. VIII. p. 301. scripsit *Hiskias* Regem vana persuasione existimasse se esse Messiam illum a Dauide in Psalmis praedictum. Cui addendum illud *R. Hillelis* quod ex Gemara Sanhedrin. c. 2. afferant viri docti: *Non est propheta Messias Israel, quia abunde positi illi sunt temporis Hiskiae*. Etiam *Mabauedem* initio habitum a Iudaeis pro Messia scribit *Constantianus Porphyrogenetus* de administrando imperio p. 38. Ceterum commentum recentium Rabbiorum de Messia duplici, vno glorioso filio Dauidis, altero paupere et contempto filio Ephraim e stirpe Iosephi excludunt, atque antiquis Hebraeis ignotum fuisse et inauditum probant *Carpzonius* in diss. p. 243. seq. *Christophorus Cellarius* in specimine anti-Iudaico de geminis Messia, Lencopetrae 1668. *Io. Wulferus* in theriaca Iudaica p. 369. *Steph. le Moyne* ad locum Ieremiae XXIII. 6. p. 139. seq. *Carolus Daubuisius* libro pro testimonio Iosephi de Christo p. 134. seq. et *Iustus Martinus Glaesenerus* de genuino Iudaeorum Messia Hildesl. et Lipsi. 1737. 4.

titulus יהודים חזרתים של מונה של *seu de moderna Theologica Iudaica* Herborn. 1694. 8. cui iungendae Maimonidis constitutiones de fundamentis Legis et Abarbanelis liber de capite fidei cum notis Guil. Vorstii, Amstelod. 1638. 4. Carpzouii iam laudati Exercitatio de articulis fidei Iudaicae in eius Disputationibus Academicis p. 466. seq. R. *Dauidis Vidal*, Hispani aircolum Davidis in eisdem XIII. articulos cum observat. Io. Henz. Wolfii. Gerae 1726. 4. D. *Ioh. Henrici Maii* Theologi Gieffensis synopsis Theologiae Iudaicae veteris et nouae illiusque veritas et huius falsitas demonstrata. Gieffae 1698. 4. et *Wolff. Henr. Frider. Pertschii* Conspectus Theologiae Iudaicae e R. *Iosaphi Alba* עקרי דת, s. libello de articulis fundamentalibus. Ienae 1720. 4.

X. Vestigia dogmatis de SS. Trinitate apud Iudaeos pariter et Ethnicos multos, perinde vt apud Muhamedanos plerique visi sibi sunt deprehendere, cuius rei testimonia non pauca collecta videre est in illustris Huetii Alnetanis quaestionibus siue Concordiae rationis et fidei lib. 2. cap. 3. *Philippi Moruaci* de veritate relig. Christianae c. 6. *Eugubini* libro 1. et 2. de perenni Philosophia, *Liuii Galantis* comparatione Theologiae Christianae cum Platonica lib. 3. pag. 90. seq. et lib. 4. p. 113. sq. 127. seq. *Henr. Jac. van Basbuisen* Diff. duplicei paradoxa de fide, Serueltae 1719. a *Petro Bungo* de mysteriis numerorum p. 186. seq. *Murio Panfa* de osculo Ethnicae et Christianae Philosophiae c. 36. p. 187. seq. et c. 2. p. 289. sq. et *Radulpha Cudwortho* in intellectuall systemate vniuersi Anglice edito Lond. 1670. fol. lib. 1. c. 4. De Iudaeis sigillatim videndus *Raymundus Martini*, Galatinus, *Rittangelus* libro de אגיו et altero de veritate relig. Christianae et in notis ad librum Ietzira, *Hermannii Witsii* Iudaeus Christianizans circa principia fidei et SS. Trinitatem: *Petrus Allixius* in iudicio Ecclesiae veteris Iudaicae aduersus Vnitarios, Anglice edito Lond. 1699. et Germanice Berolini 1707. 4. ac *Iustus Mart. Glasnerus* in Diss. de Trinitate in scriptis Rabbimorum mire Platonica. Helmst. 1742. De Muhamedanis adscribam tanto libentius locum viri eruditi *Andrae Mulleri Greifenhagii* in notis ad Excerpta *Azizi Nesephaei*, Tatars, quod et liber. haud vbiq. obuius est, et de Iudaeis quoque Ethnicisque plura compendio exhibere.

Quod *Mohammedani* atque ac *Iudaei*, vt et *paganorum* nonnulli, TRIA IN DEO statuant: certum est. Et ista quidem TRIA non coniunctim, tum separacim suis ex vni parca insignantur nominibus.

Coniunctim appellata sunt.

(I.) Inter Paganos quidem,

1. *Terns* unocionis, a *Platonicks*.

2. *Terns*

2. Tres Reges, a Porphyrto.

(II) Inter Iudaeos vero

1. מְנוּרָה ב' מְנוּרָה *tres mensurae*. V. Kircher. Obelisc. pag. 404.
2. מְנוּרָה ב' פְּנִינִים *tres personas*. V. Suid. v. αἰγίος.
3. מְנוּרָה ב' מְנוּרָה *tres numerationes*, ²⁷ ex interpretatione Reuchlini, Schickardi etc. uel etiam tres splacrae, uel potius τρεῖς αἰγίαι ex mente Rittangelii.
4. מְנוּרָה ב' הוֹיּוּחַ *tres essentiae*. R. Eliezer Häkler.
5. tria lumina, ap. Cabbalistas. V. Grot. de ver. Rel. Glv. p. 123.
6. τρεῖς (Παυτασια). V. Philon. l. de Sacrific.
7. τρεῖς δυναμεις, id. ibid. Hebr. גְּבוּרָה *pōtēntiae*. Zohar.
8. מְנוּרָה ב' אֱלֹהִים *tres Dii, Refis choema*.

(III.) Inter Mohammedianos

1. tria Attributa.
2. tres ordines uel Dignitates, Azizus p. 32. Quomodo uero TRIA illa, quae diximus, a Paganis et Iudaeis separatim dicantur, in dissertatione de promouenda etiam extraneorum salute deduci possit. Iam de solis Mohammedanis loquar.

1. Multa eorum esse.
2. Illorumque Catalogum Alcor. c. LVII. exhiberi.
3. et nonaginta nouem nominibus diuinis quae pulcherrima nomina uocant, contineri, uti ap. Hebraeos כְּשֵׁם ע"ב sexies duodecim nominib. de quib. Reuchl. Cabbal. L. III.

4. Palmaria esse tria.
5. Eaque tria unum esse, perinde ut Cabbalistas dicunt: Tres illos splendores esse unum idemque solium. V. Reuchl. col. 736. unam eandemque coronam col. 747.

6. Sic uero dici: Essentiam, Vitam, faciem.
7. Et hanc causam esse, quare DEUS in Alcorano pluraliter de se loquatur. Richard. c. 1. Quod si B. Pāulus, ut rectissime, ἐν τῶν ἐπιείκων δογματικῶν τῶν Ἀθηναίων ἐξεποικίλω, b. e. ex domesticis dogmatibus Athenienses (Aek. XVII, 23.) conuicit, uti Isidorus Pelusiota Ep. IV. 69. loquitur, quidni commode Iudaei atque Mohammedani ad S. Trinitatis agnitionem ex talibus ipsorummet principii manduci possint? Et quanquam huiusmodi placita ex ratione potius lumina quam traditione accepisse uidentur, inuabit tamen ostendere illis, quod quidam ipsorum, etiam quum Orthodoxi a suis haberentur, loquutionibus nostris usi sint. Quodque uocabulum Personarum haudquaquam multiplici-
tatem aut
phra-

²⁷ Hinc nomen DEI scriptum per tria iochim. Vide Io. Christophori Wolfii Bibliothecam Hebraicam Vol. I. p. 199.

plurilitatem essentiae divinae importat. Hoc factius ad fontes dogmatis de S. Trin. (quod utique primo omnium fieri oportet) traherentur. Nec omnino reiiciendum, quod durioribus quibusdam vocabulis usi sint. Nam et Christiani SS. Trinitatem varie appellaverunt. Non dicam de iis appellationibus quae damnatae sunt, ut quod Sabellius tres Nomenclaturas, Valla tres Qualitates dixit, sed de iis, quas, qui in hoc articulo nobiscum recte sentiunt, usurpaverunt.

Quas enim tres personas Deitatis vocamus,

1. à Graecis τρεις ὁμοούσιους dictae sunt. Primo quidem non sine ingenti certamine cum Latinis, tandem vero indifferenter.

2. ab Armeniis tres animae.

3. ab Aegyptiis tres spiritus.

4. ab Aethiopicis tres essentiae, s. personae, s. naturae. V. Iob. Ludolfi Lex. Aeth. ad Radicem Halana.

5. ab Arabibus tres Margaritae, vel, ex Persica Lingua splendores. Quum tamen Aethiopes duas, quae in Christo sunt, naturas margaritas dicant.

6. à Syris Radices s. principia, sic enim exponitur à Giembari vox Arabica, quae à Syris tradita est.

7. tria Attributa, Paul. Episc. Sidon.

8. tria Idiomatica, Gemadius T. IV. Bibl. PP. P. I. p. 949. pr.

De quo v. Possennus Appar. ad Biblioth.

8. tria Individua, Id.

9. tres formae, Id.

10. tres naturae, Elucidarius inssu Henrici, Ducis Brunsvicensis, scriptus, cuius verba: Wir sullen glauben das an Gote dri Naturen sint, und das die dri genant sin ein ware Gotheit. Extat MS. in Bibliothec. ELECTORALI.

Haecenus Andreas Mullerus. Negari interim nequit, plura horum quae ex scriptis à Christiana religione alienis ad confirmandum dogma de SS. Trinitate afferuntur, si proprius inspicias, non parum esse ab illo remota et longe aliorum spectare, ut de Trinitate Platonica et Aristotelica recte notavit Bessario Cardinalis lib. 2. contra calumniatorem Platonis c. 4. et lib. 3. cap. 15. quatuorque proximis. Vide etiam de Platonica Io. Baptistam Crispum de Philosophia caute legendis p. 37. et quae differit Franciscus Baltusius S. I. in Apologia pro Patribus Platonismi accusatis, edita Gallice, libro IV, cap. 12. seqq.

XI. De falsis Diis et idolis variarum gentium in Scriptura S. memoratis, nemo eruditius scripsit Ioan. Seldeno, Anglo, cuius notissima lectuque dignissima

ma sunt syntagma duo de Diis Syris, ²⁸ quò nomine et Aegyptiorum simul et Arabum ac Persarum, Hebraeorumque, nec pauca Afrorum et Europaeorum idola a Syris utcumque accepta intelliguntur, lucem primum aspexere Londini 1617. 8. deinde ab auctore recognita inscriptaque Dan. Heinsio prodierunt apud Batavos typis Elzeuirianis 1628. 8. tum in Germania cum additamentis *Andreae Beyeri*, Ecclesiastae Freybergensis. Lipsiae 1672. 8. denique in Belgio. Amstelod. 1680. 8. Conferenda & *Antonii van Dale* dissertatio de origine ac progressu idololatriae ac superstitionum praecipue apud Iudaeos vna cum aliis eiusdem infra commemorandis vulgata. Amstelod. 1696. 4. *Alexandri Rossaci* templum iudaicoethnicum post anglicas, gallicasque & germanicas editiones supra pag. 319. commemoratas cum copiosis *Davidis Nerretzeri* additamentis germanice tribus voluminibus in forma octopartita editum Norimbergae 1701. 1703. et 1707. et *Abrahami Rogeri* lingua aperta ad arcana Gentilismi vna cum *Christophori Arnoldi* additamentis itidem germanice vulgata, in quibus libris non veterum tantum, sed etiam recentium, maxime gentium orientalium, idololatria ac superstitiones exponuntur. Prae caeteris eminent liber Gallice vulgatus Parisiis 1710. 12. quatuor voluminibus: *L'Histoire des Religions de tous les Royaumes du monde, revue, corrigée, augmentée et mise dans un meilleur Ordre par le Sieur Jouet*, Chanoine de Laon, Prieur de Plainchatel. Ceterum nec iniucundum lectoribus nostris fore iudicamus, si eos, qui de singularum gentium Diis et generatim et sigillatim commentati sunt, scriptores recenseamus. De *Syrorum* igitur Diis argumentum pertractarunt *Stephanus Fourmont* in libro gallico: *Reflexions critiques sur les Histoires des anciens Peuples*. T. 1. L. 2. c. 11. p. 294. sqq. & Iac. Sponius in *miscellaneis eruditae antiquitatis* p. 59. sqq. Sigillatim de *Rimmon* Aug. Calmet *Lex. Biblic.* T. 3. p. 798. de *Gad* et *Meni* David Millius dissertat. select. p. 229. sqq. Ioan. Georg. Koch & Gustaus Geörg. Zeltnerus dissertationibus de hoc argumento. Ienae 1687. et Altorfii 1715. euulgatis, ac I. G. Lakkemacherus *observ. philolog.* T. IV. p. 19. De *Adar* siue *Achad* Dau. Millius dissert. sel. p. 265. sqq. *Campei*. *Vitringa* comm. in *Iesaiam* cap. 66. v. 17. et *Ionas* Conr. Schrammius dissertatione. Helmstad. 1734. edita. De *Baal*

²⁸ *Iniquissimam imputationem plagii in Petri Fabri Semestria commissi Seldenus refellit praefatione edit. secundae, testatus, ne visum quidem, quum syntagmata sua componeret, Fabri librum; sed postea, inquit, inspecto Fabro, licet plura sane de numine vno et altero Syrorum, sed tumultuose satis cum Graecorum sacris, in primis quatuor capitibus reperiamus, ea tamen ita tradi, atque a nostris ita distrepere &c. Ioannis Clerici observationes quaedam in Seldeni librum exstant T. 7. Bibl. selectae pag. 80. seqq. Editio melior ab auctore ipso ex eius autographo auctior exhibetur in Tunno primo operum eius Londini 1720. folio tribus voluminibus a Davide Wilkinso iunctim editorum.*

Baal Peor, Cemofcho & reliquis Moabitarum Diis Calmeti dissertatio inserta commentario eius in Scr. S. T. I. P. II. p. 173. et P. II. p. 277. sqq. interpretationis germanicae. Nominatim de *Baal Peor* Banierius mythol. explicatae Vol. II. Lib. II. c. 6. sect. 3. et Ioan. Christi. Becmanni dissertatio. Frfti ad Viadr. 1661. De *Cemofcho* Banierius l. c. sect. 4. et Alberti Schumacheri dissertatio. Bremae 1730. 4. De *Mphbezeth* Ioan. Georg. Christo. Feuerlini dissertationes duae. Witteb. 1700 et 1701. et Dau. Millius. dissert. sel. p. 287. sqq. De *Nisroch* Contr. Ikenii dissertatio. Bremae 1747. De *Belo* Ioan. Franc. Buddeus Hist. eccl. V. T. P. II. p. 704. sqq. et Iuricus Histor. crit. dogmat. et cultuum. P. IV. c. 2. p. 595. De *Moloch* Calmetus T. I. comm. in Scr. S. P. II. p. 11. sqq. Interpr. germ. part. 2. p. 185. Banierius l. c. e. 6. sect. 2. et dissertationes David. Lundii. Aboae 1698. 9. Daniel. Dietzschii. Misnae 1675. Martini Frider. Cramerii. Witteb. 1720. et Olavi. Celsii. Vpsaliae 1717. 8. De *Dagone* Calmetus dissertat. commentario in Script. S. insertarum T. II. p. 321. sqq. et interpret. germ. P. 4. p. 40. sqq. Iuricus lib. citati P. IV. p. 642. Banierius lib. cit. Vol. 2. lib. 2. cap. 6. sectione 2. Matth. Hillerus Sytagm. sacr. p. 495. Athanasius Kircherus Oedip. Aegyptiac. T. I. p. 338. sqq. Aug. Elmarchii disquisitionis de *Dagone*, quae prima est inter eiusdem quatuor disquisitiones. Hamb. 1713. 4. editas, et dissertationes Theophili Roeferi. Ienae 1664. 4. ac Henr. Ahlers. Bremae 1671. 4. quibus addatur Iac. Schudtius pag. 39. compendii historiae iudaicae, ubi plures de *Dagone* scriptores excitati sunt. De *Asima*, Hemathaeorum idolo, Christoph. Schultze. Witteb. 1721. De *Nibchas*, idolo Aetaeorum, Conradus Ikenius. Bremae 1726. 4. De Arabum *Dufari* Hefychius voce *Dous*, et Banierius lib. cit. Vol. 2. lib. 3. c. 4. de *Oboda* eorum idem Banierius ibidem, et Valesius ad Eusebium pag. 285. de reliquis Arabum Diis Fourmontus lib. citati T. I. lib. 2. sect. 4. pag. 283. sqq. De Diis *Phoenicum* generatim egerunt Aug. Calmetus in dissertatione de numinibus Phoenicum, quae legitur T. VI. commentar. eiusdem in Scr. S. p. 741. Robertus Millar in historia propagati christianismi, anglice, Londini 1731. 8. edita, Vol. I. c. 2. p. 171-207. Banierius Mythol. explicatae Vol. 2. lib. 2. Stephanus Fourmontus libri laudati T. I. lib. 2. sect. 4. p. 288. sqq. Henric. Morcius de Diis Patascis T. II. Memoriar. Acad. Inscriptioum p. 49. sqq. edit. Amstelaed. et Iac. Elmsnerus de eodem argumento in Historia Acad. Scientiar. Berolinensis Anni 1746. p. 379. sqq. Nominatim de *Aharis* et *Aharoth* Petrus Faber lib. 3. Semestrinum. Salmasius ad Solinam p. 574. Ioan. Contr. Dietericus antiquit. Biblic. pag. 552. Iuricus lib. saepius laudati pag. 666. Aug. Pfeifferus Dub. Vexator. Scripturae S. centur. II. p. 339. et Eberh. Mullerus peculiari dissertatione Lipsiae 1685. edita. De

Baalim Jurieus l. c. parte 4. tract. 3. c. 4. p. 599. sqq. et Pfeifferus l. c. p. 336.
De *Adonide* Anton. Banierius memor. Acad. Inscriptionum T. 4. p. 136. sqq.
De *Meleathoro* et *Vforo* (qui male *Θησαυρός* dicitur a Codino in originibus
Cpopolitanis) Eusebius Praeparat. euangelicae l. 10. et pag. 465. orat. de laudibus
Constantini.

XII. De *Mithrae* sine solis cultu apud Persas multa *Thomas Hyde* cap. 48
de religione veterum Persarum. *Adrianus Relandus* Dissert. miscell. P. 2. p.
198. *Philippus a Turre* in monumentis veteris Antii pag. 194. vbi tabula solis
Mithrae. *Jac. Sponius* in miscellaneis erudita antiquitatis. *Anton. Banierius*
Mythol. explicatae Vol. II. P. I. lib. 3. c. 2. *Eustachius Guillemeau* in Expositio-
ne statuae Del Mithrae. (Mémotre sur un Basrelief du Dieu Mithras) in
memoriis Treuoltinis A. 1724. mense Febr. pag. 297. et auctor libri gallici
saepius laudati: *Explication de divers monuments* pag. 231. sqq. Ac solem qui-
dem non a Persis tantum cultum esse tanquam Deum, sed sub nominibus et
symbolis variis et multiplicibus adoratum a toto Oriente et aliis nationibus,
praeclare ostendunt viri docti ad *Macrobium* lib. 3. Saturnal. c. 17. sqq. *Joan.*
Braunius lib. 4. selector. sacrorum, *Vossius* lib. 2. de idololatria, *Gilbert. Cu-*
perus in suo *Harpocrate*, *Jac. Sponius* in Miscellaneis p. 87. sqq. et libro Gal-
lico; *Recherche des Antiquitez*, *Joan. Bone* de diuina Psalmidia p. 437. sqq.
Joan. Henr. Vrsinus analect. Sacr. Vol. 2. lib. 3. p. 153. sqq. *Joan. Franc. Grav-*
dis in diff. de variis Dei nominibus Soli attributis, *Hieronymus Alexander*
junior in expositione tabulae Heliaeae, Romae 1616. 4. et. Tr. V. thesauri
Graeciani, qui inter alia *Herculem* quoque et *Mercurium*, *Bacchum*que et
que *Apollinem* notat vnum idemque Numen Solis referre, ita videtur vt
Apollo aestatem, *Bacchus* autumnum, *Hercules* hiemem, *Mercurius* ver-
praestet, et *Herculis* duodecim labores nihil aliud denotent, quam Solis tran-
situm per totidem signa caelestia. *Henricus Labbertus* in *Ἡλιακαρχαία* sive de
solis cultu. 1672. 12. et *Christum. Nettelblad* in dissertatione de hoc argu-
mento. Gryphisw. 1734. 22. De *Marna* Palaestinarum, qui et ipsa solem
significabat, praeter alias videndi *Norifus* diff. V. de Syromacedonum Epo-
chis et *Abraham Sellarus* in Antiquitatibus Palmyrenis cap. 2. De equis Solis
Ezechiel Spanhemius ad *Callimachum* p. 434. *Barthius* ad *Statium* T. 3. p.
435. *Petrus Jurieus* Histor. dogmat. P. IV. p. 723 et 797. vbi de Persis disse-
rit, equos albos soli consecrantibus. *Johas Lessen* de equis et quadrigis solis.
Hafn. 1704. et *Christum. With. Bose* de Ioha quadrigas solis remouente. Lips.
1741. De *Colasso* a Rhodiis Soli dicato *Turnebus* VIII. 21. Aduersariorum.
Alladius ad *Philonem*. Byz. et *Cangius* ad *Zonaram* p. 67. De aliis *Colossis*
ad Rhodii exemplum conditis *Paulus Voerius* ad *Herodianum* pag. 186. sqq.

De antiquissimo *Astrorum* cultu Epistola Spiridionis Poupartii inserta memoriis literariis Treuoltrinis A. 1712. Septemb. p. 1615. Ioan. Iac. Scheuchzer Phys. sacr. tab. 327 et 328. et Ioan. Eric. Ostermannus de Astrolatria. Witteb. 1663. 4. De *Scenolatria* legantur Abrahamus Calouius in dissertatione, recusa T. I. Thesauri disputationum theologicophilol. Amst. 1701. fol. pag. 808. seqq. Ioan. Frischmuthus de Melechet caeli. Ienae 1663. et Ioan. Haac. Pihlmannus de luna regina caeli. Aboae 1703. 8. De consuetudine gentili-
 lium *manibus extensis precandi*, et *oscula ad sidera proiciendi* ad Iobi XXI. 26. 27. differit Ioan. Rud. Kieslingius Miscell. Lips. Nou. Vol. IX. pag. 595. fqq.

XIII. Vt *Sol* aliis nominibus est Apollo, Baal, Bacchus, Belus, Chemoch, Chiun, Hercules, Iupiter, Marnas, Mercurius, Milchon, Mithras, Moloch, Nergal, Nifroch, Ofiris, *Φαέων*, Phoebus, Rimmon, Serapis, etc. Sic *Luna* *Αίσω*, Alilath, Astarte, Bubastis, Ceres, Cybele, Diana, Eilithya, Hecate, *Τελμοφως*, Isis, Iuno, Lucina, Dea Mana, Mater Deum, Proserpina, Rhamnusia, Vrania, vt de aliis nominibus taceamus: Neque pro Dea solum sed etiam pro Deo habitam supra pag. 315. notauimus, notumque illud de Carrenis apud Spartianum in Caracalla cap. 7. quod crediderint eum, qui *lunam* *semineo nomine* putaret *nuncupandam*, *addictum mulieribus semper inservire*, at vero qui *marem Deum esse* crederet, eum *dominari uxori*. Etiam ΘΕΟΥ ΠΑΝΘΟΣ nomine in veteri numo Lunam designari notauit in dissertat. de numo Pantheo Hadriani Clarissimus Nicasius. Sic a multis peculiariter culta *Venus*, de cuius variis cognominibus consulendus Carolus Patinus ad monumentum vetus Marcellinae. Omittimus de Marte, Saturno, Ioue, Mercurio aliisque stellis dicere, de quibus consuli potest Balthasar. Scheidii astronomia biblica. Argentorati 1660. 4. nec minus de *terra*, quae et ipsa culta sub nomine magnae matris Deum, Idaeae matris, Deae Phrygiae, Cerariae etc. de quo viri docti ad Lucretium. II. 598. seq. et Florum I. 19. 2. Sirmondus ad Theodulum Aurelianensem p. 298. Henricus Forelius de Terra, gentium Dea. Vpsal. 1705. 8. vii. de *aeris* cultu Vossius I. 84. de idololatria, de *aqua* idem ibid. II. 74. seq. et Gotthardus Braem de *ιδρωδες* *τετα* veterum. Hafniae 1695. 4. de religiosa veneratione *fluminum* Christophorus Arnoldus ad diras Valerii Catonis in fluuium Battarum. De fluminum fontinumque cultu et marinis ac littoralibus Diis praeter Vossium lib. 2. de idololatria cap. 79. 80. 81. et 82. vide etiam notas virorum doctorum ad Rhinii lib. 7. epist. 8. Iustum Fontanini de Horta Hetruscorum colonia lib. 1. cap. 8. vbi etiam de eo, quod in fluuiis sacris natate vel navigare homines prohibeantur; et Ioan. Gottl. Bosseckii dissertationes duas de cultu fluminum. Lipsiae 1740. Vetus inscriptio apud Laurentium, Begerum pag. 79.

Spicibegii: *Fonti Diuino Aram. L. Postumius Sabinus ex voto D. D. D. Nilo* fluuio sacrificatum esse praeter alios memorat Sozomenus VII. 20. De *Nymphis* fontium custodibus videatur Lambecius III. de Biblioth. Vindob. p. 5. Fabrettus pag. 99. sqq. de aquaeductibus. De *Nereo et Nereidibus* Mich. Frider. Lochneri dissertatio de Nereo et Rhododaphne. Norimb. 1746. De *Piscium* cultu Friden. Lebrecht. Goertzii dissertatio de *ἰχθυολατρεία* Lipsi. 1723. Fluuios in veteribus monumentis et numis videas. exprimi iacentes, nudos myrica aut arundine coronatos, atque (si maiora flumina et in mare se exonerantia denotentur) cana multumque demissa barba. Vide Dionem Chrysostomum diff. IV. p. 73. Hugonem Grotium ad imagines astrorum Arateas p. 66. Casparem Barthium ad Claudianum p. 53. De *uentorum* cultu confertur I. Gotti, Bidermannum Orior. liter. parte prima pag. 299. sqq. qui quoque ibid. pag. 314. de *lapidum* cultu disserit. De quo argumento etiam conlulantur Theodor. Haseus in dissertat. de lapide fundamenti, cui olim area foederis imposita fuit. Ioan. Clericus in Genes. XXVIII. 18. Fortunatus. Saechus sacrorum Elaeochristmatum Myrothecio II. c. 24. Ioan. Phil. Cassellius in dissertat. περί τῶν λίθων κεραιζομένων. Magdeburgi. Ioan. Conr. Stephanus Hoellingius in dissert. de baetyliis veterum, siue lapidibus vntionis. Numini consecratis. Groningae 1715 et recusa Lipsiae 1724. ac Bremae 1729. et Steph. le Moyne ad varia sacra p. 569. De cippis sanctis apud veteres Hebraeos memoriam Diuinorum beneficiorum consecrantibus Petri Zorntii dissertatio posthuma legitur T. V. Misc. Lipsi. Nouor. T. V. pag. 596. De cultu *ignis* conferantur Briffonius, Hydeus et Henricus Lord de religione Persarum, tum Kircherus T. I. Oedipi. p. 251. sq. Buxtorfius exercitat. philolog. p. 262. sq. Freinshemius ad Curtium, et Balthasar Bonifacius XVI. 15. historiae ludicae, Arpinus Thiling, Hamburgensis, in dissertatione Schurzschischio τῶ μακιστην Praeside habita Vitebergae 1705 de cultu ignis apud omnes gentes visitato. Ioan. Gotti. Bohnius de igne gentisium sacro in Israelitarum sacra iniurio. Viteb. 1708. Ioan. Rogbergius de sacris ignium apud gentiles. Aboae 1690. Ioan. Iarkius p. 540. ad Eliam Schedium de Diis Germanorum, et H. C. L. Stockhausen de cultu et vsu luminum antiquo. Trai. ad Rhenum 1726. 4.

§ XIV. Inter omnes Idololatrias gentes nulla videtur esse absconditibus vsa quam Aegyptiorum quos eo nomine Herodotus lib. II. c. 64. Strabonem lib.

²⁹ Confer Menagium in Menagianis T. 2. pag. 194.

³⁰ Hocse baetylos fuisse lapides, sese ipsos mouentes, communem fuisse eius temporis opinionem intelligitur ex narratione Damascii apud Ptoesium Biblioth. p. 1947.

³¹ Thomas Pinedo de Aegyptiorum superstitione multiplici differens ad Stephanum Byzantinum

libro 14. Diodorus Siculus alique plurimi etiam inter ethnicos albis dentibus riferunt, ut notant viri docti ad illa Iuuenalis XV. 1. seqq.

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens

Aegyptus portenta colat? crocodilon adorat, etc.

gularem prae caeteris operam per XVI. annos Templi fabricae illustrandae impendit Io. Bapt. Villalpandus, cuius et Hieronymus a Prado: vesti commentarii in Ezechielem prodire Rom. 1605. fol. cum tabulis aeneis, 3. voll. quorum secundi pars secunda tota Templo impenditur. Quam non omnibus tamen eius cogitata se probauerint, patet ex hoc iudicio Ludouici Compiègne de Veil, Ex-Iudaei, quod in praefatione ad supra laudatum Maimonidis tractatum extat his verbis: *“Villalpandus vir bonarum artium lauda praefans, scribit, XVI. annos totos in templi artificio percipiendo describendoque se posuisse, atque id temporis tam assiduo se labore fatigasse, tantaque animi contentione, tot denique vigiliis, ut vita saepe in extremum duceretur discrimen. Et a viro illo, qui, ut ipse dicit, neque sumibus, neque tempori, nec labori.unc. incommodis pepercit ullis, tandem exiit Hierosolymitani templi forma, non ad historica fidem descripta, sed ad exemplar sanctuos aedificii. Immo vero: vir ille totus est in eo, ut suam hanc templi Salomonici descriptionem ad Vitruuii praeterea conformationem, idemque demonstret, Graecis Latinisque nulla alia re, quae huius angustae fabricae notatione atque animaduersione partem esse aedificandi artem. Maimonides autem Templi expressit imaginem eam, quae tanto minus habet artificii, quanto est verisimilior.”* Ante Villalpandum idem saxum haud infeliciter voluerat Bened. Arias Montanus libro V. Antiq. Iud. supra iam laudato. Extant etiam Francisci Riberac Iesuitae Hispani de templo Hierosolymitano et iis, quae ad templum pertinent libri V. cum eius Commentar. in Apocalypsin excusi Salamancae 1591. Lugd. 1592. Antwerp. 1593. et 1603. Duaci 1613. 8. Sed hoc toties recusum opus, iudice Sauberto praefat. ad Leonis libros de Templo Latine a se versos,

turpiter atrum

Desinit in piscem mulier formosa superne.

Et si enim allegoricis ineptiis et longe petitis ad Romanam Ecclesiam accommodationibus est refertus, totusque nunc cassa inanior est, nihilominus in titulo auctor iactat, quod ad S. Scripturae intelligentiam ita necessarius sit, ut vix in ea paginam legas, in qua non tibi usus sit ille. Martini Stephani, Calahorritani, S. I. epitome locupletissimi apparatus et pulcherrimae fabricae Templi Salomonis. Compluti 1615. 8. Hispanice prodit. Magis consideratione digna est Ioan. Lightfootii descriptio templi Hierosolymitani, praesertim quale erat tempore Seruatoris nostri, excusa primum separatim, et deinde in Tomo Operum priore. Roterodami 1686. fol. Breuem synopsin eius sententiae dat Io. Clericus T. 1. Biblioth. vniuersal. Gallice editae p. 393 199.

V. A

1 Triginta annos describendo templo et vrbis Hierosolymae impendisse Villalpandum scribis Hadrianus Relandus pag. 19. omat. de galli cantu Hierosolymis audito.

V. A. Villalpando quam dissentit in suis ad Ezechielis commentariis Jo. Cocceus T. III. Opp. aegre ferente *Wilhelmo Goeree* in libro Belgico: *De algemine Boud-Kand*, et in opere de Antiquitatibus Iudaicis quod c. 1. laudat. Hic enim Villalpandi sententiam tuetur, impugnatam vicissim a Jo. *Wier*. *Cocceus* Io. fil. in libro Belgico: *Nader Onderzoek van het rechte Verstand van den Tempel, die de Propheet Ezechiël gezien en beschreeven best* etc. Amsterdam. 1692. 4. *Joan Meiero* in Dissertationibus quinque de templo Ezechielis, quibus propheticae visiones Ezechielis in ultimis eius capitibus XL, XLVIII. contentae, nondum impletae: sed olim implendae demonstratur. Harderonic 1707. 4. quas impugnavit Ioannes Christianus Klemmius in Diss. de propheticiis visionibus Ezechielis. Tybingae 1733. et *Simon Luc. Vriemont* in thesibus commentariis antiquitatum Israeliticarum. P. I. p. 153. *Compegius Vitrings* in observat. sacr. L. 4. c. 1. 2. et fustus in tractu Belgice edito, qui inscribitur *Ambidings to het rechte Verstand van den Tempel, die de Propheet Ezechiël gezien en beschreeven best* etc. Franeg. 1687. et 1695. 2 Voll. 8. Non omittendus praeterea *Samuelis Lee* liber de Templo et Sacerdotio Anglice editus Londini 1665. fol. *Matthias Hafner offernus* de Templo Ezechielis, Tusing. 1613. fol. *Mailletus* Presbyter, et *Canonicus Tricassinus* de forma Templi et palatii Salomonis, Augustae Tricassinorum 1695. fol. Gallice. *Bernh. Lamius*, in libris VII. de tabernaculo, etc. §. 1.1. citatis. *Io. Seldenus* lib. III. de Iur. Nat. et Gent. cap. 6. *D. Aug. Pfeifferus* in Dubiis vexatis Scripturae, qui plures Scriptores laudat *Offert Dappen* in descript. Palaestinae, *Casp. Calvoer* Tomo 2. ritus Ecclesiastici; ubi et alia de antiquitatibus templorum collectanea. *D. Dorsbeus* diss. de templi personalis⁶ solutione et excitatione ad Ioan. II. 20. *Lud. Cappelus* in Delineatione templi ab Herode exstructi, ex Iosepho ad calcem historiae Apostolicae, tum seorsim variis in locis, tum in Tomo IX. Critic. Angl. excusa. *Laur. David Bollhagen* de templo Iudeorum tertio, Gryphisw. 1707. *Io. Landius* in vberiore descriptione Tabernaculi sancti, templique utriusque Hierosolymitani, Germanice edita Slesvic. 1696. 8. et vna cum reliquis eiusd. scriptis antiquitates Iudaicas illustrantibus Hamb.

1701

⁶ De Herodis templo locum Ioannis accipiendum contendit Sam. Bafnage T. 1. *Annal.* p. 68. 272. b. et 255. quod insaturari coepit anno Juliano XXIX. Quamquam enim intra novem annos et dimidium, ex Iosepho XV. 14. constat, aedificiū ipsū corpus fuisse absolutum, tamen ab illo tempore usque ad hanc quo Iudaei ad Christum loquuti sunt annum XLVI. (Julianum LXXV.) semper aliquid in illo exornari contigit, quo sensu Plinius XXXVI. 14. de templo Dianae Ephesiae: *ducentis et viginti annis factum a tota Asia.* Confer Vsserium ad A. Period. Iul. 4697. Scaligerum de emendat. temporum p. 373 399. *Herm. Wissem* Dodocadis p. 469 399.

1701 et 1738. fol. *Cassii Heuniflora* in *Illium Apoclypticum et Ezechielicis*, Rotenburg: ad Tubarim 1684. 4. *Casparus Hermannus Sandbach*, in *Oratione de Templo et in Descriptione Templi Harmoniae Evangelicae* subiecta: *Henricus Horstius* in *structura Templi demonstrata ex Ezechucaps XL. seq. et ichnographice delineata*. Herborni 1709. qui. *Leonardus Christophorus Sturm* in *Sciagraphia Templi Hierosolymitani ex ipsa fontibus veterarum fontibus praefortam ex visione Ezechielis* vixit, architecturae quidem, ita tamen concinnata, ut eam Architecturae ignari quoque intelligere possint, una cum armaduerionibus in *Villalpandum*, et figuris in aedificiis. Lips. 1694. 4. *Ioannes* quoque *Brasilius*, vir doctus, cuius libri deinde vestitus sacris Ebraeorum *extat*, tres praeter partes iusti operis de *Sanctuario Dei* molitus fuerat, quarum una de *Tabernaculo*, *Templis*, et *vasis sacris*, *mensa de Sacrificiis*, ac *tertia de Sacerdotibus* ageret: verum *illae lucet non adspexerunt*. Ceterum praeter iam commemorata in describendo templo Hierosolymitano versati sunt *Eduardus Pocockius* in *Commentariis ad Ioselin.* p. 160. vbi. exhibet delineationem templi petiti in *Manuscriptis*, quam ab ipso profectam esse *Maimonide* existimat. *Conradus Mel.* in libro *Germanice* sub hoc indice vulgato: *Salomon Tempel*, oder *Beschreibung des heiligen Tempels Salomonis*, wie auch des von Herodotus wieder aufgerichteten, und von Herode verbesserten *Hanses Gies* in *Jerusalem*. Franc. ad Moem. 1724. 4. *Ioan. Id.* *Scheuchzer* in *Physica Sacra* ad r. Reg. V. et *Vilpsch* 237qq. *Augustinus Calmet* ante commentarium in *Ezechielem*, T. VI. pl. 289. sq. 2. *Hansu Newtonus* in *Chronologia* edita Anglice Londini 1728. 4. (*Sanders*) de *foris* templo edita *Halae* 1718. 4. Germanice: *Der Tempel Salomonis nach allen seinen Vorhöfen, Mauern, Thoren, Hallen, heiligen Gefässen etc. nebst beigefügten Kupferstücken in einem eigentlichen Modell und materiellen Zustellung*. *Ioan. Bernhardus Widoburgus* in *Mathesi Biblica*, Specimine IV. p. 7. *Ioan. Langius* in *Mysterio Christi et Christianismi* p. 191. *Ioan. Diemerius* *Waltherus* in *Discursu philologico de aedifico sancto ad vestibulum templi Hierosolymitani*. Regiomonti 1697. et singularibus disputationibus *Michael Christian Ludovici*. Ienae 1658. *Nicol. Moellerus* ibid. 1693. *Dan. Ludius*. Vpsal. 1704. 8. et *Io. Annd. Bahmann*. ib. 1707. 8. De templo *Herodis* ad *Haggai* II. 10. et *Ioseph. Ant. Iud.* XV. extrem. disputat *Vir Summe Reuerendus Io. Aug. Gruebi* pro *lusion* ne. Lips. 1752. 4. euulgata qua id effecturum esse sperat, primo venientis dubitare possit, *Herodem* templum totum a fundamentis aedificasse, destructo per partes vetere: deinde, ut appareat, ex consuetudine loquendi historica, omninoque populari, templum illud *philosorum* secundum, et fuisse, et recte appella-

appellatum esse. *Tellum Sabbati* cuius 2 Reg. XVI. 18. mentio. V. G. Iacobus Rhenferdus in comitatu Francq. 1707. de hoc loco edita putat fuisse paschorium, e quo signum ineuntis clausurae Sabbati datus fuit ab vno Sacerdotum, in intima templi atrio.

VII. Quo nomine dedicatum fuerit templum Salomonis, singulari libro disquirat *Franciscus le Roy* in Templo Sapientiae s. Dissert. Mystagogica edita Insulis 1661. fol. in qua illud speciale nomen *Supremae Dei Sapientiae* consecratum fuisse contendit, ubi *Ludei ab Absate* suspicatus est, illud dedicatum fuisse *Deo Victori*. Quinquae res in templo primo, quas in secunda defecisse aiunt Iudaei, sunt arca foederis, Vrim et Thummim, sacer ignis: וְשֵׁנִי וְשֵׁנִי וְשֵׁנִי. De *Scheshinah* siue gloriæ presentiae Dei templum vel sanctum sanctorum replente vide erudita *Ioan. Andreas Danzi* Programmata, recusa in Ioan. Georg. Meuschenii. Nouo Testamento ex Talmudo et antiquitatibus Hebraicis illustrato, pag. 701 sqq. *Godofr. Ringsti* Disputat. de apparitionibus Scheshinae symbolicis illustrioribus. Breatae 1709. *Ioan. Henr. Mai* Diss. de Scheshinah. Gieslæ 1723. *Ioan. Gottl. Carpzou* epistolam de Scheshinah. quae legitur in Eius apparatu historico-critico antiquitatum sacri codicis gentis Hebraeae p. 765 sq. Adde *Henr. Haulti* commentarium de praerogatiuis Iudaeis. Lugd. Batav. 1712. 4. Diss. secunda. De gloria templi secundae conferendae sunt associationes ad Haggaii-II. 7. seq. *Augusti Nerenii* Rostoch. 1646. *Ioan. Hilpertii* Helmstad. 1653. *Ioan. Adami Schorzeri* Lips. 1663. *Henr. Wideburgii* Helmstad. 1668. *Ioan. Frischmuthi* Ienae 1669. *Ier. Weheri* Lipsiae 1686. *Ioan. Frider. Megeii* Heidelberg. 1693. recuf. T. I. *Isaacus Ikoniani* Disputat. in V. T. p. 107 sqq. *Ioan. Christoph. Wichmans* batyae. Witab. 1725. *Casp. Gottfr. Mundini* Ienae 1719. *Henrici Benzeldi* in Synagoga Dissertat. II. p. 125. Adde *Henrici Ioan. Elebrechti* librum de gloria templi secundae. Hamburgi 1723. 8. et *Salomonem Deylingium* oblectat. sac. P. III. p. 139 sqq. Hodierna templi Hierosolymitani facies externa describitur a *Ioan. Francisc. Gamello Carreri* in itinerario ex Italico Gallice verso. (Parisii 1719. 12.) T. I. p. 142. Idem, ibidem p. 143. narrat, Christianos illud ingressos a Turcis vel interfectos, vel ad Mahamedanismum amplectendum cogi. Quod non fas esset in templum istud ingredi alienigenas patet etiam ex Act. XXI. 28. sq. vbi videtur Grotium. Templum ad Hierosolymam exemplum aedificata 1) a Pontifice Onia secundum Prophetiam. Es. XIX. 19. conditum in Aegypto in praefectura Heliopolitana. Ioseph. lib. 1. c. 1. de bello Iud. et lib. 7. c. 90. cum lib. 12. Antiq. c. 6. Confer *Antonium van Dale* lib. de Aethiopia p. 167. sq. *Hambred. Fridaui* Histor. Iudaeorum, T. IV. p. 349. *Compes. Hittingam* Comm. in Iesaiam T. I. p. 152. *Petrus Luricium* Ddd Histor.

Histor. dogmat. et cultuum p. 228. et *Ioan. Fridericum Mayerum*. Dissertat. de templo Iudaeorum tertio. Gryphis. 1707. 4. et *Ioan. Philippo Casella*. Dissert. sub praesidio Theodori Hafae. Bonnae 1730. habitam, et recentem Vasoreuto nouo dissertation. rariorum. Helmstad. 1743. 4. p. 1. sq. adde scriptores Petro Zornio in notis ad Hebraei Abderitae Eclogas p. 14. commemoratos. 2) a Samaritanis prope Sicima et Garizim. Vide Iosephum lib. 2. de bello Iud. c. 2. et Antiq. lib. II. c. 8. Videnda etiam *Augustini Calmet* dissertatio quarta, adiuncta commentariis in libros Regum, quae est de Templis. Parisi 1717. 4. *L. G. Weib* de religione et templo Samaritanorum in monte Garizim. Havnae 1735. *Hermannii ab Harde* historia templi Sicheimitici Sanballati, Babylontico paris ad Sachariae V. Helmst. 1727. 8. et *Andr. Conr. Werneri* Diss. de Samaritanis eorumque templo in monte Garizim. Leuae. 1723. VIII. De Ara templi secundae extensione singulari diatriba agit *Ioan. Ker. Grimmerus* Tigurinus. Lugd. Bat. 1697. 4. a quo in non paucis dissentio videtur. Utum in hoc litterarum genere imprimis versatum. *Theod. Duffonum* editus Altare exterius templi Hierosolymitani ad mentem Ebraeorum veterum delineatum anno proxime insequuto 1698. lucem adspexit Witteb. in 4. Nec non *Ioan. Philippum Heintzen*, cuius noua arae Mosaicis exterioris delineatio prodit in fasciculo primo nouae rariorum scriptorum collectionis. Havnae 1716. 8. p. 42. sqq. Praeter hosce viros idem argumentum persequuntur *Sanctus Isaac Piblmann* in succincta delineatione altaris exterioris templi II. Aboae 1700. 8. (*Daniel. Rittersdorf*) in Decimis Borussiacis P. XV. Vol. II. p. 388. sqq. *David Millius* de altari mediatore. Dissertat. selectar. p. 327. edit. secundae. De cornibus altaris exterioris dissertat. idem *Millius* ibid. p. 321. *Ioan. Jac. Palm* in singulari dissertat. Regiomonti 1714. habitam, et *Joan. Tom. primo thesauro* Henkahi pag. 309. sqq. et *Ioan. Rud. Grimmerus* Symbol. Liter. Bremens. T. II. p. 73. sqq. De expurgatione altaris *Ioan. Andr. Glesselius* Witteb. 1718. De filo rubro altaris Hierosolymit. *Hadr. Rehdanus*. Vitrae 1714. Praecipue vero obseruandum est, ad altare non ascensum fuisse per gradus, ut plerique pingere solent, sed per declives munitas, qui *Ezech. XLIII. c. 7.* vocantur מַגְדָּוֹת, unde Propheta *Isa.* cum *Exod. XX. 26.* ubi gradus deferre prohibentur, se esse conciliatur. De ara Iussus sine interioris eiusque mysterio prodierunt *Ioannis ab Hamm* Exercitationes philologicosacrae. Herbomae 1715. 8. Adde *B. S. Cremerum* in Pœcile Antiq. Sacr. T. I. p. 297. *David. Gertmanni* Diss. septem de altari fuffus. Witteb. 1899. 4. et *Christianum Ludouicum Schlichterum* Symbol. Liter. Bremens. P. II. p. 401. sqq. De thuribulo videt. *Sa. Deylingum* Obs. Sacr. P. II. p. 429. *Ioan. Georg. Müllbacher* Mus. Brem. T. II. p. 31. sqq. et Dissertationes *Ioan. Wesseli*. Lugd. Bat. 1712. *Ioan.*

Ioan. Bisti Sontensfeldii, Witteb. 1713 et *G. R. Rogalis*, Regiom. 1724. Conclauē occultorum donorum, et conclauē vasorum in templo memoratur in *Misna Shekalim* T. 2. edit. Surenhusianae p. 124. tredecim cistulae, p. 197. tredecim mensae p. 196. et tredecim siue quatuordecim loca adorationis. Id. p. 195. Locus arcae absconditae. Ib. Portae tredecim earumque nomina. p. 195. sq. Velum. p. 204. De columnis aeneis templi Salomonis Iachim et Boas duabus Exercitationibus egit *Aug. Vogelius* Witteb. 1695. quibus adde *Meinh. Plesken* disputat. sub praesidio Io. Christo. Wichmanshausen habitam de columnis aeneis in porticu templi a Salomone positas. Witteb. 1719. et dissertationes *Ioan. Georg. Michaelis*. Franc. ad Viadr. 1738. *Io. Frid. Kilchbergeri*. Berolini 1733. *Daniel. Rittersdorffii* comment. in Decimis Borussiae. P. XVIII. Vol. II. p. 659 sq. et *Ern. Frid. Neubauerum* de columnis Ecclesiae Sect. I. p. 25 sq. De materia columnarum et vasorum templi Hierosolymitani disserit *Ioan. Georg. Altmannus*. Tempe Heluet. T. I. p. 391 sq. De ingenti balneo Salomonis aeneo operae. praerium est consulere obseruata viri doctissimi. *Ed. Bernardi*, ad calcem eorum operis de ponderibus et mensuris veterum, Oxon. 1688. 8. *Leon. Christoph. Saurmii*. Librum de mari aeneo, Norimb. 1710. 8. *Conradi Mel* manuum ad antiquarium sacrum. p. 1 sqq. *Ioan. Philipp. Heinius* de aenei maris diametro; in Fasc. secundo nouae collectionis variorum scriptorum. *Salom. Deylingium* obseruat. sacr. P. I. p. 112. ed. secundae. *Daniel Rittersdorffius* Decim. Borussiae. P. V. Vol. I. p. 380 sq. *Ioan. Pythium* in delineatione apologetica maris aenei fusilis, quam fecit Leidae 1654. 4. *Io. Jac. Schenckzerum* Rhyf. sacr. ad 1 Reg. VII. 23. et Dissertationes Alberti Friderici Freyeri. Ienae 1715. Henrici Klauingii ac Paulli Henr. Nicolai. Witteb. 1717. Andri Froelund. Hafniae 1717. Fr. Ad. Lampii. Ultraï. 1723. Gregorii Steenmanni. Abosae 1724. Suenonis Laurelii. Norcopiae 1727. De labro aeneo, quod in atrii tabernaculo collocatum erat; agunt *Godofr. Thoma* exercitatione edita Cygnese 1674. et *Hermanus Gildon. Clemens* in dissertat. de labro aeneo, cuius secunda editio prodit Groningae 1732. 8. Atrium gentium nihil in templo Hierosolymitano existisse euincere studuit *Car. Henr. Zeltichius* in Symbolis litterar. Bremensibus T. II. p. 73 sq. Idem *Zeltichius* porticum Salomonis describit Miscell. Lips. nov. Vol. III. p. 176 sq. De arca foederis notae sunt Virorum praestantiss. *Buxtorffii*; *Frischmuthi*; *Carpzouid* ac *Ioan. Palmroosii* Dissertationes, quibus addendus *Io. Jacobi Deonisti* siue *Leonis*. Iudaei liber de arca foederis et de Cherubinis, Amst. 1653. 4. *Iusti Soldani* Entdeckung, Cassel. 1650. 4. *Ioannes Ouenus* in Epistolam ad Hebraeos T. 1. p. 269 sq. qui de Cherubinis etiam disserit p. 298 sq. de quibus praeterea Exercitatio *Mich. Liebetanzii* et *Heinr. Wessii* disputata Lib. II. Aegyptiacorum

rum cap. 13. et Misc. sacr. lib. II. diss. I. p. 433 sqq. videri possunt, vbi impugnat, quae de illis scripserat Io. Spencerus lib. III. de Legibus Ebr. cap. 5. Contra Gaffarellum et Moncaeiū de iisdem Cherubinis differit Io. Reiskius duabus diss. A. 1674 et 1677. et Natalis Alex. diss. V. aetate quinta V. T. adde *Cherubini a S. Iosepho apparatus biblicum* p. 553 sqq. *Alberti Wilb. Melchioris* oration. de Cherubinis gloriae eorumque mysterio. Hanov. 1722. 4. *Olai Celsii et Jac. Henr. Loebneri* diss. de Cherubinis. Vpsal. 1716 et Bremae 1720. 4. *Ioach. Langii* Progr. de Cherubinis Mosaicis tanquam emblemate fidelium Christi membrorum. Halas. 1731. 4. De iis, quae in arca foederis fuerant, vide *Andr. Sennecke* dissertat. Witteb. 1680. 4. De operculo arcae propitiatorio consulatur dissertatio. I. C. Wichmannshausen, Witteb. 1720. 4. Io. Henr. Maii, Giesae 1695. 4. rec. in eiusd. exercitat. philolog. et exegeticis T. I. p. 411 sqq. *Conn. Ikenii* Bremas. 1725. 4. adde *Erici Fabianii* historiam propitiatorii, Pernaviae 1705. 4. De lapide fundamenti, cui arca foederis fuit imposta agit *Theodor. Hasaeus* singul. comment. Erford. 1718. 4. De tabulis foederis prioribus et posterioribus I. C. Wichmannshausen et I. F. Michaelis duabus dissertationibus. Witteb. 1729. De vasculo Mannae Carol. Ludov. Hoheisel duab. dissert. Ienae 1715. De virga Aarons floridae vide Dissertationes Christi. Kortholti, Kilonii 1674. Christi. Stocken. ibid. 1678. Ioan. Henr. Maii. Giesae 1680. Georg. Othonis. Marp. 1692. Dan. Lundii. Vpsal. 1707. Gothofr. Ittingii. Hanov. 1708. De columna nubis et ignis, Israelitas iter facientes praecedente, conferantur dissertationes, Valentini Friderici. Lipsi. 1689. Christiani Sahnii. Gedani 1702. Haaci Pihlmanni. Aboae 1704. Ioan. Gasp. Kraufii. Witteb. 1707. quibus iungatur *Christiani Mundenii* commentatio de columna nubis et ignis. Goslariae 1712. 8. *Ioan. Gadafredi Tympi* diss. de Tabernaculo Dei et sacrorum sede in deserto. Ienae. 1731. et diss. duas de descensu nubis gloriae in Sanctuarium ante consecrationem Aarons facto, aduersus Talmudistas et veteres Hebraeorum commentatores. ibid. 1731. et 33. *Gauep. Vitringa* obseruat. sacr. L. V. p. 168. et *Petrus Zornius* Opusc. Sacr. T. I. p. 384. *Hormanni Hardtii* sententiam, per columnam nubis et ignis ignem sacrum in ara exstantem, tanquam publicam et visibilem cultus diuini characterem, gratiaeque apud Deum et opis atque salutis a Deo expectandae symbolum, intelligentis, Ephemerid. philologic. p. 116 sqq. defendit Ioan. Tolandus in Tetradyco. Londini. 1720. 8. Oppugnarunt ac confutarunt Bibliotheca Litteraria a Iosepho Waffio, Anglice edita, Londini 1723. 4. Num. V. p. 1 sqq. Bibliotheca historico-theol. Bremensis T. V. p. 377. *Ioan. Jac. Cramerus* in Theologia Israelis II. p. 61 sq. *Ioan. Merckius* Exercit. Bibl. VIII. *Henricus Pontanus* innotat. in augurali.

augurali. Vitraiecti 1700. *Sal. Deylingius* in exercitatione de Angelo Domini Israelitarum per vastas solitudines ductore, Observat. miscellan. p. 748 sqq. et Auctor anonym. in Hodego confutato. Anglice. Londini 1720. 8. Nubem super arca foederis iudaicum commentum videri singulari dissertatione Lipsi. 1752. evincere studuit Christianus Guilielmus Thalemannus; cuius argumenta sub examen vocavit Ioannes Fridericus Stiebritzius in diss. de arca foederis ordinaria columbae nubis et ignis sede. Halae 1753. De candelabro aureo *Fortunatus Scacchus* Myrothec. 2. c. 45. *Ioan. Doutreinius* in tabernaculo Mosis c. 12. p. 389. *Hadr. Relandus* singulari epistola, de candelabro in arcu Titiano obuiio, quae inserta est laudato Doutreini libro p. 431. *Wilhelmus Goeres* Histor. Mosaic. P. IV. p. 83 sqq. *Bernb. Lamius* de Tabernaculo et Templo lib. III. p. 381. *Ioan. God. Lakemacherus* Obs. Philolog. P. II. p. 174. *Ioan. Gottlob Carpzovius* in annotationibus ad Goodwinum p. 281 sqq. *Christi. Ludov. Schlichterus* in libello de lychnucho sacro eiusque mysterio. Halae 1740. 4. *Petrus Zornius* in annotationibus ad Hecataei Abderitae Eclogas p. 120 sqq. et singular. dissertationibus Georgius Stellmannus. Bremae 1700. *Iosias Henr. Opitius*. Ienae 1708. *Georg. Michael Doederlin*. Vitemb. 1711. *Olauius Celsius*. Vpsal. 1714. De mensa et panibus facierum exponunt *Doutreinius* lib. cit. c. 13. p. 439 sqq. *Carpzovius* l. c. p. 277 sqq. *Sal. Deylingius* obs. sac. P. II. p. 119. *Scacchus* lib. cit. pag. 481. *Schouchaerus* Phys. sac. ad Exodi XXV. *Bernb. Lamius* lib. cit. pag. 370 sqq. *Christi. Ludov. Schlichterus* duobus libellis, altero, de panibus facierum eorumque mysterio. Halae 1737. 4. altero, de mensa facierum eiusque mysterio. *ibid.* 1738. 4. et singularibus disputationibus *Theodorus Dassovius*. Witteb. 1692. *Iacobus Rhenferdus*. Franekeræ 1703. *Ioannes Palmzoot*. Vpsal. 1703. I. E. Rau de libamine oblato in mensa sacra. Herborsæ 1703. Eorum, quae ad templum Hierosolymitanum spectant partem non contemnendam illustratam videre licet in *Rev. Dassovii* Dissertatione Kilonii anno 1701: edita, qua imagines hebraearum rerum, quae nostra aetate circumferuntur, emendantur. De templi custodia nocturna, eruditus *Paulus Friderici Opitii* commentarius Historicophilologicus lucem vidit Kilonii 1710. 4. in quo etiam de quinque portis Montis templi, et de *σφραγισμός* diligentiùs disputatur. De cultu Templi quotidiano tractatum italmudicum latine veritè notisque illustravit *Com. Ikanius*. Bremæ 1736. 4. De magrepha; miro vase æmpli secundi differit *Emon. Luc. Vriemont* observat. miscellan. Leuardiæ 1740. 4. edit. p. 177 sqq. De vite aurea templi Hierosolymitani vide dissertationes *Dan. Frid. Iani*. Lipsiæ 1706. et *Georgii Sigism. Greenii*. *ibid.* 1730. De spoliis templi Hierosolymitani in arcu Titii

triumphali Romæ conspicuis elegans libellus *Hadr. Relandi* prodit Vltrai. 1716. 8. De reuerentia templis et synagogis tributa *Buxtorfius* Lexico Talmudico p. 2093 sq.

IX. Præter templum Hierosolymitanum, ad quod vndique Iudæi ter quotannis confluerunt, et Hierosolymis et aliis in locis, oppidis et vicis habuerunt suas proseuchas et Synagogas. Quemadmodum in sola Tiberiada tredecim fuisse Synagogas constat ex Gemara Berachot c. 1. p. 79. edit. Clarissimi Georg. Elief. Edzardi. Verum de Synagogis rectius dicemus infra, vbi de Scholis Iudæorum sermo erit. In præsentia sufficiat laudasse viros doctissimos qui de Synagogis et proseuchis Iudæorum fusius commentati sunt, Campegium Vitringam, Io. Rhenferdum, et in Exercitationibus Franciscum Burmannum, Ioan. Seldenum in præclaro de Synedriis opere, nec non *Samuelum Maresum* Dissert. select. pag. 702 sqq. adde dissertationes Christ. Bornitii. Witteb. 1650. Balth. Stolbergii. ibid. 1681. Wilh. Ern. Tenzelii. ibid. 1682. Dauid. Clodii. Giffæ c. 2. Videndus etiam Valesius p. 28. ad Euseb. et interpretes, Hammondus præcipue ad Actor. XVI. 13. vbi verba *ὁ ἐνομιζέτο προσευχῆ εἶναι* Herm. Witfius in meletematis Leidenfibus interpretatur: *vbi recepto more fiebat oratio.* Certum tamen est *Proseuchas* dictas oratoria in quibus orabant Iudæi, vt a viris doctis demonstratum ex Iuuenalis III. 295. vbi Scholiastes: *Proseucha locus Iudæorum vbi orant.* Et Chrysostomus ad illum Actorum locum: *οὐ γὰρ δὴ ἐνθα συναγωγή ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔξω ἤρχοντο ὡς περὶ τὸσον τινα ἀφορίζοντες.* Memorat quoque *Proseuchas* Iudæorum disertè Philo, cuius testimonium iam adduxit Turnebus lib. 1. Aduersar. c. 19. vti Politianus c. 30. Miscellancor. obseruauit hunc locum Cleomedis lib. 2. c. 1. p. 90. *ἀπὸ μέσης τῆς προσευχῆς καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς προσαιτούντων Ἰουδαϊκῶς τινα καὶ παρασκευασμένους.* Robertus quoque Gellus vir doctus in obseruationibus sacris posthumis Anglice editis sub titulo *Gells remaines* sue Gellii reliquiae, Lond. 1676. fol. p. 541 sq. de oratoria eiusmodi explicandum esse docet Lucam VI. 12. *καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ Θεοῦ.* Confer quæ de Massalianorum proseuchis Epiphanius T. 1. p. 1067 sq. et ex recentioribus si lubet adde Barthium II. 21. Aduersar. Casauboniana a Celebrissimo Io. Christophoro Wolfio edita p. 118. et Colomesii Obseruationes sacras p. 130. Porro in loco Actorum verba *ὁ ἐνομιζέτο εἶναι*, vertenda sunt: *vbi erat*, vel *esse consuevit*, vt notauit in præclaris ad Nouum Foedus Obseruationibus suis Lambertus Bos. De proseuchis Samaritanorum singulari exercitatione egit laudatus Tenzelius, edita Witteb. 1682. 4. De synagogis et proseuchis Iudæorum littoralibus, Exercitatio erudita M. *Christiani Deutsch* Regiomontani, lucem vidit Lipsiæ 1713. cui iungatur *Petri Zornii*

Commentatio de scholis publicis ab antiquis Iudaeis prope a lacuum aranium- que crepidinibus et ripis exstructis. Ploenae 1716.

X. Inter gentes quaedam religiosum putarunt, nulla plane templa, nec aras; nec statuas habere, sed mentem pluram, (adde Prudent. 2. Symm. 249. 199.) et totum hunc mundum existimare vnicè dignum Deo templum. Ita de Peris tradit *Herodotus* Lib. I. Historiar. c. 131. *Aeschylus* in Peris v. 364. et 811. *Dion* apud *Clem. Alexandrinum*; *Strabo*, *Cicero* in *Vorrem* & 2. de Legibus p. 112. vbi conferendus *Turnebus*. Etiam Germanos veteres *Tacitus* auctor est c. 9. religioni duxisse sibi, partibus cohibere Deos, itaque lucis usus esse: quam ob rem et templum pro luco posuit *Tacitus*, cui *Hertham* Deam, postquam circumuecta sollemnè ritu secreta religionis fuisset abluta, reddam describit c. 40. Idem *Tanfanae* templum memorat *Annal.* l. 1. c. 91. Et *Celsus* apud *Originem* L. VII. p. 384. affirmat, nec *Scythas*, nec in *Altis* *Nomades*, nec *Seres*, nec alias gentes quam plurimas, templis, aris, altariis usas; quo in loco, pro *Seribus*, vetus Latina Personae translatio habet *Syros*, de quo videas licet *Seldenum* L. III. de *Synedr.* Ebr. p. 106. *Scythas* nulli Deo praeterquam *Marti* simulacra, aras ac delubra facienda existimare auctor est *Herodotus* IV. 59. qui c. 62. quale fuerit illud e farnedortum *Seribus* compositum templum, latiniaci *Martis* simulacro sacrum describit.

XI. Lucorum porro usus pro templis et verustissimus fuit et latissime olim patuit, nec nostro tempore plane exoleuit. Obtenet enim hodieque non tantum inter gentes quasdam Indicas, sed et inter Christianos quasdam Europae Septentrionales, Ethnicismi vestigia adhuc apud septentriones, ut docuit me *Simon Diedericus Gerken*, à *muonaptris* Pastor Ecclesiae *Naruiensis* in *Liuvonia*, A. 1706. denatus, qui abusu illi iustum de *Lucorum* Ethnicorum superstitione commentarium opponere constringerat. In variis etiam Conciliis vt *Nannetensi* can. 20. *Turonensi* 2. c. 22. *Antissiodorensi* can. 3. *Arelateni* 2. can. 23. tum legibus *Longobard.* lib. 2. tit. 72. In Capitulis *Caroli & Ludouici* Imp. lib. 1. c. 64 l. 7. c. 238. etc. veritum arbores, fontes, vel saxa venerari. Vide et *Eindetrogium* p. 1357. ad Codicem Legum affluquantum. Arbores enim iuxta Deorum delubra collocatae quoque fuerunt. v. *Martinus Zimmermannus* p. 283. flor. Regil. Iudicia ad altas arbores exerceri solita. vide *Ioan. Andr. Schmidum* ad numum bracteatum *Henrici III.* p. 14 et 55. *Ioh. Georg. Lenzfeldum* antiquit. Praemonstratens. de monasterio gratia Dei S. XVIII. sq. p. 51 sq. et *Sim. Frid. Habnium* Histor. Imperii T. 2. p. 207 sq. *Malmontidis* dictum: *in umbra trunci arboris sub quo idolum est sedere non licere*, sed

Vide *Lucian.* de sacrificiis T. I. p. 367.

sed sub umbra foliorum et ramorum fas esse. De quo D. Ioan. Bened. Carpzov. diff. pag. 135. 149. Videndi interim de lucorum cultu interpretes S. Scripturas ad Gen. XIII. 18. XV. 9. XVIII. 1. XXI. 33. Deut. XII. 4. XVI. 21. Iud. II. 13. III. 7. VI. 25. 1 Sam. IX. 12. 3 Reg. III. 2 sq. XII. 31. 4 Reg. XVIII. 4. XXII. 44. 2 Chron. XXXIV. 3. Ies. II. 13. Ier. II. 20. VII. 79. Ezech. XVI. 13. et XXVII. 6. Io. Rud. Käslingii diff. de superstizioso Israelitarum sub quercubus cultu. Lipsi. 1748. Antonius van Dale c. 2. de Orig. et progressu Idololatriæ, ubi post Spencerum, Seldenum, aliosque obseruat, Astaroth in Prophetis memoratos esse lucos et Aserim idola sub lucis culta. Τα Αζαφαί apud Strabonem. Conferantur Adr. Relandi diff. Misc. parte 2. p. 263. Mishna Surenhusii T. 4. f. 376. 377 sq. et de lucorum arborumque religioso cultu Ioan. Com. Dieterici Antiquit. Bibliæ 264. sq. et 275. Bernh. Mülleri Dissert. de Baalim et Astaroth Lipsi. 1755. Athan. Kircherus Tom. I. Oedip. Aegypt. p. 311 sqq. Pinto Ramirez in spicilegio sacro tractat. Bened. Curtius Symphorianus Libro IV. de Hortis (quod opus in 39. libros diuisum, lucem adspexit Lugd. 1660. fol.) Carolus Stengelius in Historiâ hororum. Aug. Vindel. 1650. 12. Petr. Faber Lib. III. Semestr. c. 11. Less. Begerus in spicilegio Antiquitatis p. 52. ubi lucos non tantum Diis magis consecratos sed et manibus atque Heroibus. Simon Bouffar. in noctibus theologicis Paris. 1698. 8. dissert. quarta, quæ est de arborum superstitione, p. 87 sqq. ubi etiam perstringit ritum Cal. Mart. die Apostolor. Philippi et Iacobi incisas arbores frondescentes circumferendi. Adde quæ de quercu Abrahami Petavius ad Epiphani. p. 37. Neque in agris tantum sed et in aedibus et urbe fuisse lucos obseruat, V. G. Ludov. Antonius Muratorius ad huc Paullini. Ital. XI. Felici. v. 183. Venus ex nemus illis fuit Deus. Potterus Archaeolog. Graec. f. 209. Gerda. ad III. Aeneid. 91. Phil. Rubenius Lib. II. Elector. cap. 34. Ioan. Wolperanus de Umbra c. 9. Andr. Christ. Eschenbachii Viri doctissimi Exercitatio de consecratis gentilium lucis, edita primo Ienæ 1686. et recusaquæ in Syntagmate II. Dissertationum Philologicarum in Belgio iunctim vulgatarum anno 1700. 8. et inter Eschenbachii dissertationes p. 133. 134. Norimb. 1705. 8. Ezech. Spanhemius p. 154. ad Callimachum, Gotfridi Petritzii dissertatio de lucis in nemoribus sacris Lipsi. 1670. Georg. Frid. Magni Dissert. de Lucis gentilium. Wittenb. 1674. Dieterici Dresleri dissertatio de lucis religioni gentilium destinatis. Lipsi. 1720. Coelestini Com. Neufeldt commentatio de idololatria gentium siluestri et lucis religiosi. Regiomont. 1729. Ioan. Phil. Casselii exercitatio de locis in usum sacrum destinatis graecis et latinis dictis. Magdeb. 1731. Ioannis Cheopzzi comment. de cultu idololatriæ lucorum, in collectione dissertat. Acad. Cortonenlis. Vol. I. p. 2. p. 93 sq. et

Vol. IV. pag. 149 sqq. et *Isidus Rycquius* de Capitolio cap. 40. vbi de lucis Romuli. De Druidarum lucis et quercetis sacris ex Caesare et aliis res notissima. Consulendi praeterea *Phil. Cluverius* L. 1. Germaniae antiquae c. 34. p. 234 sq. *Birkbeimerius* de lucis vet. Germanorum. Witteb. 1570. 4. *Hell. Gottfr. Massius* in Antiquitatibus Meklenburgicis. *Casp. Danckwerts* descriptione Holsatiae p. 198. et *Godofr. Schütztus* de superstitiosa Germanorum gentium reuerentia lucis consecratis exhibita. Hamb. 1741. 4. Denique non praetereundum quod notat Strabo IX. p. 402. a Poetis etiam templa arboribus omnino destituta ἄλση vocari. De quercu Ioui sacra vide *Ioan. Henr. Schminckii* diss. de quercu Iouis, maxime in Hassia. Marpurgi 1744. adde *Ioan. Iarckium* p. 514. ad *Eliam Schedium* de Diis Germanorum. De quercu Romouae, gentilibus olim Prussis sacra singulari dissertatione egit *Martinus Iesehke*. Regiom. 1674. adde *Acta Borussica*. T. 1. p. 518 sqq. *Celestertes Preussen*, T. 3. p. 285 sqq. et *Bibl. Lubacens.* T. XII. p. 605. De quercu regia in Anglia, in qua Carolus II. profugus delituit, vide libellum sub hoc titulo euulgatum: *Boscobel, ou abrégé de ce, que s'est passé* &c. ex Anglico Gallice Rothomagi 1676. 12. et Anglice quartum recensum addito clauastro regali reserato. Londini 1676. adde *Journal des Savans* 1676. p. 227. edit. in 4. *Philosophical Transactions*. N. 310. *Beniamin Motte* Abridgment T. II. 2. p. 136 sq.

XII: Frequenter etiam in sacris litteris mentio fit excelsorum siue montium et collium sacrorum, tanquam ararum quarundam natalium, in quibus sacra, vt vero Deo ab Abrahamo, Gideone et aliis, ita idolis et astris passim facta apud gentes, constar. De iis, praeter *Lamptum* T. 1. in *Ioannem IV.* 29. p. 736. aliosque Interpretes S. Scripturae, consulendus *Eschenbachius* Dissert. laudata §. 5. *Franciscus Wokenius* de excelsis Israelitarum sacris. Witteb. 1727. *Surenhusii* Mishna P. V. p. 58 sq. *Frieder. Gottb. Freytagii* diss. de Sacris gentium in montibus. Lips. 1719. *Gottb. Traugott Zachariæ* diss. de more veterum in locis editis colendi Deum. Halæ 1754. et *Ioan. Gottl. Bidermannus* de montibus Musarum domiciliis; Parte prima Otior. Litterar. p. 248 sqq. Nam *Martini Schookii* Exercitatio de Excelsis, quae inter eius varias Dissertationes extat Ultrai. 1664. 4. et *Gisb. Voetii* eodem titulo inscriptae dissertationes, Tomo IV. Selectar. p. 325. longe aliud argumentum persequuntur; siquidem agunt de choreis, luxu in conuiujs, vestibus; ornatu capillorum et faciei, quae tanquam excelsa mundi praesente saeculo multi Christianorum colunt. De veterum Germanorum et aliarum gentium Septentrionalium excelsis consulantur *I. G. Keyserus* Antiquitatum septentrionalium et celticar. p. 43 sq. p. 49. 60 sq. et *I. G. Eckhardus* Rar. Franc. Orient. T. 1.

p. 414. De Perfarum follemni sacrificio in excelso monte agit *Appianus* fol. 215. Mithridatic.

XIII. Primis Aegyptiis atque inde Assyriis hoc tributum, quod templa Diis consecrassent, iam supra §. 1. ex Herodoto notauimus. Inter Graecos Deucalion primus condidit vrbes, et templa instituit, si credimus *Apollonio Rhodio* Lib. III. ἀργοναυτικῶν, vt omittamus quae tradit Hyginus fab. CCXXV. In Latio temporum primus conditor Ianus vel Faunus, a quo postremo etiam fana dicta volunt nonnulli, de quo videas licet Festum, et in Etymologico *Vossium*. Delubra Solis et Serapeum apud Aegyptios rotunda fuere, vt docet *Kircherus* Tom. II. Oedipi Aegypt. P. II. p. 329. Sic et Perfarum templum Ignis (illos enim interiecto tempore templis neutiquam caruisse, ceteris testimoniis constat) cuiusmodi Πυρσῶν rotundi imaginem exhibet *Thomas Hyde* in praeclearo opere de veteri Religione Perfarum pag. 354. Inde et Vestas templum apud Romanos rotundum fuit, de quo *Lipsius* Lib. de Vesta et Vestalibus c. 3. sq. De Pantheo Aegyptiorum Thebis et Heliopoli adeundus idem *Kircherus* Tom. I. Oedipi, p. 12. *Pocockius* itin. sui p. 92. et *Daniel la Roque* itineris in Syriam, Paris. 1689. 12. Gallice editi T. I. p. 133. sqq. vbi templum Heliopolitanum pulcherrimum describitur; aliud minus rotundum autem p. 152. sqq. adde numos Philippi ibid. p. 175. et 177. Vbique autem templa aegyptiis magna extructa molibus, altis sublata fastigiis, atriis, columnariis amplissimis et spirantibus signorum ornata figmentis fuisse, auctor est *Ammianus Marcellinus* Lib. XXII. c. 15, & 16. vbi etiam de Serapeo ³ celebri, & Museo Alexandrino s. templo Musarum, & graditi Genii templo. Nihil vero admirabilius delubro illo, quod e solido saxo, per 2000. homines triennii spatio elaboratum et per 70. dierum iter translatum narrat *Herodotus* Lib. II. c. 175. vbi et alia miranda Aegyptiorum templa commemorantur. Solitos esse Aegyptios aliasque gentes, iis potissimum in locis, vbi Reges sive Dii ipsorum sepulti erant, templa condere, docuerunt viri docti ad *Mimucium Felicem* et librum IV. *Arnobii*, et *Io. Doughtieus* in *Analectis* ad V. T. p. 475. vnde speciosum templum Genii apud eundem *Ammianum* Lib. XXII. c. 11. per contemptum a Georgio quodam appellatur sepulchrum.

Ichnographiam templi vetustissimi Deucalionei habes in *Notis ad memoriam Oxoniensia* P. II. p. 120. Alias delineationes templorum veterum Graecorum Romanorumque videbis, vbi lubebit, apud *Olaum Rudbeckium* T. 1. Atlantic. p. 247 sq. *Iac. Sponium* in Itinerario Tom. II. p. 28 et 36. et ex eo apud

³ Serapeum est templum Serapidis, vt *Idoleum* Idoli 1 Cor. VIII. 9. τρυφῶν vel τρυφῶν Fortunae, Cang. ad Zonaram p. 52. Vide plura huiusmodi collecta L. 2. Bibl. Graecae cap. I. §. 7.

apud Potterum lib. 1. Antiqu. Attic. c. 8. et Perizonium p. 248. ad Aesiani Varias Hist. vbi imagines templi Minervae s. Parthenonis quadrati gradilis, cum peristylliis, et templi Thesei similem fere figuram referentis. Adde Montfauconium Tomo secundo Antiquitatis explicatae, et T. 2. supplem. p. 18 sqq. Tempia vetusta apud Graecos et Romanos pleraque quadrata fuisse, notatum *Ryckio*, c. XII. de Capitolio, apud quem, praeter eiusdem Capitolii delineationem, etiam Ichnographia templi Concordiae a Romanis cultae extat. p. 493. Templum Veneris apud Clariss. Montfauconium p. 224. Diar. Italic. Tempia Iani aliaque passim conspiciuntur in veteribus numis. Templum Semeles in veteri gemma apud Begeerum in spicilegio Antiquitatis p. 48. Tempia Gallorum veterum octogona apud Montfauconium T. 2. supplementi p. 16. sqq. De templo Cappadociae Comano ad Ciceron. pro lege manilia egit Tobias Eckardus singul. dissertatione. Quedlinburgi 1721. 4. Templum Iouis Ammonis in nemore semper virente, Garatantum in Africa describit Lucanus IX. 511. sqq. Tempia populorum Americanorum Lafitau T. I. p. 166. sqq. Templum in rupe Cannarense Benjamin Motte T. II. 2. p. 101. sq. Templorum quorundam veterum effigies aere descriptas habes in Io. Baptistae de Grossis decachordo Catanensi T. X. thesauri Siciliae.

XIV. Consecrata sunt templa vel singulis Diis tantum, vel pluribus simul, vt Panthea, qualia habuerunt Aegyptii, Graeci et Romani. Romae tria Panthea fuisse feruntur, vnum Iouis vltoris, alterum Mineruae Medicae, tertium itidem Iouis, a M. Agrippa restauratum, de quibus vide, post alios, *Guil. Fleetwoodi* notas ad veteres inscriptiones, statim ab initio, *Lipsiensi* Lib. III. de Magnit. Rom. c. 6. Praeter sacella innumera et aediculas, Romae fuere templa CCCXXIII. vt ex veteri Notitia Imperii, obseruat *Henr. Kippingius*, quem celebriora illorum persequentem vide p. 145 sq. Antiquitat. Romanarum. In Graecorum Urbibus passim item templa fuerunt quamplurima, vnde *Stratonicus Citharocodus* in ciuitate quadam multis instructa templis, sed ab incolis fere deserta, medio stans foro, non, *audite ciues*, sed, *audite templa*, exclamauit, teste Eustathio ad Iliad. 6. pag. 1145. Vt apud Aegyptios veteres *αἱ ἱερῶν* erunt *ἱερόν*, ita apud antiquissimos Graecos quoque templa sine simulacris fuisse obseruat Potterus lib. 2. cap. 2. Archaeol. Graec. f. 201. Cecrops primus simulacris deorum templa ornasse fertur; vide *Bruningii* compend. antiquitatum graecar. p. 202. edit. 1734. Augustis defunctis templa statuta esse obseruat *Oliuerius* ad marmora Pisarensea p. 20 sqq. Proconsulibus etiam templa sunt decreta, licet Augustus nisi communi suo Romaeque nomine templa decerni prohibuerit. Vide, quae viri docti commentantur ad *Suetonii* August. c. 52. Ciuitatibus quoque coloniis municipiis,

provinciis dedicata esse ostendit Sertorius Ursatus in monumentis Patavinis p. 239. sq.

XV. *Templa et Fana* ⁹ propriis vocata sunt, quae consecrata erant et inaugurata, inde deminutivum *fanula*, et apud Festum *hanula*. ¹⁰ *Aedes*, nondum inauguratae: *Aediculae* minora templa tecta: *Sacella* sine tecto. Sunt et *Sacraria* et *Delubra* quae nonnulli dicta volunt de *Templis*, in quibus plura Numina simul colantur. Sed de his, praeter *Rosinum* et *Dempsterum* lib. 4. vide sis *Nic. Bergierium* l. V. de Viis c. 8. *Cl. Schurtzschii* Dissert. LIII. quae est de Antiquitatibus templorum. *Gutberium* de Iure Pontif. T. V. Thef. A. R. Graevii p. 116. Bellum de part. Templ. augur. ibid. p. 546. & Pitisci Lexicon Antiq. Rom. in aedes, templum, & Pantheon. Graecis vocatur *ἱερόν*, *ναός*. s. *ναός*, et *τέμενος*. Apud Graecos pariter et Romanos, perinde ut apud Iudaeos atque Christianos, templorum praecipuorum fere partes tres erant; scilicet apud Graecos *ναός*, templum tres istas habebat partes, *σηκόν*, ¹¹ loco mediò, ubi Deorum simulacra erant collocata, *προδῶμον*, domum anteriorem, vestibulum, et aedem posteriorem, quam *ἑπιστόδομον* vocat Pollux L. I. c. 1. segm. 2. Romanorum templorum haec erant partes: cella sanctior, pars interior, et exterior, praeter porticus & propylaea. Interior et sacratior pars sanctum, ad sacra faciendam patebat: exteriores partes ad varia negotia et commercia, non raro etiam ad conuiuia adhibebantur. In Herculis fanum nec canibus nec mulsis ingressum fuisse sed illos arceri solitos diuinitus, scribit Solinus c. 2. Confer Baelii Lexicon in Hercules, nota I, et Rev. *Urbani Godfridi Sileri* diatribam de cane e templis exterminando, Lips. 1711. 4. Ad quaedam templa et Sacra non fas erat quoslibet accedere, sed arcebantur et exesse iubebantur vel viri, ut e templo Bacchi ad Bryseam in terra Laconica, teste Pausania p. 261, e sacrario Cereris, et a Sacris Thesmophoriis, vide *Ezech. Spanhem.* pag. 654. ad Callimach. ubi notat errorem *Salmastii*, qui p. 529. ad Solinum scripserat, solos viros admissos esse ad Eleusinia. A Ibonae Deae sacris etiam omnes iures eiectos fuisse, testantur *Plutarchus* et *Seneca* Epist. 97. Vitissim in Martis sacris, de quibus Pausanias in Laconicis p. 267. nullus locus faeminis, et in Ephesiis sacris, Dianae honori dicatis, mulieres omnes ingenuae (seruis enim et virginibus locus) arcebantur, teste *Achille Tatulo* lib. VII. *ἑρωτι- κῶν*.

⁹ Etiam a veteribus Germanis templum *Fan* dictum esse obseruat Eckhardus T. I. Res Franc. p. 410.

¹⁰ *Fana* a templis diuersa fuisse ex Liuiò lib. X. c. 40. patet; licet hoc vocabulum ab auctoribus pro quouis aedificio, cultui numini destinato, usurpetur. vide Walchium in Cellarii Comp. A. R. p. 166.

¹¹ *Dorimachus* dux Aetolorum spoliato oraculo Dodonaco *ἱερόν* *ἔδειν* *ἢ* *ἑρωτι- κῶν* praeter cellam sanctiorem. Excerpt. Peiræc. e Diodoro Sic. p. 278.

Festus quoque videndus in verbo *Exesto*, vbi refert listorem in quibusdam Sacris clamitare solitum: *bovis, vincetus, mulier, virgo exesto*. A maiore ara Herculis Romae ad portam trigeminam in regione Circi maximi, sacrisque in ea factis faeminae in totum remotae teste *Plutarcho* in quaest. Rom. et *Aurelio Victore* de origine gentis Rom. c. VI. adde c. VIII. vbi de familia Potitiorum extingta quod seruos et mulieres ad sacrorum Herculis ministracionem admisisse. In Vestae templo perpoctare masculino nefas, vt obseruauit *Lipsius* c. 3. de Vestae et Vestalibus. In Tennae templum non fas erat introire fidicini, vt refert *Herachides* in Politia Tenediorum. A Thesmophoriis remoti serui et ancillae, vt testatur *Aristophanes* in *Deumopoia* *Zeusais*. Idem de Iunonis sacris apud Coos refert *Athenaeus* XIV. p. 639. Ab Eumenidum quoque Sacris et pompa seruos exesse iustos, auctor *Philo* in libro quo confirmat omnem virum probum liberum esse. Sic in piaminibus saecularibus nullus seruis locus, teste *Zosimo*, et a Matutae s. Leucothaeae sacris serui et seruae arcebantur, vt refert *Plutarchus*. Hisce gentium sacris (de quibus vide etiam *Saubertum* de sacrificiis p. 240. et 242. et quae viri docti ad *Minucium* c. 24.) quemadmodum Iudaicis quoque a quorum sollempnibus atidem faeminae et serui arcebantur, conferat *Talmudicos* in *Chagiga* T. 2. edit. *Surenhus.* pag. 413. et *Ottonis Lexicon* pag. 190. Rev. D. *Ioh. Diecmanni* Scripta Germanice iunctim edita et singulari refera eruditione pag. 487. sq.) videtur opponere *Apostolus*, ad *Galat.* III. 28. affirmans quod apud Christum nulla sit eiusmodi differentia, etiares ac faeminae, serui atque, ingenui aequae admittantur. Vt tanto magis admirandum sit, Pontificios adhuc fouere eiusmodi superstitionem, vt v. g. *Massiliae* negent faeminis licere ingredi in sacellum *Mariae Virginis*, professi oculis priuandas esse, quaecunqae id ausae fuerint. Cui similem plane superstitionem *Ethnicam* notauit *Ezech. Spanhemius* pag. 606. ad *Callimachum*. Similiter Romae in Sancto Sanctorum *Ioannis Lateranensis*, et in Sacello, quod vocatur *Hortus Paradisi*, in templo *S. Praxedis* nefas habetur, faeminam vquam reperiri.

Aedificia siue templa sub diuo hypaethraque constituta sunt Ioui, Fulguri, Coelo, Soli, Lunae. Vide *Vitruuium* lib. I. de Architectura, c. 2. vbi et de aliis templorum pro Deorum diuersitate, differentiis. Termino quoque et Deo Fidio non nisi sub diuo sacrificatum esse, ex *Serui* et aliis patet. De incubatione in fanis Deorum, Medicinae causa, *Hermannus Cöstringius* dissertationem edidit *Helmstadii* Anno 1659. Idem argumentum persequutus est *Carolus Fridericus Hundertmark* in Dissertatione de artis medicae per aegrotor. apud veteres in vias publicas et templa expositionem incrementis. *Lipsiae* 1739. 4.

XVI. Plura de templis Ethnicorum dabunt *Inl. Caes. Bidergerus*, capite postremo libri tertii de templis recusi Tomo VII. Thesauri Antiqu. Graec. Gronov. *Ioan. Kool* in Diss. sub praesidio Iac. Perizonii habita de templis antiquorum. Lugd. Batav. 1695. *Philippus Vemtus* in Dissertatione de templis veterum, quae legitur in Dissertationibus Academiæ Cortonensis, Vol. II. p. 211. sqq. *Lilius Gyraldus* syntagm. 17. de Diis. *Ioan. Guil. Struckius* libro de sacrificiis p. 61. sq. et *Ioan. Saubertus* c. 14. de Sacrificiis. De templis Romae, praeter *Alex. Donatum*, *Famianum Nardinum* aliosque in descriptione urbis, agunt *Iac. Gutherius* Lib. III. de iure Pontificio, *Io. Bapt. Bellus* Iesuita Lib. de templi auguralis partibus Tolosae 1637. 8. et Tomo V. Thesauri Antiqu. Rom. *Burchard. Gothelf. Strunius* Antiqu. Rom. c. XL *Iustus Rycquius* Lib. de Capitolio, *Ioseph. Castalio* Romanus de Templo pacis Rom. 1614. 4. et T. IV. Thesauri Graeviani. *Ioan. Francisc. Simon* in Historia Acad. Inscript. T. I. p. 245. sqq. edit. Amstelaedam. *Ichnographias* templorum Romanorum exhibent *Claud. Rudbeckius* Atlantic. T. I. p. 247. *Iac. Sponius* Itinerar. T. II. p. 28 et 36. et *Bernhardus de Montfaucon* Diar. Italic. p. 224. De templo Romuli semper clauso, aliisque templis vel semper clausis, vel raro aut semper apertis, *Alex. ab Alexandro* Lib. 1. c. 14. T. I. pag. 117. De templis in urbem non admissis Vulcani, Bellonae, Martis, Veneris, Erycinae et Vertitoridae, aliisque etiam apud Graecos, idem Lib. II. cap. 4. Neque vero cum templo Martis confundendum Βασίλειον ἢ Sacrarium Martis, ut vocant veteres Scriptores, de quo consulendus *Iac. Perizonius* de Morte Iudae aduersus Iac. Gronovium p. 83. De Iani templo pacis tempore clauso, quum bellum gereretur, aperto, agunt praeter *Alexandrum ab Alex.* Lib. 1. c. 14. et ibi *Tiraquellum*, *Lipsius* Lib. 1. Elector. cap. 70. pag. 590. sq. *Berneggerus* aliique ad Suetonii Augustum c. 22. et *Philippus Vemtus* Dissert. Acad. Cortonens. T. IV. p. 93. sqq. Sub Augusto Imper. ter clausum esse, ex *Suetonio* certum est, cui addes *Ovidium* Lib. 1. Fast. v. 282. 284. sq. 701. sq. Vtrum vero nati Christi tempore, ut affirmat *Orosius* Lib. VII. c. 2. sq. dubium videtur viris doctiss. licet *Orosium* defendat *B. Dorscheius* in notis ad Orationem: *Pax in terris*, p. 22. sq. Sed errasse contendunt, praeter *Baronium*, *Keplerum*, aliosque *David Blondellus*, apud Limborchium in epist. ad Borremansium subiecta huius vesperis Gorinchemensis p. 167. sq. obseruans, bellum cruentissimum eo anno gestum in Germania ducibus Druso et Tiberio: *Io. Rualdus* Animadv. in Plutarchum p. 80. *H. Noris* Cenotaph. Pisan. diss. 2. c. 10. et denique *Io. Masson*, in libro singulari, *Orosii* sententiae Roterd. 1700. 8. opposito. De Templis, faniis, facellis ad vias publicas extra urbem Romam extractis, videndus *Nic. Bergierius* de Viis Romanis Lib. II. c. 33. Tempia Ethnica Romae, Sanctis hodie

hodie dedicata, enumerat *Georg. Fabricius* in *Roma* c. 9. et auctor *Gil-
lus* de conformitate Caerimoniarum veterum cum ritibus nostrae aeta-
tis cap. 8.

XVII. Ornamentis quoque variis templa instructa constat. De Tutu-
lis in fastigio templi Iliaci agit *Kircherus* Tom. III. Oedipi p. 61. Laquearia
inaurata in templis Romanorum, de quibus *Lipfus* Lib. III. de Magnit. Rom.
c. 5. *Io. Meursus* c. 12. de Luxu Romanorum, *Rycquius* de Capitolio
p. 200. sqq. Variæ picturae in templis, de quibus idem p. 363. Fores aeneae
id. p. 213. Vellera niæa et festae frondes; vide *Cerdam* et alios ad *Aeneid.* IV.
v. 459. Mezeriacum ad *Ouid.* II. p. 208. De pulvinaribus Deorum confer. *Mont-
fauconium* T. 2. supplem. Antiq. L. V. c. 11. p. 98. sqq. *Io. David. Ellrodi* Diss. de
hoc argumento. Ald. 1726. et *Christi. Erdm. Schumanns* comment. de lecti-
steriis Romanorum in S. Codice frustra quaesitis. Lips. 1739.

XVIII. Ignotis Diis etiam aras et fortasse templa exstructa esse apud gen-
tes quasdam, obseruant *Interpreses* ad Act. XVII. 23. ad *Laertii* (inprimis
Menagius pag. 69. b) *Epimenidem*, et *Octavium Minutii Felicis*. Quibus
adde *Drusium* Lib. III. Observ. sac. c. 75. *Ioan. Seldenum* Lib. III. de
Synedr. Ebr. c. 14. 3. *Io. Andr. Bosium* in erudita Dissert. de Ara ignoti Dei,
Ienae edita; *Reinesium* in limine *Synragmatis Inscriptionum veterum.* *Peti
Berthaldum* de Ara c. X. Tom. VI. Antiqu. Rom. *Io. Meursium* de *Pireaso*
c. 10. *Io. Iac. Helleri* Exercit. de Deo ignoto Atheniensium insertam T. VII.
Antiqv. Graec. *Guil. Cauenum* in vita *Pauli Apostoli*, sect. III. n. 7. (in cuius
editione Anglicana arae istius effigies ex *Occumenii* descriptione exhibetur,
omissa in edit. German.) *Io. Saubertum* de sacrificiis c. 3. p. 49 sq. *Tob.
Pfannerum* in *Theologia gentili* c. XI. 14. p. 310. *Tob. Eckbardum* in testi-
monis non Christianorum de Christo c. 2. §. 20. p. 73. edit. recognitae. *Iac.
Sponium* in *Dissertatione de aris ignotorum & obscurorum Deorum*, inserta
T. 7. *Antiquit. Gronov.* p. 239. *Augustin. Calmetum* in limine commentarii
super *Acta Apostolorum.* *Abbatem Anselmum* in *Historia Acad. Inscription.*
T. IV. p. 560, et, ut eos, qui singularibus *Dissertationes* hoc argumentum per-
sequuti sunt *I. L. Moshemium*, *Christoph. Wollium*, *Petrum Caspar. Gudme*,
aliosque, quos *Michael Lillienthalius* in *Archiv. Bibl. N. T.* ad Act. XVII. 23.
recensuit, omittamus. *Novellas respubl. literar.* anno 1687. T. I. p. 75. quo
in loco inter alia de fide et auctoritate epistolae *Casasilae*, qua affirmat, *Athe-
nienses* ad *Euangelium* conuersos, totum templum Deo ignoto consecrassent, vbi
ara *Oecumenio* ad *Actorum* locum descripta excitata fuerit, hodieque adhuc
ibi reperienda, quod in *Itinerario* suo negat *Sponius*. *Causam* ponendae eius-
modi apud *Athenienses* arae, periculum belli *Persici* vel pestilentiam memorat
Isidorus

Iſidorus Peleſiota Lib. IV. Epift. 69. *Ramireſum* vero; qui c. 16. Pentecontarchi, aram Clementiae putat fuiſſe eam, quam ignoti Dei vocat Paullus, iure reprehendit *Voffius* Lib. VIII. de Idololatria c. 14. Fefellerat Ramireſium, quod apud Statiũ lib. XII. Theſaidos de Clementia Dea ab Athenienſibus culta legiſſet:

*Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo
Forma Deae, mentes habitare & pectora gaudet.*

De Celtiberis anonymum Deum de nocte colentibus, *Strabo* Lib. III. meminit p. 113. De anonymo Deo Aethiopum idem L. XVII. p. 565. Vſitatum porro fuit, nomina Deorum, quicolerentur, templis arisque inſcribere, de quo more, praeter alios, *Salmaſius* ad Solinum, et ad Aras Doſiadae atque Herodis Attici.

XVIII. In numis frequens appellatio urbium *Neocóρον*, quo nomine gaudebant¹² quae Numinis alicuius templi curam habebant, ut Ephēſu Dianae et Magnetes Leucophrynae Neocori dicebantur. Deinde quum Imperatores in Deorum numerum ſalati ſunt, vrbes vt in illorum honorem templa erigerent perierunt, ſicut videre eſt apud Tacitum,¹³ ex quibus ciues ſui Neocori fierent. Ad id ſceto opus fuit, quod eximii apud populos honoris erat. Succeſſu deinde temporis conſeſſa eſt ciuitatibus Neocoria, quae pro ſalute Imperatoris ſacra publica facerent, templa exſtruerent, et ibi certamina vel iam Diadicata, vt *Δκτια*, *Πύθια* et alia, vel noua de Imperatorum nominibus, qualia *Αυγούſεια*, *Κομμοδεία* et alia ederent, vnde eadem vrbs ſecundam imo et tertiam obtinuit Neocoriam, ſcilicet Auguſtorum. Vide praeter *Ioannem Vaillant*, loco laudato, vbi vrbes Neocoras magno numero recenſet, et Interpretes ad Aetor. XIX. 35. *Albertum Rubenium* diatriba de urbibus Neocoris, ad calcem libri poſtumi de re veſtiaria veterum, Antwerp. 1665. 4. & in theſauro Graeciano Tom. XI. p. 1347. *Octauium Falconerium* diſſ. de numo Apameenſium, *Seldemum* ad marmora Oxon. p. 68. ſq. 97. ſq. & 100. *Sam. Petition* Variarum lectionum c. 29. in Criticis Anglicanis (in Variis Lect. Petiti Paris. 1633. 4. editis lib. IV. c. 9.) *Iſmaelem Bullialdum* ad Ducam p. 225. ſq. *Congium* in gloſſario Graeco, *Antonium van Dale* diſſertatione IV. Antiquitatum marmorumque veterum illuſtratorum, *Giſb. Cuperi* Epistoſas ad Anton. van Dalen, p. 478, 484, 499. Epistoſas Cuperi editarum Amſtelod. 1743. 4. *Andr. Morellum* in ſpecimine rei numariae p. 37. ſq. *Ioan. Harduſinum* in numis urbium illuſtratis:

¹² Io. Vaillant in Numiſmatis Graecis Imperatorum pag. 216. ſeq. Seguinus in numiſm. p. 122. vbi mentio *Μιλυβίου νεοκόρον* in numo Balbini.

¹³ Tacit. lib. I, Annal. C. 78.

Strals p. 2. *Montfauconium* T. II. supplementi Antiquitatis explicatae p. 27. sqq. et p. 45. 46. *Anselmum Bandurium* T. I. Numismat. Imperator. p. 32. et 132. *Salom. Deylingium* P. III. obseruat. sacrar. obs. 39. p. 384. *Ioan. Mich. Dilberum* T. I. Disput. Philolog. p. 233. *Ioan. Albert. Syllingium* Diss. de νεοκόποις. Rostoch. 1702. *Vaillantium* laudatum in Diss. de titulo Neocori in numismatis graecis quae sub Imperatoribus R. cusa fuere, quae legitur T. IV. Memoriar. Acad. Inscription. p. 198. sqq. ed. Amstelod. et *Carolus Valoisium Marium* in diss. de Neocoris, inserta T. I. Historiae Acad. Inscriptionum p. 71. sqq. edit. Amstelod.

XIX. Aetorum capite XIX. 24. mentio fit fabri argentarii, qui magnam rem fecit et opes sibi comparauit, confectis et venditis aediculis portatilibus argenteis, in quibus *ὡς κισσώλειοις μικροῖς*, vt ait Chrysothomus, simulacrum extabat Dianae ad exemplum veri templi et simulacri Ephesini, quales aediculas Strabo *ναϊδύκτες* vocat, lib. XIV. p. 637. Polybius *ναϊδία*, de quibus, praeter *Interpretes* ad locum Aetorum, videndus *Salmasius* ad Solinum p. 1141. edit. Paris. qui ex Aristotele obseruauit mentionem *ναϊδοῦν*, quos Scholiastes Anonymus Graecus in Rhetorica, Parisiis editus p. 26. h. ait esse *ὄτινες ποιοῦσι ναῖς ἢτοι ὡς εἰκονοστάσια μικρὰ ζύλινα, καὶ πωλοῦσι αὐτά*. Diodorus Siculus lib. XX. pag. 756. de Carthaginienensibus: *ἐπεμφθὲν δὲ (Herculi Tyrro) καὶ τοὺς ἐν τῶν ἰσθμῶν χρυσοῦς νεοῦς τοῖς ἀφιδρόμασι πρὸς τὴν Ἰασίαν*. Plura habent *Græuina* ad Florum lib. IV. c. 2. p. 650. *Io. Phil. Thomastus* de libellis votiuis c. 2. pag. 26. *Io. Spencerus* lib. III. de Leg. Hebr. pag. 41. sq. *Gisb. Cuperus* in Harpocrate p. 138. *Io. Michaelis* ad Gaffarelli curios. inauditas p. 355. *Io. Bramius* lib. IV. Select. Sacror. p. 497. sq. *Ioan. Fues ὁ μαθηματικὸς* pag. 19 sqq. Mantiffae ad *Io. Doughtei* de Calicibus Eucharisticis, *Tobias Gutberlethus* libro de Saliis pag. 93. *C. G. Wiltschius* Diss. duabus de Naidiis veterum. Lipsiae 1716. et 1717. *Ioan. Andr. Schmidius* in Diss. de templis Demetrii argenteis. Ienae 1685. et *Ioan. Henr. Lederlinus* in Diss. de templis argenteis Dianae Ephesinae. Argent. 1714. rec. Tempe Heluet. T. IV. sect. II. pag. 346. sqq. De templo ipso Dianae per totum orbem celeberrimae, et a tota Asia, Lydiana potissimum, cultae, praeter *Interpretes* ad Aet. XIX. 27. videndus *Seldenus* ad Marmora Oxoniensia p. 57. 69. 72. edit. *Humfredi Ptideaux*. *Petrus Faber* lib. III. Semestr. p. 51. sq. *Thom. Smithus* in Notitia VII. Ecclesiarum Asiae p. 156. sq. *Leo Allatius* ad Philonem Byzantinum de VII. Orbis spectaculis. *Andreas Morellius* specimen rei numariae veteris p. 39. *Israel Nesselius* et *Io. Nicolaus Schulinus* in dissertationibus de Diana Ephesia, hic Witteb. 1687. ille Aboae 1708. *Petrus Petitus* lib. de Amazonibus c. 30. *Ex. Spanhemius* de Vesta et Prytanibus Graecorum T. V.

Antiqu. Rom. pag. 698. et ad Callimachum p. 300. sq. *Ottav. Falconerius* in Diff. de numo Apameensium, et *Ioan. Polemus* Diff. Acad. Corton. T. 1. P. 2. p. 1 sqq. Templum illud magnitudine praecipue aedificii ac multitudine donariorum ¹⁴ ceteris omnibus per vniuersam Asiam praestabat, ceterum elegantia et artificiosa structura templum Smyrnaeum Dianae Leucophrynes longe superius fuisse testatur Strabo lib. XIV. p. 646. qui p. 634. narrat Xerxem excepto Ephesio cetera Graeciae templa omnia exussisse: et pag. 640. refert priore templo Ephesio quod Chersiphon aedificauerat per Herostrati malitiam Olymp. CVI. 1. die VI. Hecatombaeonis, incenso, alterum praestantius exstructum fuisse a Dinocrate siue Chirocrate, vide et Aristidem. T. 2. pag. 308. et Vitruuium X. 7. qui ex marmore fuisse auctor est. Aliquoties deinde corruptum restauratumque fuit, donec Gallieni temporibus vastatum a Scythis nunquam deinde iterum e ruderibus surrexit. Idoli Ephesini cum Maria Lauretana collationem instruit Matthias Berneggerus in idolo Lauretano cap. vlt.

Anathematum in templis passim mentio apud Herodotum, Pausaniam, Strabonem, Silium XIII. 86. sq. Athenaeum VI. p. 231-232. et alios. Polemonem *περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει* idem Strabo IX. p. 396. et *περὶ τῶν ἐν Κοκεδαίμονι ἀναθημάτων* laudat Athenaeus XIII. p. 574. Confer quae de donariis illis *Potterus* p. 244. sq. Archaeol. *Rycquius* de Capitolio: c. 28. sq. et 32. *Bilengerus* l. 3. c. vlt. de templis. T. 1. Var. Opusc. p. 98. f. *Paulus Voëtius* ad Herodianum p. 166. *Ioan. Franciscus Madrius* de ritu donaria in templis suspendendi, in Collectione Opusculor. scientificor. et philologicor. T. 3. p. 273. seqq. *Petrus Kunzius* in historia ἀναθημάτων. Ienae 1729. *Ioan. Nixon* in Marmore Estoniano seu dissertatione de sella marmorea votiuā Estoniae in agro Northamptoniensi conseruata. Londini 1744. 4. Donariis illis additae et cum illis suspensae tabellae votiuāe, quarum passim mentio apud Horatium, Tibullum, Ouidium aliosque. Vide *Andreas Riueti Opera* T. 3. p. 632. Sed vnum adscribemus locum peripli poëti Euxini et Maeotidis paludis p. 11. edit. Oxon. ubi de insula Achillis eiusque templo. *Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα ἀνάκεινται ἐν τῷ ναῶ, Φαίλαι καὶ δακτύλιοι καὶ λίθοι τῶν πολυτελέων καὶ πολυτελεστέων. Ταῦτα ἐμπαντὰ χαρτήρια τῷ Ἀχιλλεῖ καὶ ἀνάκεινται καὶ ἐπιγεγραμμένα τὰ μὲν ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ ἑλληνικῶς πεποιημένα ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μέτρῳ, ἑσπανιο τοῦ Ἀργυρίου.* Varias tabellas votiuas explicatas videre licet a Philippo Bonanni in

¹⁴ Etiam magnam pecuniae vim undique in illud templum depositam testatur Dio Chrysostomus diff. XXXI. p. 327. Iamque tum Seruii Tulli temporibus inclytum fuisse, quod communiter a ciuitatibus Asiae factum fama ferebat, auctor Lilius lib. l. c. 45.

in classe secunda Musei Kircheriani p. 61. sqq. et Montefalconio T. 2. supplementi antiquitatum p. 110. seqq. Ceterum videndus imprimis *Iac. Philippus Thomassinus* de votis, donariis, anathematis, tabellis votiuis, Vtini 1639, 4to. Patav. 1654. 4. et T. 12. Antiqu. Rom. *Iustus Fontanus* ad discum votiuum veterum Christianorum Perusiae repertum. Rom. 1727. 4. *Augustinus Nadaltus* de votis et donariis veterum: operum eius miscellaneorum Gallice Paris. 1738. 8. euulgatorum p. 168 sqq. De fistris siue donariis *Θεοῖς σωτηρῶσι* oblati singulari commentatione egit *Ioan. Christ. Leuschnerus*. Hirschbergae 1751. 4to. De clypeis votiuis *Iac. Sponius* Misc. curios. antiquitatis. p. 1. sq. *Guilielmus Masfieu* mem. Acad. Inscript. T. 2. pag. 227. sqq. edit. Amstelod. Auctor Anonymus in Historia Acad. Inscript. T. 5. p. 240. sqq. *Ioan. Frider. Rexrab* in diff. de clypeis in loco sacro suspensis. Lipsiae 1737. De vota puerorum coma et iuuenum barba apud veteres pec. epistola commentatus est *Iustus Frideric. Gluzius*. Lipsiae 1737. De more diis simulacra membrorum consecrandi *Io. Iac. Frey*. Aitorfii 1746. De membris humanis diis gentium consecratis *Carol. Frider. Pezold*. Lipsiae 1710.

XX. Diis superis *altaria*, Diis terrestribus *arae*, Diis inferis *foci* ponantur, vt tradit *Varro* apud *Seruum* in Eclogam 5. *Virgilii*. Adde *Ryckium* de Capitolio p. 478. et *Potterum* f. 204. *Archaeologiae Graecae*. Habent et *Graeci* quae distinguant vocabala *Βωπιους*, *Διοικουσις*, ¹⁵ *ερχαεις*. Plura de aris veterum Ethnicorum constarent nobis si superesset *Ammonius Lampriensis* *περὶ Βωπιῶν καὶ Διοικῶν*, *Harpocrati*, *Athenaeo* et *Scholias*tae *Hermogenis* laudatus: interim videndi praeter *Petr. Berthaldi* librum supra laudatum *Io. Saubertus* de sacrificiis c. 15. *Salmasius* ad aram *Herodis* et *Dosiadae*, *Struuius* in *synragm. Antiquit. Romanae* p. 528. seq. et singulares dissertationes *Stephani Andr. Mizleri*. *Viremb.* 1696. et *Ioan. Henr. Maii*. *Giesae* 1732. Ara foramen habens vocata *puteal*, poni solita in locis fulmine tactis: quale fuit *Puteal Libonis*, de quo confer *Lud. Christi. Crellium* in *Puteali Libonis* ex antiquitate eruto. *Viteb.* 1729. 4. *Henr. Theodori Pagenstecheri* orationem ad calcem libr. 4. *Pomponii* ad *Sabinum*, cura eius editorum *Lemgouiae* 1733. 4. et *Franc. Carol. Conradum Patberg*. lib. 3. pag. 323 seqq. Templum s. septuim, iisdem locis circumdatum, *bidental*, quod notatum eidem *Salmasio* est p. 1141. sq. ad *Solin.* De ara ex cespite virenti, *arae* corona etc. vide *Tom.* 8. *The-sauri Graeciani* p. 357. *Aras* quasdam insignes *Graecorum Romanorumque* exhibet *Montfauconius* T. 2. supplementi p. 48. sqq. *Variae veterum altarium*

¹⁵ *Θυνοδὸς* mensa in qua suffimenta Deorum seruabantur. Vide *Ezech. Spanhem.* p. 228. ad *Callimachum*, et *Lakemacherum* *antiquit. graec. sacr.* p. 239. sq. qui eod. libro p. 230. discrimen inter *Βωπιους* et *ερχαεις* ostendit.

riua icones occurrunt in antiquis numis et veteribus monachiensis. Antiquissimas etiam gentes potius probasse rudes aras et impolitas, satis constat, ex *Panjanica*, *Arxiani* Pariplo et aliis, ut praeterea, quae de baetylis si rudibus lapidibus, apud gentes vetustissimas altarium loco habitis, obseruarunt viri docti, ad Genes. XXVIII. 18; et Levit. XXVI. 1. Altaria vetustissima cornibus instructa fuisse obseruat Porterus lib. 2. c. 2. Archaeolog. p. 204. seqq. adde interpretes ad Exod. XXVII. 2. Altare *ἱερόν* apud Strabonem IX. pag. 420. *εργασίαι* Gesnerus transulit, verum non ibi de altaribus sed de templis, quorum unum Apollini Delphico e suo melle alis suis aedificasse apes creditae sunt, ut e Pausania Casaubonus annotauit. De aris *votiuis* eum in finem conditis, ut gratum pro beneficio accepto, aut auerruncato malo animum diis declararent gentiles, vide Ioan. Olisiam ad marmor. Ismum p. 24. De ara *Consi* subaeranea disputauit Fabianus Toernerus. Vpsal. 1721. 8vo. De aris in *curiis* et pro *tribunali* apud Romanos positis Thomas Wagnerus. Lipsae. 1732. De aris pro *salute Imperatorum* in itin. et reditu exstructis Georg. Ludov. Boehmerus. Göttingae 1740. De aris sepulcralibus praeter *Berthaldum* de ara c. 22. supra pag. 358. nota 48. laudatum, exposuere *Lac. Gutherius* de iure manium l. 2. c. 19. *Lilius Gregor. Gyraldus* de variis ritibus sepulcr. c. 3. Opp. T. I. p. 345. *Ioan. Meurfus* de funeribus cap. 31. *Ioannes Kirchmannus* de funeribus l. 3. c. 2. *Bern. Montfauconus* pag. 202. Itineris Italici. et *Ioan. Baptista Passeratius* dissert. secunda, Parti tertiae Musei Etrusci adiecta. In *Godfridi Vogtii τὸν μακροῦ* Thyfiasteriologia siue libro postumo de altaribus veterum Christianorum, quem Hamb. 1709. 8vo edidi, caput vltimum est de aris Gentilium.

XXI. Christiani primi nullas aras, nulla templa habuere, ut constat ex *Arnobii* lib. 6. ad cuius locum conferendae notae *Desid. Heraldus* p. 229. seqq. *Elmenhorstii* p. 173. Adde *Wöneranum* ad Minutium Felicem c. 10. *Petavianum* lib. 15. de Incarnat. p. 580. seqq. *Mornacum* libr. 2. de Eucharistia c. 1. *Blondellum* de Episcopis et Presbyteris p. 216. sq. 249. sq. 254. sq. *Dallacum* de Pseudepigraphis Apost. pag. 163. Vide et *Origenem* VIII. contra Celsum p. 389. *Isid. Pelusiotam* lib. 2. Epist. 246. Vnde fabulis adscribenda sunt, quae de templis magnificis Christianis, Apostolorum aetate conditis, leguntur apud *Abdiam Babylonium* aliosque ¹⁶ eiusmodi scriptores suppositios. Pluribus in locis vel antelucanos coetus celebrarunt in domibus priuatis, aut in sepulcris, aut ad coemeria conuenerunt orandi causa primi Christiani. Vide Interpretes ad *Plinii* Epistolas ad Traianum, *Kortholtum*, *Ritterbusium*, *Vossium*, quibus

¹⁶ Vt de quibus *Biuaris* ad pseudo *Dextri* Chron. A. 34. p. 58. seqq. *Florentinus* ad Martyrolog. Hieronymianum p. 697. seqq. 726. seqq.

quibus brevissime accessit *Iustus Heringus Bochnerus* in dissertationibus iuris Ecclesiastici et antiqui ad Plinium Secundum et Tertullianum Lips. 1711. 8vo. quartam secundam est de antelucanis aedibus Christianorum. Adde his *Beueregium* ad Can. IX. Laodicen. p. 194. *Bosi et Aringhi* Romam subterraneam. *Caspar. Sagittarium* libro de martyrum natalitiis in primitiua ecclesia p. 23. *Campegius Veringam* de synagoga veteri lib. 1. part. 3. c. 1. p. 432. *Philippum Iacobum Hartmannum* comment. de rebus gestis Christianorum sub apostolis c. 15. p. 372. *Dav. Blondellum* de Episcopis p. 243 sqq. qui p. 247. obseruat, loca quaecunque et oratoria, in quibus vel semel Fideles conuenerant, Ecclesiarum nomine deinde venisse. Idem p. 248 seq. et 354. agit de aliis nominibus sacrarum aedium qualia sunt *Basilicae, Dei domus, Capella* (de quo recentiore nomine vide Menagii Origg. Gall. in *chappelle*) tum *Kyriakon*, et *Kyriakon*, unde Germanorum *Kirche*, de qua praeter *Cangium* et *Suicerum*; *Beueregium* ad Can. XV. Ancyran. p. 177 sq. *Ioan. Bona* lib. 1. rer. liturgic. cap. 19. quemadmodum de *titulis*, quo nomine et loca Christianis synaxibus destinata, et pauperibus et profugis fidelibus ad hospitium patentia venerunt, consulendus *Iacobus Laderchius* in diss. Historica de sacris basilicis SS. Martyrum Marcellini presb. et Petri exorcistae, Rom. 1705. 4. part. 2. p. 202 sq. et *Ioan. Mabillonius*, p. 16. comment. ad ordinem Romanum T. II. Musei Italici. De cellis sacris veterum Christianorum *Henrici Braemelis*, diss. prodit Longosalfae 1710. 4to.

Quamquam vero *templi* nomine, utpote idoleis frequenter tributo, libenter abstinere vetustiores Christiani, ut docet *Grægius* ad Act. VII. 48. haud tamen affirmandum est, nullas plane sacras aedes, nulla *Synagoga* per tria prima saecula Christianis fuisse; nam locum publicum a Christianis, *Alexandro Seuero* concedente, occupatum et ad sacra destinatum, testatur *Lampridius* in eius vita c. 49. ut praeterea alia sacrarum aedium per illam aetatem vestigia, collecta a *Iosepho Meade* in libro, quem *Henric. Ludov. Bentheim* ex Anglico Germanice vertit, et cum praefat. de origine et veneratione templi iudaici et christiani, *Hanoverae* 1706, 4to edidit. *Gründlicher Beweis, daß Kirchen oder gewisse Dexter zum christlichen Gottesdienst verordnet, und von der Apostel Zeit her gewesen seyn.* *Iosepho Bingham* libro VIII. orig. ecclesiastic. suae Vol. 3, p. 112. verL. latinae. *Em. Schelstraten* ad Concil. Antioch. p. 181 sqq. *Pillemontio* T. 3. Hist. Imperator. de persecutione Maximini artic. 6. *Guil. Beueregio* in Codice Canonum vindicato p. 296 sqq. et a *Ioan. Ciampino*,

Fff 3

qui

¹⁷ Ecclesiam pro templo dixere veteres ut *ναοὶ τοῦ κυρίου*, *εὐαγγελιστῆριον*. Vide *Casauboniana* pag. 118. Conuentus ipsi dicebantur *εὐαγγελιστῆριον*, de quibus pec. dissertat. egit *I. G. Haentzschelius* Lipsiae 1729.

qui certa ab incertis non satis diligenter distinguens, templa Christianorum 800. circiter obseruauit, exstructa ab A. C. 33. ad A. 275. Vide eius vetera monumenta c. 18. eique adde Alex. Donatum libro 4. de vrbe Roma T. 3. Antiquit. Rom. pag. 798 seq. *Georgii Wheleri* liber eximius extat, Anglice editus, qui inscribitur: Relatio de templis primitiuorum Christianorum Londni 1689, 12mo. Quanquam in hoc nihil fere reperias de templis per tria prima saecula conditis, quum vniuersum Auctoris institutum, vti B. Bebelii quoque Saec. IV. T. 2. p. 831 sqq. maxime versetur in exponendis templis, quae Saeculo IV. et postea a Christianis in Oriente condita sunt, et quorum rudera adhuc superiunt. Recensetur Wheleri liber ille, in nostris officinis librariis rarius obuius T. 17. Bibliothecae Vniuersal. p. 468. cui iungenda eiusdem *Ioan. Ciampini* Synopsis historica de sacris aedificiis, a Constantino M. constructis, edita Romae 1693, fol. et breuiter enarrata in Actis Brud. A. 94. p. 321. Vide etiam, quae de templis a Constantino M. et Helent conditis refert Tillemonius T. 7. memor. p. 10 sqq. Sane quarto saeculo statim tantus templorum Christianorum numerus fuit, vt in sola vrbe Roma 40. basilicas suo iam tempore computauerit *Optatus Mileuit.* lib. 2. p. 34. aduersus Donatistas; qui lib. 1. p. 17. perinde vt Eusebius in Psalmum LXXI. 1. p. 414. praedicat earundem plurima ex auro et argento ornamenta, de quibus, vti etiam diurno cereorum vsu confer Ludouic. Antonii Muratorii diss. XVI. ad Paullinum T. 1. Anecdoton Bibl. Ambrosianae p. 178 sq. Stanislai Hosi Opera T. 1. p. 343 sq. *Εὐχρησία* in Nouella Iustiniani CXXXI. 10. distincta fuere ab ecclesiis scholisque, vt apud Iudaeos *Prosbuchae* a synagogis et templo.

XXII. Pleraque templa veterum Christianorum oblonga fuisse constat, ita vt nauem ¹⁸ Ecclesiae referrent, cuius rei mentio in *Constit. Apostol.* lib. 2. c. 57. Constat etiam, aedificata fuisse versus Orientem, de quo *Sirmondus* ad Sidonii II. 10. Epist. et *Cotelerius* ad Constitutiones Apostolicas II. 57. quo in loco obseruat, feminas separatim locum habuisse, ita, vt a viris non conspicerentur. De forma templorum nauem referente, (licet interiecto tempore ad crucis etiam figuram quandoque exstructa constet, qualis est Lipsiae aedes S. Nicolai) videndus praeterea *Hieron. Alexander* iunior, in Explicatione gemmae annularis, cui naus Ecclesiae symbolum insculptum fuit Rom. 1626, 8vo et Stephanus Chamillard S. I. in dissertationibus Galliae editis in numismata et gemmas antiquas in Obseruationibus per iter Italicum factis (Paris. 1711, 4to) obser-

¹⁸ De mystico respectu veterum christianorum in condendis templis vide Baronium ad A. C. 314. et Rosweidum ad Paullinum pag. 362. sq. De sententia Hebraeorum, templum Salomonis ad exemplar vniuersi conditum affirmantium confer quae disputatae sunt B. G. l. 4. c. 14. Vol. 3. p. 456.

observatione secunda, vbi ichnographia sex generum. Templorum apud
 veteres Christianos partes tres fuerunt, praeter propylaeum s. proaulium
 quod etiam *πρόθυρον* dicitur, et *αψίς*. Prima pars, quae ingredientibus
 patet, vocatur *ναῖος* sive *πρόναος*: altera corpus ipsum Ecclesiae gremium-
 que *ναός* et *χαῖος*: pars tertia *βῆμα*. In Propylaeo stabant lugentes flentes-
 que poenitentiae candidati, qui Christianos fideles templum intrantes obsecra-
 bant, vt pro sua reconciliatione apud Deum et Ecclesiam intercederent. In
 Nartheca collocatum erat *βαπτιστήριον*, praeterea in extrema eius parte, qua
 exitus patet, stabant catechumeni; paullo inferius leprosi, energumeni: Prope
 ianuas, quibus in corpus Ecclesiae intratur, consistebant audientes et compe-
 tentes, siue baptismi candidati, quibus non integrum erat in Ecclesiam ingre-
 di, mares ad dextram, ad sinistram feminae. In corpore ipso templi statim
 ad ianuas erat locus substratorum s. *ἑξομολογουμένων*, qui in terram prostrati
 precibus Ecclesiae, lectioni et praedicationi verbi intererant, sed quum Eu-
 charistia administranda esset, a Diaconis surgere et Ecclesia excedere iubeban-
 tur. Per totum chorum erat locus fidelium, qui ad Sacram Synaxin admitte-
 bantur, viris separatim ad sinistram, mulieribus ad dextram stantibus. Vide
 Thom. Milles ad Cyrillum Hierosol. p. 10. Aringh. Romae subterraneae
 Tom. 1. p. 204. edit. Paris. Post oblationem factam laici (etiam ipse Impera-
 tor in quibusdam Ecclesiis) extra clericorum septum consistebant. Confer
 Benedictinor. notas ad Ambrosium T. 2. p. 375 seq. Edmundum Martene
 de antiquis Ecclesiae ritibus p. 335 seq. Virginum separatus a feminis locus
 et a virginibus pacis osculum petere solitae matronae. id. p. 311. In medio
 constitutus erat *ἀμβών* s. ambo sacer. In loco superiore versus *βῆμα* erant
 Cantores, Lectoresque loco summo: prope fores sanctas siue cancellos, per quos
 aditus patebat in Sacrarium, positus erat Thronus s. sedes Imperatoris aut
 Principis. In Sacrario denique, quod intrare Laico nefas, mensa sancta s.
 altare positum fuit: post altare thronus Episcopi in medio, et ex utraque
 parte sedes Presbyterorum; vnde etiam Presbyterium dicebatur. Vide Petri
 Moretti librum de ritu dandi Presbyterium Papae, Cardinalibus et clericis
 nonnullarum ecclesiarum vrbs. Romae 1741, 4to. Ab altera parte Sacrarii
 erat *πρόθυσσα* s. oblationarium, in quo panis et vinum ad S. Eucharistiam
 afferbantur: ab altera parte *διακονικόν*, siue *σπυροφυλακίον*, siue *μητατόριον*,
 vide Valesium ad Theodori Lectoris lib. 2. p. 164. in quo vasa sacra et vestes
 reconditae erant, latinis *secretarium*, qui locus in quibusdam templis tam
 amplius fuit, vt Synodi et Concilia in illo haberi potuerint. Confer A. Pagi
 ad A. 643. 3. et Cangium in glossario, adde Iac. Gothofredum et Valesium ad
 Philostorgii VII. 3. Ichmographiam eiusmodi templi, ad priscum ritum
 deli-

delineati, descriptis partium singularum nominibus, exhibet *Beueregius* ad Synodicum magnam p. 71. e *Beueregio Ludolfus* p. 371. *Hist. Aethiopi. et Frid. Spanhemius* in *Hist. Eccles.* p. 862. T. 1. *Opp.* in foli ac *Joan. Fabricius Theologus Helmstadiensis* in *Orat. de templis veterum Christianorum*. Anno 1704. 4. Curavi et ipse delineationem templi eiuscemodi cum singularum partium explicatione inseri *Thysiastreriologiae* B. *Godfridi Voigtii* pag. 236. Alias Ichnographias templorum Christianorum videtis apud eundem *Ludolfum* loco laudato, et p. 735. ubi describit templum vetus Aethiopicum, in viuam rupem incisum; nec minus apud *Leonem Alutium* in libro de templis recentiorum Graecorum ad *Ioan. Morhium*, et de *Narthece* veteris Ecclesiae ad *Casp. de Simeonibus* Colon. Agr. 1649. 8. Apud *Isophum Ringhamum* in *Originibus sive Antiquitatibus Ecclesiasticis*, ante laudatis, libro octavo, qui totus est de templis Veterum Christianorum: Apud *Speelmannum* item T. 1. *Concil. Britann.* p. 11. ubi effigies antiquissimi Christianorum Britannorum templi, quemadmodum Viennensis in Gallia, apud *Edmundum Martonem* l. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 358. Ab eodem *Alutio* templorum Christianorum recentium, orientalium imprimis formae, ad quinque genera reducuntur. Aut enim, templa sacra esse alia τετραγωνα sive κυβηδικα ac rotunda, alia κυλινδρωτα (θολωτα) atque καμαρωτα, in modum fornacis oblongi, alia σταυρωτα crucis figuram referentia, alia δεσμητα s. quadrata, quae pleraque recentium Graecorum: alia denique ex his mixta. *Confr. Tb. Smithian* de statu Ecclesiae Graecae p. 51. sq. qui etiam de templis Constantinopoleos agit, de quibus ut praesertim de splendido Sophiae templo copiose *Carolus du Fresne* Commentario ad *Paulli Silentarii εκφρασιν*, Paris. 1670. fol. et in *Constantinopoli Christiana* libro 3 et 4. Prospectum interiore templi S. Sophiae ex codice antiquo *Barberiano* dat *Possinus* ad *Pachymerem*. Tom. 2. p. 533. Templa Romae LXVI. *broniver* describit *Ioan. Ciampinus* pag. 154 sqq. libri de vicecancellario *Eccles. Rom.* 1897, 4to. De Basilica S. Petri in Vaticano per *Constantinum M.* aedificata, commentarius *Conradi Ianningi* cum *Petri Manlii* et *Maphei Vegii* scriptis eiusd. argumenti exstat in actis sanctorum, mense Iunio, T. 8. p. 35. sqq. De ecclesia Rom. Lateranensi egit *Ioannes Diaconus* editus a *Mabillonio* T. 2. *Musei Italici* p. 560. sqq. Veterem *Ambonis* iconem cum gradibus suis exhibet idem *du Fresne* p. 69. lib. 3. Videndus etiam *Anselmus Bandurinus* in *Impetio Orientali*, de templis Constantinopolitanis fufe differens; T. 2. e *Garetio*. Atque prae caeteris *Pompeius Sarnelli*, libro Italice edito qui inscribitur *antica Basilicografia*, formam et partes templorum veterum Christianorum curiosius persequens. Neap. 1686. 4. De templis et oratoriis Romanis vide *Mabillonium* ad ordinem Rom. p. 20 seq.

T. 2. Musei Italici; eundem ibidem pag. 11 sqq. de distinctione ecclesiarum patriarchalium sub Pontifice, titularium siue parochialium, diaconiarum, oratoriorum siue coemeteriorum.

XXIII. Sub Constantino M. Theodosio aliisque Imperatoribus Christianis oclusa primum ¹⁹ templa Ethnica, deinde vna cum reliquijs idolorum etiam vsque quaque euersa sunt, vt ex querelis Gentilium, Imperatorum Christianorum legibus ac Conciliorum decretis, Eusebii, Sozomeni VII. 15. Socratis V. 16. Theodoriti V. 37. S. Prosperi de promissionibus pag. 102. Augustini aliorumque locupletissimis testimonijs satis constat. Vide *Iac. Gothofredum* ad Codicem Theodosianum lib. 16. tit. 10. leg. 25. *Iustellum* ad Canonem African. 58 et 84. *Beueregium* ad Can. 62. pag. 707. et *Ioan. Guil. Hoffmanni* ruina[m] superstitionis paganae variis obseruationibus ex historia ecclesiae saec. 4 et 5. illustratam. Witteb. 1738, 4. Fasti Idatiani ad A. C. 339. *Manilio et Theodoro COSS. templa gentilium demolita sunt Iouiano et Gaudentio Comitibus.* Spectat huc inscriptio verus Corcyrensis templi, qua Iouinianus Imperator traditur Ethnicorum aras et templa euertisse: *ἰδίων τεμένη καὶ βωμοὺς ἐξολοπήσας* apud Sponium in Itinerario pag. 98. edit. Germanicae. Primus post Honorii Imp. Legem de templis non euertendis latam A. C. 399. Cod. Theodof. T. 6. p. 287. et de euertendis publicorum operum ornamentis p. 280. et post legem Constantis A. C. 342. de non euertendis templis extra muros Vrbs Romae p. 261. Gregorius M. de non euertendis sed consecrandis et expiandis aqua benedicta ac per Martyrum reliquias Gentilium templis decretum condidit, lib. 9. Ep. 71. quanquam in Synodo Epauonensi A. C. 517. habita, canone 33. iubentur etiam euerti et dirui templa haereticorum. Conf. *Sarrauti* Epist. p. 193. editionis primae in 8. Ecclesiae Cathedrales (Dominicae, *Dom-Kirchen*) ²⁰ dictae a Cathedra Episcopi, vt Collegiatae, et Germanis

¹⁹ Vide Theodoritum lib. 5. Hist. Eccles. c. 21. Cod. Theodof. Tom. 6. p. 263. seq. Libanii Orationem pro Templis, a *Iac. Gothofredo* editam Genev. 1634. 4. *Chronicon Paschale*, p. 303.

²⁰ *Kirchen, Kercken*, domus, *κνρικα*, id enim verius etymon, quod testimonio *W. G. S. Strabonis* c. 7. de rebus ecclesiasticis confirmant *Valesius* ad *Eusebium* pag. 287. et *Seldenus* lib. 1. de synedrio, quam illa ingeniosa licet *Ioan. Georg. Eccardi* a veteri germanico *harus* vel *charuga*, sanum, aut *Ioan. Diecmanni* ab antiquo *riiba*, regnum, aut *Ioan. Conr. Schwarzii* a *circo* T. 3. monumentor. p. 89. sq. vel *Henrici Muhlilii* denique ab Hebraico *N^oP* conuocauit deriuatio. D. *Diecmanni* diatriba de hoc argumento lucem vidit *Stadae* 1719. 4. D. *Muhlilii Kiliae* 1719. 4. *Eccardi* commentatio inserta est *Bibl. Brem.* cl. 2. fasc. 2. p. 291. A. 1718. auctior comparet in notis ad legem *Ripuariorum* p. 213 seq. Confer quoque *Bibl. Brem. class.* 3. fasc. 3. p. 525 sqq. et 571 sqq. ac *Diecmanni* notas ad *Rhabani Mauri Glossarium* p. 93 sqq.

manis *Monaster*, ab adiacentibus Collegiis et Monasteriis. In nimium splendorem et superbam magnificentiam templorum suae aetatis, inuehitur *Isidorus Pelusiota* lib. 2. ep. 246. et lib. 1. ep. 37. ubi reprehendit Episcopum, qui ex opibus, per Simoniam et exactiones conquisitis, templum magnificentum extruxerat. De pretiosis vasis in Ecclesia confer notas ad Ambrosium T. 2. edit. Benedictinor. p. 103. De anathematis et ornamentis B. Bebelium Antiquitat. Eccles. Sect. 4. T. 2. p. 843 seq. De porticibus templorum, et quod in illis merces exponere non deceat, *Ioan. Baptista Thiers* dissert. sur les proches des Eglises, où l'on fait voir les usages auxquels ils sont destinez. Aureliae 1679, 12mo. Confer Eliam du Pin T. 19 p. 275. De variis ornamentis templorum Christianorum multa etiam collegit *Belharminus* lib. 3. de cultu sanctor. c. 6. et *Theophilus Raynaudus* in heteroclitis spiritualibus p. 184 sqq. Quantum hodiernorum templorum, et maxime ararum vsus habitusque a ratione et simplicitate veteris Ecclesiae recesserit, erudite per plurima capita demonstrat *Io. Baptista Thiers* in dissertationibus Ecclesiasticis editis Gallice de altaribus et choris Ecclesiarum. Paris. 1688, 8. de quo libro vide sis Bibliothecam Vniuersalem Tom. 13. p. 454 sq. Mirabilia templi Salomonei et Iustinianeï persequitur Balth. Bonifacius XV. 12. Hist. Iudicae. De donariis et anathematis templorum, quatenus Reip. causa vel belli redimendi nudare illa liceat, vide Allatum ad Georgium Acropolitam pag. 205 seq. ubi Melch. Imhoferi Epistola de illo argumento. Quatenus nefas sit sacra hostium vastare, amicit nostri Conradi Dan. Frickei dissertatio prodit Lipsiae 1689.

XXIV. In templis Ethnicorum neque exspuere neque emungi fas erat, ut restatur *Arriamus Epiet.* Diss. lib. 4. c. 11. confer *Ios. Laurentium* lib. 2. Poly-math. c. 9. Apostolium et alios paroemiographos prouerbio *Thamyris insanit*, et quae de reuerentia templis ob singularem Numinis praesentiam praestita, notat *Io. Gregorius* Anglus c. 31. Obseruationum. De Turcis Moscheas suas reuerenter habentibus praeter alios agit *Thom. Smithus* Epist. 1. de moribus Turcarum pag. 37. Idem de Ethnicis recentibus Pagodas s. Idolea sua non minore religione prosequentibus, ex Itinerariorum lectione obseruare licet. De veterum Christianorum religione circa aedes sacras agit *Guil. Cauens* in Primitiuo Christianismo p. 156 sqq. et 285 sq. edit. Angl. De Iudaeis veteribus conferendi Interpretes ad Exod. XXX. 19. et XL. 33. et quae de templo non nisi ab excalceatis frequentato obseruat Steph. Morinus diss. IV. pag. 160 sq. ac *Io. Chr. Wichmanshausen* in diss. de calceo in Hebraeor. sacris deponendo. Vitemb. 1721, 4. Confer etiam Iosephi Medi diatribam de sanctitate reuerentia T. 10. fasciculorum Crenianorum. Non praetereundus hic *Iac. Lobbesii* liber de religioso templorum cultu, editus Leodii 1641, 4to., adde *Theophilum Rayn*

Raynaudum pag. 281-322. heteroclit. spirit. *Ludov. Cresollum* antholog. sacr. p. 131 sqq. et mystagog. p. 581 sq. 584 sq. 587 sq. Auctorem libri gallice editi Paris. 1706, 12mo. *Des eglises et des temples des chretiens. Christi. Kortholtum* diff. de sacris publicis debita cum reuerentia praesentisque Numinis metu cogendis. Kil. 1693. *Ioan. Fabricium* de reuerentia erga sacra. Helmstad. 1706. et *Paullum Gyongiosum* a Pettyen de reuerentia templor. eccles. N. T. Franc. ad Viadr. 1731, 4to. De blasphemis Iudaeorum quibus templa nostra profaquantur videlicet *Ioan. Wülteri* theriacam Iudaicam p. 122 sqq. et *Ioannis Andrae Eiseumengeri* Professoris olim Heidelbergensis detectum Iudaismum editum Germanice parte 1. c. 11.

XXV. Idem *Caues* p. 150 sqq. agit de Encaeniis s. de ritibus templi consecrandi, de quibus videndus praeterea *Dav. Blondelli* liber de Episcopis et Presbyteris p. 265. 287. *Centuriae Magdeb.* Cent. IV. c. 6. *Bellarminus* lib. 3. de cultu sanctorum c. 5. *Iac. Oweni* historia consecrationis templorum et altarium, Anglice, Londini 1706, 4. *Franciscus Turrianus* lib. secundo pro epistolis Pontificum c. 19 et 20. *Benedicti Picteti* dissertationes de templis eorumque dedicatione, Gallice, Geneuae 1716, 12mo. *P. Galluzzi* liber italice editus Romae 1722, 4. *Il rito di consacrare la chiese colla sua antichita, significato, convenienza, prerogative. Urbani Godofredi Siberi* schediasma de templorum condendorum ac dedicandorum ritibus. Lipsiae 1716, 4. *Danielis Lundii* dissertatio de encaeniis templorum. Vpsal. 1706, 8. et *Matthiae Hageri* dissertatio de dedicationibus templorum. Havniae. 1719, 4. Contra abusus hodiernorum, quae annuis vicibus celebrari in pagis solent, encaeniorum disputat *Kleinknecht* in libro suppresso nomine germanice edito Vilmæ 1731, 8. *Unvorgreiffliche Gedanken von den Kirchweihen.* Officium Graecorum in dedicatione templi, extat in Euchologio Iac. Goari p. 829 seq. Officium in aperitione templi ab haereticis vel gentibus profanati p. 618. Officium in *scavoylo* siue sollempni crucis collocaione in loco templi ab Episcopo facienda p. 609. Officium in fundamento templi ponendo pag. 606 sq. In Oriente templa sacro oleo consecrata constat etiam ex Abuphamaio p. 15. Dedicatio basilicae S. Petri Romae legitur apud Bzouium ad A. C. 1506, n. 12. De exauguratione templorum confer *Rupertum* p. 128. ad Florinum. De exspoliatione, direptione vel vastatione templorum *Tabiam Eckhardum* in libro, qui inscribitur, *Deus sacrilegii vindex.* Quedlinb. 1710, 8vo. Ritus ethnici in templorum inaugurationibus receptos prosequutus est *Ioan. Bapt. Bellus* libro supra laudato de Templi auguralis partibus; vide et *Ioseph. Laurentium* lib. 2. Polymathiae Synopsi 2. *Antonium van Dale* in diff. de consecrationibus templorum, personarum ac rerum sacrarum, quae subiicitur editioni secundae libri

de Oraculis, et *Alexandr. ab Alexandro* gen. dier. lib. 6. cap. 14. De Encaeniis et consecratione Tabernaculi templique Iudaici videndi interpretes ad Exod. XXIV, 6. sq. Levit. VIII, 10. sq. Hebr. IX, 18. sq. et ad 3 Reg. VIII. addantur *Io. Weberi*. et *Ioannis Frid. Schereri* dissertat. de encaeniis, habitae Lipsiae 1683. et Argentor. 1754. De Festo Encaeniorum ad templum posterius post Antiochi profanationes repurgatum a Iuda Maccabaeo pertinentium dicemus infra cap. X. § 7. Dedicaciones templorum epulo celebratas docet e Romanis Plinius lib. 4. Epist. 1. e Christianis Sidonius Apollinaris lib. 4. Epist. 15. vbi vide Saaronem p. 264. et Theophilus Raynaudus in christiano Christi et ecclesiae per baptismum filio c. 7. p. 334 sqq.

XXVI. Variam suppellectilem templorum Christianorum explicat et recenset *Iul. Caesar Bulegerus*, libro de Donariis Pontificum Tom. 1. Variorum Opusculorum Lugd. 1621, fol. Idem libro tertio de templis s. de forma templorum supra laudato, maxime sollicitus est de Christianorum templorum variis nominibus, partibus et antiquitatibus illustrandis, excepto capite postremo, eoque longiore, quod agit de templis Ethnicorum. Videnda et *Pompelii Sarnelli* antiqua Basilicographia, Italice edita Neapoli 1686, 4to (de quo libro confer Ephemerides Eruditorum Parmenses Anno 1687, p. 24 seq.) *Leonis Allatti* epistola de templis Graecorum ad Ioan. Morinum, edita a Rich. Simone inter epistolas Ioan. Morini, et ad calcem notarum suarum ad Gabr. Philadelphiensem p. 274. *Petri Molinaei* Dissertatio de Altaribus et sacrificiis veterum Christianorum, subiecta Gregorii Nysseni epistolae de euntibus Hierosolymam Hanov. 1607, 8vo. Edmundus Martene 1. de antiquis Ecclesiarum ritibus pag. 300 sq. *P. Orlandi* de veteri disciplina expiandi altaria Florent. 1709, 4. Theologi Argentoratensis *D. Balthasaris Bebelli* Exercitatio de aris et mensis Eucharisticis veterum, Argentor. 1666. Doctorum Helmstadiensium *Ioan. Fabricii* de aris veterum Christianorum, Helmst. 1698. *Ioan. Andree Schmidti* de Aris portatilibus, Ienae 1695. *Iac. Hildebrandus* libro de sacris publicis Ecclesiae primitivae, Helmst. 1652, et 1699, 4. pag. 10 sq. qui p. 17. inter alia reddit rationem, quare in fastigiis plerorumque Christianorum templorum posita fuerint vel crux, vel gallus vel stella. *B. Gotfr. Völgelii* nostri Thyiasteriologia²¹ siue liber postumus de aris veterum Christianorum; Hamb. 1709, 8. *Sam. Theodori Schoenlandi* historische Nachricht von Altären. Lipsiae 1716, 8. De situ altarium versus orientem exstat *Ioan. Frid. Treiberi* dissertatio. Ienae 1668. De fundatione altarium et redituum, ex quibus sacerdotes in iis Missam celebrantes aluntur, item infeudatione et residentia altaris egit *Ern. Mari. Chladenius* comment. de altaragio eiusque infeudatione. Vir. 1746, 4.

Rirus

²¹ Rich. Montacuti Thyiasteriologia lucem, quod sciam, non adspexit.

Ritus dedicandi Altaris exponit *Nicolaus Cabasilas* libro quinto de Vita in Christo. *Jacobus Owenus* in libro paullo ante laudato. *Williamus*, Episcopus Lincolnienfis, negat altaria competere templis christianorum, quod destituantur sacrificiorum vsu. Vide *Brehmium* p. 762. histor. Reform. eccles. Anglic. De more lauandorum et expiandorum Altarium *Franciscus Orlendus*, Ord. Praedicator. in libro de duplici lauacro in Coena Domini fidelibus exhibito, 1710, 4. et *Ioan. Christophorus Batellus* et *Iosephus Maria Suarezus* in dissertationibus de ablutione altarium, iunctim editis Rom. 1702. Nec omittendae tres dissertationes *Io. Baptistae Thiers* Anno 1688. editae, sur les principaux Autels des Eglises, sur les jubez et sur la eloture du Choeur, de quibus *Elias du Pin* T. 18. pag. 277 sq. *B. D. Augusti Pfeifferi* Superintendententis Lubecensis memoria ²² consecrati altaris Lubecensis in templo S. Mariae. *Laurentii Terpagri* diss. de sepulchro altaris Hafn. 1704. siue de reliquiis sacris in altaribus condi solitis, de quibus vide etiam *Hugonem Menardum* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 203 sq. *Rudolphi Hospiniani* libri 5. de origine, progressu, vsu et abusu templorum; vna cum responsionibus ad ea, quae de templis *Bellarminus* lib. 3. de cultu Sanctorum, et *Baronius* ad A. C. 87. et alibi per *Annales* suos disputauit Tiguri 1603. fol. *Henrici Linckeri* Icti tractatus de iuribus templorum Francof. 1698, 4. *Christiani Wilduogelti* diss. de iuribus altarium. Ienae 1716. *Gottlieb Slenogti* liber germanice editus de iure altarium et ceterorum ad templa pertinentium germanice. Ienae 1726, 8. et auct. ibid. 1732, 8vo. *Georg. Chladni*, Hungari, Inuentarium Templorum. Dresd. 1689, 12mo, in quo libello etiam varia collectanea habentur, de Donariis et anathematibus sacris, de dedicationibus et encaeniis annuis (vulgo *Kirmse*, quasi *Kirchmessen*, licet propter frequentes in illis rusticorum comotationes dictum posset videri a *κοῦρη*, quae vox apud *Dioscoridem* aliosque cereuisiam significat) et de privilegiis templorum, ac sigillatim de eo, quod ad templa et aras confugientibus asyllum praebuerint, quam in rem *Ethnicorum* quoque vsu probatam, vide *Strabonem* l. 14. pag. 641. *Corn. Nepotem* in *Paulania*, *Suidam* in voce *ἄσυλον* et *ἄσυλον*, e recentioribus *Sam. Petitum* p. 10 sq. ad LL. *Atticas*, *Lindembrogium* ad *Terentium* pag. 613. *Seldemum* in not. ad *Marmora Oxoniens.* pag. 25 sq. *Marshamum* in *Canone Chronico* p. 354 sq. *Rycquium* de *Capitolio* c. 10. vbi de asylo *Romuli*. *Petr. Berthaldum* de *Ara* c. 14. *Ioan. Adamum Osandrum* in *Diss. de asyulis gentium*, inserta Tomo 6. *Thesauri Antiquit. Graecar.* *Ioseph. Laurontium* lib. 4. *Polymathiae Synopsis* 4. *Gustauum Carlbom* de *Asyulis*, Vpsal. 1682, 8vo. et dissertationes *Georgii Goetzii*. Ienae 1660. *Thomae Lie-*

Ggg 3

neri,

²² Einweihung des neuen Altars zu Lübeck in St. Marien, nebst einigen Anmerkungen von lutherischen Altären. Lübeck 1698, 4.

neri, Lips. 1673. *Andr. Groenwalli* de abolitione asylorum. Vpsal. 1726, 8vo. adde *Ioan. Franc. Simonis* commentationem in historia Academ. Inscription. T. 2. p. 52. sqq. edit. Amstelod. et *Henr. Benzeli* diss. de asylis, recutam in Syntagmate Eius Dissertationum acad. T. 1. p. 437 sqq. De Iudaeorum asylis consulendi praeter interpretes ad Num. XXXV. Ios. XX. et lib. 3. Regum. cap. I, 50. ac *Wilb. Zepperum* lib. 4. explanationis Legum Mosaicarum forensium c. 14. *Iac. Cramerus* Theol. Hraelis lib. 3. c. 3. p. 396. *Ioannes vanden Honert* tractatu de asylis, adiecto eius commentar. in Psalm 84. p. 444. *Sebast. Bernb. Cremerus* in antiquitatibus mosaico typicis T. 1. p. 476. *Ioan. Seldenus* lib. 3. de Synedriis c. 8. *I. G. Carpozuius* ad Goodwinum p. 336. sqq. *Francisc. Wokenius* Bibl. Witteberg. T. 1. pag. 377. *Ioan. Conr. Kesslerus* in oratione de homicidarum maxime inuoluntatorum poenis. Bremae 1700. *Henr. Hulsius* diss. de asylis V. T. ad calcem commentarii eius in Israelis prisca praerogatiuas. *Ioan. Adam. Ofsander* in diss. de asylis Hebraeorum. Tubingae 1672. *Ioan. Christo. Wichmanshausen* in diss. de praesidiis Leuitarum vrbibus. Witteb. 1715. *Ioan. Conradus Ikenius* in diss. de homicida inuoluntario, exulante in vrbe refugii vsque ad mortem Pontific. M. Bremae 1731. *Franc. Vlr. Ries* in diss. de asylis. Marb. 1753. De Christianorum asylis conferendi sunt *Iacobus Gothofredus* ad Codicem Theodosianum libro 9. tit. 45. de his qui ad Ecclesias confugiunt, quod edictum integrius exstat ad calcem Actor. Concilii Ephesini T. 1. Bini p. 472. *Lindenbrogius* pag 1393. ad Codicem Legum antiquarum. *Georg. Rittershufii* tractatus de Asylis, insertus Tom. 8. Criticor. Anglor. *Sirmondus* ad Ennodii lib. 1. epist. 7. *Franc. Suarez* de locis sacris c. 8. sqq. *Alcuinus* epistola ad Candidum et Nathanaelem apud Baluzium F. 1. capitular. p. 1444. seq. *Iosephus Nerius* II. 25. Analectorum, p. 795 sqq. T. 4. Miscellan. Gaudentii Roberti, vbi et alia de templis, et c. 26. de altaribus. *Godofr. Voigtius* in libro de Altaribus Christianorum Veterum c. 17. *Matth. Zimmermanni* Analecta p. 581. sq. *Antonij Borremansii* Vesperae Gorinchemenses c. 6. *Guil. Caucus* in Primitiuo Christianismo p. 145. *Paganinus Gaudentius* pag. 15. lib. de saeculi Iustiniani moribus, vbi memorat opusculum suum de Asylis, et de more confugiendi ad Ecclesiam, de quo habetur etiam lex Honorii et Theodosii iunioris, edita a *Iacobo Sirmondo* in Appendice Codicis Theodof. p. 36. vt quinquaginta passibus extra fores templorum tuti sint, quicumque ad illa perfugerint. Vide et Socratem VII, 33. et VI, 5. vbi de lege quam Eutropio²³ suadente tulere Arcadius et Honorius, ne quis ad templa confugeret. *Ioan.*
Da-

²³ Theodora Iustiniani, ab altaribus et templis homines auellere non dubitans, perstringitur a Procopio pluribus anecdotorum locis: Eutropius legem promulgans, vt ad eccle-

Damasceni parallela Tom. 2. pag. 669. Hildebertum lib. 2. epist. 7. *Prosperum Farinacium* de immunitate ecclesiarum et confugientibus ad eas. Lugd. 1642. fol. *Francisci Gastonis*, Patricii Caranensis, canonicam dissertationem de spatio asyli ecclesiastici in causa immunitatis. Panormi 1699, fol. Bullam Gregorii XIV. datam Anno 1591, 17 lun. *Stephani a Puteo* librum de iure asyli qua profani. Tridenti 1717, 4. et *Iusti Henningi Boehmeri* diss. de sanctitate Ecclesiarum. Halae Magd. 1722. Contra abusum eiusmodi asylorum in reis nocentibus malitiosis ac poena dignis, disputat *Andr. Masius* in Commentario praestantissimo ad Iosuae librum c. 20. (frustra obnitente ad eum locum *Iac. Tirino*) *Nic. Antonius* lib. 2. de Iure Exulum c. 34. sq. *Ioan. Georg. Reinhardus* de iure Principum circa sacra pag. 218 sqq. *Christoph. Ioan. Conr. Engelbrechts* de iniusta asylorum immunitatisque ecclesiarum ad crimina dolosa extensione. Helmst. 1720. De iure asyli confugientibus ad statuas Imperatorum concessio, *Christophorus Cellarius* ad Plinii lib. 10. epist. 16. *Ἄστυς παρθένης* vocat Theodorus Lector lib. 2. Hist. pag. 562. De asylo Romuli vid. *Rycauius* c. 40. libri de capitolio. De vrbiū incrementis per asyli ius *Andr. Cirinus* cap. 30. de vrbe Roma Tom. 2. thesauri Sallengriani pag. 334 sq.

C A P V T X.

Scriptores de Festis Iudaeorum, Ethnicorum, et Christianorum.

De festis et anno Iudaeorum. 1. 2. *De cultu septimae diei, Via Sabbati etc.* 3. *De Sabbato Deuteroprōtō.* 4. *De neomeniis.* 5. *De festo Paschatis.* 6. *Mos captiuum et supplicio destinatum in illo dimittendi.* *ibid.* *De festo Pentecostes, Tabernaculorum, aliisque.* 7. *De anno Iubilaeo Iudaeorum, Romanorum et Christianorum.* 8. *De festis et anno Graecorum.* 9. 10. 11. *De festis Romanorum.* 12. *De anno Romanorum; Calendariis item Ecclesiasticis et medii aevi.* 13. *De Christianorum Sabbato et die Dominica.* 14. *De eorum diebus festis aliis.* 15. 16. *Festa Muhamedanorum.* 17. *Dies nefasti, Aegyptiaci.* 18.

I. Praeter

ecclesiam confugientes etiam ab altaribus abstrahere fas esset, mox ipse incassum ad altare confugiens arreptus et supplicio datus est. Vide excerpta Peirelciana p. 849. Socratem V, 2. Nicol. Alemannum in Notis ad Procop. p. 94.

I

Praeter Sabbatum, Neomenia, annum Sabbaticum, & Iubilaeum, tria Iudaeis festa praecipua Lev. XXIII. Num. XXVIII. sq. et Deut. XVI. praecepta sunt, Pascha, Pentecoste, et Scenopegia siue festum tabernaculorum: quibus festum rubarum s. noui anni, ex Num. XXIX, 31. et Expiationis festum ex Num. XXIX, 7. sq. Leu. XXIII, 24. ad latus ponunt Theodoritus aliique, apud Corelerium Tom. 2. Monument. Eccles. graec. pag. 687 sq. Recentiora sunt Festum Purim, Eneaeia et Xylophoria. De singulis hisce, praeter Interpretes S. Scripturae, Iosephum ab Eduardo Bernhardo illustratum lib. 3. Antiquit. Iudaic. cap. 10. Iosephum veterem christianum scriptorem cap. 126. hypomnestici, Tractatum Talmudicum תנ"ך de festiuitate, siue de tribus festis sollempnibus, cum versione et Bartenorae commentario vulgatum a Clariss. Viro Christiano Ludouici, Lipsiae 1696, 1712, 4. et Maimonidem in libro מנהגים de festis, consulendi sunt Isaacus Cardoso itidem Iudaeus in libro vulgato Hispanice Amst. 1679, 4. sub titulo *las excellencias de los Hebreos*, pag. 199-212. quo opere erudita pro populo Iudaico Apologia¹ continetur: Iosephus Scaliger VII. de emendatione temporum pag. 648 sq. Car. Sigonius lib. 3,

¹ Nullam vidi qui post Flauium Iosephum Cardoso doctius et operosius Iudaeorum laudes perorasset, licet sint Iudaei in laudibus suis haud infrequentes. Diuisum autem totum opus Iacobo de Pinto dedicatum in partes duas, quarum priore describit decem populi Iudaici praerogatiuas siue vt ipse vocat excellentias: posteriore totidem quas appellat calumnias ab illis remouet. *Praerogatiuae* sunt 1) quod Iudaei sint populus a DEO electus. p. 1. 2) gens vna nec cum aliis permixta gentibus. p. 23. 3) separata ab aliis Nationibus terrarum. p. 35. 4) tribus naturalibus dotibus conspicua pag. 51. misericordia p. 53. caritate p. 57. honestate ac verecundia p. 69. 5) Circumcilio. p. 87. 6) Sabbatum. p. 101. 7) Lex data a DEO p. 123. classis prima praeceptorum de DEO p. 155. secunda de sanctuario, templo et sacerdotio p. 167. tertia de immunditie cauenda vel expianda p. 181. quarta de ciborum discrimine p. 185. quinta de coniugibus et matrimonio p. 189. sexta de festis p. 199. septima de misericordia et eleemosynis pag. 213. octaua de iustitia et regimine p. 225. nona praeceptorum de iure ciuili p. 247. et decima de criminali p. 253. Praecepta affirmatiua CCXLVIII. ex numero ossium humani corporis p. 259. negatiua CCCLXV. secundum numerum dierum anni. p. 263. 8) Prophetiae. 9) Terra sancta. et 10) Testimonium de Vnitae DEL.

Calumniarum quas vocat amolitiue annititur prima, falsae adorationes. pag. 333. a) foetor, p. 339. 3) quod sint veluti cauda Gentium et sanguinis profusum patiantur. p. 345. 4) ter quotidie imprecentur gentibus. p. 349. 5) quod Gentes velint ad Iudaismum allicere. p. 357. 6) quod infideles ac perfidi sint erga suos Principes et Magistratus p. 367. 7) quod immisericordes ac crudeles sint. p. 377. 8) quod corruptores sint librorum sacrorum. p. 390. 9) quod imagines euerant et sacrilegia committant. p. 399. 10) quod occidant infantes Christianorum, vt sanguine illorum in citibus suis vantur. p. 408-431.

lib. 3. de Rep. Ebr. Io. *Boissonius* in Schediasmate de festis Ebraeorum et Graecorum, Vratisl. 1660, 12. *August. Pfeifferus* in dissert. de festis Ebraeorum, Witreb. 1666, et quos laudat in critica sacra pag. 151. Praeterea *Theodorus Thummius* in Tractatu Historico-Theolog. de festis Iudaeorum et Christianorum Tubingae. 1624, 4. *Matth. Dresserus* de festis Christianorum, Iudaeorum et Ethnicorum Lipsi. 1593, 8. *Frid. Spanhemius* parte 1. Chronol. c. 15, Et 1. Opp. p. 70 sq. qui etiam de translatione festorum in alios dies dissentit p. 179 sq. ubi de annis Sabbaticis et Iubilaeis c. 16, p. 82 sq. *Adrianus Cocquius* in Observationibus et Exercitatt. ad V. T. de rebus naturalibus, Diis Syris et Hebraeorum festis Vlissing. 1671, 4. *Rodolphus Hospinianns* de Festis Ebraeorum, Ethnicorum et Christianorum Genev. 1669, fol. et alibi saepius, *Io. Meyerus* Prof. Hardernic. in libro de origine et causis festorum sollempnium quaedam, quos olim Iudaei in terra Canaan, hodieque in exilio agitare consueverunt. Amstel. 1693, 8. et cum insignibus auctariis ac R. Abrahami Leuitae libra de ieiuniis. ibidem 1724, 4: quo in libro inter alia impugnat *Maimonidem* et *Ioan. Spencerum*,² quorum ille in Doctore habitantium, hic in opere de Legibus Ebr. lib. 3. Dissert. 1. c. 8. festa gentium festis Iudaeorum dedisse originem contendit. *Melch. Leydeckerus* de republ. Hebraeor. lib. 9. cap. 3-9. *Anton. Cregutius* in Reuelatore arcanorum, pag. 759 sqq. *Robertus Robertson le Camu* in libro belgice edito Franequerae 1693, 8. et quartum recuso ibidem 1722. *Korte Inleidinge der Festen Israels*. Adde dissertationes de festis Iudaeorum *Ioannis Palmrootii*, Vpsal. 8. et *Magni Celsii*; ibid. 1672, 4. *Ioan. Ern. Gerhardi* diss. quatuor. de festis orientalium cum primis Hebraeorum. Vitemb. 1640. *Caroli Schulteni*, Professor. Lundensis in Scania, dissert. de festis Hebraeorum. ibid. 1723, 4. *Ioan. Rodolphi* de temporibus sacris Hebraeorum. Bernae 1724. *Ioan. Christi. Kirchmeieri* de festis Iudaeorum anniuersariis, eorumque in fatis ecclesiae N. T. antitypo, quae est secunda manipuli dissertatione theologic. selectar. Marpl. 1724, 4. recusa in sylloge exercitationum. ibid. 1735, 4. pag. 25. Singularis quoque locus de Iudaeorum festis exstat apud *Plutarchum* IV, 5. symposior. Fuerunt in tribus festis Iudaeorum alii dies minus festi, alii maxime festi; de hisce agit *Petrus Zornius* in diss. de **שבת** **שמיני**, siue diebus magnis Hebraeorum, quae inserta est Miscell. Lipsiens. Nouis Vol. 5. pag. 31 seqq. in qua simul differitur de sabbato magno, i. e. eo, quod proximum erat ante sabbatum. De festis Patriarcharum ante *Mosen* praeter diem sabbati et pauca et incerta sunt, quae notat *Bolducius* lib.

prime

² Spencerum sequitur *D. Io. Sam. Stryckius* in diss. de incommodis festorum, Halae Sax. 1702.

primo de Ecclesia date legem. Vide Cherubinum à S. Iosepho T. 2. apparatus biblici, p. 393 sq.

II. Lucem praeterea huic argumento de festis Iudaeorum affundunt, qui Calendaria eius gentis ediderunt et illustrarunt; ut praeter *Seb. Münsterum* Basil. 1527, 4. *Cunacum* supra laudatum; *Ioseph. Scaliger* in Canonibus Isagogicis p. 41 sq. et de Emend. Temporum pag. 316 sq. *Gilb. Genebrardus* ante Commentarium suum in Psalmos, *Augustinus Tornicius* lib. 1. Annal. V. T. p. 354 sq. *Iulius Bartoloccius* Tom. 2. Biblioth. Rabb. *Ioan. Seldenus* de Anno ciuili Iudaeorum, aliique, quos laudat eodem in libro c. 8. et in praefatione et lib. 3. de Synedriis c. 13. p. 134. *Frid. Spanhemius* Chronolog. sacr. P. 1. c. 11. sq. *Carol. Schultemus*, cuius Calendarium Iudaeicum Hebraice et Latine editum est 1711, 4. *Hermannus Zoestius* cuius Calendarium Hebraicum comparat inter Eius tria opuscula theologica ab *Hector. Gottfr. Masio* edita. Havn. 1701, 8. p. 107 sqq. *Ioan. Salpius*, qui Calendarium Hebraicum edidit Vitemb. 1697, 4. Addantur *Augustin. Calmetus* T. 2. Dictionarii S. Scripturae, p. 434 edit. Venetae 1726, fol. et pag. 64 sqq. ante commentar. in Genesim. *Ioan. Baptista Roefchelius* de forma anni Patriarcharum. Witteb. 1692. *Honr. Klausfangius* de eodem argumento. ibidem 1716. *Car. Dan. Clauerus* de forma anni Hebraeorum mosaico-prophetica. ibidem eod. *Aegid. Strauch* de computo Thal-mudicorabbिनico, et de anno Hebraeorum ecclesiastico. Witteb. 1655. *Iac. Cappelli* epocharum illustrium thematisimi cum explicatione selector. aliquot Scripturae locorum, Sedani 1605, 4. recusi Fasciculo octauo Opusculi historico-philologicorum. *Ioan. Andr. Mich. Nagel* de calendario veter. Hebraeor. Altorfii 1746, 4. *Ioan. Christo. Fischer* de anno Hebraeorum. Witteb. 1710, 4. *Gustav. Sommelius* de anno Hebraeorum ecclesiastico atque ciuili. Lundae 1748, 4. *Emo Luc. Vriemot* de vero anni initio apud Hebraeos. Francq. 1735. rec. in Eius obseruationibus miscellaneis. Leouard. 1740, 4. pag. 280. sqq. *Christoph. Langhansen* de mense veter. Hebraeor. Ianari. Ienae 1713, 4. *Dan. Lundius* de mensibus Hebraeorum. Aboae 1694. *Gottfr. Felstisen* de ciuili Iudaeorum die. Lips. 1702, 4. Ex Iudaeis, et quidem recentioribus, de Calendario Hebraeorum differunt *David Nieto* in ןׁ ןׁ ןׁ ןׁ, p. 82 ff. et *Immanuel Aboab* in Nomologia pag. 90 ff. Vide etiam si placet quae notauit in Menologio meo, vbi de Hebraeorum, et aliorum centum circiter populorum mensibus. *Nicolai Mollerii* Iudaeorum Annus 3. lunae solaris, Turco-Arabum, annus mere lunaris prodit

³ Veteres Hebraeos, ut antiquissimos Graecos, etiam anno lunari vsos, et quo Solis periodo responderet, mensem subinde intercalasse, docet etiam S. Basilius homil. VI. in Hexaemeron. Confer Frontonis Ducaei notas ad paginam 80. T. 1. Adde Carponia

prodii Croning: 1650, fol. . Calendarii siue anni curam tum apud Hebraeos tum apud alias gentes plerasque commissam fuisse sacerdotibus, probat *Ioan. Andreas Danzius* in praefat. ad Maimonidis descriptionem initiationis nouilunii, cum Henningi Bernhardi Witteri versione editam Ienae 1703, 4.

III. Contra *Marshamum*, qui cum *Dione Cassio* l. 37. p. 123. periodum VII. dierum ab Aegyptiis deriuat, p. 198. Canonis Chron. Vide *Herm. Witsft* Aegyptiaca l. 3. c. 9. et *Ioan. Meyerum* de temporibus sacris et festis diebus Hebraeorum, pag. 174 ff. Fatetur tamen idem Marshamus, sacrum Sabbati cultum Hebraeis peculiarem fuisse, quod docet etiam *Ioan. Spencerus* lib. 1. c. 4. de Leg. Ebr. negans, Sabbatum celebratum ab Ethnicis, nisi inclinante iam Republica Iudaica, et Iudaeis iam per orbem diffusis: Conf. *H. Casaubonum* ad Suetonii Tiberium, c. 32. et *Ioannem Wallis* tractat. de Sabbato T. 3. Opp. p. 342 sq. 381. 423. 425. qui negat constare quod Iudaei ante exitum ex Aegypto vel vlla gens alia ante tempora Christi annos suos per hebdomadas distribuerit. Septima quidem mensis cuiusque dies quibusdam gentibus sacra fuit, et septimi numeri religio passim in Ethnicorum libris obseruatur, vt praeter Marshamum p. 195 sq. docent *Clemens Alexandrinus* Opp. T. 1. p. 613. et T. 2. p. 713. ed. Oxoniens. *Caellius Rhodiginus* XIII, 21. *Seldenus* lib. 3. de Iure Nat. et Gent. c. 15. *Lud. Capellus*, Tract. de Sabbato p. 265. Opp. postum. *Io. Tac. Syrbius* diss. de Sabbato gentili, Ienae 1700 edita, deinde saepius recusa, et inserta quoque Tempe Heluetic. T. 2. p. 527 ff. *Claudianus Sallierius* dissert. de festo septimi diei, gallice, in memoriis Academiae Inscriptionum, Tom. 5. p. 58 ff. *Ioan. Christoph. Wolfius* ad Theophilum Antiochenum p. 134. *Henr. Ernstius* lib. de studiis diebus festis non conuenientibus p. 100 sq. *Theophilus Spizelius* de Israëlitis Americanis p. 101 seq. *Ezech. Spanhemius* p. 465. ad Callimachum, *Ioan. Georg. Graenius* ad Lucian. Tom. 2. p. 895. et *Ioan. Meursius* pag. 98 sq. Graeciae feriatae. Non a Mosis temporibus, sed ab ipsa oratione repetendam Sabbati religionem accurate euincunt *Cerberinus a S. Iosepho* apparatus biblici T. 2. p. 220 sqq. *Ioan. Christian. Hebenstreit* in diss. de sabbato ante legem mosaicam existente. Lipsiae 1748, 4. et *Ioan. Aug. Ernesti* Vindiciar. arbitrii diuini in religione constituenda parte secunda p. 44 sqq.

De religiosa sabbati obseruatione apud Iudaeos, de qua per pauca Iosephus, ad eundem *codex Talmudicus* de Sabbatho, latine versus a *B. Seb. Schmidio* T. 2. edit. Surenhusianae. Memini me etiam MS. euoluere Gemaram Codicis Talmudici de Sabbatho, latine translata a *Balthasare Scheidto*, Professore Argentoratensi. Consulendi praeterea interpretes ad Matth. XII. Marci II, 23 sq. III,

H h h 2

2 sq.

notas ad Coodwinum pag. 356. et Guffetii comm. ling. hebr. voc. **אָרַר** et **אָרַיִךְ**, ubi docet, hanc interrelationem absque traditione, ex sola lege fuisse suscipiendam.

2 sq. Luc. XIII, 19. XIV, 3. Io. V, 10. VII, 22. IX, 14. *Mofes Maimonides* Ty. Schabbar, in Iad Chafaka, lib. 3, c. 1. *Christoph. Caribwrightus* Mellific. Ebr. lib. 5, c. 7. *Io. Drusus* de tribus sectis Iudaeorum p. 94 et 109. edit. in *Svd. Wilhelmus Wotton* in collectione dictionum S. Scripturae, librorum Apocryphorum et Iosephi de Sabbato, quam cum variis observationibus praemissa tractatu talmudico de sabbato, edito Hebraice et Anglice, Londini. 1718, 8. *Cöselerius* ad recognitiones Clementis IX, 28. et laudatus *Danzius* in diff. de curatione Christi Sabbatica, *Ioan. Outreimii* Viri Clariss. dissertatio 13. de clangore Euangelii, quae est de clangore Sabbati p. 327 seq. *J. C. Wagenfeldus* ad tela ignea satanae, p. 558 sq. *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. 9, p. 532. *Bernh. Sebastian. Cramerus* antiquitat. typiconomiac. T. 2. p. 394 sqq. *Ioan. Christian. Kirchmeierus* disput. de sabbatis Iudaeorum eorumque in fatis ecclesiae N. T. antitypo; quae legitur in sylloge exercit. acad. p. 1 ff. *Ioan. Georg. Abicht* de lege sabbati. Witteb. 1731, 4. *Georgii Witzleben* Bericht von der Juden Sabbath am Sonnabend, und der Christen am Sonntage. Havniae 1665, 8. et *Adami Georgii Christophori Matthaei* Beschreibung des jüdischen Sabbath. Norimbergae. 1751, 4. De operibus sabbatum de pelletibus ex mente Hebraeorum exstat dissertatio *Viti Henrici Hasenmülleri*, Ienae. 1708.

Via Sabbati a Talmudicis in tractatu Erubin, T. 2. edit. Surenhusianae p. 101, 106. etc. definitur mille passibus siue bis mille vnis. Arator:

Moenia nota petunt, quo per sua sabbata, mille

Raffibus ire licet — — —

Confer Suidam in *ααββάρου ὁδόν*, ac praeter *Grotium* aliosque interpretes ad Actor. I, 12. *Ioan. Frischmuthi*, *Mich. Waltheri* et *Nic. Kursneri* Dissertationes de via Sabbati, quibus iungendus *Seldenus* lib. 3. de Iure N. et G. cap. 9. *Buxtorfius* in Synagog. Iud. c. 16. *Wagenfeldus* in lib. de Norimberga pag. 126 sq. vbi etiam de oneribus Sabbato non exportandis. *Carpzonius* ad Schickardum de iure regio pag. 305. *Wideburgius* Math. Biblic. Specim. 7. p. 73. *Christi, Schoettgentus* Hor. hebr. T. I. p. 406. et *J. G. Carpzonius* ad Goodwinum p. 389. An libros sacros Sabbato eripere incendio liceat? vide quae Iudaei disputant apud *Ioan. Lightfootum* in Opp. postumis pag. 10. De Abenefrae Epistola, qua probat vesperam Sabbati non subsequenter sed antecedentem celebrandam esse, vide sis doctissimi *Ioan. Christophori Wolfii* Bibliothecam Hebraicam Vol. 1. p. 78. qui etiam de Sabbatione, fluio illo fabuloso Iudaeorum videndus ib. p. 141. 283. et in Notitia Karaeorum p. 141. De quo fluio Iudaeorumque de eodem figmentis consulendi sunt praeter eos, quos Wolfius in notitia Karaeorum loco citato adduxit, *Ioan. Frid. Breitbauptus* ad Iosephum Gorionidem p. 546. et *Frid. Albrechtus Augusti* tractatu

germa-

germanico: *Geheimnisse der Jüden von dem Wunderfest Sambathion*, Erfurti 1748, 8.

Notatu dignum est, quod Iudaeis dum in seruo ac vero DEI cultu negligentiores erant, saepius cladem accelerauerit, quod Sabbato vel alio die subito hostibus resistere religioni sibi duxerunt, ut ex libris *Maccabaeorum* et *Iosepho* apparet. Quamquam Iosua urbem Iericho cepit die Sabbati, Ios. VI. 17, et Iudaei deinceps, eodem Iosepho teste, potius existimauerunt nefas esse, die Sabbati (vel etiam per annum Sabbaticum siue *αἰγιὸν ἔρ*, vide Iosephum lib. 1. de bello Iudaico c. 2. p. 711.) hostem inuadere et adoriri, quam irruentem pro corpore suo defendendo propellere atque occidere. Et diebus festis plerumque seditiones concitasse affirmat Iosephus lib. 1. cap. 4. de bello Iud. pag. 714. Ceterum Sabbato plus simplici vice captam esse constat Hierosolytam, et deserta fatetur non Iosephus modo p. 719. f. et 474. a. sed et Dio Cassius, lib. 36. p. 36. templum a Pompeio, qui primus Iudaeos Romatis subiecit, Olymp. GLXXIX, 2. Romae DCXCI. ante Christum LXIII. non fuisse expugnandum, si Iudaei illud ex aequo omnibus diebus defendissent. De captis festo die Syracusis vide *Ezech. Spanhemium* p. 201. ad Orat. 1. Iuliani. De Berura ob famem ex otiantibus per annum Sabbaticum agris dedita I Maccab. VI, 49.

IV. De Sabbato *δευτεροπρωτου*, praeter *Erasmum Schmidum* et alios *Interpretes* ad Luc. VI, 1. Caesarium quaest. 35. Suidam in *Σάββατον*, Isidorum Pelus. III. epist. 110. Epiphanium T. 1. pag. 453. consulendus *Iosephus Scaliger* lib. 6. de emendar. temporum pag. 557. et in Canon. Ifagog. lib. 3. p. 225. cum quo faciunt *Pagius* ad A. C. 30. n. 3. *Bernbardus Lanius* Concord. Euangel. c. 39. *Sam. Basnage* in Annal. *Jf. Casaubonus* p. 271 sq. ad Baronium, *Iosephus de Voisin* Tractat. de Sabbato deuteroproto, *Gerh. Outhouius* in Bibliotheca Bremensi, Classe 6. pag. 426 sqq. *Ioan. Frischmutbus* et *Herr. Müllerus* singularibus dissertationibus, recensis in *Gottfriedi Menthenii* Thesauro theologicophilolog. P. 2. p. 312 et 319. Scaligeri et qui eum sequuntur, sententiam impugnavit *Otto Verbrugge* dissertationibus duabus de hoc argumento Groning. 1718 editis. Conferes praeterea *Petauium* ad Epiphanium T. 1. p. 61 sq. *Sam. Petium* c. 19. Var. Lect. *Seb. Schmidium* τὸν *μικροπρωτον* in fasciculo diss. p. 494 sq. cui post impugnatas alias vndecim sententias, Sabbathum *δευτεροπρωτου* est posterius inter duo Sabbata quae ab initio anni Ecclesiastici mense Nisan, Pascha proxime anteedebant. *Ioan. Harduinnus* Operum select. pag. 628 et 402 qui pro Sabbato deuteroproto habet primum mensis Adar secundi in Sabbato embolimaeo, quae sententia probatur etiam *Salomoni van Till* in diss. de vero et iusto tempore sabbati *δευτεροπρωτου*, edita Anno 1708. *Io. Rhenferdus*

ferdus Franequærae lumen nuper eheu extinctum diss. 3. 3. de locis Hebraicis N. T. Anno 1706. vulgata primum Sabbatum mensis Tisri siue in anno ciuiti putat fuisse *πρωτόπρωτον*, primum vero in anno sacro siue mensis Nisan *δευτερόπρωτον*, quod probatur etiam Clarissimo Viro Hadr. Relando et Stephano le Moyne in prolegomenis ad Varia sacra. *Henr. Dodwellus* vero dissert. 9. de vet. cyclis Graecorum et Romanorum per Sabbatum *δευτερόπρωτον* cum *Mal-donato*, *Grotio* et *Ed. Bernbaro* p. 225. ad Iosephum intelligit festum Pentecostes, et ita vt festum Paschatos fuerit *πρωτόπρωτον*, et Tabernaculorum *τετ-τόπρωτον*. Sed forte huic et reliquis quas articuli sententiis praeferenda est *Andrae Mafii* opinio, qui *δευτερόπρωτον* Sabbatum putat fuisse diem septimum festi Azymorum, vel octauum tabernaculorum, qui cum primo *πρωτόπρωτον* pari cultu celebrabatur, quum dies intermedii essent profesti.

V. De Neomeniis apud Iudaeos pariter et gentes celebratis differit *Ia. Spencerus* libro 3. de Leg. Ebr. diss. 4. cui adde *Marinum* in vita Procli c. 19. *Interpretes* ad Coloss. II, 16. Nazianzenum Orat. 2. in Iulianum pag. 129. et *S. Chrysostomi* Homiliam, qua Christianis hunc morem dissuadet. De Hebraeis speciatim quibus vespera Nouilunii dies expiationis paruus dicitur, *Maimonidis* tractatum, quem cum Witteri versione lenae editum paulo ante § 2. memorauimus. *Abarbanclis* dissertationem de principio anni et consecratione nouilunii, ad calcem interpretationis libri Cosiri, a Buxtorfio compositae, p. 431. *Ioan. Outreimii* dissertationem duodecimam de clangore Euangelii, p. 271 seq. *Ioan. Gottlob Carpozouium* ad Goodwinum, p. 424 seqq. *Ioan. Meyerum* de temporibus sacris et festis diebus Hebraeorum p. 238 seqq. *Cherubium de S. Iosepho* T. 2. apparatus biblici p. 245 seqq. et p. 259 seqq. et Gundlingiana Parte 36. p. 47 seqq.

VI. De ritibus Iudaicis festi Paschatos, praeter eos, qui de festis et de sacrificiis, et de ritibus Iudaicis vniuersim scripsere, et praeter interpretes ad Exod. XII. et ad Talmudicum Tractat *פסחין* videndus ex Iudaeis R. *Moses Maimonides* in *פסחין קרבן*, lib. 9. c. 1. Iadchafaka, quem tractatum aequae ac librum de sacrificiis latine vertit Ludov. Compiègne de Veil, Londini 1683. 4. qui recusus est in Crenii Opuscul. Philolog. Fasc. 7. p. 837. e. Christianis B. Seb. Schmidius, Theol. Argentorat. libro de Paschate, *Ioan. Lightfootus* de ministerio Templi c. 11 seq. *Iosephus Scaliger* lib. 6. de emendar. templorum, *Fagius* ad Targum Deut. VIII. *Buxtorfius* Exerc. Philologico Theol. VI. Io. Owenus in Epistolam ad Hebraeos, T. 1. p. 262 seq. Io. Saubertus in diss. de festo Paschatos a Christo Seruatore celebrato, in palaestra dissertationum pag. 70 seq. *Iulius Bartoloccius* in Bibliotheca magna Rabbinica. P. 2. p. 389 seqq. et p. 735 seqq.

Ioan.

4. Hoc refellit Sam. Basnage in Annalibus ad A. C. 32. § 23.

Ioan. Blermannus in Mose et Christo, pag. 391. sqq. *Petrus Iuricus* in historia dogmatum et cultuum, Part. 2. p. 325 sqq. *Ioan. Spencerus* de legibus Hebraeorum ritualibus, p. 294 sqq. edit. Tubing. *Ioan. Gottlob Carpzonius* ad Goodwinum, p. 394 sqq. *Nicol. Serrarius* T. 1. in Iosuum p. 443 sqq. ubi copiose, et erudite de azymis agit. Idem p. 518 sqq. de modo, quo Pascha hodie a Iudaeis celebratur, disputat, *Wilhelmus Goeroe* in historia Mosaica, Belgice, P. 1. c. 6. p. 203 sqq. *Bernb. Sebastian. Cremerus* in Antiquitatibus mosaicotypicis, T. 2. pag. 417 sqq. *Ioan. Behmius* in notis ad Pauli Burgensis diatribam de Paschate, Regiomonte 1610, 4. *Natalis Alexander* Histor. Eccles. T. 1. pag. 277 sqq. edit. Paris. 1714, fol. *Ioan. Jac. Eyselöbr* de paschate Hebraeorum. Witteb. 1678, 4. *Ioan. Andr. Danzius* in Programmate de Paschate Iudaeorum abrogato, et in eius locum surrogato festo Resurrectionis Dominicae, Ianae 1713, 4. quod recudendum curavit Io. Georg. Meuschenius in N. T. ex Talmude illustrato, p. 897 sqq. *Ioan. Haugborstus* de Paschate ipseque praecipuis ritibus a Iudaeis obseruatis. Breae 1714, 4. Discrimen Paschatis Aegyptiaci et generationum ostendit *Chr. Frid. Tresenreuter* singul. disputat. Altorfii 1739, 4. Idem alia dissertatione: ibid. 1743 habita euincere studuit, pascha in deserto nunquam fuisse intermissum. Recentium potissimum Iudaeorum caerimonias persequuntur, *liber rituum paschalium* Hebr. Lat. et Germanice editus Regiomonte in 4to, a *Ioan. Stephan. Rittangelio*, et Latine atque Hebraice subiectus eiusdem Rittangelii Libro de Veritate Religionis Christianae, a V. Cl. Ioan. van der Wayen, Leonis Murinensis narratio Historica de Paschate, Italice litteris Hebraicis, Venet. 1609, fol. et liber eiusdem argumenti Lipsiae Germanica lingua editus 8. ab ex Iudaeo *Frid. Alberto Christiani*, cuius etiam exstat alius libellus: *Beschreibung der jüdischen Fastnachten*. Lipsiae 1677, 8. De immundorum Paschate, mense secundo, Seldenus II, 1. de synedriis. De agno paschali egerant *Ioan. Georg. Dorscheus* ad calcem Mysariae missae. Argent. 1644, 4. *Ioannes Frischmatius* in dissert. de Iudaico eoque inter duas vespéras mactando agno paschali. Ianae 1660, 4. *Aug. Varenius* de agno paschali Hebraeorum. Rostoch. 1652. *Georg. Moebius* de agno paschali. Lipsiae 1655. et in Dissertationibus iunctim, Lipsiae 1694, 4. editis pag. 866. *Zach. Frosterus* de eod. argum. Aboae 1698, 8. *David Lundius* de eod. argum. Vpsal. 1705. *Henr. Wilh. Snabelius* de agno paschali, illustri Seruatoris I. C. pro nobis mactati typ. Breae 1702, 4. *Georg. Lud. Goldnerus* de agno paschali inter duas vespéras mactando, in Misc. Lipsiens. T. 2. p. 658 ff. De accubitu Iudaeorum ad agnum paschalem confer *Theod. Dassowii* dissertationem. Witteb. 1698. De plenilunio paschali eiusque mysterio differit *Henr. Scharbau* obseruat. sac. Part. 2. pag. 317 sqq. De cantione sollempni, in prima paschatos nocte, apud Hebraeos recepta

recepta exstat dissertatio *Car. Heimr. Zeibabii*. Witteb. 1740. De tempore, quo Christus pascha celebraverit, non eidem est eruditorum sententia. Notiores recenset Vir Celeberrimus *Ioan. Christoph. Wolfius* ὁ μακαρίτης Cur. phil. in N. T. Vol. 1. p. 366. In quatuor classes distributae enarrantur a *Gottlobo. Friderico Gudio* in demonstratione hermeneutica, quod Christus in coena sua τρωγεῖν agnum paschalem non comederit, edita primum Lipsiae 1733, 4. deinde ibid. 1740, secunda, et ab obiectationibus V. C. *Conradi Ikenii* vindicata. Scilicet defendit idem *Ikenius* Bremae 1735. dissertationem priorem de tempore celebratae a Servatore ultimae coenae paschalis, qua is euincere studet, illam integro die. ante plerorumque Iudaeorum paschales epulas actam esse: Hanc 1739. excipit dissertationis de hoc argumento posterioris pars prima et secunda, qua difficultates contra sententiam priori dissertatione adstructam moveri solitae diluuntur. Quibus in dissertationibus quum *Gudii* quoque sententiam sub examen vocasset *Ikenius*, huic respondit *Gudius* in iterata demonstrationis suae hermeneuticae editione. Quae autem ille monuit, iis opposuit tertiam disputationem de hoc argumento *Ikenius* habitam Brem. 1742. Eam sententiam, qua statuitur, Christum vno eodemque tempore cum omnibus Iudaeis agnum paschalem comedisse defendit calculoque suo approbavit Celeberrimus *Sigism. Jac. Baumgarten* in dissertatione de ultima coena Christi paschali. Halae 1743. et *Io. Frieder. Frischius* in libro germanice Lipsiae 1758, 8vo, euulgato: *Biblische Abhandlung vom Osterlamme überhaupt, und dem letzten Osterlammstage Christi, als dessen Todestage insbesondere*. Adde *J. C. Herenbergii* dissertationem de eodem argumento, quae legitur in *Thesuro nouo disputationum rheologicophilologicarum*, T. 2. p. 538 sqq.

De Romanorum more circa festum Paschatis Iudaeis captiuum reddendi et libertati restituendi res nota ex Euangelica historia. Confer interpretes ad *Io. XVIII, 39.* et *Matth. XXVII, 15.* *Lac. Lydium* florem sparsione ad historiam passionis I. C. p. 142 sqq. *Ioan. Lomestrum* in *Diebus Genialibus* Dec. II. dissert. VII. qua agitur de consuetudine rei apud Iudaeos in festo dimittendi. *Corn. Adami* Obseruat. philolog. pag. 185 sqq. *Ioan. Schmidii* dissertationem Lipsiae Anno 1685. editam de eodem ritu quem a Graecis accepisse Romani videntur, siquidem in Panathenaeis etiam captiuos ab eis dimitti solitos ex *Vlpiano* ad *Demosthenis* de Corona orationem obseruat *Meursius* in Panathenaeis c. 26. Confer *Samuelem Peritum* ad *Leges Atticas* p. 38 seq. et 50. atque *Meursium* in Graecia feriat p. 164. vbi idem in *Thesmothorjjs* obtinuisse notat. Teste *Liuius* V, 13. *Lectisternii tempore vincitis demta in eos dies vincula: religioni deinde fuisse, quibus eam opem dii tulissent, vinciri.* Hoc postea imitati sunt Imperatores Christiani: *παλλαιός*, inquit *Epiphanius* Tom. 2. p. 281

p. 281. *Φιλανθρωπία Βασιλική ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πολλοῖς καταδικαίως ἀφένω καὶ ἀπολύτρωσιν χερίζεται.* Confer quae obseruat Iacobus Godofredus in commentario ad Codicem Theodosianum Tom. 3. pag. 272. Petauius ad Epiphaniam p. 365. D. Goffe, Nicolaus Ittigius in diss. de veterum indulgentia Paschali cum thodierno iure aggratiandi collatq. Ritus hunc Iudaeis familiaris fuisse, neque a Iudaeis Romanorum nee a Graecis repetendum euicit *Ioan. Com. Hottingerus* in diss. de ritu dimittendi reum in festo paschatis Iudaeorum, *Figuri* 1719, et in Thesauro nouo disputatidnum Theologicophilologicar. T. 2. pag. 352 sqq. atque *Tempe Heluet.* T. 4. p. 264 sqq. Eandem sententiam defendit *S. V. Carpzouius* in notis ad Goodwinum pag. 409. De indulgentiae Iudaeorum paschalis tempore modoque exstat dissertatio *Io. Georg. Liebknechtii* Gissae 1731. Idem Godofredus pluribus etiam agit de iustitio siue feriis iudaeis apud Christianos circa dies festos, tempore Quadragesimae, Aduentus etc. obseruari solitis. De more reos non damnandi nec ligandi tempore Quadragesimae, videbis etiam vbi lubebit *Aegidii Menegii* antiquitates Iuris Ciuilis cap. 26.

VII. Iudaeorum *שבועות* Pentecoste siue quinquagesima a Paschatis secunda dies *Aetor* II, 1. et XX, 16. *Ἀσπερθών*, *Ioseph. Antiquit.* lib. 3. c. 10. r. 6. vbi confer *Bernhardum* de reliquis festi huius nominibus differentem, pag. 178. edit. Hauercampianae. Dicitur etiam *festum messis* Exod. XXIII, 16. triticeae nimirum, a quo primitiae tritici offerebantur *Leuit* XXIII, 15. (vide *Falleri* Miscellan. Sacra 3. c. 11.) vt primitiae hordei a secunda die Paschatos, *Ioseph. III, 40.* *Antiquit. Iud.* Idem est festum *Schebuoth* siue Septimanarum Exod. XXXIV, 22. *Numer.* XXVIII, 26. *Deut.* XVI, 10. quoniam nimirum post septem hebdomadam a Paschate complementum Pentecoste sequitur. Confer *Ed. Bernhardi* notas ad *Iosephum* p. 224. Totum illud interuallum etiam Iudaeis dictum *numerus manipuli*, notante *Iosepho Scaligero* lib. 6. de emendat. temporum. Ceterum Pentecostes festum in memoriam datae in monte Sinai Legis institutum haud esse, probat *D. Georgius Moebius ὁ μακαρῆς* diss. Theol. p. 921 sq. et *Franciscus Gomarius* de vtu ac fine festi Penrecostes, *Opp.* p. 226 sqq. neque ultra vnum diem eius solemnitatem durasse demonstratur a *B. D. Wolfgango Franzio* de interpretatione S. Scripturae, Oraculo CXXI. p. 753. vbi vtriusque Iudaicae et Christianae Pentecostes rationes inter se confert. Idem facit *Ioan. Andr. Donzius* Progr. de Promulgatione Euangelii haud obscuriore legali; et in Programmatibus quinque de festo Iudaico Septimana-

* Talia Graecorum *ἑσπεροθῆριον*, *ἑσπερίον* et *ἑσπῆριον*. Vide *Meursium* Graeciae feriatq. pag. 142. 283. *Ezech. Spanhemium* p. 678. ad *Callimachum*, et *Fabrotum* pag. 25. ad *Cod. Theodol.* XVI, 10. de paganis.

rym abrogato et surrogato in eius locum festo pentecostali Christianorum, quae recula legatur in Io. Georg. Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato, pag. 737-786. Adde I. C. Reichardi diss. de pentecoste Iudaeorum Christianorum et Gentilium, Ienae 1699. S. R. I. D. Winckleri orationem de his, quae circa festum Pentecostes memorabilia sunt, Lipsiae 1734, 4. recusam in Disquisitionibus eius philologicis, pag. 211 sqq. et Bened. Gotth. Glawirzii Progn. de aetologia Pentecostes V. et N. T. Halae 1741. De Iudaica porro consules interpretes ad laudata S. Scripturae loca et Codicem Talmudicum *Iom Tobb*, T. 2. edit. Surenhusianae, Io. Henr. Ottonis Lexicon pag. 201 sq. *Berub. Sebastianus Grammaticum* in Antiquitatibus Mosaicis T. 2, p. 480 sqq. *Ioan. Meyeri* de Temporibus et diebus festis Hebraeorum c. 13. p. 287 sqq. *Melchior Leydackerum* de Republ. Hebraeorum lib. 9. c. 5. p. 553 sqq. *Cheerubinum a S. Io. sapho* T. 2. Apparatus Biblici, pag. 352 sqq. De tempore messis Hebraeorum vide *Hermani Conringii* Commentar. recusum T. 5. fasciolorum Thomae Grenii pag. 301 sqq. et *Dav. Gerdesii* dissertationem de eodem argumento, cui modesta ad Ioannis Meyeri animaduersiones responsio addita est, *Altrale* 1720, 4. De manipulo hordeaceo, cuius oblatione messis suam auspicabantur Iudaei, vide dissertationes Sam. Strimelsii, Franc. ad Viadr. 1706. Petri Zor. Sedini 1730. et H. I. van Bashuyfen, Seruestae 1734. De duobus panibus pentecostalibus binis dissertationibus egit *Conradus Ikenius*, Bremae 1729 et 1730.

De festo *tabernaculorum* siue *scenopegiae*, cui celebrando scriptus est Psalmus XCV, ut notatum Grotio ad Hebr. III, 7. et quod *חג סוכות* Iudaeis dicitur ob laetiam et tripudia, adeundi praeter eundem Ottonem p. 196 sq. interpretes ad Levit. XXIII, 39 sq. et Tractatus Talmudicus *Succah*, T. 2. operis Mishnici edit. Surenhusianae pag. 259 sq. quod totum fere volumen est de festis. Idem tractatus talmudis Babylonicus *Succah* cum versione et annotationibus *FridERICI BERNHARDI DACHS*, et commentario postumo *Ioan. Jac. Grameri* separatim excusus est Traiecti ad Rhen. 1726, 4. admodum eiusdem Dachsii dissertatione ad Zachar. XIV, 16. ubi celebrantium festum tabernaculorum meminit Propheta. Hisce adde ex Iudaeis *R. Chaim* libro qui inscribitur *שם שם* et *R. Joseph ben Abraham* in *שם שם*. E Christianis, *Cheerubinum a S. Iosepho* T. 2. Apparatus Biblici p. 290 sqq. *Berub. Seb. Gramericum* in Antiquitatibus Mosaicis T. 2. p. 523 sqq. *Melchior Leydackerum* de Republ. Hebraeorum lib. 9. c. 7. *Ioan. Meyeri* de Temporibus et diebus festis Hebraeorum, P. 2. c. 16. pag. 317 sqq. *I. G. Carpozium* ad Goodwinum p. 414 sqq. *Campegium Vitringam*, Iuniorum, in Dissertationibus tribus de festo tabernaculorum, recullis in Eius Dissertationibus sacris, pag. 158 sqq. *Ioan. Wil-*

Idem de Noue in Expositione mystica in festum tabernaculorum. Berolini 1714.
 4. *Paulum Frid. Opitium* in dissertat. de amico Israelitarum in festo Tabernaculorum consortio. Kilon. 1717. De caerimonia palmarum binæ exstant dissertationes *Gabrielis Grodeckii*, Professoris olim Gedanensis doctissimi, acerba morte extincti epidemica huc Anno 1710 die 12 Septembris, editæ in Academia Lipsiensi Anno 1694. Idem argumentum persequutus est *Olaus Celsius* in diss. de palmis Tabernaculorum, Vpsal. 1722. Ritus palmarum sius *Lulabh* a Gentilibus reperitam esse censet *Ioan. Gathofr. Lakemacherus* in diatriba de ritibus quibusdam Bacchicis a Graecis ad Iudæos recentiores deriuatis, et ab his Tabernaculorum festo usurpatis ad loc. Plutarchi lib. 4. sympos. T. 2. pag. 671, recusa in Observationibus eius philologicis P. 1. pag. 17 sqq. *Lakemacheri* argumenta sub examen vocavit I. C. *Harenbergius* Biblioth. Lubec. Vol. 3. pag. 434 sqq. ostendens, ritum hunc haud quaquam a gentibus esse repetendum, sed eius potius originem ad victoriam contra Antiochum Epiphaniem spectare. Idem *Lakemacherus* Obseruat. philol. P. 3. Obs. 1. agit de salicis ramis tabernaculorum festo iuxta altare holocaustorum statutis. Ritus effusionis aquarum exposuerunt *Ioan. Henr. Hirzelius* erudita dissertatione, sub praesidio *Ioan. Marakii* Lugd. Bat. 1704. habita. *Ioan. Henr. Maius* fil. in dissert. de hauitu aquarum e fontibus salutis ad Ies. XII, 3. Gissæ 1710. 4. *Hirson. Wig. Biel* in dissertat. de sacrificio aquae in Scenarum festo vino misceri solito. Witreb. 1716. Ritus hunc a Iudæis Rabbanitis demum sub templo secundo introductum esse ostendit singulari dissertatione Symbol. Liter. Bromæ enulgar. T. 1. pag. 160 sqq. inserta *Conr. Ikenius*. De festo laetitiae legis differit *Ioan. Christi. Gensatus* in Observationibus sacris, Observ. VII. ubi ostendit, non esse illud antiquius Esdra, eiusque exponit ritus. Numus Regis Agrippae in quo festa Iudaica tabernaculorum et messis, tabernaculo et spicarum manipulo designata, videre licet, exhibetur et illustratur ab *Ezech. Spanhemip* diss. 5. de praestantia et vlu numismatum p. 443. edit. Amstelodamensis.

De festo *Tubarum* siue *Nouis anni*, adibit, cui volupe erit, Interpretes ad *Leuitici XXIII, 24. Numeror. X, 5.* et *Psal. LXXXI, 3.* et ad Tractatum Talmudicum *Rosch haschanah*, quem versione et notis illustravit *V. C. Henricus Houtingius* Amstelod. 1695, 4. et Tom. 2. edit. Surenhusianae pag. 300. *Ioan. Oursrein* dissertatione 11. de clangore Euangelii p. 205 sq. *Ioan. Stephanus Rittangeli* hochfeierliche Solennitäten, Gebetz und Collecten anstatt der Opfer, nebst andern Cerimonien, so von der jüdischen Kirchen am ersten Neujahrstage Vormittag in ihren Synagogen hochfeierlich gebetet und abgehandelt werden müssen. Regiomonte 1652, 4. *Bernh. Sebast. Cremers* Antiquitates typicomosaicas T. 2. p. 498 sqq. *Melchior. Leydeckerum* de Republ. Hebraeorum lib. 9. c. 2. *Ioan.*

Meyerum de Temporibus et diebus festis P. 2. c. 14. p. 300. *Io. Gottl. Carpzanium* ad Goodwinum p. 423. *Dan. Gersditi* disputationem de festo clangoris eiusque mysterio, Duisb. 1790. et in Exercitatt. Eius Academ. Amstel. 1738, 4to editis, pag. 235 seqq. *Ioan. Georg. Michaelis* disput. de clangore novi anni. Halae 1738, 4. *Ioan. Henr. Maii* disput. de auspiciis anni civilis Hebraeorum eiusque sollempnitatibus. Gissae 1707. *Ioan. Palmroth* de ritibus Hebraeorum celebrandi novum annum. Vpsal. 1703, 8. *Petrum Zornium* de novi anni auspiciis, quae Iudaei gentium ritu in honorem Gad et Meni, h. e. Solis et Lunae celebrarunt, Opusc. Sacr. Tom. 2, pag. 609 sqq. *Adami Rudolphi Georgii Christoph. Matthaei* Beschreibung des jüdischen Neu-Jahrestes nach ihrer lehre und gewöhnlichen Gebräuchen. Norimbergae 1755, 4. De sollempni Iudaeorum novum annum gratulandi formula, in annum bonum scribaris, commentatus est *Rudolph. Frider. de Wichmannshausen*. Torgauiae 1742, 4. De iudicio quod a Deo exerceri primo novi anni die fingunt Iudaei vide *G. E. Etxardi* annotationes ad Tr. Talmud. Avoda Sara c. 1. p. 204. et *Ioan. Andr. Eisenmengeri* Iudaismum detectum p. 950 sqq.

De festo magno expiationis consules isuabit Interpretes ad Levit. XVI. et Numer. XIX. 7. seq. et ad tractatum Talmudicum *Ioma*, quem versione et notis, a se illustratum edidit *Robertus Scheringanus*. Lond. 1648, 4. recusum in Tomo secundo Misnae Surenhusianae, es separatim Franequeras 1696 et 1700, 8vo, cui editor *V. C. Iacobus Rhenferdus* adhaeruit praeclearam dissertationem, qua expiationem Pontificis maximi Iudaici confert cum anastypo siue expiatione tonus generis humani facta per Christum Servatorem nostrum. Quibus adde *Mosis Maimonidae* Tractatus duos, alterum de ratione faciendi rem diuinam die sollempni expiationum, alterum de sollempnitate expiationum, quorum uterque latine redditus legitur in Thom. Crenii Fascic. septimo Opusculor. ad philologiam et historiam sacram spectantium pag. 651 seqq. et pag. 819 seqq. *Iosuae ben Israel Benbeniste* commentarium in Seder Avodath Iom Kippur. Constantinopoli 12 sine addito anno. *R. Chijae* addimenta. ad Codicem de die expiationum, quae ex hebraico latine reddita, notisque perpetuis illustrata edidit *Blasius Vgolinus*. Venetiis 1744, 8vo. *Bernh. Sebast. Cremerum* in Tetrade Exercitationum typicoprophicarum pag. 79 sqq. et in Antiquitatibus Mosaicotypicis, pag. 507 sqq. *Melchiorum Leydeckerum* de Republ. Hebraeorum lib. 9. c. 6. et lib. 11. c. 4. *Cherubinum de S. Iosepho* T. 2. Appar. Biblici p. 275 sqq. 288 sqq. *Ioan. Meyerum* de Temporibus sacris et festis diebus Hebraeorum P. 2. c. 15. p. 309 sqq. *Io. Gottl. Carpzanium* ad Goodwinum p. 433 sqq. *Andr. Adamum Hochstetterum* in libro de festo expiationis, Tubingae 1707, 4to. *Bernh. Waltheri Marpergeri* comment. de decimo quinto mensis Abh Hebraeorum

braecorum diei Expiationis comparato, Dresdae 1730, 8. *Eiusdem* Das große Sühn- und Sünd-Opfer des großen Versöhntages, als ein deutliches Vorbild des Leidens, Sterbens und Auferstehens Christi, aus der heiligen Schrift und den jüdischen Alterthümern. Norimb. 1733, 8. *Nicol. Möllerum* de ritibus festi expiationis, Ienae 1689. *I. H. Ortonis* Lexicon p. 182 seq. De summo Hebraeorum sacerdote ante diem expiationis adiurato, ne ex mente Sadducaeorum adoleret suffitum eleganter disserit *Leonb. Hoffmannus* Programmata inaugurali, Ienae 1734, 4to, et *Car. Henr. Zeibichius* in Misc. Lips. Nov. Vol. 4 pag. 442 seqq. De ingressu Pontificis M. in sanctum sanctorum vide dissertationes *Theod. Daffouii*, Witteb. 1692. *Dan. Lundii*. Vpsal. 1704. *Ioan. Jac. Seiffersheldi*, Witteb. 1713. *Ioan. Iusti Sonnenschmidii*, ibid. 1712. *Ioan. Christi Kirschmeieri*, Marp. 1725. *Hermannii Konrmae*, Franequerae 1730. *Georg. Guil. Ouerkampffii*, Gryphisw. 1741. Adde *Ioan. Andr. Danzai* dissert. de functione P. M. in adyto anniuersaria, quae recusa est in *Ioan. Georg. Meulchenii* N. T. ex Talmude illustrato, p. 912 sqq. et *Salom. Deylingii* obs. sac. Parte 2. pag. 177 sqq. De vestibus, quibus indutus fuit P. M. sanctum sanctorum ingrediens, egerunt praeter Deylingium loco iam citato *Ioan. Oldermannus* de vestibus byssinis P. M. in expiationis festo, Helmstad. 1717. *Ioan. Marchius* in Dissertationibus philologicotheologicis, Lugd. Bat. 1717, 4. p. 146 sqq. *Albertus Vogetius* in Diss. de vestimentis Pontificis M. sanctum sanctorum ingredientis, Gron. 1729. in qua in eo est, ut euincat, Pontificem M. sanctum sanctorum ingredientem praeter linæa vestimenta ceteris etiam indutum fuisse vestibus. De duobus hircis, emissario altero altero mactando, confer. *Bernb. von Sanden* dissertationem, Reginom. 1699. De hircō *επιπορευτικῷ* siue emissario, ⁶ populi peccata in desertum nauante, videndi *Theophil. Amelinus* in der Erörterung der dunkelsten Schriftstellen alten Testaments, T. 2. p. 686 sqq. vbi variae virorum doctorum de origine atque significato vocis Azazel sententiae receptentur. *Ioan. Spencers* ⁷ de legib. Hebraeor. ritualibus pag. 1040 sqq. *Salomo Deylingius* obs. Sac. P. 1. p. 75 sqq. *Ioan. Phil. Heynius* in noua collectione varior. scriptorum, Fasc. 2. pag. 40 sqq. *Henr. Hulsius* in singul. dissertat. adiuncta eius commentario de prisca Israelis praerogatiuis. *Ioan. van der Wayen* in variis sacris pag. 139 sqq. *Henr. Curtius*

⁶ *Ἐπιπορευτικῷ* fasciam coccineam siue lanei staminis textum rubro tinctum, capiti illius hirci impositum fuisse tradunt Iudaei, et vestigium traditionis illius extat in Barnabae Epistola et apud Tertullianum contra Iudaeos c. 14. Confer Steph. le Moynes ad Varia sacra pag. 674 seq. et Epist. de Melanophoris pag. 286 ad calcem Harpocratis Cuperiani, Gulminum ad lib. de Vita Moysi p. 379 seq. Bochartum 1. Hieroz. p. 646. et Gatakeri Aduersaria p. 401 seq. edit. Lond.

⁷ Qui Spenceri sententiam sub examen vocarunt, eos plenis calathis attulit S. V. M. C. Pfaffius in Prolegom. ad Spencer. p. 12.

zius in Exercitat. de hirci emissarii mysterio, quae exstat in Museo Bremensi T. 2. p. 688 sqq. Bern. Petrus Kavlius in aona de hirci *ἡρώωναια* coniectura, quae legitur in Bibliotheca Bremensi Class. 6. pag. 225 sqq. Ioan. Marchius in Sylloge dissertat. philolog. theol. p. 172 sqq. Steph. le Moine in Notis ad Varia Sacra, p. 638 sqq. Hisce adde singulares de hoc argumento dissertationes Sebastiani Schmidii, Argent. 1676. et in Fasc. disputat. N. 4. Ioan. Frischmuthi II. Ienae 1664. et 681 reclusas in Thesauro Dissertat. Theol. Phil. T. 2. pag. 714 sqq. Gustavi Peringeri, Vpsal. 1683. Ioan. Ioach. Schröderi, Marb. 1725. Philippi Nicolai Wolfii, Gilsae 1754. De hirci emissarii ductore exstat disputatio Ioan. Iusti Sonnenschmidii, Ienae 1719. Mysterium diei expiationum pecul. dissertatione exposuit Ioan. Guillelm. Kraft, Marb. 1749. Sollemnem expiationum diem sub templo secundo celebratum fuisse contra Petrum Molinæum euicit Ioannes Georg. Michaelis, Halae 1751.

De festo *Purim* siue *fortium*, cuius mentio fit in libro Esther c. IX. et Iosepho lib. 11. c. 6. Antiquitatum, quod *Μαγδοχαϊκή ἡμέρα* dicitur 2 Mace. XV, 37. et idem est cum festo *Aman*, cuius meminit Euagrius (laudatus Genadio scriptor) in altercatione Simonis Iudaei cum Theophilo Christiano p. 11. T. 5. Thesauri Anecdotorum Edmundi Martene: *Scimus Aman maledictum a patribus nostris pro merito suo esse suspensum, qui genus nostrum pectorat in perditionem, in cuius morte peracta reuoluto anno gratulamur, sollemnia votorum festa celebramus, quod a patribus traditum accepimus.* De hoc igitur festo videndus tractatus Talmudicus *Megillah*, quem illustrare pridem promisit praecclarus *Wagenseilius*, sed reliquit hoc praestantissimo *Surenhusio*; in cuius opere Mishnico Tom. 2. p. 387 sq. cum versione et notis legitur. Addi etiam poterunt *Iul. Bartoloccus* T. 1. Bibl. Rabb. p. 400 sq. *Cerberinus de S. Iosepho* T. 2. Appar. Biblic. p. 309 sqq. *Guil. Schickardi* Oratio de festo Purim, siue Bacchanalibus Iudaeorum post edit. 1634. 12. inserta Criticis Anglis Tomo 8. *Ottonis* Lexicon p. 207 sq. *Guil. Saldenus* in dissertatione de libri Esther diuinitate lib. 3. Otiorum diuinorum Exercitatione V. *Io. Wulferus* ad Codicem Talmudicum *Shekalim* pag. 11 sq. *Balthasar. Ludov. Etkache* duabus dissertationibus, altera sub praesidio I. C. Kirchmeieri Marburgi; altera Rintelii 1734 habita. *Frid. Alb. Christiani* Exiudaei סעודה פורים, oder surze Beschreibung von den jüdischen Fastnachten. Lipsiae 1677, 8. De Carmine Iudaico in festum Purim disserit Io. Henr. Maius in Catalogo MStor. Vffenbachianorum p. 135 sqq. Idem p. 178 sqq. hebraice et latine exhibet tractatum, quem pseudotalmudicum vocat de diebus festis Purim. R. Iuda Leui iubilus Iudaicus, *Mi Camocha* dictus, in festum Purim Hebraice, Latine, Germanice et Hispanice vulgatus est a M. G. Amstelod. 1700, 4to. Gothofredus Kohlreifus Chronol. face

hier. p. 364. festum hoc confert cum Perlarum *Mauroforis*, de qua Herodotus III, 79. Ctesias apud Photium et Agathias lib. 2.

De ritibus communibus circa tria festa praeicipua Paschatos, Pentecostes et Tabernaculorum agit Tractatus Talmudicus מציצתא quem ante Surenhusium Tom. 2. p. 413. cum versione et notis Lipsiae edidit *Christophus Ludovici* Anno 1696, 4. Philo. libro de septenario decem festa memorat explicatque. Πρώτη, inquit, ἑορτὴ ἡμέρας πᾶσαι. Δεύτερα σαββατον. Τρίτη δ' ἢ μετὰ τινα σελήνην νέαν νεομηνία. Τετάρτη δὲ τῶν διαβατηρίων, ἢ καλεῖται πάχα. Πέμπτη δ' ἢ τῶν ἀσχυρῶν ἀπαρχή, τὸ ἱερὸν δάγμα. Ἑκτὴ δ' ἄζυμος, μεθ' ἣν τῆσιν ἑβδομάδων ἔπεται ἑβδομή. Ὅγδοη δ' ἱερομηνία. Ἐνάτη δὲ νηστεία. Δεκάτη δ' ἢ τῶν σπηρῶν.

De Maccabaico Encasniorum ⁸ siue repurgati templi festo, quo per octo dies lucernae accenduntur, incidente in 25 mensis Caslev circa Decembris initia, videndi interpretes ad 1. Maccab. IV, 59 et 10. X, 22. *Iosephus XII, 11.* Tractatus Talmudicus מנחת כהן, Moses Maimonides in מנחת חינוך ונילה הלכות *Seldenus III, 13* seq. de Synedriis, *Herm. Wisius* in Dodecade Exercitationum p. 568 sq. *Ottonis Lex.* p. 205 sq. *Bartolocius T. 1. Bibl. Rabbin* p. 400 sq. ubi illustrat scriptum quod Iudaei in festo illo instauratum legunt, cui titulus *Megillat Antiochus* siue volumen de Antiocho, quod latine recedendum dedit in Codice Pseudepigrapho Veteris Testamenti. *Cheerubinus a S. Iosepho T. 2.* apparatus biblicae pag. 305 (99. *Ioan. Benedict. Carpzevius* in Progr. quod insertum est *Boernerii program. acad. Lipsiensis.* pag. 302 sqq. *Daniel Lundius* de Encasniis, Vpsal. 1706, 8. *Ioan. Oldermannus* de festo Encasniorum Iudaico, origine festi natiuitatis Christi, Helmstad. 1715, 4. *Diet. Siegfridus Claessen* de Encasniis Iudaicorum, Christi praesentia condecoratis, Francof. 1722. *Ioannes Erider. Scherer* de Encasniis, Argentor. 1754. Encasnia quidem in memoriam reaedificati post captiuitatem Babylonicam templi a Iudaeis celebrata esse affirmat et de illis locum *Ioannus* explicat, sed minus recte ni fallor, *Ioannes Chrysostomus* homil. LX, in Iohannem: μεγάλη τις ἦν αὐτῆς ἡ ἑορτὴ καὶ δημοτε-
De

⁸ *Nicolaus Abrahamus* ad Nonnum p. 46. Quatuor videntur fuisse encasnia siue dedicationis festa, quarum vnus ad orbis post Babylonicam bella instauratus, cetera tria quae belli et altaris dedicationem pertinebant. Primum fuit, quando a *Solomonis* templum a fraudulentis erectum est, tertio mense, qui Septembri nostro respondet. 3 Reg. VIII, 8. Alterum quando destructum a Babyloniis, post captiuitatem denuo a *Zorobabele* fuit excitatum die tertio mensis Adar, *Esdrae VI, 15.* et III, 7. *Iosephus XI, 4.* Tertium quando altare profanatum a gentibus, novumque a *Maccabaeis* excitatum fuit, 15 mensis Caslev. 1. Maccab. IV, 59.

λῆς. Τὴν γὰρ ἡμέραν καὶ ἦν ὁ ναὸς οἰκοδομήθη, ἐπανελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς μακρᾶς αἰχμαλωσίας τῆς ἐν τῇ περσίῃ, ταύτην ἦγον μετὰ πολλῆς σπουδῆς.

De festo decimo tertio Adar in memoriam victoriae de Nicanore reportatae celebrato vide *Megillath Taanith* cum notis Ioannis Meyeri, pag. 85 sqq. *Iosephum* XII, 10. 3. *Iosephum Gorionidem* libro 3. c. 21. et *Seldenium* de Synedriis loco citato. De festo die 15to mensis Abh celebrato confer *Cherubinim a S. Iosepho* T. 2. apparatus biblici pag. 394 sqq. De aliorum minorum Festorum, quemadmodum et de Neomeniarum ritibus tangunt pleraque Tractatus itidem Talmudici פִּנְשֵׁי שָׁנָה & פִּנְשֵׁי דְּרָגוֹ: Fit etiam mentio festi cuiusdam in extremo libri *Iudith* editionis latinae, quod in memoriam liberationis per viduam mulierem illam factae apud Iudaeos obtinuerit: Sed quum neque apud Iudaeos veteres illud festum memoretur (Pseudo-Philonem Annii eiusque interpretem R. Azariam non moror) vel hoc ipso nomine etiam liber *Iudith* suspectus esse visus est hominibus eruditis. Vide et quae Seldenus III, 17. de Synedriis p. 133 sq. *Francisci Riberæ* opus de Diebus festis Hebraeorum Manuscriptum extare in Bibliotheca Vaticana, testatur Carolus Iosephus Imbognatus, in Bibliotheca Latino-Ebraica p. 47. De festorum translatione Iudaea differunt *Cherubimus a S. Iosepho* T. 2. apparatus biblici p. 398 sqq. et *Ioannes Georgius Brand* peculiari disputatione, Marburgi 1685, 4.

VIII. De Iudaeorum anno sabbatico siue septimo videndi interpretes ad Leuit. XXV, 2. sqq. *Maimonides* de iure anni septimi quem illustratum dedit V. C. Ioan. Henricus Maius fil. addita dissertatione, de iure anni septimi: Francof. 1708, 4. Tractatus Talmudicus *Schebitth*, P. 1. Mischnæ Surenhusianae pag. 155 sqq. *Adrianus Houtingius* in notis ad Tr. Talmud Rosch Hachshanah P. 1. Mischnæ Surenhusianae pag. 308 sqq. *Ioannes Biermannus* in Mose et Christo, pag. 702 sqq. *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. 5. c. 11. *Bernhard. Seb. Cremerus* in antiquitatibus Mosaicotypicis T. 2. p. 543 et 556. *Ioannes Otavein* dissertatione 15. de clangore Euangelii, quae est de clangore anni Sabbatici et Iubilaei, pag. 346 sqq. et in commemoratione de sabbato sancto et anno Iubilaeo, quae adiecta est libro belgice edito, Tabernakel Gods onder de Menschen, Amstelod. 1701, 8. *Ioan. Meyerus* de temporibus et festis diebus Hebraeorum, P. 2. c. 17. p. 328 sqq. *Ioan. Gottl. Carpzovius* ad Goodwinum, pag. 442 sqq. *Herm. Conringius* in commentario de initio anni sabbatici et tempore messis Hebraeorum, recuso in Thomae Crenii fascic. secundo Opusculor. ad Histor. et Philolog. sacr. spectantium, pag. 308 sqq. et in Opp. Conringii, Brunswigae 1730. iunctim in folio editis, Tom. 6. pag. 265 sqq. *Daniel Lundius* in disput. de anno Hebraeorum septimo, Vpsal. 1710, 8. et Auctor Anonymus in dissertatione, inserta Bibliothecae Germanicae

nicae (*Bibliothèque Germanique*) T. 39. p. 83. sqq. vbi de rationibus illius legis agitur. De sollempni legis praelectione quouis septimo anno repetita vide *Io. Henr. Hottingeri* Dissertationem, Marb. 1717, 4to. *Campegium Vitrinam* de synagoga vetere lib. 1. Parte 2. c. 4. pag. 308. et *Eduard. Bernhardum* ad Iosephum p. 321.

De anno Iubilaeo 9 sine quinquagesimo, qui seruos libertati et agros autis dominis restituebat, neque confundendus est cum anno vndequingagesimo sabbatico, quo debita remittebantur (vnde *Schemitta* dici consuevit) vide interpretes ad *Leuit. XXV, 8* seq. *Ed. Bernhardum* ad Iosephum III, 12. Antiquitatum p. 231. *Maimonidem* de anno Iubilaeo cum notis *Matthaei Beke* editum Lugd. Bat. 1708, 4. *Scaligerum* in Canonibus Isagog. p. 295. *Hottingeri* *Analecta* diss. 3. *Io. Isacobi Crameri* Theologiam Israelis p. 152 seq. *Iosephum de Voisin* libro de Iubilaeo secundum Hebraeorum et Christianorum doctrinam Paris. 1655, 8. *Grosium de Broze* in tractatu historico de Iubilaeo Iudaeorum. Gallice, Parisiis 1702, 8. *Arnoldum Pantacum* ad chronicon Eusebii p. 246, 249, 277 sqq. 550. *Cherubinum a S. Iosepho* Tom. 2. apparatus biblici pag. 367 sqq. *Bernh. Lamium* de tabernaculo et templo pag. 1283. *Melchior. Leydeckerum* de republica Hebraeorum lib. 5, cap. 12 — 14. *Ioan. Meyerum* de temporibus sacris et festis diebus Hebraeorum P. 2. c. 18. p. 341 sqq. *Bernh. Sebast. Cremerum* in antiquitatibus Mosaeotypicis T. 2. p. 556. *Ioan. Gottlob Carpzouium* ad Goodwinum pag. 447 sqq. *Henricum Culeus* in collatione Iubilaei veteris Hebraeorum et noui Christianorum. Antwerp. 1617, 8. Adde singulares virorum doctorum de anno Iubilaeo Hebraeorum dissertationes: *Pauli Sleugti*, Ienae 1650. et in *Disput. academ.* p. 912 sqq. *Aug. Varenii*, Rostoch. 1650. et ad calcem commentarii in Exodum. *Ioan. Ern. Gerhardi*, Ienae 1658. *Christiani Kortbolti*, ib. eod. *Balthaf. Scheidii*, Argent. 1667. *Iuan. Adami Osiandri*, Tub. e. a. *Gustavi Peringeri*, Vpsal. 1685. *David. Lundij*, Abogae 1693. *Corn. Hasaei*, Bremae 1700. *Ioan. Christiani Buckti*, Witteb. e. a. *Ioannis Marchii*, Lugd. Batav. 1714. et in eius *syllogo* *Dissertat.* in V. T. p. 302. *Ioannis Engelhardi Scuberi*, Rintelii 1721. *Ant. Iub. von der Harde*, Helmst. 1728. *Ioan. Gottlob*

9 De etymo vocis Iubilaei vide *Ioan. Diecmannum* pag. 41. specim. glossarii Rabani. *Ioannem Wandalinum* in disputat. de vocis Eberinae יובל quae anno Israelitarum Iubilaeo nomen dedit, genuina etymologia et natua significatione. Havniae 1652. *Ioan. Adam.* Quasium in disp. de vera vocis יובל etymologia et significatione. Lips. 1731. et *Anton. Iub. von der Harde* in diss. de Iubilaeo Moysi. Helmst. 1728. Ad exemplum Hebraeorum potius anno quinquagesimo quam centesimo celebrandum esse Iobelaeum, vt actas humana illud possit attingere, suadet *Christoph. Aug. Heumannus* in epistola Iubilaeica ad *Ioan. Christoph. Colerum*, Lips. 1730, 4

Gottlob Carpzovii, Lips. 1730. *Jacobi Ode*, Trai. ad. Rhen. 1736. et rec. 1745. *Joan. Bernh. Hahnii*, Regiom. 1744. *Alberti Mehonis Verpoortentii*, in Fascic. Differtat. Coburgi 1739, 8. euulgato p. 184 sqq. *Andr. Werneri* comm. de festo die, quem Iudaei Iubilaeum appellant, in supplemento ad Bibliothec. theolog. selectam, P. 7. p. 552 sqq.

De Romanorum saecularibus ludis sacrisque Apollini ac Dianae in primis dicatis, vide carmen *Sibyllinum* quod seruarunt *Zosimus* libro secundo, *Phlegonae* Trallianus libro de longaeuis cap. 4. et venustis versibus latinis expressit *Angelus Politianus* cap. 58. Miscell. Consulere etiam licebit quae viri docti ad *Catulli* poemation XXXV. ¹⁰ quod *carmen saeculare ad Dianam* inscribitur, et ad *Horatii* carmen saeculare quod libro Epodon subiicitur: et ad eiusdem libri primi Odam XXI. et libri quarti Odam VI. *Festum in saeculares Iudi*, *Valerium Maximum* libro 2. cap. 4. *Censurinum* libro de die natali cap. 17. *S. Augustinum* lib. 3. de Civ. Dei cap. 18. et *Metellum Tegerenseensem* ¹¹ saeculi II. a Christo nato Monarchum et poemam pro illa aetate non absurdum Oda 1 et 2. ad Quirinum, atque e recentioribus *Iosephum Scaligerum* lib. 2. de emendatione temporum; *Omnifran Panvintium* libro de saecularibus ludis, ad calcetto factorum; Venet. 1558. et Heideib. 1588. fol. quem Gaudentius Robertus Tomo 1. Miscell. et Graevius Tomo XI. thesauri sinit inseruit: *Petrum Tassinum* Audomaropolitanum S. I. libro erudito de anno saeculari et ludis saecularibus Romanorum, Tornaci Flandrorum A. 1641, 4. in memoriam Societatis Iesuiticae quae saeculum iam exegerat edito, et Tomo 8. thesauri Graeviani recuso: *Ezechielem Spanbomium* diss. 9. de usu numismatum p. 852 sq. editionis Amstelodamensis, *Ioannem Clampusium* in sacra historica disquisitione de duobus emblematis in cimelio Cardinalis Carpinei, de quo libro vide sis *Acta Eruditorum* Tomo 2. supplementi pag. 94. 97. *Iusti Rycquii* syntagma de anno saeculari, iubilaeo et annis sollempnibus diversarum nationum, Amst. 1625, 8. *Io. Adolphi Turretini* Academicas quaestiones de ludis saecularibus, Genev. 1701, 4. *Florentii de Britin* librum Belgice editum, *Keuwspeken* der oude Romeynen, Amst. 1703, 8. et auctorem dissertationis de duobus numis Gratiani, in quorum altero legitur GLORIA NOVI SAECVLI, Paris. 1701. *Memoires pour l'Histoire des Sciences* Tom. 1. pag. 74. sq. edit. Amstelod. et illustris Leibnitzii atque alterius Anonymi dissertationes ad eodem numos in Christophori Woltereckii electis rei numariae pag. 308, 327. Hamb.

¹⁰ Petrus Tassinus carmen id saeculare esse negat, cap. 16. de ludis saecularibus, sed nullo id facit argumento certo et euidente. *Terentinos* ludos a saecularibus haud differre, idem probat pag. 490.

¹¹ Extat Tomo I. *Antiquarum Lect.* Henrici Canisii.

Hamb. 1709, 4. *S. Bonifacii* Noëtiarum rheologic. dissert. decimam, quæ agit de anno sæculari, et undecimam, quæ agit de anno bissextili. *Ioan. Matthiæ Gesneri* commentationem de annis ludisque sæcularibus veterum Romanorum, Vinariæ 1717. *Eiusdem* dissert. de opinatis sæcularium ludorum notis in numis Romanarum Gentium, Gottingæ 1745. *Christoph. Frider. Ayrmannum* de ludis Romanorum sæcularibus, Vitemb. 1717. *Christianum Gottlieb Schwarziuum* de ludis sæcularibus sub Philippis Augustis, Altd. 1723. *Ioan. Andreæ Michaelæm Nagelium* de ludis sæcularibus veterum Romanorum in Gemara Babylonica commemoratis, Altd. 1743.

In Ecclesia Christiana primus ¹² vt multis persuasum Anno 1300, annum Gratiae sæcularæ celebrandum indixit *Bonifacius VIII.* postea ad quinquagesimum annum sollemnitatem illam reduxit et Iudaici exemplo Iubilæum vocavit *Clemens VI.* Inde ad triginta tres annos *Urbanus VI.* et *Bonifacius IX.* denique ad annos quinque et viginti *Paullus II.* et *Sixtus VI.* Confer Bzouii et Raynaldi Annales ad annos Iubilæorum, et Bullas in Iubilæis illis editas, quæ leguntur in Bullario magno Laurentii Cherubini; (licet bullam Clementis VI. quæ prorsus mandat angelis paradisi vt animam illius, quem in via ad Iubilæum contingat obire, a purgatorio penitus absolutam in paradisi gloriam introducant, pro supposititia habeant Baluzius ad vitas Papatum Auenionensium Tom. I. pag. 915 sq. et Iq. Schilterus in Obseruat. IV. ad Chronicon Argentoratense Iacobi de Koenigshouen) numos in Iubilæis iisdem cusos obuios habes in Claudii Molinæ et Philippi Bonanni S. I. numismatis Pontificum. De ritibus Iubilæi Romani præter scriptores plurimos Lipenjo in Bibl. Theol. memoratos confer si placet *Io. Ernestum Schmidium* de Iubilæo Romano Anni 1650. Amst. 1654, 12. *Iusti Rycquii* Syntagma de anno sæculari Iubilæo ad Urbanum VIII, Antwerpiae 1625, 8. *Hieronymum Gratianum* in libro italicè edito, del Iubilæo del' anno santo. Romæ 1599, 4. *Iulium Laurorium* de Iubilæo et indulgentiis, Romæ 1625, 4. *Franc. Marian. Phœbecum* de origine et progressu anni Iubilæi. Romæ 1574, 4. *Io. Petri Ludouici*, Professoris olim Halensis, opuscula Germanicè iunctim edita p. 127 seq. et quos laudat p. 185. Anonymum libro Gallicè edito de Iubilæo Romano. Lond. 1700, 8. Hist. des Ouvrages des Sav. A. 1700, pag. 494. *Wagenfelsium* in libro Germanicè edito de educatione iuuenis Principis p. 179 sq. *Frid. Simon. Loeseri*, Pastoris Heydani in agro Lipsiensi, relationem historicam vulgatam itidem Germanicè,

Kkk 2

Lipæe

¹² Tamen in Chronico Alberici ad A. C. 1208. dicitur, quod annus iste quinquagesimus sine Iubilæo et remissionis in terra Romana sit celebratus. Etiam in bulla Bonifacii VIII. legas, antiquorum relatione compertum, huiusmodi Iubilæum antea obtinuisse.

Lipsiae 1700, 12. et auctius recusant, ibid. 1725, 8. *Historischer Bericht vom römischen Jubel-Jahre, et alium editum Gorhae eodem anno der Juden, Aemmer und Christen Jubelfreunde.* *Georgii Polacchii* illustrationes et commentaria ad bullam Urbani VIII. pro sancto Iubilaeo. Venetiis 1625, 4. *Io. Falsum* de Iubilaeis Romanor. Pontificum, Helmstadii 1676, 4. et eiusdem Anaromen bullae Iubilaeae Innocentii XII. ibid. 1702, 4. ac Clementis XI, ibid. 1705, 4. *Pauli Jacobi Marpergeri* historische Nachricht, was es mit dem A. 1725 für feyern den römischen Jubilo für eine Bewandniß habe. Lipsiae 1725, 4. *Thomae Mariae Alfani* Istoria degli anni santi. Neapoli 1725 et 1749, 8. (*Philippi Frider. Habnii*) historische theologische Abhandlung von den Jubelfesten in den evangelischlutherischen und römischpäpstlichen Kirchen, 1749, 8. *Ernesti Augusti Bertlingii* Unterricht vom päpstlichen Jubel-Jahre und vom Abt. Helmstadii 1749, 4. Eiusdem Versuch einiger Anmerkungen über die päpstliche Jubelbulle Benedict XIV. P. 1. Helmstadii 1750. P. 2. ibid. 1751, 4. *Lettres historiques et dogmatiques sur les Jubiles et les Indulgences, par Charles Chair.* Hagae Comitum 1751, 8. *Dominici Manni* Istoria degli anni santi dal loro principio fino al presente del 1750. Florentiae 1751, 4. Adde *Petri Francii* Oratorem XXXII, et Dissertationes de anno Iubilaeo *Daniel. Guil. Mülleri.* Altd. 1700. *Godfridi Wagneri, et Bernhards von Sanden.* Region. e. a. *Ioan. Wilhelm de Lith,* praeside Paulo Antonio, Halae eod. a. recuf. in eiusdem Antonii syntagmate dissertat. theolog. Halae 1736, 4to. pag. 677 sqq. *Ioachimi Samuelis Weichmanni* Progr. de Iubilaeo Wittebergenfium vero, Iubilaeo, quod Romae 1749 apertum fuit, opposito. Witteb. 1750. Iunge hinc scripta de Iubilaeo Romano in Actis historicoecclesiasticis Vinariensibus Vol. 15. p. 691 sqq. recensita. Videri etiam possunt *Ioan. Hornbeckius* in examine bullae Urbani VIII. de festis; *Caroli Drelincurrii* faux visage de l'Antiquité pag. 63. *Petrus Mollenus* in nouitate papismi pag. 382 sq. *Hottingerus* in Wegweiser parte 3. cap. 2. pag. 382 seq. et diss. 3. Analect. atque ex Theologis nostratibus *Theodorus Thurnmannus* de Iubilaeo antichristiano et indulgentiis pontificiis. Tubingae 1625, 2. *Iac. Heilbrunnus* in unecatholischen Pabsthum Artic. 3. cap. 3. p. 129 seq. *Io. Affelmannus* syntagmate. dissert. Theol. parte 2. p. 5 sq. *Io. Conradus Dannhauerus* Hedomoria Papaea phantasmate 2. pag. 742, 757, 799, 893 seq. *Io. Gerhardus* Confess. Cathol. lib. 2. parte 3. artic. 16. cap. 7. pag. 126 sq. aliique ubi contra indulgentiarum abusus disserunt. Calendaria Iubilaea; recensionem indulgentiarum per singulos dies anni complectentia, exhibet *Elias Ehingerus* in Historia Ecclesiastica Saeculi 15. p. 408 seq.

Non dubitant etiam Protestantes memoriam saecularem rerum memorabilium et singularium beneficiorum Dei pie obire, uti constat Iubilaeum

Euangelicum a Lutheranis nostris passim celebratum 1) Anno 1617 et 1717. in memoriam coepitae a B. Lutheo Reformationis: de priore vide praeter Acta variis in locis tum separatim excusa Thom. Lanfii mantissam Oratorum pag. 496 seq. et V. C. Christiani Iunckeri vitam B. Lutheri numismatibus illustratam pag. 368 sq. de posteriori evolue *Ernesti Salom. Cypriani* Hilaria Euangelica. Gothae 1719, fol. Tum 2) Anno 1630 et 1730. in memoriam exhibente Imperatori Carolo V. Augustante confessionis: de priore idem Iunckerus p. 438. et Ioan. Erh. Kappius in *der Beschreibung des ersten großen evangelischen N. E. Jubelfestes*, Lipsiae 1730, 8. de posteriore Relationes innoxiae Anno 1730, p. 1261 sqq. et Coleri Supplementa ad Bibliothecam theologicam selectam. Porro 3) in memoriam religiosae pacis Passauiensis Anno 1655, de quo Iubilaeo praeten Iunckerum pag. 484. confer Io. Benedicti Carpzouii Patris fasciculum myrrhae pag. 445 sq. Rev. D. Fechtii prolegomena ad commentarium B. Varenii in *Elaiam* num. 3. et Kappium in *streudigen Andenten des den 25sten September 1655 gefeyerten ersten Religionsfriedens*, Lipsiae 1754, 8. edit. et Anno 1755, de quo vide Acta historicoecclesiastica Vinariensia Volumine 19. deinde 4) Anno 1676 in memoriam formulae concordiae. Idem Iunckerus p. 484. Denique 5) 1748. in memoriam pacis Monasterii atque Osnabrugae 1648 compositae, de quo Iubilaeo confer eadem Acta historico ecclesiastica Vol. 12 et 13. Omittimus Iubilaea a singularibus populis celebrata vt Anno 1693 a Suecis iussu Regis Caroli IX, in memoriam receptorum in Concilio Vpfaliensi Anno 1593. Euangelicorum sacrorum. Confer *Dan. Guilelmi Molleri* diss. de Iubilaeo Lutheranorum, Altdorfii 1700, et Iubilaeum Anno 1736 a Danis et Noruegicis iussu Regis Christiani VI, in memoriam receptorum Anno 1536 eorundem Euangelicorum sacrorum. Vide saepius laudata Acta historicoecclesiastica Vinariensia. Vol. 1. pag. 952. et Vol. 2. pag. 386. Sic et Academas vertente ab illorum fundatione saeculari 13 spatio Iubilaea celebrare meminimus, vt hoc saeculo Wittebergensem Anno 1702. Gieslensem Anno 1707. Lipsiensem Anno 1709. Ultraiectinam Anno 1736. Regiomontanam Anno 1744. Duisburgensem, Anno 1755. Gryphiswaldensem Anno 1756. Ienensem Anno 1758. Nec minus *Gymnasia* vt Hamburgensem nostrum, cuius Anno 1713 celebrati Iubilaei Acta edidi Volumine quarto memoriarum Hamburgensium, atque Gedanense Anno 1758, et *Scholar.* vt Hallensem Saxonum Anno 1655, cuius acta a D. Godfrido Oleario Superintendente edita prodierunt Rudolphstadii 1666, 4. Sed et *Typographos* Anno 1640 ante ducentos, et Anno 1740 ante trecentos annos inuentae ty-

²⁹ Vel etiam dimidii saeculi, vt Academia Leidensis Anno 1725 ab anno quum constituta esset centesimo et quinquagesimo.

pographiae Iubilaeum obisse constat, suntque de Iubilaeo Anno 1640 in manibus Acta Iubilaei Typographorum: vulgata illo anno Lipsiae in 4to, et B. Doctoris Io. Schmidii Concio in memoriam eiusdem habita Argentorati, typisque exscripta. Videndus et Clariss. Wilh. Ernesti Tentzelii libellus Germanice editus, qui inscribitur: Discours von Erfindung der Buchdruckerey Kunst, bey Gelegenheit des fünften Jubel-Jahrs. Gothae 1700, 12. De Iubilaeo Anno 1740. celebrato vide Acta historicosocietatis Viniariensis Vol. 4. p. 472 et 998. ac Vol. 5. pag. 126 sqq. 612 sqq. 781. sqq. et 1092 sqq.

De Reformatarum Ecclesiarum Iubilaeis vide praeter laudatos a Lipentio Tomo 2. Bibl. Theol. pag. 136. Carolum Drelincurrium in libro Gallico cui titulus: *du Jubilé des Eglises Reformées avec l'examen du Jubilé de l'Eglise Romaine.*

IX. De Festis Graecorum. Ethnicorum nonnulla Pottlux lib. 1. cap. 1. titul. 33. diligentissimam vero tractationem instituit Io. Meursius in libris 6. Graeciae feriatae Lugd. Bat. 1619; 4. quibus alphabetico ordine Festa Graecorum, Atticorum maxime persequitur. Idem nonnulla huius argumenti etiam attigit, sed sparsim, in Atticis lectionibus et aliis scriptis, vti singulari libro egit de *Eleusiniis* siue maiore et minore Cereris Eleusinae Sacro ac Festo; et alio libro de *Panathenaeis* maioribus quinquennialibus et minoribus annuis, in Mineruae honorem celebratis. Ambo libri eodem anno Lugd. Bat. et eadem forma prodierunt, cumque Meursii Graeciae feriata, additis ex Chirographo Auctoris obseruationibus nonnullis, recusi sunt in Tomo 7. thesauri Antiquit. Graec. Gronouiani. De *Dionysiis* quoque singularem Meursius librum promisit, sed qui nunquam in lucem editus est, vnde tanto avidius Illustris Viri Ezechielis Spanhemii librum de eodem festo, cuius iam praedem spem fecit, exspectabamus. Sed et illius operis cum summi viri morte spes decollauit. De Phiditiis, Syssitiisque Lacedaemoniorum agit idem Meursius in Miscellaneis Laconicis lib. 1. cap. 9 sq. cum quo confer, quae de Phiditiis Cyrenensium notat *Jf. Casaubonus* ad Athenaei lib. 11. c. 9. De Phiditiis siue *Avdopolis* Cretensium Eustathius ad Iliad. V. p. 689. edit. Basil. idem Meursius in Creta, lib. 3. cap. 10. atque Cragius de Rep. Lacedaem. I, 9. et de Philotesis veterum Io. Fronto Academiae Paris. Cancellarius in Epistolis selectis, Leodii Eburnum 1674, 12. editis, epistola 1, vbi cum his confert Agapas veterum Christianorum, de quibus infra. De Graecorum epulis publicis confer interim Suidam in *πανδασία* et *ὡς καλὸν ὃ πρῶτον*. Andreae Christiani Eschenbachii diss. 6. de symposiis Sapientum quae insertae sunt Eius dissertationibus Academicis pag. 279 sq. Ioan. Guil. Bergeri Programma de conuiuiis Sapientum, pag. 345. Stromatei Academici, et Laur. Arrhenii dissertat. de symposio Graecorum. Vpsaliae 1725, 8. De sacris Graecorum Romanorumque epulis sollem-

sollemnibus per varias festa celebratis vide Stuckium 1, 33. Antiquitatum Coniualium. De epimeniis siue festo et sacrificio epulari nouilunii vide *Edmundum Gotsbull* pag. 103 et 104. ad Inscriptionem Sigeam. De Charistiis Romanorum Ouidius 2, Pastor. et Valerius Max. 2, 1. 8. Ceterum vt argumentum nostrum perfequamur, *Petri Castellani* Gerhardimontensis *εορτολόγιου* s. de Festis Graecorum liber prodit Antwerp. 1647, 8. *Io. Fasoldi* Barutho-Franci Graecorum veterum *ἑορτολογία* siue 12. Décades festorum, expositae Ienae 1676, 12mo. Vterque libellus vñs cum *Io. Ionsono* de Festis Graecorum iam supra nobis memorato, iterum excusus est in eodem tomo 7. Antiquit. Graecar. a Cl. Gronouio collectarum. *Ioan. Ludouici Ruelii* Religio gentium circa festa Cellis 1663, 12. De hoc ipso argumento nonnulla quoque habent *Ioan. Gottsfredus Lachmannhorus* antiquit. Graecor. sacr. Parte 4, c. 2. *Ioan. Vlr. Steinhoferus* Graeciae sacrae, P. 2, c. 1. *Christian. Brunings* compend. antiquitat. graecar. cap. 26, et *Ioan. Philippus Pfeifferus* in antiquitatibus Graecis pag. 98 sqq. sed is, perinde vt Fasoldus ex Meurfio petiit pleraque omnia. Meurfii Observationibus succinctius digestis non contemnenda quaedam adiecit *Io. Potterus* in Archaeologia Atticis 2, 19. sq. Tom. 12, thesauri Gronov.

De festis quicquidam Atticis praecleara eidem nonnulla notarunt *Sam. Pottius* in eximio suo ad Leges Atticas commentario, non longe ab initio, *Aegidius Menagius* in Dissert. Gallice edita super Terentii Heautontimorumenon, vbi de triplicibus Dionysiis, Lenaeis, Dionysii κατ' αἶψα et Anthesteriis de quibus accuratissime egit *Ezechiel Spanhemius* ad Aristophanis ranas; vt veluti nomina praetereamus, quae de festis Graecorum obseruauit *Lilius Gyraldus*, Synagmate 17, de Diis. De festo Attico *Stemius* ad eundem etiam V. C. *Ludolphus Kusterus* ad Aristophanis Thesmophoriazusas v. 481. De Pyanephororum festo, quasi καίμων εορτήν (Böbnen Fest) dicas, oblatione omnis generis fructuum in honorem Apollinis celebrato, *Baudelotus* de Dairual in dissertatione edita Gallice Parif. 1712, 4. *Fête d' Athenes représenté sur une Cornaline antique du Cabinet du Roi*. De sacris Carneis in honorem Apollinis Carnei a quibusdam Graeciae populis celebratis singulari commentatione egit *Ioan. Benad. Carponius*. Helmst. 1754, 4.

Philippus Iacobus Mauffacrus quoque collectionem de festis et Legibus Atticis promisit pag. 26. ad Harpocratonem, verum illud opus nunquam lucem adspexit.

X. De Eleusiniis Mysteriis maioribus ac minoribus, et Festo Cereris Eleusinae, praeter *Meursium*, *Pfeifferum*, *Potterumque*, et alios iam laudatos adire non poterit *Josephum Scaligerum* pag. 39. ad Eusebium, *Marshallum* in Canone chronico, *Dionys. Petavium* ad Themistium p. 411 seq. edit. Harduinianae,

nianae, *Iac. de Portum* p. 260 ad Theophrasti charabares, *Menaeicum* T. 1. p. 343 ad Ouidium; et *Ism. Bullialdum* pag. 260 sq. ad Theonem Smyrnaeum, Mytheria Cereris historice explicant *Io. Clericus* Tom. 6. Bibliothecae vniuer. sal. p. 61 sq. *Nic. Calliachus* de sacris Eleusinis, et eorum mysteriis, T. 4. The-
sauri antiquitatum Romani. et Graecarum. Io. Poleni, pag. 217 sqq. *Ioan. Guib. Bergerus* de mysteriis Cereris et Bacchi, pag. 834. *Serdmeti Academici, Io. Aug. Bacchius*: in Dissertatione pro mysteriis Eleusiniis, Lipsi, 1745. Physice eadem mysteria explicat *Eschenbachius* in Epigene suo, siue commentario de Poesi Orphica pag. 11 seq. De Cerycibus mysticis, munus sacrum in Eleusiniis sustinentibus, commentatus est *Henricus Augustus Zeibichius* duabus dissertatio-
nibus. Wittebergae 1752. De cistis mysticis, in quibus quaedam Cereris arca-
na a mulieribus gestabantur, confer *Ioan. Lanium* in collectione Dissertationum
Academiae Etruscae, T. 1. P. 1. pag. 63. De hymno in honorem Cereris de-
cantari solito confer *Friderici Strunzii* dissertat. de hoc argumento, Witteb.
1722. editam. Num Eleusinia ex Aegypto Athenas, et adacta fuerint, disquiri
Herm. Wisius pag. 186. Aegyptiacor. Quomodo Athenis translatae sint, Ro-
mam, disputat *Schurzschachius* in Opp. hist. polit. p. 863 sq. Celebrata, praeter
Atticos, fuisse Eleusinia a Calcedonibus, Phoenicis, Phoenicis, Lacedaemoniis,
Parrhasiis, Cretensis, et Romanis ipsis auctore Hadriano Imperatore, proba-
tum in Meursius cap. ultimo. De Panathenaeis praeter Meursium et alios
paullo ante nominatos, agunt idem *Mershamus* in Ganone chron. *Io. Seldenus*
ad Marmora Oxoniensia pag. 74. *Thom. Lydias* ad eadem Marmora pag. 166.
De Bacchanalibus antiquis et hodiernis liber *Io. Nicolai*.¹⁴ seorsim editus Anno
1679 et retusus in Tom. 7. Antiquit. Graecorum, Marmora Taurinensia P. 2.
pag. 29 sqq. *Christoph. Neander* in historia Bacchanaliorum, recusa in Clauffin-
gii Iure publico Rom. T. 4. pag. 192 sqq. *Matthaeus Aegyptius* in Explicatione
S. C. de Bacchanalibus, siue, aeneae vetustae tabulae Musei Caesarei Vindobo-
nensis. Neapoli 1729, fol. *Iacobus Herpsichyridius*, Oettingensis, in Disserta-
tione de Bacchanaliis. Norimb. 1626, 12. *Sugites Gustavus Dietzius* in disser-
tata de eod. argumento. Lipsi. 1691. et *Christi. Frider. Kranewitter* duabus dis-
sertationibus de Bacchanalibus gentilium. Witteb. 1710, 4. Addatur *Paullus
Mariae Paciaudi* commentarius de *in medio Poenici*, siue de umbellae gestatione,
Romae 1752, 4. in quo quum de tempore Bacchanalia celebrandi, tum de
ritibus in eorum celebratione obseruatis copiose disputatur. De cistophoriis,
quod sunt tum numorum, in quibus Orgiarum sollemnia expressa sunt, tum
hominum

¹⁴ Nicolai liber hic est Professoris Tubingensis, non Ioannis Nicolai, Ordin. Praedica-
torum Monachi, cui tribuitur in Iacobi Quetif et Iacobi Echard Bibliotheca scriptorum
Dominicanorum, T. 2. p. 659.

hominum genus, cistam mysticam portantium, eruditam dissertationem edidit *Alexander Xaverius Panclius*, Lugduni 1734, 4. Non adeo scelerata fuisse veterum Bacchanalia, quam vulgo creditum est, contendit *Iustus Rondellus* in Dissert. de Choenesae Pythagorae, Gallice edita Amst. 1690, 12. De Mithrae Sacris *Athanasius Kircherus* in Obelisco Pamphilio, et in Tom. 1. Oedipi Aegyptiaci, *Thom. Stanley* in Historia Philosophiae Orientalis pag. 110 edit. Lat. *Fb. Gatakerus* pag. 238 sq. Aduers. *Casaubonus* et *Salmasius* ad Historiam Augustam, *Thomas Hyde* de veteri religione Persarum pag. 108 sq. et praeter alios *Philippus a Turre* in monumentis veteris Antii, editis Romae 1700, 4to. De Theogamia in honorem nuptiarum Plutonis et Proserpinae, *Bandurius* T. 1. Numismat. p. 115. De variis Mysteriis sacrisque Aegyptiorum Osiridis, tum Bacchi Orgiis et Trietericis, Persarum Mithriacis, Graecorum Eleusiniis et Thesmophoriis, Thracum s. Samothracum Orphicis plura nos et distinctiora doceret, si tulisset aetatem, Icesii liber de Mysteriis, quem laudat *Clemens Alexandrinus* in Protreptico. Videnda interim quae praeter eundem *Clementem* p. 9 sq. prodit *Arnobius* lib. 6. contra Gentes p. 169 sq. et lib. 7. pag. 225, 229 sq. Singulare opus de Arcanis rei Hieraticae et Telesticæ moliri se significauit *Rev. D. Valentinus Ernestus Loescherus* Superintendens olim Dresdensis in Nouantiquis Relationibus Anni 1701, p. 179 sq. Sed grauioribus et magis arduis negotiis haec et alia quae in affectis habuit multa praeclara coactus est omittere. De variis lustrationibus Gentilium, quibus tum in Mysteriis tum alibi vfos esse constat, praeceteris laudandus est eruditus liber *Ioan. Lomeieri* Zurphanensis, editus primum Anno 1682, 4to, atque iterum, auctore iam defuncto auctior, sub titulo Epimenidis, Zurphaniae 1700, 4. Vide etiam *Petrum Tassinum* Iesuitam de anno saeculari Romanorum cap. 6. *Ioan. Saubertum* de sacrificiis cap. 11. *Iac. Perizonium* ad Aeliani Variarum lib. 8. cap. 5. *Isaacum Casaubonum* ad Theophrasti characteres, pag. 302. *Ieremiam Hoffmannum* de lustrandi purgandique veterum gentilium ritibus circa aquam obseruariis. Witteb. 1660. *Ioannem Vlric. Hassnerum* de aqua lustrali veterum gentilium. Ienae 1687. *Cbrist. Clementinum* de lustratione hominum perignem, Havniae 1692. *Magn. Dan. Omeisum* de expiationibus apud veteres gentiles vsitatis. Altd. 1700. et *Ioan. Godofred. Leschnertum* diss. duabus de lustrationibus veterum gentium praecedaneis. Witteb. 1709.

XI. Die festo vetitum fuit Athenis cuiquam iniuriam facere quoquo modo, aut quicquam decernere, nisi quod ad festam pertineret: neque cuiquam manus iniicere licebat, quamuis reo, Eleusiniis et Dionysiis durantibus: vide *Sam. Petritum* de Legibus Atticis p. 17 seq. et p. 36 sq. et p. 49. Idem tamen p. 45 obseruat festa non videri otio transacta esse ab omnibus, quanquam

Romanos constat per ferias a famulis operibus cessasse. Conf. *Ciceronem* lib. 2. cap. 12. de legibus pag. 98 et 117 edit. Adriani Turnebi, *Seruium* in Georgic. lib. 1. v. 268. *Macrobium* Saturnal. lib. 1. cap. 16. *Tibullum* lib. 2. eleg. 1. et quae obseruat *Henr. Ernestius*, libro de studiis festis diebus non competentibus pag. 74 sq. Thargeliis durantibus nec pignus, nec quicquam quod alterius esset, capere licebat, vt notat *Meursius* pag. 148. Graeciae feriatae. De sobrietate per dies festos ab Ethnicis obseruata vide quae idem *Ernstius* pag. 35. Durantibus Olympiis per totam Graeciam a bello cessatum docet *Plutarchus* in Lycurgo, ad quem locum addas notas Clariss. *Dacrii*. Extat et *Ioan. Ludouici Ruellii* libellus de Religionē gentium circa festa, editus Cellis 1663, 12.

De anno, mensibus et Calendario Atticorum, aliorumque Graecorum, conferendi quos laudauī in Menologio siue libello, iam supra memorato, de centum circiter populorum mensibus, excuso Hamburgi 1712, 8.

XII. De festis siue, vt lib. 22. vocat *Ammianus*, caerimoniosis diebus Romanorum consulendus *Ouidius* imprimis in libris Fastorum, quorum sex postremos vel non additos ab illo Poeta, vel intercidisse dolendum est. *Ouidium* illustrarunt tum alii, tum *Carolus Neapolis* in anaptyxi ad fastos *Ouidianos*, Antwerp. 1639, fol. E recentioribus hoc argumentum illustrant, praeter *Rosinum* et *Dempsterum* libro 6. Antiquitatum Roman. *Burchardum*que *Goshelf Struuium*, cap. 8 et 9. et *Gyraldum* syntagmate XVII, de Diis, *Petrus Morestellus* in *Alypio* s. libro de priscorum Romanorum feriis Lugd. 1605, 4. *Sibrandus Tetrardus Siccama* in praecidaneis ad Fastos Calendares Romanorum, Campis 1599, 4to. ambo recusi in Tomo 8. thesauri Graeuiani, vbi et alia huc facientia reperiuntur. Adde *Rudolphum Hospinianum* de festis Iudaeorum et Ethnicorum: cuius libri editio tertia excusa est Geneuae 1675, folio. Et *Ioan. Baptistae Couturnii* dissertationem de festis Romanorum, quae legitur in memoriis Academiae Inscription. Parisiensis Tom. 1, p. 76 sqq. *Palladii Methonensis Sophistae* liber περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίων ἑορτῶν, *Suidae* memoratus intercidit. De *Brumalibus* confer *Stuckium* antiquitat. conuiual. lib. 1. cap. 34. De *Floralibus* eorumque ludis vide *Ouidium* Fastorum lib. 5. v. 183 sqq. *Lactantium* lib. 1. c. 10. § 6 et 7, et Auctorem *des Reflexions sur les deux plus anciennes medailles d'or Romaines*, in Ephemeridibus eruditis (Journal des Savans) Anni 1721 pag. 564 sqq. De *Lupercalibus* XV. Cal. Martii celebratis euolue *Ouidium* Fastor. lib. 2. v. 267 sqq. *Alexand. ab Alexandro* dier. genial. lib. 4. c. 12. et *Michaelis Rosalli* dissertationem, Groningae 1712, 4. De *Matronalibus* Calendis Martii celebratis lege *Ouidium* Fastorum lib. 3. v. 299 sqq. et *Pitiscum* ad *Suetonii* *Vespasianum*, c. 19. De *Saturnalibus* medio Decembri peractis legantur *Ezechiel Spanhemius* p. 322 sq. et pag. 328. *Dio Cassius* pag. 907. *Ioan. Franc. Simon* in Historia

Historia Academiae inscription. Parisiensis, Tom. 2. pag. 78 sqq. et Georgii Gottlieb Boernerii dissertatio de Saturnalibus, Lips. 1751. De Vinalibus et Vindemialibus confer Venetum, Mus. Cortonenf. pag. 14. sqq. et Ioan. Christi. Hoieri, Ioan. Casp. Hoieri et Christi. Wilb. Schneideri orationes tres de antiquitatibus sacris atque feriis vindemialibus, Ienae 1757, 4.

XIII. De Anno et Calendariis veterum Romanorum quemadmodum Christianorum quoque scriptores complures laudavi in eodem Menologio meo et in Bibliotheca latina IV, 6. Prae caeteris commendandus *Franciscus Blondellus* in *Historia Calendarii Romani*, Gallice scripta, editaque Paris. 1682, 12, qui Romuli Calendarium exhibet pag. 41. Numa Pompilii pag. 47. Calendarium Iulianum p. 65. Calendarium Ecclesiasticum vetus p. 139. Gregorianum denique p. 259. Ex ista Blondelli historia Calendarii Romani excerpta ampla inseruit *Ioannes Wasse* Bibliothecae litterariae, Londini 1724, 4. editae. Vulgavit etiam *Henricus Leonhardus Schurzsteischius* librum de Anno Romanorum, Wittebergae 1703, 4. in quo Herwartianum quoque Calendarium exhibet cum Petri Lambecii et Aegidii Bucherii notis, quibus suas observationes adiunxit. Haud quaquam praetereundos nobis hoc loco eos esse iudicamus, qui edendis atque illustrandis Calendariis Ecclesiasticis et medii aevi operam impenderunt. Quare digni sunt, qui commemorentur *Fridericus Althaus*, e comitibus *Saluaroli*, qui dissertationem euulgavit de Calendariis in genere, et speciatim de Calendario Ecclesiastico: cui annexa sunt complura peruetusta Hagiologia nunc primum edita, Venetiis 1755, 8. *Alexius Symmachus Mazochius*, cuius commentarius in verus marmoreum S, Neapolitanae Ecclesiae Calendarium prodiit Neapoli 1747, 4. *Ludovicus Sabbatinus d'Anfora* qui italico sermone edidit notisque adiectis illustravit Vetustum Calendarium Neapolitanum, nuper repertum. Neapoli 1744, 4. *Franciscus Pagius*, qui nouum Calendarium Ecclesiasticum Romanum subiecit Tomo tertio vitarum Pontificum, Antwerp. 1718, 4. *Iosephus Stmonius Assermannus*, Bibliothecae Vaticanae Custos, qui in edendis illustrandisque Calendariis ecclesiae vniuersae, gentiumque, quae Christo nomen dedere, Graecorum, Syrorum, Armeniorum, Aegyptiorum, Aethiopum et Latinorum cum laude versatur: cuius libri Tomus primus, Caledaria ecclesiae Blauicae, siue, Graeco-Moschae continens; euulgatus est Romae. 1750, 4to maiori. Caledaria duo peruetusta, nunc primum edita ex manuscriptis codicibus, alterum bibliothecae Ambrosianae, alterum apud Camillum Sitonium, inseruit Muratorius T.2. P.2. Scriptorum rerum Italicarum, p. 1021. Volumine tertio Thesauri Antiquitatum ecclesiasticarum, cuius supra p. 294. mentionem fecimus, eiusdemque sectione 4. duo quoque exhibentur Caledaria vetusta. Huic addantur ii, qui Caledaria medii aevi ediderunt, *Christia-*

mus Gottlob Halkaufus, cuius Calendarium mediæ ævi, præcipue Germanicum, prodixit Lipsiæ 1729, 8. et *Ioan. Jac. Rabe*, qui Calendarium festorum dierumque mobilium atque immobilium perpetuum, Onoldi 1735; 4to edidit. Quibus iungas *DE REBEQUE Remarques sur le calcul Ecclesiastique des fêtes mobiles, qui est en usage depuis la Reformation du Calendrier*, in memoriis Treuultinis Ann. 1724, p. 523.

XIV. Inter festa Christianorum, hoc est, Deo dicatos dies, (vide *S. Bouffaci* noctis Theolog. diss. 7. pag. 131 sqq.) primo loco memorari debet *Dies Dominicus* ἡ τοῦ κυρίου ἀναστάσιμος, ἡ κυριακή, Constit. Apostolic. II, 59, qui Sabbato Iudaico successit, auctoritate Apostolica, resurrectionem Christi victoriosam Psal. CX, 4 effusionemque Spiritus S. in Apostolos singulis hebdomadis celebrante. Vide Interpretes ad Actor. XX, 7. 1 Corinth. XVI, 2, Hebr. IV, 7. Apocal. I, 10. *Cotelertium* ad Epist. Barnabæ Tomo 1. Patrum Apostolicorum p. 47 sq. *Ferdin. Mendozam* ad concilium Illiberitanum T. 1. Labbei, p. 1164 sq. *Dionysium de Rives*, Auenionensem Capucinum, in triplici tractatu, de verbo *creo*, de mutatione Sabbati in Dominicam, et de primatu Petri, Lugduni 1663, 4. *Cberubinum a S. Iosepho* apparatus Bibliæ T. 2. p. 233, sqq. p. 242 sqq. *B. Kortbolzi* paganum obtrectatorem p. 307 sq. *Brissonium* ad legem Codicis Theodosiani de Spectaculis p. 24 sq. *Valesium* ad Euseb. p. 279. *Herm. Conringii* programmata sacra pag. 113 sq. *Io. Mich. Heineccii* descriptionem Ecclesiæ Græcæ, Germanice editam, parte 3. p. 152 sq. *Ioan. Guil. Ianum* p. 16 seq. ad Eusebii Alexandrini sermonem insignem ac lectu dignum de die Dominico celebrando, quem primus e codice Bodleiano et Vaticano edidit, et versione ac notis illustravit, Lipsiæ 1720, 4. *Andream Rinetum* in appendice ad explicationem Decalogi, Opp. T. 1. p. 1338. *Franciscum Gomarum* in inuestigatione sententiæ et originis Sabbati, cap. 6. Opp. p. 273. *Iosephum Binghamum* Originum, siue, antiquitatum ecclesiasticarum XIII, 9. Vol. 9. p. 13. *Christoph. Matth. Pfaffium* de originibus iuris ecclesiastici p. 79 et 153. *Ruardum Andælam* de sabbato V. T. et die dominica N. T. in Bibliothec. Brem. T. 8. p. 541 et *Io. Georg. Abichtii* dissertat. de sabbato Christiano ex historia N. T. Witteb. 1731. Recte hoc ab Apostolis factum esse et fieri potuisse aduersus Iudæos tuentur *Wagensæilius* in telis igneis Satanae pag. 558 sq. *Io. Pearsonius* ad Symbolum Apostolicum p. 469 sq. editionis Latinae, *Ludov. Capellus* in tractatu de Sabbato p. 281 seq. operum postumorum, quibus addes *Hugonem Menardum* notis ad Barnabæ Epistolam p. 202 seq. *S. Athanasius*³⁵ quidem non dubita-

uit

³⁵ Athanas. Tom. 1. p. 1060. Idem tamen hoc p. 1066 explicat sic, ut Christum resurrectione sua diem Dominicum consecrasset dicat, quod nemo negauerit. Atque ita forte etiam

ut affirmare Christum ipsam loco Sabbati diem Solis sollempni cultui dedicasse. Idem legas in *Talmude tractatu duoda Sara* cap. 1. quod testimonium non contemnendum videretur *Io. Hoornbeckio* p. 176 de observando praecepto decalogi de Sabbato. Neutiquam tamen hoc certo probari posse existimem, et sufficit nobis quod hoc in honorem Christi factum sit auctoribus Apostolis. Confer *Ioan. Moebii* diss. a quibusnam dies dominicus consecratus sit cultui diuino, Lipsiae 1688. *Octavus dies* aliis dictus est, ut *Ignatio* Epist. ad Magnes. cap. 9. *Iustino* Martyri p. 260. dialogi cum Tryphone, et forsan *Irenaeo* libro deperdito de Ogdoade. Aliis *primus*, quia reuera primus dies est a quo Sabbatum septimus: et *μῆρας σαββάτων* pro *πρώτη* dici, Luc. XXIV, 1. et Ioan. XX, 1. doctissimi interpretes annotarunt. Confer *Vossii* Harmoniam Evangel. p. 359, 363. *Diem Solis* quoque vocant idem *Iustinus* in Apologia I. pro Christianis p. 132 edit. *Grabii*, *Tertullianus* cap. 16. Apologetici, itemque alii, quod id notius esse ethnicis, ad quos scribebant, ducerent: neque enim aegre ferebant Christiani hoc nomen haec ab Ethnicis¹⁶ repetitum, qui ut *Ambrosius* serm. 61. *in ea die Saluator veluti Sol oriens discussis infernorum tenebris luce resurrectionis emicuit*. *Κυριακή ἡμέραν* siue diem Dominicum pro die Paschatos accipiunt nonnulli Apocal. I, 10. ut *Pasillus Colomesius* in observationibus sacris p. 100. certum tamen est hoc nomen pro die Solis frequentatum esse non primum a Constantino M. sed ab antiquissimis Christianis ut *Ignatio* Epist. ad Magnes. cap. 9. Confer *Suicerum* in *Κυριακή*. Resurrectionis diem pro quolibet die Dominico dixit *Analaris* editus a Mabillonio Tom. 2. Analect. p. 101 et 128. confer *Moursii*, *Suicero* et *Cangii* glossaria in voce *ἀναστάσιμος ἡμέρα*. Idem *Suicerus* T. 2. p. 290 sq. agit de more non Ebionaeorum modo sed et aliorum Christianorum antiquissimorum qui *Sabbatum* et diem Solis pariter feriabantur. De quo confer Constitutiones Apostol. VIII, 33. *Hug. Grotium* explicatione Decalogi p. 97 sq. ad Actor. XV, 21. *Stephan. Curcellaenum* dissert. de esu sanguinis, p. 958 sq. Opp. *Timanni Gassellii* Historiam Ecclesiae p. 230 seq. *Laur. Zaccagnii* prolegomena ad monumenta vetera p. 78 seq. et *Iusti Henningi Boehmeri* diss. 1. ad Plinii Epistolam de Christianis. Idem hodieque feruntur

LII 3

facere

etiam accipiendus *Eusebii*, a Christo translatum Sabbatum scribens in Ps. XCI. Apud *Tertullianum* vero IV, 12. contra Marcionem, legas Christum sabbati diem benedictione Patris a primordio sanctorum benedictione sua fecisse sanctiorem.

¹⁶ De Planetaria dierum denominatione, quam haeresibus adscribit *Philastrius* haereseo CXII. videnda *Io. Moebii* dissertatio, Lips. 1687. De *Syluestro Pontifice* in eius vita, et in breuiario Romano 30 Decemb. legas enim *Sabbati* et *diei dominicae* nomine retento, reliquos hebdomadae dies *feriarum* nomine distinctos appellari voluisse. Pro *Veneris* die *Ignatius* ad *Trallianos* dixit *parascuum*, *Iustinus* Martyr *τῆς ἀπὸ τῆς Κυριακῆς*, *Irenaeus* *primis ante Sabbatum*.

facere Aethiopes. Vide *D. Phil. Nicolai* Tomo 2. operum pag. 21 et *Iobi Ludolphi* comment. ad historiam Aethiopicam pag. 239. Auctor eruditus libri, Londini 1639. hoc titulo editi: *Dies dominicus, siue succincta narratio ex S. scripturarum et venerandae antiquitatis Patrum testimoniis concinnata, et duobus libris distincta*, lib. 1. c. 1. p. 4 et c. 3. p. 13. c. 3. p. 13. contendit, Sabbatis etiam in sacros coetus conuenisse Christianos, vti die dominica, qua frequentiore occasione Deum celebrandi, et Euangelium praedicandi haberent; ceterum longe abfuisse, vt eadem sollempnitate et deuotione sabbatum, qua diem dominicam celebrauerint. Interiecto tempore variis conciliis Sabbatum cum die Dominico pari religione obire et cum Iudaeis atque gentibus festa agere prohibitum fuit. Vide quae viri docti ad Canonem 37 et 39 Laodiceum. *Bellarminum* lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 10, et *Philippum Iacobum Hartmannum* siue *Sclerandrum* in libro de gestis Christianorum sub Apostolis p. 303 sq. et quae de haeresi Sabbatariorum *Cotelertus* ad Constitutiones Apostol. l. c. 15. Christianos solitos esse, *stato die ante lucem conuenire*, narrat *Plinius* lib. 10. ep. 97. vbi per *statum diem* maxima eruditorum virorum pars intelligendam diem dominicam siue diem solis esse censet. Vide *I. A. Bartels* *diff.* de stato die veterum Christianorum. Witteb. 1727. et *Erud. Andreae Hallbaueri* pristinam Christianae rei faciem a *Plinio* repraesentatam. Ienae 1738. Sed dissentit ab hisce viris *Iustus Ficringius Boehmerus* in dissertatione de stato die Christianorum, quae primum obtinet locum in Dissertationibus Iuris Ecclesiastici antiqui, in qua totus in eo est, vt ostendat, *Plinium* per *statum diem* non intellexisse diem dominicam, sed sabbatum siue septimum hebdomadis diem, quo sacris operabantur Iudaei. *Boehmeri* argumenta examinavit atque refellit *Ioan. Laurentius a Mosheim* in Institutionibus historiae Christianae maioribus, saec. 1. pag. 379 et 380 vbi idem ille Vir Eruditissimus nil impedire putat, ne verba *Plinii* latiori sensu capiantur, vt scilicet *Plinius* generatim tantum Christianos stato die conuenisse tradat. De Sabbato *Mariano* Ecclesiae Romanae consulat *Io. Henr. Hottingeri* primitias Heidelbergenses p. 350 seq. et hodegum Germanice editum p. 2. p. 202 sq. Ritus Christianorum veterum die Solis obseruati v. g. quod conuenirent ad faciendas preces et ad conciones siue adhortationes audiendas, et ad sacram Synaxim celebrandam: quod illa die non adorarent de geniculis (excepto festo Pentecostes, de quo *Rich. Simon* p. 261 ad *Gabrielem Philadelphiensem*) non ieiunarent, et similia, apud *Brissonium* libro laudato, *Henricum Ernstium* de studiis diebus festis non competentibus, Sorae 1656, 4. *Suicerum* in vocibus Σάββατον, ημερα, γουακλιος, et alios qui de moribus et ritibus primorum Christianorum scripserunt, *Guil. Casucum*, *Claudianum Fleury* siue *Florum* et *Godfridum Arnoldum* videri possunt, De pietate diem domi-

dominicum celebrandi a vespera Sabbati vsque ad alteram vesperam, vide *Continuation des Memoires de Litterature et d'Histoire* T. 1. pag. 1 sqq. De legibus quibusdam Sabbati religione hominum animos soluentibus vide *Traité de la Police* T. 1. p. 332 sq. Qui Sabbatum Iudaico more celebrandum contendebant, *Sabbatici* etiam appellabantur, vti Iudaei ipsi *Sabbatarii* ¹⁷ dicuntur poetae Martiali IV, 4. *Petrobrusiani* vero et post eos plurimi alii. vt *Brownistas* recentiori aetate, praeter diem Dominicum omnia festa reiiciebant, contra quos disputant *Henricus Morus* p. 441. operum Theologorum et *Rich. Montacutius* Apparatu ad Origines Ecclesiasticas p. 376 sq. et Tomo 1. originum Ecclesiasticarum, p. 131. Loco diei Solis notum est Muhamedanos, celebrare *diem Veneris* siue ¹⁸ in memoriam Mahomedis, illo die a Mecca profugi hoc faciant, siue id acceperint ab antiquiore ritu Saracenorum, de quo Seldenus II, 4. de Diis Syris p. 289. Constantinus M. vero diem Veneris etiam festum haberi et negotia forensia ac ciuilia illo intermittere voluit, quod eodem passus esset optimus Seruator. Vide Eusebium IV, 18. de vita Constantini, Sozomenum p. 412. et e recentioribus Tillemontium T. 4. Historiae Imperatorum, Gallice editae p. 593, 595. *Czeremissos* siue *Scheremissos*, vicinos Siberiae populos, diem Veneris sanctiorem habere notauit *Philippus Ioannes de Strahlenberg* pag. 419. Europae et Asiae septentrionalis. Dies Mercurii, quae feria quarta dicebatur, conuentibus quoque, stationibus et ieiuniis celebrata est. Vide *Ioan. Martini Cbladenti* dissertationem de stationibus Veterum Christianorum. Lipsiae 1744, § 18. Ex variis relationibus etiam constat Ethnicos qui habitant circa Orum et Goam *diem Lunae* quot hebdomadis festum agere, quemadmodum *dies Martis* colitur circa Guineam, et *dies Iouis* ab iis populis qui Magno Mogoli parent, vt adeo per totam hebdomadem nullus superse dies praeter *diem Mercurii*, qui non ab aliqua gente hebdomadatim festus habetur, quanquam et ille quandoque celebratur a Iapanensibus, quum enim hi nullum singulis hebdomadis festum diem agant, sed singulorum mensium diem 15 et 28tum celebrent, hosce mensium dies in diem Mercurii saepius incidere perspicuum est. Confer *Mottanum Vayerum* Tomo 12. operum p. 32. edit. in 12. Incolas qui insulam Formosam habitant, neque vllum hebdomadarium neque vllum alium festum diem celebrare notatum Mandelsloio in relatione de suo itinere et eidem Vayero pag. 360. Sed in Georgii Psalmanazaris descriptione

¹⁷ In Benjaminis itinerario mentio Iudaeorum Cypriorum, qui diem Solis hebdomadatim egerunt festum. Confer Iac. Rhenferdum de fictis Iudaeorum haeresibus § 35.

¹⁸ Confer Hottingeri primitias Heidelbergenses pag. 371 sq. Pearsonium ad Symbol. Apostol. p. 472. Thom. Smithum de moribus Turcarum pag. 284, et Pocockii specimen historiae Arabum p. 317 sq.

descriptione Insulae Formosae, incertum qua fide, multa de festis Formosanorum traduntur. Vt vero ad Christianos redeamus, de nominibus et ratione dominicarum dierum atque hebdomadum apud Graecos per totum annum videnda Leonis Allatii dissertatio, eius libro de consensu Ecclesiae Or. et Occidentalis subiecta: Heineccius in descriptione Ecclesiae Graecae parte 3. p. 182. sq. Suicerus et Cangii glossarium in *Κρητικόν*. Idem Latinae Ecclesiae nomina persequitur et cum Graecis confert in glossario latino, voce *Dominica*. Graeci ferias hebdomadis a subsequente Dominica, Latini a proxime praecedente appellare consueverunt, Confer *Beuzeregium* ad *Synodicum* p. 35 b. et 157.

XV. De aliis Christianorum festis eorumque origine ritibus etc. varia scripta extant *Rudolphi Hospiniani* Tiguri Anno 1593 et nouissime *Genev.* 1674, fol. *Matthaei Dresseri*, Lipsiae 1593, 8vo. et qui *Chronicon festorum* scripsit *Riuandi*, *εστρογροπλα* *Georgii Hessi*, *Ioachimi* praeterea *Hildebrandi* enchyridion de priscae et primitiuae ecclesiae sacris publicis, templis et diebus festis *Helmst.* 1652, in 4to, tum singularis de festis liber qui non minus quam alter a nobis iam memoratus lucem iterum adspexit ibidem 1701, 4. *Ioan. Andreae Schmidii* historia festorum et Dominicarum, quae prima vice prodit, *Helmstadii* 1721, 8vo. deinde auctior ibid. 1726, 8. Non praetereundus etiam *B. Bebelius* *Antiquitat. Ecclesiast. Saec. IV, Tom. 2, p. 846* sqq. *Theodori Thummii* tractatus historico-theologicus iam supra laudatus de festis Iudaeorum et Christianorum: *Christianus Wilduogelius* in *Chronoseopia Legali* de iure festorum, *Ienae* 1699, 4. *Caspar Calvoer* Tomo 2. *Ritualis Ecclesiasticae*. *Iosephus Binghamus* lib. vicesimo originum ecclesiasticarum, et *Caspar Finckius* de diebus festis et feriatis, qui in ecclesiis augustanae confessionis celebrantur, *Gissae* 1612, 8. Adde *Ioan. Frid. Mayeri* historiam praecipuorum N. T. festorum, *Gryphow.* 1706. *Petri Eluii* dissertationem de festis christianis, *Vpsaliae* 1708, 8. et *Godofr. Wegneri* dissertat. de festis mobilibus, *Regiomonte* 1700. Ex Pontificiis consulendi sunt *Baronius* ad A. C. 58. Num. 92. *Franciscus Suarez* in opere de virtute et statu religionis, libro secundo, qui totus est de diebus festis, et acerbus *Hospiniani* ac *Dresseri* insectator *Iacobus Gretserus* Iesuita libris 2. de festis Christianorum, eiusque auctario de festo Corporis Christi *Ingolstad.* 1612, 4. et lib. 1. de cruce pag. 56 sq. vbi festa Crucis persequitur. *Andreae* vero *Wilckii* liber de festis Christianorum, et *Io. Weitzii* heortologium complectitur varia veterum recentiumque Poetarum carmina praecipuorum festorum argumentis respondentia, notisque ab editore illustrata, quemadmodum in *D. Io. Conr. Danthaueri* hagiologio festali habentur conciones a Theologo illo praestantissimo habitae, in diebus festis et nonnulla etiam circa originem festorum hinc inde monentes. Ceterum singulari cura in hoc argumento illustrando versatus est *Adria-*

-mus Bailletus qui Barisiis 21 Ian. Anno 1706 obiit, et praeter vitas sanctorum N. T. 12. Voluminibus vitas sanctorum V. T. vno volumine, Topographiamque et Chronologiam sanctorum, etiam historiam festorum fixorum Gallica lingua edidit et duobus voluminibus historiam festorum mobilium Dominicarum et feriarum est persecutus Paris. 1703, 8vo. et in fol. et ante *Baillerum Lud. Thomassinus* presbyter Oratorii die 24 Dec. Anno 1695 Parisiis defunctus in tractatu Gallicae edito de festis Paris. 1683, 8. *Carolus Guictus* Iesuita Gattus in Heortologia s. libro de festis propriis locorum, Paris. 1657 fol. ap. Cramoissium. De Festis Latinae Ecclesiae videndus etiam *Isidorus* Hispalensis libro sexto originum cap. 18. *Edmundus Martene* in libro de antiqua ecclesiae disciplina in diuinis celebrandis officiis, Lugduni 1706, 4. et *Cangius* glossario in vocabulo *Festum*. De festis Christo et Mariae virgini sacris librum edidit italico sermone *Prosper Lambertinus*, Ecclesiae Rom. tum Purpuratus, dein Pontifex, hoc indice ornatum: *Annotazioni sopra le Feste di nostro Signore e della beatissima vergine secondo l'ordine del Calendario Romano*. Roueredae 1741, 4. Is liber deinde cum altero illo de missae sacrificio ex italico in latinum sermonem a Michaele Angelo de Giacomellis versus, Patauiique 1745, fol. sub hoc indice euulgatus est: *Prosperi Cardinal. Lambertini*, postea *Benedicti XIV, P.M.* commentarii duo, de Domini nostri Iesu Christi, matrisque eius festis, et de missae sacrificio retractati atque aucti. Inter statuta Bonifacii apud Daeherium T. 9. spicilegii vltimum est, vt *Presbyteri diebus Dominicis populo festa celebranda annuntient, Natalis Domini, Circumcisionis Domini, Epiphaniae, Purificationis Mariae, Paschatis Domini, Ascensionis Domini, Natalis Ioannis Baptistae, Passionis Petri et Pauli, Assumptionis S. Mariae, Natiuitatis S. Mariae et Passionis Andreae*. Ex quo indiculo Daeherius obseruat, quam pauca festa tunc celebrare mos fuerit Christianis. Similia vide in conciliis Anno 1287, 1332, 1362, 1420 et Anno 1549 apud Lunigium in continuatione partis primae spicilegii ecclesiastici p. 779 sq. De *Octauis* festorum singulari libello Venetiis 1739, 8vo, euulgato agit *Ioannes Baptista Pittonus*. De religione veterum Christianorum in celebrandis festis consule *Ludouicum Cresollium* Antholog. sac. p. 147 sqq.

Festorum multitudinem atque, vt Erasmus¹⁹ iam conquestus est, in imensum accrescentem turbam in Ecclesia Romana tanquam scholam otii ac turpitudinis exagitat *Herr. Morus* p. 554. operum theologicorum, et *Lutherus* T. 1. Altenburgens. pag. 428, b. 500, a. Confer *Georg. Wicellum* in via regia apud *Eduardum Brownium* Tomo 2. fasciculi rerum experendarum et fugiendarum p. 729. et grauamen 37. in eodem opere pag. 363, Tom. 1. *Ben. Piccium* T. 2. Theol. Christianae p. 169. edit. Genev. Anno 1708. Gisb. Voerium

T. 3.

¹⁹ Vide Epistolas post Clementem Romanum a Colomesio editas p. 294.

T. 3. selectar. disputationum pag. 1284 sqq. Muhamedanorum Iudaeorumque in illam Festorum multitudinem inuectivas vide sis ap. *Hottingerum* in historia Ecclesiastica Saec. XVI, parte 2, p. 134 sq. Duodecim²⁰ Festa Mariae solius celebrat Romana ecclesia, de quibus inter Pontificios agit *Io. Iacobus Komarec* in Mariali theoretico et practico, Italica lingua Romae Anno 1690, 4. edito, sed videnda etiam quae circa illa festa monuerunt ex protestantibus *Andreas Kiuetus* in apologia pro Maria lib. 2. c. 16. T. 3. operum: *Hottingerus* in *Wegweiser* Tom. 2. p. 193 sq. *Frid. Vtr. Calixtus* in historia immaculatae conceptionis Mariae pag. 265 sq. ad finem vsque libri; *Ioan. Rainoldus* in colloquio cum *Hardto* pag. 771 sq. *Ioan. Andr. Schmidius* Prolusionum marianarum octaua, quae est de Mariae festis Ecclesiae vel Graecae vel Romanae propriis; et *Io. Fridet. Mayerus* in Ecloga euangelica in festum Visitationis Mariae, P. 2. Eclog. Euang. Mayero-Neumeisterianarum p. 240 sqq. De incommodis plurium festorum nonnulla suae de Sabbato exercitationi praemisit *Io. Sam. Stryckius* Halae Saxonum 1703, 4. Ex ipsis etiam Romanae Ecclesiae affectis consulere iuuabit praeter iam laudatum *Wicelium*, *Nicolaum de Clemanis* saeculi XV. scriptorem, de nouis celebritatibus non instituendis, p. 143 sq. Operum, *Io. Baptistae Thiers* die 28 Febr. Anno 1703 denati librum de festorum dierum imminutione Lugd. 1668, 12, quem valde commendat *Colomeus* pag. 131. Obseruationum sacrarum, et *Elias du Pin* T. 18. p. 274. atque *Offati* Cardinalis epistolam ad Regem *Henricum IV*, datam 18 Ian. 1599.²¹ Hisce igitur incommodis ipsorumque Pontificiorum de immentia festorum dierum multitudine querelis permotus *Benedictus XIV*, imminuendae illorum multitudinis, quod iam diu ceperat, consilium tandem Anno 1748 exequutus est, data Romanae ecclesiae addictis licentia, vt *minoribus festis diebus missae tantum sacrificio interessent, ceterum negotiis familiaribus seruitibusque suis operibus, sine ullo prorsus conscientiae scrupulo, incumbere integrum cuique esset.*²²

Iacobus

²⁰ *Franciscus Suarez* libro de festis c. 8. festa Mariae octo commemorat, nempe praeter sex illa, quae ab vniuersa E. R. celebrantur, festum *Praesentationis*, de quo *Surius* ad 21 Nov. et *dedicationis S. Mariae maioris ad Niues* Romae, 5 Aug. *Durandus* VII, 7. tantum quatuor, *annuntiationem, assumptionem, uisitatem, et purificationem*: deinde addit, a quibusdam etiam festum *Conceptionis* celebrari, quod ipse tamen haud probat, quum in peccato concepta fuerit.

²¹ *Vrbani VIII.* constitutio Anno 1642. facta de festis sanctorum non multiplicandis legitur T. 4. *Brillarii* p. 231. *Concilium Tarraconense* A. C. 1242, T. 4. *Theauri anecdotorum* *Edm. Martene* p. 286. haec decreuit: *Quum otium et desidia sumentum pariant vitorum, festiuitatum multitudinem duximus separandam, quum in illis eo, quod uen laborant, pauperes aggrauentur, et otiosi et desidiiosi ad illicita prouocentur.*

²² *Magnos*, vt haud difficile est ad coniectandum, motus excitauit Pontificis consilium, scripta

Jacobus Koelmann omnes praeter dominicum dies festos abolendos esse disputat libro de festis diebus in Reformatis ecclesiis celebrari solitis. Traiecti ad Rhenum 1693, 4. Missarum multitudinem imminuit Concilium Lateranense sub Benedicto XIII. A. C. 1725. Tit. 13. cap. 8.

XVI. Festa Dominica s. sollemniora Ecclesiae Graecae haec memorantur a Leone Allatio pag. 13. de libris Ecclesiasticis Graecorum: Annuntiatio B. Virginis, Christi nativitas, Baptismus Christi, transfiguratio in monte Tabor, Resurrectio Lazari, festum Palmarum, Lignum Crucis, Resurrectio Christi, Ascensio Christi, et Spiritus Sancti in Apostolos effusio. Huic denique Allatius adiungit, Deiparae assumptionem, additque eam, licet non semper locum inter festa apud Graecos²³ habuerit, modo tamen certum sibi vindicare, nec sine

scriptaque varia, quibus festorum dierum multitudo partim defensa partim oppugnata est, peperit, quae in vnum volumen coacta prodire italice sub hoc indice: *Raccolta di Scrittura concernenti la Diminuzione delle Feste di precetto, Luccae 1748, 4.* Litterae breuiores a Benedicto XIV. ad Archiepiscopos et Episcopos Siciliae contra Pharam, Messanensem item et Panormitanum Archiepiscopos, et ad Archiepiscopos atque Episcopos Etruriae datae, quibus illis imminuendae festorum dierum turbae licentia conceditur, insertae sunt Actis historicoecclesiasticis Vinariensibus, Vol. 15, p. 907 sqq.

²³ Etiam apud Latinos tardius celebratum hoc festum 15 Augusti, licet inter Augustini sermones de sanctis, duodeuigesimus legatur in assumptionem Mariae. Sed tribuentus est Ambrosio Autperro, cuius temporibus circa A. C. 770. de assumptione B. Virginis agi coepit. Confer Mabillonium T. 2, Saecul. 3. Benedictin. p. 270. Natalem Alexandrinum H. E. saec. secundo pag. 278 sq. edit. in folio, Dan. Papebrochium in Epistola ad Ioan. Mich. Héineccium inserta huius operi de sigillis pag. 165. Baluzium pag. 565. ad Gratianum; et Io. Launoium in iudicio de controuersia super exscribendo Parisiensis Ecclesiae Martyrologio (contra Nicolai Billialdi Vindicias Parthenicas) Paris. 1671, 8. Vide et quae Claudius Iolius Canonicus Paris. in dissertatione de verbis Vsuardi 15 Aug. et in Epistola pro Vsuardo Apologetica Paris. 1669, 1670. contra Iac. Goudini Doctoris Sorbonici et Canonici Paris. assumptionem B. Virginis vindicatam, item Iacobus Boileau in obseruationibus ad eiusdem Goudini librum. Consule etiam Florentinum ad Martyrolog. Hieronymianum p. 263 sq. et quae B. Antonius Reiserus in Launoio confessore pag. 763 sq. contra ea quae Lambecius in itinere Cellensi et Tom. 8. Bibl. Vindobon. p. 132 sq. In Calendario siue Lessionario veteri, quod Ioan. Fronto edidit, et in aliis antiquioribus monumentis memoratur celebratio *pacificationis* siue *dormitionis* S. Mariae, quae Graecis *nocturnis*. Vide Ioan. Frontonis dissertationes ecclesiasticas a me (*Fabricio*) iunctum editas p. 221 seq. et Suicerum in *notis*. Neque assumptionis vocabulum initio aliter acceptum, quam pro dormitione, Walafridus Strabo in assumptionem B. Virginis T. 15. Bibl. Patrum, edit. Lugdun. p. 219.

Virgo Dei genitrix de corpore ducta pudico

In requiem Domini transit ecce sui.

Euangelium festo assumptionis explicandum est Lucae X, 38 sqq. vide Guibert Abbatis opera pag. 298. Sepulcrum B. Virginis ostenditur Hierosolymis. Vide Eugenii Rogeri,

sunt piaculo negligi. De festis diebus *Apostolorum* adeundus *Io. Dallavini* de pseudepigraphis Apostolicis lib. 1. cap. 11. pag. 139 et cap. 14. pag. 169 seq. Alia recentiorum Graecorum festa vide apud *Thomam Smithum*, in Epistola de statu Ecclesiae hodiernae Graecorum pag. 16 sq. *Paulum Ricautum*, in libro Anglice primum, tum Gallice edito de statu Ecclesiae Graecae cap. 6. et Rev. *Joan. Mich. Heineccii* delineationem Ecclesiae Graecae, parte 3 c. 3 *Suicerum* in thesauro et *Congium* in glossario mediae Graecitatis. Sed et Typicam *Irenes Augustae*, in Analectis Graecis Benedictinorum p. 248 seq. ubi varia festa memorantur, ne de Lictionario, Euchologio et aliis libris Graecorum Liturgicis dicamus. *Ἐορτολόγιον* Sebastii Trapezuntii Kymenitae, typis exscriptum Buccaresti, in Walachia 1701, 4. De festis Graecorum adeundus quoque *Halsbam* apud Leunclaviium in iure graecoromano T. 1. p. 160 sqq. De festis Coptorum Seldenus III, 15. de Synedriis. De festis Christianorum orientalium elegantem libro de notis chronologicis anni mortis et natiuitatis Domini nostri Iesu Christi dissertationem inseruit Mar. Lupus. Dies festos Euangelicorum recenset Hieronymus. Guilielmus Schmidt in descriptione dierum dominicorum atque festorum anni euangelici, Germanice Norimbergae 1730, 8. edita.

Dies *Sanctorum* memoriae consecratos in Graecorum *Menologiis* et Latinorum *Martyrologiis* consignatos videre licet, de quibus nolo iam copiosius disserere post ea quae de Menologiis ad *Allatum* de libris Ecclesiasticis Graecorum dixi, et quae in Schediasmate de libris Ecclesiasticis Latinorum et Actis Sanctorum annotauit *Nicolaus Petrus Sibbern*, Glückstadensis-Hofsarus. Witebergae 1766, 8. atque Kalendarium Syriacum impressum Romae Anno 1622. De martyrum veneratione consule *Casp. Sagittarii* librum de martyrum natalitiis in primitiua ecclesia, Ienae 1678. et auctiorem, ibid. 1696. *Ioachimi Ioannis Maderi* commentationem de sancto Laurentio martyre eiusque monasterio prope Scheningam. Helmstadii 1656, 4. *Ioachimum Hildebrandum* de natalitiis veterum sacris et profanis, p. 79 sqq. *Ioan. Fellum* in notis ad Cypriani Epistolam XII. pag. 27. edir. Oxoniensis. *Ioan. Henrici Stufii* commentationes duas de natalitiis ecclesiasticis, Gothae 1737 et 1738. et *Ioan. Paulli Schwabii* dissertationem de insigni veneratione, quae obtinuit erga martyres in primitiua ecclesia. Altorfii 1748.

Festum *Circumcisionis* auctor blasphemii libri ישׁו תולדות p. 22. inepte fingit institutum esse a Petro Apostolo, longe enim serius *Octaua Natiuitatis* celebrari coepit, quibus deinde post aliquot saecula accessit alter ille *Circumcisionis* titulus. Vide *Bellarminum* lib. 3. cap. 15. de beatorud. et cultu sanctorum.

Frateris Ordinis Minorum, descriptionem terrae sanctae, Gallice editam Parisiis 1664, 4to, pag. 156.

*Ann. Schindl. Martine de Ecclesiæ disciplina in diuinis officiis, p. 98. fqq. Baronium ad Martyrolog. Romanum Calendis Ianuar. Casaubonum Exerc. 2. ad Baron. cap. 9. et Montacutum 1 Orig. Ecclesiast. p. 126 seq. 136. Faustini Homilia contra varias superstitiones Calendis Ianuariis vsitata (vnde *εορτη Σακραμην* vocat Chrysostomus homilia 1. de Lazaro, T. 5. edit. Ducaei p. 18.) edita est a Bollando Tom. 1. Act. Sanctorum Ianuarii pag. 2. adde Chrysostomi orationem in Calendas, quae incipit *καθ' ὄνομα χρόνος* T. 1. edit. Montfauconiana p. 679. Asterii homiliam quartam, Canonem Frullanum LXII. Sirmundum ad sermonem Augustini de Calendis Ianuariis T. 1 Opp. Sirmondi p. 33. Ioan. Sauaronis ad eundem sermonem notas memoratas du Pinio T. 17. Bibl. Eccl. p. 59. Petrum Possinum ad S. Nili Epistolam 81. vbi etiam de veterum Christianorum per illam diem deuotione. Vide et Cangii glossarium in *cernulus et Kalendae*. Hugonem Menardum ad Poenitentiale Romanum T. 14. Bibl. Patr. p. 931. et ad concordiam regularum tag 50. § 4. atque Aloysii Nouarini schediasmata facta libro 5. cap. 16. Kalendas Ianuarii prohibentur colere Christiani can. 2. Concilii Turonensis A. C. 567. Agyrtarum Calendis Ianuariis, Natalibus Christi et die Candelarum ianuas oberrantium stipemque perentium meminit Io. Tzetzes Chil. XIII. hist. 475. De festo Fatuorum siue innocentium puerorum Calendis vel V. Ianuarii abolito in Gallia, et restituta sollempnitate Circumcisionis Domini vide Ioan. Busacum ad Petri Blesensis Epistol. 126. et in appendice. (T. 24. Bibl. Patrum p. 1371, 1373 sq.) Honoratum de S. Maria, Carmelitam, in Tomo secundo obseruationum Gallice editarum de regulis et vsu Critices Paris. 1717, 4. lib. 3. dissert. 3. vbi etiam de festo subdiaconorum Querelam ad Gassendum p. 73. Antonii Pagi Criticam Baronianam ad A. C. 1187. num. 17 sqq. et Francisci Pagi breuiarium de vitis Pontificum, T. 4. pag. 570 seq. De Hippodromiis per Calendas Ianuarias institutis vide praeter Nilum Epistola laudata, Sidonium carmine 23. v. 307 seq. De strenis et donis quae initio anni quemadmodum aliis quoque diebus festis mitti ad amicos consueuerunt videndus Zaccagnus ad Epistolam Nysseni, in collectione veterum scriptorum p. 354, 379. Ansonius Tollii p. 645. Symmachus X. Epist. 35 et 27. Petauus ad Iuliani Misopogonem p. 306 seq. edit. Paris. Iac. Godofredus ad Codicem Theodosianum Tom. 2. p. 439 sq. vbi de strenis ²⁴ imperatori oblatis, Io. Trifhanus Tom. 2. Hist. Imperatorum pag. 643. Casp. Ziegleri Kalendae Ianuariae*

M m m 3

nuariae

²⁴ Ex Symmachi libro 10. Epist. 35. Metellus Tegersecensis in Quinali Oda apud Canisium Tomo 3. Antiquit. Lestionum edit. nouae parte 2. p. 121.

*Strenus nobilitas Caesaribus piis, Rex dignis procerum dabas
Urbi quas Latiæ tum inueni, dedit Rex Titus Tatius prior
Factos accipiens paupere munere Verbenas studio patrum.*

nuariae ad L. vnd. C. de oblatione votorum lib. 12. Wisemb. 1657, 4. *Ioan. Strauchii* Kalendae Ian. ad eand. legem. Brunfw. 1667, 4. *Julius Caesar Bulergerus* lib. 2. c. 27. de Imperat. Rom. *Casaubonus* ad Athenaei III, 18. vbi de nominibus ἐπινομίαις et ἐναερχισμοίς. *Philip. Horstii* Schediasma de strenis votisque Ianuariis. Ien. 1632, 4. *Christiani, Frid. Franckensteinii* diss. de nouo anno Lips. 1673, 4. atque *Martini* inprimis *Lipemii* strenarum ciuilium et Ecclesiarum Historia Lips. 1670, 1677, 4. et Tom. 12. thesauri Graeyiani: *Iacobi Iunck Xeniothecion*, Colon. 1683, 4. *Hieron. Bossius* Ticinensis de strenis, Mediolan. 1624, 8. et in Sallengrii nouo Thesauro Antiq. Rom. T. 2. pag. 1393. *Theodori Marcilii* Historia strenarum, orationibus aduersariis et carmine explicata Paris. 1599, 8vo, quibus adde succinctam strenarum Historiam traditam Gallice a *Renato Iosepho Turnemine* S. I. in memoriis litterariis Treuoltinis Anni 1705, pag. 102. edit. Amstelod. *Ioan. Baptistae Vrsati* Epistolam ad Guil. Anonium Scorum insertam Diario eruditorum Italiae T. 35. p. 79 sqq. *Stanislai Santinelli* dissertationem de strenis, ib. p. 90 sq. Strenarum varia genera persequitur *Iacob. Sponius* in Epistola inserta Tomo 9. Thesauri Gronouiani, p. 205. et in libro Gallico, *Recherches curieuses d'Antiquité*, p. 485 sqq. Stipis, quam populus strenae loco dabat Imperatoribus, mentio passim fit a Suetonio et Dione, et in veteribus Inscriptionibus apud Gruterum p. 106. Numus Antonianus noui anni auspicia exhibens ex Bibliotheca Cardinalis Camilli editus illustratusque a Bellorio, Romae 1676, 8. prodiit. Lucernam sepulcralem, in qua Victoria tenet clypeum votiuum cum his verbis: *anno nouo factum felix*, exhibent Acta Eruditor. 1692. p. 226. Paullus Alexander Maffeus parti primae veterum gemmarum p. 113 sqq. subiunxit expositionem crysalli veteris cum hac inscriptione: *annum nouum factum perennem felicem Imperatori. Andreae du Chesne* Ianuariae Kalendae, seu de sollemnitate noui anni tam ethnica quam christiana, prodierunt, 1602, 12. De eo, quod iustum est circa vota noui anni consule Philippi Richardi Schroederi dissertationem. Regiomonte 1721. Primus anni dies *μογάλη νομησία* et *παύγωνος, εορτή* Romanis quoque festus et aliis gentibus. Confer *Ouidium* 1. fastorum 167 seq. 176, 185. Tibullum III, 1. *Valesium* ad *Ammiani* XXIII, 1. *Libanii* ἐκφρασιον Καλανδῶν Tom. 1, Opera p. 178. *Procopium* lib. 1. c. 10. de aedificiis domus Iustiniani, vbi is refert, *Calendis, Ianuariis* Senatam in curiam conuenientem ἐπινοῦτον εορτήν ἀγαθόν. De Iudaeorum Rōsch haschanah diximus supra p. 435. de quibus a noui anni primo die ad festum expiationis se praeparantibus consules *Io. Morinum* l. 9. de Sacramento poenitentiae cap. 34. Chineses tempore anni vertentis non ferunt domi suae peregrinam, ne fortunam anni futuri auferat. Vide *Lettres edifiantes* T. 13. p. 318.

De *Epiphantis* siue *Theophantis* die 5 vel 6 Ianuarii (vide *Vferium* de anno solari p. 20. et *S. Nili* narrationem 4. p. 60. edit. *Possini*) quibus memoria²⁵ Nativitatis Christi, et baptismi (vnde etiam dicitur dies τῶν Φώρων, confer *Beuerregium* pag. 213 seq. ad *Synodicum*) et mutatae in vinum aquae ac denique Magorum recoli consuevit, videndus *Cotelerius* ad lib. 5. *Constitutionum Apostolicar.* c. 13. *Valesius* ad *Ammiani Marcellini* XXI, 2. *S. Sedati* Episcopi homilia in Epiphania T. 11. *Bibl. Patrum Lugd.* pag. 1093. *Edmund Martene* de antiqua Ecclesiae disciplina in *Diuinis officiis* pag. 107 sqq. *Isaacus Casaubonus* ad *Baronium* exercitat. 2. cap. 11. *Ioan. Matthaeus Caryophilus* notis ad *Casaubonum* in *Ioannis Andreae Eudaemonis* defensione *Baronii* lib. 2. c. 3. p. 130. et *Eudaemon* ipse lib. 2. c. 13. p. 190 sqq. *Hugo Menardus* ad *Sacramentarium Gregorii M.* p. 35. *Tillemontius* Tom. 1. *memor. Hist. Eccles.* p. 13. 24. 29. *Suicerus* in *Thefauro* et in *Obseruationibus sacris* p. 43 sq. et in *glossario* utroque *Clauius*, *Florentinus* ad *Martyrologium Hieronymianum* p. 229 sq. *Bollandus* T. 1. *Actor. Sanctor. Ianuarii* Tom. 1. p. 8. 323 et 664. *Brissonius* ad *legem Codicis Theodosiani de spectaculis* p. 41 sq. *Montacutus* Tom. 1. *Originum Eccles.* p. 237 seq. *Petauius* ad *Epiphan.* pag. 359. et de *incarnatione* pag. 114 seq. edit. Paris. *Henrici Blumenbachii* *Antiquitates Epiphaniarum*, *Lipsiae* 1737. et *Simplicius Verinus* siue *Salmastus* contra *Grotium* pag. 136 sq. vbi aduersus *Petauium* obseruat non *Epiphaniis* ieiunatum, sed per *νήσιμον* *ἡμεραν* apud *Theophilum Alexandrinum* intelligi *vigilias Theophanis* praecedentes. Extant et *Io. Kindleri* *diff. de Epiphaniis* *Witreb.* 1684. et *Io. Paulli Hebenstreitii* de *Epiphania et Epiphaniis* apud *Gentiles et Christianos.* *Ienae* 1693. De festo magorum consule *Frider. Spanhemium* T. 2. *dubior. Etangel.* p. 290. Potest praeterea consuli licet *fabulis* scatens hinc inde *Henrici Crombachii* *Historia et Encomium trium Regum*, non paruo volumine in folio editum *Colon.* 1651. adde *Ioannis de Lions* *librum gallico sermone editum: Traités singuliers et nouveaux contre le paganisme du Royboit.* *Parisiis* 1670. 12. De *immagine trium Regum*, quam aiunt iter facientibus et aduersus varios morbos proficuum vide *Relationes innoxias* *Anni 1723*, pag. 497. De festo *conuersionis Paulli* 8 *Cal. Februarii* *Innocentius III.* lib. 1. *Ep.* 44. et *Acta Sanctorum* T. 5. *Iunii* 29. p. 467.

De

²⁵ Epiphania pro Natali Christi ponuntur ab *Ammiano* XXI, 2. vbi vide *Valesium*. Vicissim Epiphania a Natalibus Christi distinguuntur in *Menandri Historici Byzantini* excerptis *Hoescheliani* p. 120. ἀπὸ δὲ Ἰησοῦς γενεῶν αὐτοῦ ἐπιφανῶν τῇ ΓΕΝΕΘΑΙΑΙ δατῇ χριστοῦ τοῦ Θεοῦ; ἢ δὴ γ' οὐ ἀποσπένταζε τῆς ἡμέρας τὸ σέβας. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῇ Θεοῦ ἘΠΙΦΑΝΕΙΑΙ, τὸ νόμιμον ἀγιστεύσας, μετὰ ταῦτα ἐπίβη τῶν Περσῶν. Alioqui vocabulum *ἐπιφάνια* et *Θεοφάνια* apud *Scriptores externos* praesentiam et manifestationem *Numinis* alicuius denotat. Vide *Ezech. Spanhemium* *diff. 5. de praesentia numismatum* p. 388 sq. edit. *Amstelodamensis*.

De Festo Purificationis Mariae, siue, ut Graeci appellant *ἀπαρτίστως*; quod Anno Iustiniani Imp. XV. A. C. 542. institutum tradunt *Theophanes*; *Georgius Hamartolus*, *Paulus Diaconus* XVI, 21. *Histor. misc. Nicephorus* XVII, 28; *Hist Sigebertus* ad A. C. 542. alique; licet ad Apostolorum aetatem eius originem referre velit *Iosephus Nertus* lib. 2. cap. ultimo *Analector*, Ad *Gelasium Papam Honoratus de S. Maria* T. 2. de regulis et vsu Criticae lib. 3. dissertat. 5. vide *Casaubonem* p. 170. *Exerc. Seldonum* III. de Synedriis Hebraeorum p. 130. *Rich. Montacutium* 1. *Origg. Eccles.* p. 157. *Tillemontium* T. 1. memoriar. pag. 449. edit. Paris. et Tom. 8. p. 786. *Edm. Martens* p. 115 seqq. de disciplina ecclesiae in diuinis officiis. *Hug. Menardum* ad sacramentarium Gregorii M. pag. 40 sq. *Baronium* ad Martyrolog. Romanum et *Bollandum* in Actis Sanctor. ad 2 Februar. Tom. 1. p. 268 sq. *Angelum Rochem* in opusculo de praesentationis Mariae in templo Historia et festiuitate Rom. 1597. *Ioan. Moebium* diss. de Hypapante Lipsi. 1691. *Florentinum* ad Martyrologium Hieronymianum p. 225 sq. *Suicerum* in Thesauro, *Cangium* in glossario. *Binghamum* Origin. Ecclesiastic. lib. 20. c. 8. § 5. et *Aegidii Menagii* origines Gallicas in *Chandelcur*, quomodo Gallis dictum illud festum, ut Germanis *lichtmesse*, de quo H. C. L. *Stobausen* de cultu ac vsu luminum antiquo Trai. ad Rhen. 1726, 12. cap. 1. pag. 105 sq. et D. *Ioan. Bened. Carpzontus* *δ μνησέβης* in homiliis vernaculis quibus problemata quaterna ex singulis per annum Euangelis proponit resoluitque Tom. 1. pag. 286 sq. Homiliae quae sub Methodii, Cyrilli Hierosolymitani, Nazianzeni, Nysseni, Ambrosii, Chrysostomi et Fulgentii nominibus in festum *ἀπαρτίστως* feruntur, recentiorum auctorum esse contendunt viri docti, licet pro Methodii Homilia pugnet Allatius diatriba de Methodiis p. 341 sq. Vide quae Wilh. Ernestus Tenzelius diss. de ritu lecti-
num sacrarum § 6. et Tillemontius memor. T. 8. p. 786 et T. 9. p. 613.

De *Quadragesimae*²⁶ sollemnitate, qua nuptiae, natalitia, commemoratio-
nes martyrum non fiebant, contra obtinebant Xerophagiae et ieiunia, viden-
das *Aloysius Nouarinus* Adagiorum sacrarum T. 2. excursu 111. p. 33 sq. *Ioan.*
Filescus de Quadragesima Christianorum, inter eius varia opuscula diatriba se-
cunda, Parisiis 1614, in 8. edita. *Binghamus* Origin. ecclesiastic. libro 21. c. 7.
Christianus Wilduogel de eo quod iustum est circa tempus Quadragesimale, (in
eius

²⁶ Quadragesima dicta a XL. diebus quibus Christus ieiunauit, unde et alia ieiunia passim quadragesimae nomine veniunt, de quibus infra capite XI. *Carnipriuium* siue *pruicarnium* vocatur Dominica Quinquagesimae siue Estomihi. Vide Macroborum Hierolexi-
con et Cangii glossar. Ceterum Menagius in Originibus Italicis Gallicisque in *Carnuualis* istud nomen cum Ferrario putat dictum non quasi *carouale*, sed potius quasi *caruasciale*, Carnalia scilicet festa, ut Saturnalia, Liberalia.

et Chronosopia legati) *Io. Ioachimi Honobuzii* de Quadragesima Christianorum veterum et ritibus in ea quondam vilitatis dissertatio Historico-Theologica, Helmst. 1677; 4. *Georgii van Dassel* de iure temporis quadragesimalis, Argentorat. 1617, 4. Primum Ieiuniorum Sabbatum Graecis dicitur *απολοσις βαρων*, ut notat Cangius in ea voce, vii. Dominica in albis *απολοσις δευτερον*, de quo idem notis ad Zonaram pag. 61, 62. *Septuagesimas, Sexagesimas et Quinquagesimas* non inuenio mentionem agere B. Gregorium, inquit Bellarminus, quem de his, si placeat, vide III, 14. de beatitudine et cultu sanctorum.

De Bacchanaliis siue furialibus (puder dicere) Christianorum in Romana praecipue Ecclesia, 27 quem morem a Bacchanaliis Gentilium alii, alii ut *Schibardus* a Iudaico Purim deriuant, exstat praeter *Io. Nicolai et Herrenschildii* diatribas supra laudatas, *Ioan. Caspari Zoumeri* dissertatio, Iena 1699. et altera Rev. D. *Christophori Sonntagii*, quae inscribitur saltus ab extremo in extremum geminus sub vigiliam Carnis priuui declinandus, Altdorfii 1709. Illam Paganiae speciem pluribus detestatur S. Boullacus in notis theologis differt. 5. de ieiuniis male auspiciatis. Hieronymus autem Cardanus de libris propriis pag. 49: ita de Bacchanaliis: *Post opus aggressus sum Mediolani vacationibus quadragesimas, seu Bacchanalium potius, Anni MDLII. Ita enim non obscurum est nostra aetate celebrari ante quadragesimam vacationes, in quibus habitus, ieiunantur, personati ac laruati succedunt, demique nihil tucis et insensitius genus omnium. Sybaritas et Lydi Persaeque vincuntur. Nec tantum bonis operibus ac pietate quadragesimaria promouuntur, quantum praecant in Insuperabilibus. Si qui sunt et heretici, qui ieiunia omnia reuicunt, Bacchanalis huiusmodi viuunt, eos a Stanislaeo Hosio. T. 1. Opp. pag. 36a. iure meritoque reprehendi non dubitauit Bopstia Mantuanus libro secundo fastorum, quum Lupercalia ethnica perstrinxisset, subiungit:*

Ista superstitio, leuis haec insania nostros

Transit in mores.

De Dominica *Lactare*, 28 ritumque idolum mortis illa die eiciendi, in eadem lectu diatribam edidit M. *Pavellus Christianus Hilscherus* Lipsiae 1690, 4.

27 Non debium est, quin Viris bene sanae mentis etiam in Ecclesia Romana valde improbentur Bacchanalia. Vide librum Parisiis 1723, 12. editum: *Instruction chrestienne sur la maniere, dont on se doit conduire dans le tems, qui precede le Carême, et sur les ordres de Carnaval.*

28 A verbis Iohannis LXXVI, 10: *Lactare Ierusalem*, in itinere Missae decantari solent. Dicitur etiam *Dominica panum*, quia legitur Euangelium de panibus, quibus tot missis hominum paviit Christus; vel *Dominica Rosarum* a rosa per Pontificem consecrari solita. Sic *Dominica Quadragesimae*, scilicet diei ante festum Paschatis, quae etiam *Innocentia* appellatur.

qui operam illam a Polonis, membram idololatriæ A. C. 965. toties recollectibus deriuat. Est quoque in manibus *Io. Casparis Zeuneri* de Dominica Lactare dissertatio, Jenæ 1701. vbi etiam de *aurea rosa* quam ista die consecrare consuevit Romanus Pontifex, de qua præter *Jacobum l'Enfantium* Histor. concil. Pisani T. 1. p. 385 sq. ex notis videntur. Rev. *Adamus Rechenbergius* in Exercitatione quam admodum iuuenis vulgavit, Læpæ a 666. *Erasmus Neumeisterus* Eclog. euangel. T. 1. p. 629 sq. et *Frideric. Raskius* in commentat. de Rosa aurea omnique ævo sacra. 1728. 4. Ex ipsis Romanæ sectatoribus *Theophilus Reynaudus* Tomo 10. Opp. et *Jacobus Gretserus* libro 2. de benedictionibus cap. 49. *Cangius* in Glossario, et *Mabillonius* Tom. 2. musci Italici p. 135 et 176.

In annuntiationem B. Virginis 25 Martii, quod S. Bernharδο radix omnium festorum, dicitur, tres homiliae sub *Gregorii Theomartyri* nomine editæ a Gerharδο Vossio Tungrensi sunt, quas *Proclo* Constantinopol. *Chrysostomo* vel aliis iunioribus Doctoribus tribuunt eruditi. Illas, aliasque veterum Homilias in hoc festum Latine exhibet *Franciscus Combessius* in Bibliotheca Concionatoria Tomo 6. p. 313 - 436. Vt vero in transcurso hoc notemus, eorum illud volumen, vti sextum et septimum quoque atque octauam Homilia veterum Ecclesie Doctorum in sanctos et dies festos *Combessius* impendit, quemadmodum prioribus quinque exhibet homilias in dies Dominicos per totum annum. Prodit Bibliotheca Concionatoria *Combessii* Parisiis 1662. fol. octo Volum. post Bibliothecam Homiliarum et sermonum patrum Ecclesie Patrum, quarum collectis *Luceo* Cum Dno Italo et *Gerardo Mesario*, Dominicano Germano, Lugduni et haterum officina, 1588. fol. quatuor Volumi.

pellatur, ita dicitur, quia Ecclesia hac die dominica ad primaria Sacra introitum fecisse dicitur ex 1 Paralipom. XXI, 26. *Inuocauit Dominum et exaudiuit eum*, et intuitu verborum, quibus Christus in Euangelio illius diei Matth. IV, 10. inquit: *Dominum Deum deum adorabis; et ei soli seruabis.* *Dominica Reminiscens*, ab introitu ex Ps. XXIV, 6. *Reminiscere miserationem tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum, quas a seculo sunt.* Sub quibus quasi verbis mulier Cananea intelligenda sit Christum alloquuta. Conf. Euangel. Matth. XV, 22. et XXV. *Dominica Oculi*, ab introitu ex Ps. XXV, 15. *Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos; et intuitu verborum* Euangelii Luc. XI, 20. *Dominica Iudica* ab introitu ex Ps. XLIII, 1. *Iudica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta*, et intuitu verborum Euangelii Ioan. VIII, 46. *Dominica Palmarum* a substratis Christo, Hierosolymam ingredienti, *palmarum* frondibus. Vetus diem Palmarum dixit olim *capitulationem*, quia tunc moris erat latæ capite infantum, qui vngendi essent. Vide *Raban. Maurum* X, 15. de vniuerso. T. 1. p. 162. Plerumque de Dominicis deprehendes apud *Cangium* in Glossario Latino voce *Dominica*, et Græco voce *Κυριακή*, et apud *Allatum* de Dominicis Græcorum ad calcem libri de consensu vniuersæ Ecclesie.

luminibus prodierat. Ceterum ut ad institutum redeamus, eadem die 25 Martii, qua annunciationem Mariae siue *ἁγιασμοῦ* Angelicum, conceptionemque Salvatoris recoluere Christiani veteres, etiam Mundum creati coeprum sibi persuaserunt, de quo videndus Iacobus Goarus in limine notarum ad Chronologiam Georgii Syncelli. Alii eandem diem 25 Martii assignarunt passionis et mortis Christi, et diem 27 Martii resurrectionis. Ad Papebrochium in *Actis Sanctor. T. 3. Martii 25. p. 548 seq. et Martii 27. p. 687.*

De *Hebdomade magna* siue salutaris Passionis exstat B. D. Jo. Frid. Mayeri dissertatio Hamb. 1695, 4. Eodem anno prodierunt *Ioannis Faßi* Pastoris primarii Stadenfis, A. 1712. denati, libri tres de hebdomade magna, 49 excusii Brémae in 8vo, ut omittamus *Exercitationem Godofredi Ludovici* de eodem argumente, Lipsiae 1692. Accurate illud tractare etiam instituerat *Isaacus Casaubonus* in dissertatione de quadragesima Ecclesiae, quam Exercitationibus Bannianis ad Annum Christi 57. inserturum se promisit Exerc. XVI. p. 590. sed fato interceptus non potuit. Confer et *Beueregium* ad Canonem Trullanum 89. *S. Bouffacum* in noctibus Theologicis diff. 8. pag. 145 seqq. et *Ioan. Michael Fißberi* dissertationem de sollempnibus vet. Ecclesiae antepaschalibus. Lipsiae 1704.

De die 30 *Palmarum* siue *Dominica Palmarum* *Beueregius* p. 210. ad Synodicam, *Euchologium Goari* p. 745. *Hugo Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 56. *Jo. Frid. Mayerus* in Dissertatione de Dominica Palmarum. Gryphisw. 1706. De *Asino Palmarum* *Acta Eruditorum*, Germanice vulgata T. 2. p. 666 seq. De die cinerum siue capite ieiunii vide *Io. Dallaeum* III, 12. de ieiuniis et Quadragesima p. 541. *Dauentris* 1654, 8. Rev. *Ioan. Andreae Schmidii* Historiam et originem *Adami Halberstadiensis* in die cinerum ex Ecclesia eiekti, Helmstad. 1702; et *Ioan. Gabrielis Mittwoch* exercitationem de capite ieiunii vulgo die *Ascher-Mittwoch*, Lipsiae 1693. (*Eschen Mittwoch* apud *Hottingerum* Tom. 9. Hist. Eccles. p. 13.) De die *Viridum* Exercitatio *Ioan. Caspari Zepimoti* prodit Ienae 1700. De die *magnae parasceues* (*Raar-Freitag*, a vocabulo *Raar*, quod satisfactionem denotat) *Christianus Clatus* diatribam vulgavit N n n 2 Lipsiae

²⁹ Ibidem pag. 447. memorat *Facius*, bullam Coenae Dominicae, qua haeretici sollempniter a Papa excommunicantur, promulgatam primum esse a Martino V. Anno 1420. (*Sed ab Urbano V. A. 1364. commemoratur T. 1. Bullarii p. 282. a Paulo V. T. 3. p. 248.*) Hanc igitur Bullam quotannis die Viridum recitat Cardinalium aliquis Pontifice, in excommunicatorum Symbolum candelam nigram ardentem extinguente et in coetum adstantium proiciente. Riturum vide in Conciliis *Harduini* T. 9. pag. 1488. Bullam ipsam in *Wagenseilii* *pera librorum iuuenilium* Vol. 6. sectione vltima p. 1121.

³⁰ In Oriente celebrari coepit circa A. C. 498. Vide *Assmanni Bibl. Oriental. T. 1. p. 23 sq.*

Lipsiae 1697. et *Christi Will. Justin. Gryffindor* Germanice, edidit 1755. 3. observationes antiquarias de die Parasceves. Enolpnetiam potest laudari D. *Io. Frid. Mayeri* dissertatio de desiderio quo flagrant nonnulli die illa mortem obeundi, Gryphisw. 1702. cuius voti compotes factorum exempla vide sis in Novis litterariis maris Baltici Anno 1705. p. 218. et in Danielis Griebneri τὸν μασαγειρου Homilia habita in funere C. V. Io. Kuhnii Mathematicum, in Academiis Lipsiensi Professoris. Alioqui diem Venere quolibet, parasceuem dictam constat, et notavit *Brissotius* ad legem Codicis Theodol. de spectaculis p. 22 seq. De magno Sabbato et τὸν μεγάλων ἡμερῶν Paschatos videndus Lactantius VII, 19. idem *Brissotius* p. 47. *Cotelerius* ad V, 19. Constitutionum Apostol. *Benedictus* ad Can. LXVI. Apostol. *Valesus* ad Eusebium p. 35 seq. *Caspar Sattigarius* cap. 3. de natalibus Martyrum § 10. ubi et de aliis sacris vigiliis quas fere cum ieiuniis completas fuisse observant *Ferrarius* lib. 1. de ritu sacrorum Concionum c. 28. et *Simplicius Verinus* siue Salmasius p. 136. libri contra Grotium. De vigiliis Paschalibus veterum Christianorum quoque diatribam Anno 1687. Lipsiae emisit *Georgius Henricus Goerzius* tum admodum iuuenis, postea Praeful dignissimus Lubecensis et *Michael Ehrenfried Krause*, Lipsiae 1715. Per τὸν Βαπτισμῶντος ἐπιτέλειον apud Cyrillum Hierosol. Catechesi Mystagogica 1. vigiliis Paschatos intelligi ostendit Tho. Milles in notis pag. 277. In vigiliis Paschales habes Augustini sermones 219-223. pag. 670 199. T. 5. edit. Benedictin. et Amstelodamensis. Diebus tribus ante Pascha οὐρα ἀνατίσασθαι τὴν οὐρανὸν ἐπιπέσει ἀποστασίων ἕξεν. *Procopius* c. 9. Anecdor. ubi vide nota Allemani.

De hodiernis ritibus quadragesimalibus Ecclesiae Romanae praecipue per hebdomadam sanctam frequentari solitis, atque ex parte parum honorificis Christo vel Christianae religioni, minimeque ad aedificationem Christianorum comparatis, legendus liber in lucem editus Gorlitzii Anno 1710, 8. auctore M: N. H. qui inscribitur: Sinceri Catholici aufrichtige Vorstellung und Abbildung der Fastens- und Fasten-Andacht in der Römisch-Catholischen Kirche. *Gisbertus Voetius* T. 3. dissertat. selectar. p. 1383 199, et *Gordonus*, qui, missis Pontificiorum lacris, Reformatis sese addixit, in libro anglico sermone Londini 1719, 8. euulgato: *Account of the superstitious Ceremonies of the Church of Rome in the holy Week.* Caspar Barthius Solliloqu. p. 845.

Longa superstitio de Religione theatrum

Fecit

De festo resurrectionis Christi et ἀναστάσεως Christianorum Paschate con-

³¹ *Ermyonius* Pascha, designat solum Passionis. Confer *Suiceri* Observationes sacras p. 62

consultendos Balthazarius III, 12. De beatitudine et cultu sanctorum, *Herim. Contrin-*
gius in programmatibus sacris p. 126 seq. et *Io. Ioachim Homborgii* libellus de Pa-
 schate veterum Christianorum Helmst. 1683; 4. *Henrici-Nicolas Paschalis*, Dantiscei
 1647. 4. *Io. Geoi. Schnellii*³² Differentiones duae de Paschate veterum *ἀναστροφῶν*
 Lips. 1717 et 1718. *Sig. Jac. Baumgartenii* commentatio de veterum temporibus
 memoriae Christi vitae restitui sacris, Halae 1736. et *Christianus Wildvogel* de
 eo quod iustum est circa festum Paschaeds (in Chronoscopia Legali de festis.)
 De canonibus veterum Paschalibus consulas *S. Hippolyti* canonem; Appendi-
 cem *S. Cypriani* in editione Oxoniensi; *Aegidium Bucherium* ad canonem Vi-
 ctorii; et *Petavium* in Vranologio. De controuersia cum Quartadecimanis
 aliisque super tempore paschaetos celebrandi confer Auctores a S. V. Io. Georg.
 Walchio H. E. N. T. p. 707. excitatos. De tempore manducati a Christo agni
 paschalis supra pag. 432. dictum est. De epistolis et homiliis paschalibus prae-
 fultum Alexandrinorum; qui tempus paschaetos celebrandi ex praescripto Con-
 cilio Nicaeni aliis intinmare ecclesiis debebant, vide quae notata sunt Tom. 8.
 Bibl. graecae p. 566; et Thomam Itigium in historia concilii Nicaeni § 58.
 p. 60. De *igne Paschali* *Nic. Serrarius* ad Bonifacii Epist. 142. B. *Io. Reiskius*
 in der Untersuchung des heidnischen Ostersfes p. 61 sq. Francof. 1696, 8. qui
 libello illi scriptam *Ioannis Timci* pastoris prope Hanoueram Lindensis de igne
 Paschali subiunxit. *Michael Schreiber* de igne paschali, quo sepulcrum Domi-
 nicum caelitus quorannis illustrari creditur, Regiom. 1705. *Ion. Conr. Schram-*
mius de eod. argumento, Helmstadii 1728. *Alb. Meno Verpoorten* Dissertat.
 p. 234. et *Ioan. Laur. Mosheimius* Dissert. ad Historiam Ecclesiasticam pertinen-
 tium. Vol. 2. p. 211 sqq. De *cereis paschalibus*³³ *Io. Faës ὁ μωυσαϊκός* libro de
 cereis baptismalibus p. 166 sq. Cangii glossar. in *cereis*. *Matthias Hagerup* in
 Nnn 3
 differrat.

p. 62 sq. Fallitur tamen P. Gabriel Daniel qui in nono quod vocat Systemate de Paschate
 Anni 1695. contendit Ecclesias Afiaticas tempore Victoris Episcopi Romani Pascha non
ἀναστροφῶν sed *εὐαγγελισμῶν* decima quarta luna celebrasse, *ἀναστροφῶν* vero sexta decima. Vide
 Tillemontii memorias Hist. Eccl. T. 3. ad vitam Victoris nota 1. De etymo germanici voca-
 bali *Ostern* differit *Andreas Rizius* Bibl. Breueal. T. 3. p. 449 sqq. idque ab Ostera, Deo
 Saxonum, a qua Aprilis, *Oster-Monat*, dicitur, deriuat. Adde S. V. Baumgartenii com-
 mentat. in quatuor symbola theothisica. Halae 1752. pag. 23.

³² Idem auctor Historiam paschaetos christiani promittit; vide Bibliothec. German. T. 14.
 p. 148. quae tamen lucem non vidit.

³³ De cereorum vsu in Floribus et Staminibus vide Suarezium coroll. de ignis Dei
 pag. 52 seq. ubi quoque de eo, quod in sacris Indaeorum non cereas vsus, sed olei ad fucen-
 nas, fuit, et plura de luminibus; idem pag. 63 seq. differit de *πυροφόροις* et *κωνδυλακταις*;
 pag. 68 seq. de cereis munusculis apud Christianos et alio eorum vsu; pag. 79 seq. de
 eorum benedictione; et pag. 87 sqq. de vi et efficacia cereis paschalibus tributa. Alia de
 lucernis, et sacris praesertim dabiū Fortunatus Seacelus in Eleochoysmatibus 1, 6. seqq.

differat, de sacro luminum usu, Havniae 1718, 4. et *Honoratus de S. Maria* T. 3. Reflexionum super regul. critiques, dissertatione secunda, vbi simul de aliis caerimonijs paschalibus, nimirum de agnis Dei, benedictione fontium et benedictione *πασχυσίας*, siue panis triangularis, atque baptismo catechumencorum differit. Praeterimus quae de tripudio Solis Paschali fabulati sunt nonnulli, de quo *Hieronymi Christophori Lauterbachii* Schediasma prodiit Helmstadii 1706. et *Caroli Friderici Lutheri* dissertatio. Kilonii 1703. De *rifu paschali* quem in Romana Ecclesia impie et inepte captarunt nonnulli captamque, adi *Io. Occolampadii* Epistolam Apologeticam ad Wolfg. Fabricium Capitonem, Basil. 1518. 4. *Burch. Gothelf Struuii* Bibliothecam antiquam T. 1. p. 403 sq. nec non programma XXI. *Iacobi Thomasi τῷ μακαρίῳ*, D. *Gotfr. Wegneri* dissertationem de rifu Paschali oratorem sacrum eiusque auditorem minime desente, Regiomont. 1705. *Jonas Conr. Schrammii* Progr. de rifu paschali. Helmstadii 1725. et *Ioannis Petri Schmidii* commentationem de rifu paschali. Rostochii 1747. Vide etiam M. G. Aemiliani iter Italicum quod sub titulo *Histoire des tromperies des Prestres et des Moines* saepius recusum est Tom. 2. p. 142 sq. et p. 147 sq. vbi de ouis paschalibus, quae mihi in memoriam renocant Concionem Paschalem quam in itinere suo apud Traporenses audivisse se testatur Dellonius. Suggestu nempe conscenso et facto signaculo crucis egregius ille Mystagogus, *Vous savez, inquit, Messieurs, que le sermon du jour de Paques se fait pour trois raisons: la premiere, pour souhaiter les bonnes fetes aux auditeurs: la seconde pour leur demander les oeufs de Paques, et la derniere pour les faire vivre* Pour satisfaire au premier point, je vous souhaite de bons jours à tous; pour le second, si vous m'envoyez des oeufs, je les prendrai: et pour le dernier, je vous dirai, que je rencontrerai hier le gros Gregoire, à qui je demandai, dis-moi, volours, seras tu toujours le personnage de Pilate à la passion? Hic sermo Paschalis integer; post quem peroratum scilicet, putidus *γελωτοποιός* de sacro ambone descendit magna cachinatione insequuta plerorumque auditorum, cordatorum vero non minore, ut fas est credere, indignatione. De *ouis paschalibus* praeter laudatum Aemilianum conferri possunt *Ioan. Christoph. Harenbergii* Biblioth. Bremens. T. 6. p. 1026 sqq. *Ioan. Friderici Michelsii* Oologia paschalis. Darmstadii 1732, 4. *Henneccti* delineatio Ecclesiae Graecae P. 3. pag. 234. et *Tobias Krafckii* atque *Ioan. Frid. Gottlob Erdmanni* commentationes de hoc argumento, Regiom. 1705. et Lipsiae 1736.

Hebdomadem non ante Pascha modo, sed etiam post Pascha feriatam et sanctam ex Constantini M. lege, de qua Theophanes p. 13. apud veteres Christianos fuisse notant viri docti ad Canonem 66. Trullianum, *Sirmondus* ad sermonem XVIII. Augustini, T. 1. Operum Sirmondi p. 338. *Cotelerius* Tom. 3.

abominantur Ecclesias Græcæ p. 585. *Henricus Norstius* contra *Francisci Maced.* somnia p. 8 et 9. *Binghamus* Orig. ecclesiasticæ lib. 20. cap. 5. § 1. et lib. 21. cap. 1. § 29. Vide etiam canonem secundum synodi secundæ Matisconensis Anno 585. Quæ festum paschales exipiebat *Dominica in albis*, scil. depositis, (*Quasimodogeniti*, 1 Pet. II, 2.) dicebatur, quoniam albis vestibus, manumissionis insigni ut docet *Tertullianus*, induti erant recte baptizati, et cantatus hymnus:

Ad caenam agni proci

Et solis albis candidi

Post transfirum maris rubri

Cantamus Christo Principi.

De more ipso candidæ vestis, quam per illos septem dies hebdomadis magnæ post Pascha neophyti siue recens baptizati gestabant, vide *Theophitum Raynaudum* in Christiano Christi et Ecclesie per baptismum filio cap. 7. *Iosephum Vicecomitem* libro 5. de ritibus baptismi c. 13 seq. *Gottfriedi Wegneri* dissertationem de alba veste baptizatorum, Regim. 1700, et quæ de Dominica in albis siue alba Paschæ *Andreas Wilkins* Piciade 1. Oratione 7. p. 161. sq.

De festo lanceæ et clavorum Christi feria sexta post Dominicam Quasimodogeniti ad instantiam Caroli IV. Imperatoris institutò a Pontifice Innocentio VI. A. C. 1353. vide dissertationem *Ioan. Heinrici a Seelen*, Flensburgi 1715, 4. et auctiorem in eius Miscellaneis Lubecæ 1734, 8. pag. 339 sqq. *Jacobum Bossferum* in syntagmate de sanctis reliquiis et regalibus monumentis præsertim quadruplici lancea Dominice, Mauritanica, Constantiniana et Carolina. Ingolstadii 1618, 4. cap. 4 et 7. Innocentii VI. bullam post Gregerum edidit ludarus a Seelen, et *Nicolaus Staphorst* T. 2. Histor. Eccl. Hamb. pag. 626. ubi etiam pag. 628. preces et collectæ in eo festo frequentant. Breve Pontificis habes in *Ioan. Christiani Lünigii* Continuat. primæ spicilegii ecclesiastici p. 78. De ipsa lancea confer *Enochi Swanticii* dissert. de lancea militari, quæ Christi latus perforatum, Rostochii 1686. et *Ioan. Dav. Kocheri* dissertationem de Imperiali sacra lancea non inter reliquias imperii sed chnodia referenda. Akorfii 1731, 4. De lancea et sponsia repertis sub *Heraclio* Imperatore vide *Chronicon Paschale* pag. 385. De lancea reperta Antiochiæ *Chronicon Barense* ad A. C. 1098. T. 5. scriptorum Italiae *Muratorii* p. 155.

Kalendis Maii a quibusdam olim celebrata memoria *intri prædicationis Domini Nostri Iesu Christi*. Vide *Cocelerium* ad recognitiones *Clementis* lib. 2. c. 6. et *Florentinum* ad Martyrologium Hieronymianum p. 478 sq.

De festo *Ascensionis* siue *ἀναλήψεως* Domini in coelum mentio in *Constitut. Apostol.* lib. 5. cap. 19. Vide et *Augustinum* Epistola 113. ad *Januarium*,

rium, qui originem huius festi ab Apostolica institutione vel generali Ecclē-
siae in magno concilio consensu repetens tamen ait: *apud veteriores festi Ad-
fensionis non sit peculiaris mentio.* *Nicetan* Choniatem lib. 10. p. 319. edit. in
4to. et regulam Ordogangi cap. 64. Ex recentioribus *Tillemontius* Tom. A.
memor. Ecclesiast. p. 93 sq. *Heineccium* l. c. p. 171 seq. *Binghamus* Orig. Eccl.
l. 20. c. 6. § 5. et *Christiani Gerbari* Kirchengeschichten, p. 152 seq. De Rogatio-
nibus ante Adfensionis festum a Mamerto Episcopo Viennensi instituta adven-
tus *Io. Sauer* ad Sidonii Apollinaris lib. 5. Epistolam 14. et *Edmund. Martene*
T. 5. thesauri anecdotorum pag. 48. Pro rogationibus nonnulli hebdomadam
crucium vocant, ut notavit Cangius in glossario, voce *crux*, p. 1276. De Ro-
gationibus Pontificiorum a Mamerto Viennensi Episcopo instituta consulas
Io. Adolphi Hartmanni Differetibnem de Ambrualibus Pontificiorum, von der
Knecht oder Bettwoche. Marpurgi 1740. editam. Quadragesimae Adfensionis
mentio fit in Liberati Breuiario c. 10. p. 51.

Pentecostes Christianam iam ab Apostolis celebratam colligunt nonnulli
ex Acton XX. 16. ut Ferdinandus Mendoza ad Concilium Illiberitanum T. 2.
Labbei pag. 126 r. sed ibi de Iudaica potius agi videtur, perinde ut Acton. II. 1.
ut recte monet Caueus p. 192. primitiui Christianismi, et S. V. I. G. Walchius
Hisor. Eccles. N. T. pag. 403. Meminere tamen festi Pentecostes Christiani,
scriptores vetustissimi Irenaeus apud Iustinum quaeft. 295. ad Orthodoxos
Tertullianus, Origenes atque alii, ne de Constitutionibus Clementis dicamus
quas vide V. 20. atque ibi. Cotelerium; vbi obseruabit etiam hebdomadam in-
tegram a Pentecoste festam habitam antiquis Christianis. *Septem secretis dies
Pentecostes.* Orderic. Vital. 13. p. 904. De Vigiliis siue Sabbato sancto Pente-
costes, quo sicut in Sabbato sancto Paschasos baptismus sollempniter conferri
consuevit, vide *Iosephus Vicecomitem* lib. 1. de ritibus baptismi cap. 22. De
Pentecoste patro ipsa praeter Thomasinum, Baileum, Hospinianum, Hilde-
brandum, Waldvogelium, Schmidium, et alios qui de festis scripserunt et quos
supra quum de Iudaica ageremus laudauimus, adiri possunt *Henrici Nicolai* Pen-
tecostalia, Dantisci 1648. 4. *Theophilus Raynaudus* S. I. de prima Missa ab Apo-
stolis loco oblationis e panibus primitiarum celebrata, et de praerogatiuis Chri-
stianae Pentecostes; Lugduni 1653. 8. et Tom. 6. Opp. *Ioan. Elias Reibart*
de pentecoste veterum, Ienae 1693. *Ioan. Christianus Hebenstreit* de eodem ar-
gumento, Lipsiae 1715. *Michael Hoynovius* de pentecoste; Reginom. 1699.
Progr. Pentecostale Academiae Hehnstadiensis, 1710. *Henr. Jac. van Baskuyffen*
meditationes pentecostales, Seruestae 1722. 4. *Henr. Scharbau* Obs. sacr. c. 3.
quo de desiderio Pauli pentecosten Hierosolymis celebrandi differunt, et S. V.
Ioan.

Joan. Dieter. *Winkelhorn* in *Quaestione de die*; Quae circa festum Pentecostes memorabilia sunt; Lipsiae 1734. edita, et deinde saepius reclusa. Is qui Pentecosten in isto tempore non celebravit, *quasi novam haeresin induxisse* notatur in Canone 42. *Elberino*, et in *Concil. Tridentano A. C. 656*, negatur eundem *Sancti Spiritus dona posse impleri*. Quos rationes B. D. Io. Frid. Meyerus in brevi *Historia principiorum festorum Novi Test. Gryphiswaldiae 1706*. edita pag. 8. notat promulgatos adversus eos, qui Pascha cum Judaeis celebrantes festum Spiritus S. deinde volebant eum Ecclesia obire, vnde evenit scilicet, ut pauciores quam quinquaginta dies a Paschate cogereatur numerare. Totum etiam illud quinquaginta dierum a Paschate spatium Pentecostis nominæ venit, de quo *Bouregius* ad Canonem 37. Apostolicum et in *Codice Canonum vindicato* pag. 261. 19. et 298. *Scaliger* de emendat. temporum pag. 260. 344. *Cangius* in glossario, *Auctor Programmatum Helmsladiensis* paulo ante citati, et *Binghamus* orig. eccl. lib. 20. cap. 6. § 1. Illo toto tempore nec ieiunabant nec de geniculis adorabant Christiani, ut praeter alios observarum viris doctis ad *Tortullianum* de Corona militis cap. 3, et *Abraham Sculteto* lib. 1. Exerc. Evangel. c. 57. De huiusmodi Pentecostibus quibus, templa illo festo exornari solent, Clariss. *Andreas Leydousi Koenigsmanni* dissertatio lucem vidit Kiloniae 1707, 4. qua etiam confert veterum religionem arboribus et lucis habitata, et Maium, de quibus diligentissime egit *Andreas Rivinus* in diatriba de Maiumis, Maiampis et Roncaliis, quam in syntagmate variarum dissertationum secudi curavit Io. Georgius Graepius, Ultraiechi 1701, 4. Vide etiam *Pompeium Sornellum* Epistola ecclesiastica vicefima. *Kyriakon* τὸν ἀγίου olim in veteri Ecclesia celebrari obtinuit proxima post Pentecosten Dominica. Vide *Memor. Litterarias magnae Britanniae* T. 12. p. 488 seq.

SS. *Trinitatis festum* quum a paucis primum Ecclesiis celebraretur, ab Anno 1405. (quum Pontifex esset Benedictus XIII. Antipontifex) auctore Petro Alliaco ob omnibus celebrari coepisse scribit Io. Launoius in *Historia Academiae Navarrae* Tom. 2. p. 473. Confer *Aegidium Gonzalez Davila* in *Historia Henrici III. Castellae Regis* cap. 80. *Bellarminum* III, 15, de beatitudine et cultu sanctorum, et *Backii* *Lexicon* voce *Ailli*. Antiquiora testimonia de illo festo vide apud Hugonem Menardum ad librum Sacramentorum Gregorii M. p. 162. 163. Nescio qua fide Vignolius Maruilius personatus scriptor Tom. 1. *miscellaneorum Historico-literariorum* pag. 61. *Il y avoit*, inquit, *anciennement un statut dans l'ordre de Cisterciens, qui ordonnoit aux Abbez de precher tous les Dimanches de l'année, excepte celui de Trinité; propter difficultatem materiae.* Cur nullum festum peculiariter Deo Patri sacratum ab Ecclesia sit, singulari dissertatione Gryphiswaldiae Anno 1702. edita disquiri saepe nobis iam laudatus

D. Ioan. Fild. *Meyerus*. Conf. *Theophilus Raymundus* Hieronymus significandi p. 226. Non tres dies, sicut aliis maioribus festis, tribus huius festo miratur Caluocerus, cui adde Christiani Gerberi *Cærimonias ecclesiasticas* p. 173 seq.

De festo Corporis Christi (*Heumlechnam*)²⁹ quod in Romana Ecclesia celebratur singulari religione, postquam A. C. 1264. ab Urbano IV. Pontifice institutum est in honore S. Iuliana, et deinde ab Anno 1318. passim celebratum est post Clementis Vi. breuias, quales exstat in Relationibus innoxilis Anni 1705. p. 381. datum Anno 1312. vide *Laurentii Cherubini* bullarium, T. 1. p. 146 sqq. *Harduini* Concilia T. 7. pag. 547 seqq. *S. Antonium* T. 3. Histor. p. 171. *Bulae* historiam academiae Parisiensis. T. 3. pag. 370 sq. *Bartholomæi Eifen*, S. I. librum editum Leodii 1629/8. qui inscribitur: Origo prima festi corporis Christi ex viso S. Virginis Iulianae diuinitus oblata Anno 1212. *Acta Sanctorum* Tom. 1. Aprilis 7. p. 903 seq. 459 seq. et de officio pro festo Corporis Christi quod a Thoma Aquinate compositum est (inter eius Opuscula septimum et quinquagesimum) Propylæum ad Acta Sanctorum Maii in *Danielis Papobrochii* Conard Historico Chronico parte 2. p. 41 seq. *Jacobum Gregoriam* in Auctario ad libros de festis Christianorum, Ingolstadt. 1612, 4. *Jacobum Quetif* et *Jacobum Echard* T. 1. de scriptoribus Ord. Prædicator. pag. 340. *Petrum Thyraeum* de festo corporis Christi, Moguntiae 1487, 4. *Nicol. Sorrastrum* lib. 2. cap. 9. de sacris processionibus. *Stanislaus Hosi* Opera. T. 1. pag. 10 sq. et *Odoricum Raynaldum* atque in primis *Abrahamum Bzovinum* in Annalibus ad A. C. 1264. vbi *Ioannis Blaeri* commentarius, et ad Annum 1429. n. 25. et *Theophilum Raymundum* T. 15. Operum pag. 84. vbi etiam de festo Corporis Christi in altera vita: quibus addendus e Reformatis, præter Hospinianum aliosque qui de festis scripserunt, *Io. Zwingeri* liber de festo Corporis Christi, post primam Anni 1682. editionem vulgatus secunda vice Basileae 1685, 4to, et *Ioannes Dallerus* de cultus religiosi obiecto p. 287. et e nostris *Nicolaus Gallus* vobis

²⁹ Alii vt *Matthæus Dreyer* scribunt *wahr* Lechnam. Plerique autem *Heumleich's* Nam quod idem esse videntur ac sanctum corpus. Heum enim sanctum significare, contendit *Samuel Fricdericus Heuterbach* in vita *Valerii Herbergeri* p. 17 sq. sed verius est *Heum* significare Dominum. Vide *Ioan. Georg. Ecardi* Catechesin Theoticam pag. 173 seq. *Christoph. Aug. Heumannii* Poecilien. l. p. 651. et *Io. Georg. Wachteri* Glossarium germanicum p. 496. Lechnam vero non denotat cadaver, sed corpus carnosum vti etiam *licban* Arabice sonat *carnes*, quod cum Germanico isto vocabulo confert *B. Hincckmannus* præfata erudite ad Alcoranum. Es *hansa* *elam* adhibetur in hymno vernaculo quoniam in Ecclesia canimus: Herr, dein heiliger Lechnam, der von deinem Mutter Maria kam; und dein heiliges Blut, laß uns kommen doch zu gut. Atque in illa altero nobilis Domini de *Windsbeck*, quod offert in commentario de lingua Germanica quam præclare de illa promeritus iustus *Georgius Schottelius* p. 1023. So mag die Ende werden gut, und wird zu Loben dir beschehen, Gottes Lechnam und sein theures Blut.

von Josephschmidt Tage Francof. 1761. 4. *Heinr. Heitmannus* cum *Georg. Leibnauis*; *Jest.* 1684, 8. *Balthasar Bobelius* de eodem argumento. Argentor. 1685, 12. *Ioan. Georg. Musculus* de eodem. Rinteli 1706, 12. *Ioan. Christ. Heinschridt* historischer Bericht von Josephschmidt *Jest.* 1729, 4. *Jacobi Heilbrunnari* syncephalischer Dabstuhne, T. I. p. 161 sqq. *Balthasari Meuzeri* Antipistorius, pag. 462 sq. *Ioan. Conr. Dannhaugri* Dissertatio de festo corporis Christi, parte 2. pag. 2125 sqq. dissertationum eius junctim edita. Lips. 1707, 4to. et *Pauli Pontani Poferonii* dissertatio de eod. argumento. Regiom. 1705. Ex ipsis Romanæ socij Ecclesiæ *Muresi* Aduocari Parisiensis querela ad Gasendum de parum Christianis Prouincialium suorum ritibus, minimeque sacris eorundem moribus, occasione iudiciorum. quæ Aquis Sextiis in solemnitate Corporis Christi ridicule celebrantur. Anno 1645, 8. De festo stultorum agit idem p. 73 seq. et de festo Lazari p. 87. De cautionibus profanis in festo Natiuitatis Christi, p. 71 seq.

De festo Natipitatis ³⁵ *Ioannis Baptistæ* videndus *Baronius* ad A. C. 432. et ad Martyrolog. atque Acta Sanctorum ad 24 Iunii Tomo 4. *Sirmiondis* ad *Honulias Augustini* Tom. 1. Operam *Sirmiondi* p. 338. *Petrus Cellensis VIII*, 7. *Epist. Caspoboni* Exerc. 1. ad *Baronium* cap. 25. *Christianus Wafawitzius* Pastor Magdeburgensis in iurture Ioanneo siue libro de vita et gestis Ioannis Baptistæ, Magdeb. 1659, 4. p. 124 sq. et *Paulus Maris Paciendus* in antiquitatibus christianis de cultu S. Ioannis Baptistæ, Romæ 1755, 4. dissertatione tertia et quarta. De triplici Missa hoc in festo perigi solita *Hugo Menner* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 166. Quia Ioannes lucerna ardens et lucens Christo dicitur, Io. V, 35. hinc ignem Ioannem hoc festo ascendere ex veteri superstitione ³⁶ quibusdam in locis consueuerunt, de quo scribit eruditus liber *Ioannis Reishi* Germanice editus, Francof. 1696, 8. *Historische Untersuchung* des bey uns alten Deutschen gebräuchlichen heidnischen Modus, ingleich des Ostet. von *Johannes Jener*, et *Io. Casparis Zammeri* dissertatio, Jenæ 1699, 4. De vigiliis Ioannis Baptistæ differt *Allepobius* T. 1. memor. H. E. p. 509. edit. Parisiensis.

De festo *Visitacionis Mariæ* quod ab Urbano VI. institutum Anno 1389. et a Bonifacio IX. Anno 1390. ac in Concilio Basiliensi sessione 43. A. C. 1441.

O o o 2

con

³⁵ Graeci etiam memoriam Conceptionis Ioannis recolant die 23 Septembris. Vide *Mesologion* et *Wafawitzi* in libro tradito p. 86 sq. et quæ de festis Ioannis Baptistæ in Ecclesia occidentali et orientali celebrari solent *Daniel Repebroshius* differt T. 4. Actor. Sanctor. Iunii 24. p. 698 sqq.

³⁶ Vide *Casaubonians* p. 110 sq. et *Lindembrogium* p. 1445. ad codicem legum antiquarum. Similitur ignes mensibus Maio et Nouembri a Druidibus accensi in honorem Beloni suæ solæ. Vide *Tolandum* T. 1. Opp. posthumor. p. 67. 70 et 73.

confirmatam non dicitur Bellarmino III, 18. de casto Sacerdotio, et Baro-
nius ad Martyrologium Romanum 2 Julii, vide Brouii Annales ad iam dictos
annos, Ribetum Apologia pro Maria II, 19. et Walewiczium in rustare Ioannem
p. 92 seq. officium pro illo festo adornatum a Raymundo de Vincis, Ord. Prae-
dic. qui A. C. 1380. obiit, in vltis de fuis. Vide Jacob. Echardum de Scriptori-
bus Ord. Praedica. T. 3. p. 681.

Festum *Transfigurationis Christi* celebrant Graeci 16 Augusti. Vide Ba-
ronium ad Martyrologium Romanum 6 Augusti. Idem festum coli iussit Ca-
lixtus III. ob insignem aduersus Turcos illa die Anno 1456. reportatam victo-
riam. Officium compositum est a Jacobo Gil siue Aegidis, Hispano, Ord. Prae-
dicator. monacho. Vide Jac. Echardum de Scriptoris Ord. Praedica. T. 30
pag. 831.

De festo *natiuitatis Mariae*, quod octavo Septembris in Ecclesia Romana
celebratur, vide Tillamontium T. I. Memoriar. p. 486 sq. et *Carolus le Coquer*
T. 7. Annalium ecclesiastic. Francor. p. 27. De festo *Iosephi*, quod A. C. 1414.
octauis Natiuitatis Mariae celebrari coeptum est confer *Baluzium* T. 7. Miscelo-
lineor. p. 347 sq. vbi legitur epistola Alemanni Cardinalis. Exstat quoque epi-
stola Ioannis Gersonis T. 4. Operum p. 731. et 732. hemilia Iosephina, p. 736
et carnes heroicum, p. 743.

Festum, quod Aegyptii a Christo adhuc alieni in honorem Idoli Micaib
celebrauerant, ad Alexandro Patriarcha Alexandrino (circa A. C. 340.) aboli-
tum esse, instituto in eius locum festo Michaelis Archangeli, narrat *Eurychius*
Tom. 1. Annal. p. 434. Confer *Stephani le Moyne* notas ad *Varia sacra* p. 528
seq. et *Hottingeri* Historiam Ecclesiasticam Saec. 16. partem. p. 140 seq. *Seldi-*
mus III. de Synedr. p. 201 seq. Sed Eurychii locus adscribendus est, qui ita se-
habet ex versione praestantissimi Pocockii: Porro fuit *Alexandriae Templum*
magnum quod exstruxit Cleopatra Regina nomini Saturni dedicatum, in quo Ido-
lugo aerum magnam erat quod Micael appellatum est, cui Alexandriae et Aegypti
incolae die mensis Epheti, qui Tiberis postior est, festum magnam celebrant, mul-
tas eidem hostias immolantes. Quum ergo Alexandriae Patriarcha factus esset
Alexander, ibique obtinuerit fides Christiana, voluit ille confringi Idolum et tolli
sacrificia, quomque obfiterent ipsi Alexandrini, ille astutus ipsos aggressus, Idolum
(inquit) istud nulli omnino rei utile est, quod si festum illud Michaeli Angelo cele-
braueritis, etique hostias istas constitueritis, ipse pro vobis apud Deum intercedet,
maiorisque vobis boni causa, quam Idolum istud futurus est: Annuntibus ergo illis;
ex Idolo confracto Crucem consecit; templum vero, Michaelis Ecclesiam appellauit;
(estque illa Ecclesia quae Caesarea vocata est; et igne periit quum Occidentales
Alexandriam ingressi eam vastarunt) consecrataque sunt festum et victimae Michaeli
Angelo;

Angeli videt et adhuc Oporetur in Aegypto et Alexandria eo die festum Michaelis angelis celebrant, et victimas quamplurimas caedunt. Templi illius exusti meminit Eutychius T. 2 p. 435. Incredibilis autem haec narratio videtur Tillemontio T. 6; memor. Histor. ecclesiasticae p. 226. sicut etiam altera illa de apparitione angeli Michaelis in spelunca montis Gargani in Apulia A. C. 493: tempore Gelasii Papae, de qua conferatur *Christianus Gebhardus* de caerimoniis ecclesiasticis. pag. 157. Ceterum *Baouhen* falsi qui festum Michaelis iam ab Apostolo Paulo A. C. 60. institutum tradit, probat V. C. *Io. Burcharthus Maius*: in dissertatione suae programmatae quod de hoc festo Praefectoris nomine Kiloniae Anno 1698. ab eo promulgatum est, in quo et plura alia de eodem anno. Antiquissimam dedicationis sancti Michaelis Archangeli inter festa mentionem existere in Capitulari Ludovici Pii (lib. 2. cap. 3.) Regulari Programmatae Helmstädi 1726. divulgato monuit *Erhardus Reuschius*. Vide etiam *Iac. Thomasi* τῶ μναστήριον programmata XLIII. *Hermannus Conringii* programmata sacra pag. 142. *Sob. Schmidium* Theologum Argentorat. in Ienaro Angelico suae distribis de Angelis p. 7 sq. *Christianum Wildvogelium* in diss. de eo quod insitum est circa Angelos Ienae 1692. 4. sectione secunda, *Caroli Stengelii* Iesuitae libram de Michaelis Archangeli principatu, apparitionibus, templis, cultu et miraculis, *Baronium* ad Martyrologium 8 Maii ubi de apparitione Michaelis Archangeli et 29 Septembris, et *Francisci Dominici Haesberlini* selecta quaedam de S. Michaelis Archangelo, festis et cultu in primis in monte Gargano atque in montae Tumba, illacque factis peregrinationibus. Helmstädi 1758, 4.

De festo omnium sanctorum 37 quod A. C. 610. Bonifacium IV. in Italia et Anno 835. Ludovicum Imp. et Gregorium IV. per Germaniam et Galliam celebrandum statuisse referunt, vide *Albericum* monachum triem fontium ad A. C. 835. p. 173. *Alcuii* homiliam pag. 205. Operum, *le Coigne* T. 7. annualem p. 26 seq. *Casp. Barthium* ad Guat. Britonem p. 50. et *Baronium* ad Martyrolog. 1 Novembris et *Thomas Itzigii* dissertationem insertam Miscellaneis Lipsiensibus T. 1. pag. 300 seq. S. Bernardi homiliae V. in festum omnium sanctorum leguntur T. 1. pag. 1029. Operum eius editionis novae Parisiens. 1719. fol. Ceterum hoc festum olim vel ipsa Trinitatis Dominica, vel sequenti celebratum esse ostendit *Binghamus* Orig. ecclesiastic. lib. 22. cap. 7. sect. 14. De festo omnium animarum hinc commemoratione omnium fidelium defunctorum, quam saeculo 11. Odilo Cluniacensis Abbas fecit institui, eundem Baronium ad Nov. 2. et Acta Sanctorum 1 Ianuar. in Odilonis vita, Mathiae item

Ooo 3

Zim-

37 Quasi dies pontificalium dierum et communicarium. Confer Stephani le Moyne notas ad Vitis sacra p. 964. et Marinam in vita Procli c. 36.

Zimmermanni florilegium Philologico-Historicum pag. 93¹ seq. et *Pagium* ad A. C. 1120. atque Jac. Philipp. Bergomensis ad A. C. 983: ubi de Odilo sine Odilone Cluniacensi.

De festo *immaculatae conceptionis Mariae*, quod VIII. Decembris celebratur, confer *Hyacinthum Ginnam* in Historia literaria Italiae, quae italico sermone praedit Neapoli 1723. 4. T. 2. c. 35. *Tillemontium* T. 1. memoriarum historiae ecclesiasticae. p. 486. *Bulacius* T. 2. historiae acad. Parisiensis p. 135 sqq. *Dn Pissini* Bibliothecae auctorum ecclesiasticorum T. 17. p. 35. *Io. Ant. Velasquez* S. I. rationes Regi Catholico exhibitae circa breue Alexandri VII. de celebratione festi immaculatae conceptionis. Madridi 1662 fol. *Matthaei de Aragonia* sermo recitatus in concilio Basiliensi, ex quo festum illud confirmatum, sollempniter institutum est, manuscriptus existat in bibliotheca Quedlinburgensi, teste Eckardo p. 32. Codicum manuscriptorum Quedlinburgensium. Decretum concilii Basiliensis exhibet idem Eckardus ibid. p. 80. Clementis XI. bulla, Anno 1708. edita, ut festum hoc de praeccepto in posterum ubique celebratur, existat Opp. eius T. 1. p. 183. De S. Bernardi epistola ad canonicos Lugdunenses confule *Dominici de Colonia* historiam literariam Lugdunensem pag. 233 seqq. et Iter literarium duorum Monachorum e familia S. Benedicti T. 1. p. 146. De ordine equestri ad defendendam immaculatam conceptionem B. Mariae Virginis quem Carolus Albertus Bavariae Nouemuir condidit, confer Epitomen Coburgensem commentariorum de rebus in orbe terrarum gestis Anni 1729. pag. 135 seqq. et p. 236 seq. atque *Relationis innocens* Anni 1729 p. 674 sqq.

De *Dominicis Adventus*³⁸ Cangius in utroque glossario, vocibus *Adventus* et *παραποία*, *Abatius* de *Hebdomadis Graecorum*, *Mennardus* ad sacramentarium Gregorii M. pag. 215 sqq. *Edmund. Martene* p. 65 sqq. de antiquae ecclesiae disciplina in diuinis officiis, et D. *Io. Frider. Meyeri* τῶν *μηνῶν* Eclogae sive dissertatio de *Dominicis Adventus*, Gryphiswald. 1701. et in Eclogia Evangelicis Mayero-Neumeisterianis. Hamb. 1733, 8vo. tomo priore sub initium. Is apud veteres quosdam sex *Dominicas Adventus* celebratas fuisse expressis Ambrosianis annotat, ad alios quinque ex veteri Homiliario apud *Mabilionium* Tom. 4. Analect. pag. 632. (fol. 18. edit. nouae.) Dicuntur autem *Dominicae Adventus*, quod festum *Adventus* Christi in carnem sive *Natiuitatis* antecedunt. At *Dominica* quarta numerabatur olim quae hodie prima, et vicissim quarta illis erat prima hoc est proxima ante *Genethlia* Christi. Hodie sensum esse oportet *Dominicam* primam, secundam, tertiam et quartam *Adventus* dici inter illas quatuor quae festum *Adventus* Domini praecedunt. Vel
ad

³⁸ De aduentu sive *επιδημία* Deorum celebrata apud gentes, et de aduentu Imperatorum, cuius passim memoria occurrit in numis, vide *Herduinam de numis* verban p. 397.

ad offitium: Aduentus genere respicitur, ad passionem, ad iudicium, ad officium Mediatoris obitendum et aduentum in carnem. Siue vt *Innocentius III.* libro de misera hominis: *Quatuor leguntur Aduentus Christi ad homines, duo videlicet visibiles et duo invisibiles. Primus aduentus visibilis fuit in humilitate ad redimendum mundum; alter erit in maiestate ad iudicandum. Primus aduentus invisibilis fit in virtute iusti per gratiam. Vide in Euangelio 39 ad eum veniemus et mentionem apud eum faciemus. Secundus aduentus invisibilis est in obitu cuiusvis fidelis, vnde Ioannes in Apocalypsi, 40 Veni Domine Iesu. Vnde legitur quod in die obitus sui obitiam venerit et Christus. Hos quatuor Aduentus representat Ecclesia in quatuor Dominicis de aduentu, non solum numero dierum, sed etiam variatione Officiorum. Officia illa videntur in Ordine Romano, aliisque libris Liturgiis Latinis, et Graecae Ecclesiae. De ieiunio tempore Aduentus, *Theoph. Raynaudus* T. 11. Operum pag. 479. vbi contra *Filescium*. In canone non concilii primi Matisconensis Anno 581. constitutum est: vt a feria S. Martini usque ad natale Domini secunda, quarta et sexta sabbati ieiunetur, et sacrificia quadragesimali debeant ordine celebrari. De Hebdomada praeparationis ante festum Natiuitatis, idem *Raynaudus* Tom. 7. p. 454 sq. De festo SS. Patriarcharum et Prophetarum, quod Graeci peragunt ante Christi Natalicia, *Congil glossarium in neomotrotes.**

Festum *Nathuisatis Christi* ab antiquissimo tempore celebratum in Ecclesia fuisse certum est, licet de die non aequae inter omnes constiterit, atque quae adhuc saeculo plurimi fuerint quibus alius quam XXV. Decembris placeret, vt ostendit *B. D. Thomas Irtizus* in appendice ad librum de haeresiarchis aevi apostolici diss. 3. pag. 386 seq. Ex communi tamen inde Ecclesiae Graecae Latinaeque vsu obtinuit, vt illo die natus Christus crederetur, de quo vide *Cocelerium* ad lib. V. Constitutionum Apostol. c. 12. *Petatum* XII, 7. de doctrina temporum, *Gretserum* lib. 1. de festis c. 29. *Seldenum* III. de Synedriis p. 207. et singulari libro edito Angliae, qui inscribitur: *Θεοδότωρας, God made man, or, of the Birthday of our Saviour*, Londini 1661, 8. et tomo 3. Operum, parte a. pag. 1405 sqq. Londini 1726, fol. *Florentinum* ad Martyrologium Romanum pag. 199 seq. Vide et *Antonium Bynacem* libro de Natali Christi p. 406 sq. *Arconium Pagi* in Critica Baroniana ad A. C. 67. num. 25. *Montacutum* Apparatu ad Origines Eccles. p. 383 seq. *Filkmonium* Tom. 1. memq. riarum H. E. p. 444 sq. edit. Parisinae. *Petrum Constantium* Tom. 1. Epistolar. Pontificum, appendice pag. 83 sq. *Riccioium* Chronologiae Reformatae p. 300. *Inn. Ritbardianum* praefatione secunda ecclesiastica, inter Anglice editas Londini 1726, 8. *Fridericum Spanhemium* T. 2. dubiorum Euangelicor. p. 205 sqq.

Ioan.

39 Ioan. XIV, 23.

40 Apoc. XXII, 20.

Ioan. Nicaeni epistolam de die natali, editam cum notis et versionibus a *Fraba*. Combefisio. *Ioannis Busleri* χειρολογίων, or, account of the certain Year, month, day and minute of the Birth of Iesus Christ. Lond. 1671, 8vo. Varias variorum de die Natali sententias refert *Clemens Alex. r. Strom.* pag. 340. ex quo et *Epiphanio* haeresi 51. constat nullum propemodum esse unansem, cui non ab aliquibus dies Natalis assignatus fuerit. Adde *Gottlieb Wernsdorfs* Progr. quo potiores sententiae de die natali I. C. recensentur. Wittebergae: 1728. *Academ. Helmstad.* Progr. de natali Christi die. 1738. *Sigism. Jac. Baumgartenis* commentar. de sollemniis Christo nato sacrorum originibus, Halae 1739. et Progr. acad. Halensis de mense dieque memoriae nati Christi antiquitus consecrato. 1740. Eclogas Euangelicas *Mayers-Neumeisterianas*. T. 1. p. 108 seq. 124, 158. Unde *Stallger* VI. de emendat. temporum pag. 545. conclusit *diem veram Natalis Christi ignorari*, et *B. D. Ioan. Frid. Mayerus* Gryphisw. 1701. diatribam edidit de eo quod quilibet anni mensis gloriam nati Servatoris ambitiose sibi asserat, quod clarius etiam patebit ex hac tabella:

Natum Christum esse putant:

Januario,

6 *Januarii* *Jacobus* Apostolus si credimus *Ioanni Nicaeno* in Combefisii annotatione Tom. 2. pag. 297. memoranti *Ἰακώβου σύγγραμμα περιέχον Ἰανουαρίου ἡ τὸν τελευτὴν τῆν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα*. Sic Aegyptii apud *Cassian.* X, 2. et multi e veteribus Christianis. *Epiphani.* haeresi 51. *Hierosolymitani* teste *Cosma Indopleuste* in *Cosmographis Christianis* p. 194, 195. Confer *Clariss. Montfauconi* prolegomena pag. XV. et *Isaac Newtonum* ad *Danielem*. *Glossa Ordinaria* in *Ether* III. *Tibetis apud Latinos est Ianuarius, in quo Dominus est incarnatus, a Magis adoratus*. Atque si *Jacobum Edessenum* ⁴¹ audimus, non modo Armeniis idem persuasum, sed etiam *Ecclesiarum Orientalium*, et quae ad Septentrionem vergunt, haec fuit sententia, usque ad tempora *Arcadii Imperatoris* et *Ioannis Chrysostomi*.

10 *Januarii* *Basilidis* sectatores apud *Clementem Alex. r. Strom.* p. 340.

Februario,

medio Februario vel extremo Augusti. *Wagenfeilius* in *Sota* p. 942 seq.

Martio,

Bochartus II, 44. *Hierozoic.*

Aprilis,

Thomas Lydiaris, et *Petrus Allix* in diatriba de anno et mense natali Iesu Christi. Londini 1710, 8.

Aprilis,

⁴¹ *Assmannus* T. 2. *Bibliothecae Orientalis* p. 164.

- Aprilis,*
die 19 vel 20, notum est apud Clementem Alex. 1. Strom. p. 340.
- Maius,*
die 20 Maii quidam *περιεγύροτες* hoc inquirentes apud Clementem l. c.
 Ita quoque Ioannes Vignolius Bibliothecae Germanicae T. 2. p. 29 sqq.
 Alogi teste Epiphania haeresi § 1. XI. Kal. Iulias.
- Iunio,*
 XI. Kal. Iulias Alogi quidam apud eundem Epiphanium.
- Iulio,*
Augusto,
sub finem mensis. Wagenseilius in Sota, loco laudato.
- Septembri,*
 R. S. Auctor scripti, *Christ's birth mistimed*, quod insertum est libro anglice
 scripto, the Phenix; or a revival of scarce and valuable Pieces, Londæ
 1707, 8. p. 114 seq.
 Iosephus Medus in Crenii fascie. T. 10. p. 254 seq.
 Io. Hardanus in Antirrhethico.
 Erasmus Schmidius ad Ioan. III, 30.
Die 15 Septembri, D. Aug. Quirinus Riuinus libro de vera ætate Seruatoris
 nostri, eique assentiens Christianus Gerberus libro de caerimonis eccle-
 siasticis, pag. 132 et 149. Io. Lightfootus ad Lucæ II, 7.
- Octobri,*
sub int. Matthæus Beroaldus, Iosephus Scaliger, H. Casaubonus, Sethus
 Caluissius, Matthæus Wasmuthus.
- Novembri,*
 6 Id. Nov. veteres quidam teste Epiphania.
 18 Nov. Clemens Alex. 1. Strom. p. 340. (confer Petauium pag. 214. ad
 Epiphani.) Salomo van Till de anno, mense et die Natalis Christi p. 31.
- Decembri,*
 25 Dec. ex communi Græcæ et Latinae Ecclesiae traditione. Const. Apost.
 V, 12. et auctor Operis imperfecti homil. 49. in Matth. XXIV, 22. per
 mensem nonum intelligentes Decembrem. Coteler. 1. Apostol. p. 372 seq.
 Pseudo Euodius apud Euthymium ad Io. II, et Nicephorum II, 3. Hist.
 Chrysostomus Tom. 5. p. 417 seq. Theophylactus, Ambrosius, Augusti-
 nus, Salpitiu Severus, Hieron. Fulgentius, et alii infirmis. Hippolytus
 Thebanus in Chronica cuius fragmentum dedi post V. C. Emanuel Schellstra-
 tenum: ἐπι Δουδύσου Βασιλέως γεγένηται ὁ Χριστός ἐν ἀρχαίᾳ μηνὸς
 Δεκεμβρίου κβ. Keplerus, Philippus a Turke in monumentis veteris
 Ppp. Antii,

Antii, p. 229. Franciscus Pagi in vitis Pontificum T. 1. p. 89 sqq. Franciscus Blacchini de canone Paschali s. Hippolyti p. 113.

Pulchre obseruarunt Viri docti e Romanis die 8 Kal. Ianuarii siue 25 Decembris celebratum diem natalem Solis inuicti ⁴² initium nempe periodi annuae et brumam: eamque sollempnitatem a Christianis opportune translata ad Natalem Solis Iustitiae. Vide *Regium* ad Iulianum f. 87. *Philippa Torre* monumenta veteris Antii cap. 6. p. 219 sqq. *Harduinum* in antirrhético, p. 62. *Gracium* ad Lactantium de moribus persecutorum. *Gottl. Sem. Treueri* Progr. de natali inuicti olim ad d. 25 Februarii celebrato. Helmstad. 1733. et *Frid. Ern. Wernsdorffii* commentationem de originibus sollempnium natalis Christi ex festiuitate natalis inuicti. Witteberg. 1757. De Septentrionalium Iueltag ⁴³ qui in idem tempus incidit, et videtur dictus a voce *gyl* sius *hagl* quod redire sonat. (a conuentione Solis) copiose dixerit V. C. *Ioan. Bischoff* in decate prima palaestrae Antiquariae, Hafniae 1688. 8. vbi p. 218 sqq. festum hoc successisse putat Iudaico festo Tabernaculorum, eum quo confert etiam festum Natalis Christi B. P. *Ioan. Benedictus Carpovius* in programmate edito Lipsiae 1698. *Ioan. Oldermannus* in dissert. de festo Encenniorum Iudaico, origine festi natiuitatis Christi, Helmstadii 1715, et *Sigism. Ferdin. Weisgüller* in dissert. de festo natiuitatis Christi in locum festi Tabernaculorum interrogato. Altonii 1731. De Septentrionalium Iueltag aduendus quoque *Samuel Walther* in libro germanice conscripto: *Historische Nachrichten von der alten Deutschen Nordremedy, als einem Ursprunge vielerley Aberglaubens unter den Christen zur Zeit des heiligen Christfestes*, Magdab. 1740. 8. qui *Yocul* de notari purat sacras conuersiones, indeque factum esse, vt mensibus, Ianuario et Febuario, nomen illud sit inditum. Addantur *Christophori Pylis* memorabilia Pomeraniae circa Natalitia Domini, Sedini 1722, 4. et *Henrici Gottlieb Franci* dissertatio de voto Germanorum quorundam gue hyl. Lipsiae 1727. De ritibus in Natalibus Christi vide praeter *Christianum Wildvogelium* in Chronoscopia legali, *Aloysium Nouarinum* lib. 5. schediafmatum sacroprofanorum cap. 1. *Griffonium* ad Legem Theodos. de spectaculis p. 93 sq. Io. *Kindlerum* in

⁴² Vide Alsemannum l. c.

⁴³ Vide etiam Georgium Hichestum T. 2. thesauri librorum septentrionalium p. 211 sq. Georgii Sierubelii Antiquarium p. 152 sq. Othonii Spellingii dissertat. de nomine et festo inel septentrionalium populorum, Hafniae 1711, 8. Antiquarii antiquisches Heidensthum, p. 212. Laurentium Bergmannum in schediafmate de sacris veterum Danorum uigiliis. Hafniae 1705. et Olauum Wormium in fastis Danicis. p. 12. minus uerosimiliter a Iulio Caesare repetentem, qui de bellatis Britannis etiam septentrionem sollicitauerit. Festum Natiuitatis Christi sollemni ritu celebrari a Mohamedanis die 3 mensis Vll. testatur Ioan. Chardinus, quem uide se Tomo 10. itineris Persici Gallice descripti p. 25. 26.

in disputatione de Nataliis Christi, recusa in syntagmate prima dissertationum Philologicarum Roterd. 1699, 8. editarum, *Dav. Fleurius Koepfensis 1704* *poisueva* ferias natalitiorum in Messiae memoriam illustrantia, Rostoch. 1704. et *Edm. Martens* de Ecclesiae disciplina in divinis officiis. p. 81 sqq. De voce Weihnachten Melchiorii dissertationem edidit *Gottlieb Sam. Tritzer*. Nominat varia quibus veteres Natiuitatem Christi designarunt, persequitur *Suicrus* capite 2. Observationum sacrarum. Veterum Ecclesiae Doctorum Homines Graecas Latinasque in festum Natiuitatis Christi, collegit ediditque vir doctissimus *Christiannus Daumius de maxceplris*, Cygnae 1670, 8vo. plures etiam festi Latine tantum in *Combessii* Bibliotheca Concionatoria leguntur. De vigiliis natiuitatis Christi vide *Edm. Martens* de Ecclesiae disciplina, p. 701 sqq. De festo Candelarum *Christian. Gerberum* p. 134 sq. de caerimoniis Ecclesiasticis. Errores pictorum circa Natiuitatem Christi, eleganti diatriba redarguit iam supra laudatus nobis *Rev. Paulus Christianus Hilscherus*. Lips. 1689, 4. Superstitiones ineptas fabulasque circa festum Natalitiorum et in vigiliis eius frequentatas *Io. Praetorius* in libro vernaculo cuius titulus Weihnacht-Fragen. Lips. 1663. Illis merito annumerat etiam iarnatos personatosque qui a quibusdam nunc peraguntur ludos, de quibus videri possunt *Io. Gabr. Drechselii* de laruis natalitijs libellus, eiusque Anno 1677. edita Apologia; *Scribanii Arcularii*, et *Georgii Grabow* scripta, et *Caroli Frid. Pezoldi* diss. de S. Christi laruis et munusculis. Lips. 1699. *Erasmii Vbesii* Criticus eruditus parte 3. quaest. 19. atque e Theologis nostratibus, ne alios in praesenti memoremus, *Theodorus Thummius* de festis Christianor. p. 189. *Ioan. Conradus Dannhaeuerus* Tom. 5. Lactis Catechetici p. 649. *Sam. Scheinigi* in Cynofura Conscientiae quaest. 5. *Ioan. Melchior Kraft* in libro germanice edito: der bey den Christen entheiligte Name Christi, Hamburgi 1721, 8. et *Paulus Christianus Hilscher* in libro itidem germanice euulgato: der Weihnachts Aberglaube nach seiner Art, Ursprung, Betrug und Abschaffung. Dresdae 1722, 8. Decis Megapolitani Gustavi Adolphi edictum Anno 1682. contra illos abusus promulgatum insertum legitur in Relationibus innoxiiis Anni 1717. p. 567. De gladio et pileo, quos festo Natiuitatis Christi Pontifex consecrat et dono mittit Principibus vide *Theophil. Raynaudum* dissertat. extrema tomi decimi Operum. Aere eodem descriptos habes in Relationibus nouantiquis A. C. 1726. p. 702. addé p. 835.

* De alijs pervigilijs Christianorum Ethnicorumque vide *Rainoldum Deline*, S. I. in notis ad Acta Martyrum Cosmae et Damiani pag. 29 sqq. *Ioan. Andr. Crusium* libro de Nocte et nocturnis officiis. Breae 1660, 12. *Ferdinand. Mendozam* ad Concilium Ihibitanum, p. 1223. T. I. Labbei, vbi etiam de eo, quod prohibitum feminis in coemeterijs pervigilare.

Esti tamen ipsius sollemnia et pia celebrationem minime reprehendendam; nec temere abrogandam esse ostendit *Henricus Hammondus* in libro anglice edito; *A Defense of the Treatises concerning superstition, willworship and Christmas Festival*, Tom. 2. Opp. pag. 213 sqq. De festo S. Stephani confer *Sannalis*, *Rafnagi* Annales ad A. C. 37. num. 18, et *Bibl. Patrum* T. 24. p. 1372.

XVII. Turcarum festa breviter recensita vide si lubet apud *Thomam Smithum* epistola de moribus ac institutis Turcarum p. 46 sq. quibus adde quae de ipsorum *Ramazam* sive tempore ieiuniorum et duplici *Bariam* *Paulus Ricautus* lib. 2. *Historiae Imperii Ottomanici* cap. 23. 24. De Persarum festis, *David Nerrepertis* in *Molchea Muhamedica* pag. 346 sq. et *Ioan. Chardinus* in *Itinere Persico* Tom. II. p. 379 sq. VII. 433. IX. 173 sq. X. 22 sqq. vs. alios in praesenti omittamus.

XVIII. Feriae inter alia ideo quoque dictae videntur, quod illis diebus feriarentur iudicia, et iustitium esset: ob eandem causam etiam nefasti, iidem dicebantur, ut docet *Ovidius* I. *Fastorum* v. 47 sq. ubi etiam de diebus intercisus, qui mane nefasti, post sacrificia peracta fasti erant.

Ille nefastus erat, per quem tria verba silentur,

Fastus erat, per quem lege licebat agi.

Confer quae de diebus nefastis *Alexander ab Alexandro* lib. 4. *genialium dierum* c. 20. et ad eum *Tiraquellus*, *Henricus Noris* ad *Cenotaphia Pisana* diss. 3. c. 3. *Iac. Gutherius* de iure pontificio veteri l. 1. c. 23. et l. 3. c. 16. T. V. *Graev.* *Burchardus* item *Gothelf Struvius* in *Antiquitatum Romanarum syntagmate*, et *Rev. D. Io. Schmidius* in diss. de fatalitate temporum, *Lipfsiae* edita. Nec dies solum sed etiam annos certos pro infelicibus habebant, ut bis sextos, quemadmodum ex *Augustini* *Epist.* 119. ad *Ianuar.* observat *Valesius* ad *Ammiani* XXVI, 1. Alia contra dies fortunati et auspiciatissimi, ut *Graecis* sexta *Thargelionis*, de qua *Aelianus* II, 25. *Var. Hist.* *Dies infasti* sive *avro-Quidos* dicti etiam sunt *Aegyptiaci*, ut ex eodem *Augustino* in *Epist.* ad *Galatas* et *Beda* notant *Graevius* praef. ad T. 8. *thesauri antiquitatum Rom.* et *Olaus Wormius* p. 55 sqq. De feriis iudicialibus apud *Athenienses* tempore *Mysteriorum*, vide *Mearsi* *Eleusinia* cap. 31. et pag. 165. *Graeciae* feriae, ubi agit de *Thesmophoriis*. De feriis iudicialibus tempore *messis* ac *vindemiae*, consulendus *Elmenhorstius* in *notis* ad *Minutium Felicem* p. 5. Etiam extra ordinem interdum ad placandos Deos iustitium indictum, vel propter periculum ingens, vel magnum luctum vel famem ingruentem, ex *Liuvio* et aliis constat. *Conf.* *Xiphilinam* p. 215. edit. *Wechelianae*.

CAPUT XI.

De Sacrificiis, precibus, Concionibus aliisque sacris, disciplinis et caerimoniis Iudaeorum, Ethnicorum et Christianorum.

Scriptores de Sacrificiis Iudaeorum. 1. 2. *Ἀναγνωσθῆναι* Iudaeis prohibita, aliis frequentata Gentibus. 3. De obiecta Iudaeis recentibus effusione sanguinis infantium Christianorum. 4. Mos victima sancienti foedus. 5. Sacrificia Ethnicorum. 6. 7. Diuersis Diis diuersa sacra, diuersa animalia, diuersae plantae consecratae. 8. De animalibus, plantis, gemmis etc, bibliis et de typis scriptores. 9. De sacrificiis Christianorum siue precibus. 10. De precibus Iudaeorum et Muhamedanorum. 11. Ethnicorum. 12. De benedictionibus et diris Iudaeorum, Ethnicorum et Christianorum. 13. De hymnis Iudaeorum, Ethnicorum et Christianorum. 14. De Musica et Musicis instrumentis. 15. 16. 17. De Concionibus Iudaeorum, 18. et Christianorum. 19. 20. 21. De coetibus sacris, tempore et more conuocandi, campanis etc. 22. De acclamationibus et plausu. 23. De Sacramentis V. T. circumcissione et Paschate. 24. De Sacramentis Noui Test. Baptismo, 25. et Eucharistia. 26. De poenitentia Ethnicorum, Hebraeorum et Christianorum publica, 27. et quatuor reliquis quas Ecclesiae quaedam Sacramentis adscribunt. 28. De processionibus sacris, 29. peregrinationibus religiosis, 30. ieiuniis, 31. flagellationibus et aliis disciplinis voluntariis. 32. Sacrorum rituum ac caerimoniarum miscella quaedam. 33.

I.

De Sacrificiis Hebraeorum praeter Interpretes Pentateuchi et figillatim Leuitici, tum *Eduardum Bernbardum* ad librum 3. *Iosephi* cap. 9. et sq. (qui p. 211. merito dolet *Iosephi* eiusdem opus de Legibus Hebraeis intercidisse) consulendus *Robertus Sberinghamus* ad tractatum Ioma Lond. 1648. 4to. et Tomo 2. *Mishnae* a *Guil. Surenhusio* illustratae, Amst. 1699. fol. et cum *Iac. Rbenferdi* V. C. diss. qua sacrificium expiationis cum Christi sacrificio pro humani generis peccati peracto confert, Franekeræ 1696, 8. Tum plurimi codices *Mishnici* alii in primo, secundo, sexto ac praecipue quinto ordine, quos recensere superfedemus. Quibus addes *Maimonidis* praef. ad Tomum

quintum Mishnae et tractatum de Sacrificiis, Latine editum per Lud. de Compiègne de Veil, Londin. 1683, 4. et recusum in fasciculo sexto Thomae Crenii, Roterd. 1696, in 8. pag. 282 sq. E Christianis *Guilelmus Durranius* libris duobus erudire de sacrificiis egit, quorum altero explicantur omnia Iudaeorum, et nonnulla externarum gentium sacrificia, altero Sacrificium Christi. Lond. 1677, 4. Amst. 1678, 8. *Chérubinus* item a *S. Iosepho Tom. 2.* apparatus Biblici pag. 1 - 169. *Melchior Leydeckerus* de republ. Hebraeorum lib. 11. cap. 2. *Ioan. Paftrius* de sacrificiis. Romae 1700, 4. et *S. V. Ioan. Gottlob Carpzeus* in mantissa de sacrificiis, pag. 699-725. annotat. ad Goodwini Mosen et Abatonem. Vero Deo primum Sacrificia cruenta, idolis primum fruges et longo demum tempore post animalia oblata obseruat *Io. Owenus* in Theologumenis p. 183 sq. Confer *Eusebium* lib. 1. demonstrat. Euangel. cap. ultimo, et quae de Ethnicis Sacrificiis incruentis tradit *Porphyrus* in opere Tetrabiblo, quod ab animatorum nece atque esu abstinendum esse suadet. De sacrificiis Patriarcharum consuli merentur *Ioan. Frischnus* dissertatio de Sacrificiis cum primis iis quae sancti viri haud longe ab initio rerum leguntur obrulisse, edita Ienae 1653, 4. *Ioannes Owenus* Anglus in Epistolam ad Hebraeos T. 1. p. 307 seq. Exercitatione XXIV. *David Gsellius* Heluetus in veteris Test. sacrificiis dilucida ratione expositis. Düisburgi ad Rhenum 1712, 8. *Henrici Horchii* de igne sacro victimas absumente Oratio, Herbornae vulgata Anno 1691, 4to. vna cum Hermeneutica eius sacra. *Ioan. Henr. Hottingeri*, nepotis, dissertationes de origine sacrificiorum Patriarchalium, Marp. 1706. recusae in Museo Heluetico, Partic. 2, p. 281 ff. et Partic. 3, p. 341 ff. *Franc. Fabricii* dissertatio de origine sacrificiorum. Lugd. Batav. 1714. et de sacrificio Caini et Abelis. 1713. *Ioan. Wesseli* dissertationes de origine sacrificiorum vera et genuina, Leidae 1723. et *Henr. Jac. Pagendarmii* diatribe de sacrificio primo diuino Numini oblato. Guelpherbyri 1745. *Beatus Werdmyllerus*, Theologus Heluetus, quanquam affirmat, originem sacrificiorum a mandato Diuino esse rependam, neque infitias it, Christum eiusque sacrificium iisdem esse praefiguratum, tamen negat, sacrificiorum erentorum originem et usum ultra proxima post Caraclysmum tempora referri posse. Vide eiusdem antea disputationem de origine sacrificiorum cruentorum sub V. T. quae inserta legitur Tom. 6. Tempe Heluetic. p. 173 sqq. Werdmylleri argumenta sub examen vocarunt *Vir S. R. Ioan. Christi. Burgmannus* in diss. num sacrificia cruenta ante diuinum fuerint ignorata, Rostoch. 1744. et V. Cl. *Ioan. Gottlieb Bossck* in Diss. de sacrificiis Caini et Habelis אֵיךְ יָצַח oblati. Lips. 1751. pag. 17 sq. Ipsa nempe sacrificia Christum eiusque sacrificium praefigurabant, vt ab Apostolo in Epistola ad Hebraeos demonstratum est, et agnoscitur a R. Obadia comm.

de *Pharisaeorum*, qui sacrificiorum ritus ad Messiam praefigurandam exhibere deset, (vide Wolfii Bibl. Hebr. T. 3. p. 867.) nec tantum a Mose concessa sunt Iudaeis, ideo ut per illa a Sacrificiis idololatricis abducerentur, quemadmodum praeter alios *Gregorius Magnus* lib. 10. Epist. 71. et *Chrysostramus* homilia de Christo pastore et ova T. 3. adis. Montisac. pag. 812. D. sed ut idem *Chrysostramus* ibid. p. 813. B. agnoscit, *πίστοι ἐπιπορευτοὶ ἐμάς τε Χερσὺν καὶ στυγαροφθαί τὰ μέλλοντα*, adeoque pridem ante Moysen a Deo probata, propter mandandum olim Messiam, et in lege Moisaica diligenter et magno consilio praesepa. Vide quae aduersus Iudaeos et aduersus *Io. Spencerum* de legibus Hebraeorum, *Io. Marshanum* in canone chronico, et aduersus scriptores Saeinianos copiose disputantur ab eodem *Oustrama*, ab *Hermanno Wiffo*, in Aegyptiacis, et in Miscellaneis T. 1. p. 456 ff. et *Io. Cloppenburgio* in Schola sacrificiorum patriarchali, a *Natali Alexandro* in Hist. Eccles. Veteris Test. aetate IV. diss. 3. artic. 2. atque ex nostratibus a *Wolffango Franzio* τῆς μακαροῦν in schola sacrificiorum, a *Io. Lundio* in den jüdischen Heiligthümern, a *Sal. Deulingio* Obsl. sac. P. II, N. 4. et *Sam. Puffendorffio* in iure feicali et dictiono p. 112. ab *D. Henr. Mublio* in Apodixi prophetica p. 161 sq. aliisque qui rationes tyorum Vet. Test. ex instituto exposuerunt, atque infra sect. 5. a nobis referantur.

II. Sacrificia vel publica erant ut holocaustum vel hostia pro peccato: vel priuata, haec nempe quatuor: holocaustum, hostia pro peccato, hostia pro reatu s. delicto et pacificum sive Eucharisticum sacrificium. His accedunt agnus paschalis, primogenita et decimae. Vide *Maimonidem* Tom. 3. fascic. *Crenii* pag. 283 et T. V. *Mishnae Surenhusianae* p. 1, 62. *Holocaustum* sive *holocausta* non diuidebantur in frusta, sed tota comburebantur Deo, eaque sola ante legem in vsu fuisse contendit *Io. Seldenus* libro 3. de iure naturae et gentium cap. 8. *Conf. Stephan. Curcellacum* pag. 949. Operum; et *Ioan. Grotium* de *Lokemacheri* munia offerentium et sacerdotum in sacrificio holocausto ex *Aharabaele* designata, *Hebraeod.* 1730. de holocaustis autem apud Gentes, spectatim Romanos, *Camillus Siluester* Commentario Italice edito ad Imperatorem X. 354. p. 159 seq. Liba ac fera ex oleo et similia, quae agitabantur et in altum sublata offerbantur Deo, maximam partem cedebant Sacerdotibus. Similiter ex *Sorexphoe* et Eucharisticis, quae Holocaustis fere semper coniuncta, pars Deo oblata, ut de animantibus una cum anima sanguis praecipue et adops, pars sacerdotibus veniebat in cibum, pars maior ab iis qui sacrificium abulerant, vel in templo vel domi comedebantur. Vide *Frid. Adolphi Lampsi* disser.

² Hinc vocabula *חֹלֶבֶת* agnitio et *חֹלֶבֶת* in altum sublatio, de quibus multa *Talmudici*. Vide et *Io. Clericum* ad *Exod.* XXIX, 24 et 27.

differtat. de sacrificiis Eucharisticis. *Bremae* 1729. Confer *Radulph. Cudworthum* libro erudito Anglice edito de vera ratione coenae dominicae, Lond. 1642, 4. et 1676, fol. ubi et idem apud Gentes plerasque obtinuisse docet. Holocaustomatis masculinae animantes, pacificis cedebant femellae, si credimus *Talmudicis* in *Sohekalin* Tom. 2. *Surenhusii* p. 190, 200. Libamina addita sacrificiis et sigilla siue notas vide *ibid.* p. 193. et *L. E. Rau* de libamine oblato in mensa sacra. *Herbornae* 1703. Sacrificia quotidianiana etiam extra Hierosolymam celebrata sunt, verum sollempnia Paschatos, Pentecostes, tabernaculorum et expiationis, tantum in Siloh vel Hierosolymis, qua de re aequus *Honw. Dodwellus* in libro itidem Anglice edito de vno sacerdotio et vno alteri p. 46 seq. et *Ioan. Fridr. Lofanus* dissertationibus duabus de sacrificiis quotidiana. *Lipsiae* 1717. In deserto per Annos 40. Deo secundum ritum Mosaeicum oblata sacrificia non fuisse vide notantem *Campegius Vitringam* libro 2. observ. sacrarum p. 254. De differentia inter sacrificium pro peccato et reatu siue delicto (*Schuld Opfer und Sündopfer*) vide praeter Interpretes *Levit. VIII, 1.* seq. et *VI, 25.* *Sirach. VII, 34.* *Samuelem Petitem* cap. 22. Variarum Lectionum, *Outramum* lib. 1. de sacrificiis c. 13. et *Andream Christophorum Zellerum* ad *Maimonidem* de vacca rufa pag. 244. *Ioan. Christoph. Wichmannibausen* et *Ioan. Henr. Erdmannum* in dissertationibus tribus de *QWN* sacrificiis piaculari pro noxa offerendo. *Witteb.* 1716. *Henric. Venemam* Dissertat. saer. lib. 2. c. 6. § 18. p. 322. et *Bernh. Sebast. Cremerum* in *Poecele* Antiquitat. sacrar. T. 1. p. 75. De sacrificio auis vngue sectae interpretes *Leuitici I, 14* seq. et *V, 7* seq. *Rev. Theodorus Dassoutus* in diss. de aue vngue secta et in sacrificia oblata, *Vitreb.* 1697. *Ioach. Käbnius* *peitide* 2. *Quaestionum Philologicarum*, vulgatarum *Argentorati.* p. 5. *Ioan. Henr. Hottingerus* in dissertat. de sacrificiis auium, *Marpurgi* 1706. et in dissertat. de duabus aibus leprosi. *ibid.* eod. atque *Ioan. Georg. Michaelis* de duabus aibus purgationi leprosi destinatis. *Halae* 1737. De thymiate eiusque adolendi ritu et de thuribulo, in quo suffragam sacerdos faciebat, praeter *Ioan. Clericum* et alios ad *Exodi XXX.* confer *Ioan. Braunsium* II, 5 sq. *Selectorum Sacrorum*, et dissertationes *Danielis Weymari.* *Ienae* 1678. *Ioan. Conradi Kesleri.* *Bremae* 1700. *Georg. Fridrici Rogalli.* *Regiomonti* 1724. *Ioan. Georg. Michaelis.* *Francof. ad Viadr.* 1735. et recusam in Eiusdem observationibus sacris p. 71 sqq. *Conr. Ikenii.* *Bremae* 1742. atque *Christiani Ludov. Schlichteri.* *Halae* 1754. De salis vsu in sacrificiis videatur *Henrici Pontani* Oratio de sale sacrificiorum. *Traiecti* 1703, 4. *Ioan. Henric. Maini* *Exercitationum Philologic. et Exegeticar.* Tom. 1. p. 573. *Hermannus von der Harde* *Ephemerid. philolog. Discursu XI.* p. 197 sqq. edit. in 8vo. *Francisci Wokenit* dissertatio de salitura oblationum Deo in *V. T. sacrarum, Lipsiae* 1727. et in *Eius-*

Eiusdem Meltematibus antiquariis. Wittebergae 1730, 4. pag. 57 sqq. *Ioan. Patri Hallerordt* disputat. de foedere salis Lips. 1701. *David. Millium* de usu salis in sacris Israelitarum eiusque mysterio, Traiect. ad Rhen. 1734. et *I. G. Carponium* ad Goodwinum, p. 716 sqq. qui etiam ibidem p. 723. de melle, et quod illud altari non fuerit inferendum disserit. De vaccae rufae sacrificio praeter interpretes, ad Num. XIX. et Hebr. IX, 13. Epistol. Barnabae c. 8. et Maimonidis libri, et iam laudatum Zelleri commentarium Amstelodami 1711, 8. conferantur *Ioan. Bened. Carponii* dissertationes duae. Lipsiae 1668 et 1670, 4. *Daniel Landius* de vacca rufa. Vpsaliae 1706, 8. *Antonius Driessen* Exercitationum Academicarum, Groningae 1719. editarum, exercitatione IV. *Ioannes Outyrimus* T. 4. Commentarii in Epistolam ad Hebraeos, p. 667 sqq. *B. S. Cremerus* T. 2. Antiquitatum Mosaicotypicarum, p. 357 sqq. et *Ioan. Conr. Kestleri* dissertationes 2. de sacerdote vaccam rufam comburentem. Breae 1702. Ad dantur *Theodori Daffonii* disputatio de lustratione Hebraeorum, Wittebergae 1692. recusa T. 1. Thesauri noui Disputationum, pag. 823 sqq. *Salomo Deylingius* Observatio sacrae. Part. 2. pag. 208. et P. 3. pag. 70. *Ioan. Marchius* Fascicul. dissertation. philologico-exegeticar. pag. 114 sqq. *Conradi Ikenii* disputatio de asperionibus Hebraeorum. Breae 1725. *Pauli Hülfii* de asperione per hyssopum. Groningae 1708. *Imman. Ern. Habnii* de expiatione per hyssopum facta. Witteb. 1735. *Ioan. Christoph. Wichmannshausen* de aspergillo Hebraeorum sacro. Witteberg. 1719. *Ioan. Schmidii* de cinere in sacris usu, Lipsiae 1722. et *Ioan. Jac. Quandtii* de cinere in sacris Hebraeorum. Regiomonti 1722. De lepra et purgatione leproforum praeter tractatum Talmudicum **לְמַעַן** legantur *Henrici Hülfii* commentatio de purgatione leprae, adiecta Eiusdem commentario de praerogatiuis priscae Israelis, pag. 859. *Ioan. Clerici* dissertatio Commentario Eiusdem in libros Historicos V. T. adiuncta. *August. Calmetus* T. 1. dissertationum Biblicarum, pag. 74. interpretat. latinae; et P. 2. p. 143. interpretat. germanicae. *Bernb. Sebast. Cremerus* T. 2. Antiquitatum Mosaicotypicarum, p. 273 sqq. *Jac. Altingius* Opp. T. 5. pag. 300. *Thomas Bartholinus* de morbis Biblicis. c. 8. *Ioan. de Mey* Physica sacra. p. 147. *Ioan. Jac. Scheuchzerus* Physic. sacrae. P. 2. p. 456 sqq. *Georg. Wolff. Wedelius* Exercit. medicophilologicarum, centuria II. pag. 93 sqq. *Jonathan Harle* in libro, anglico sermone edito, *An historical Essay on the State of Physick in the old and new Testament*, p. 17. *Ruardus Andala* de expiatione leproli, in Exeg. illustr. loc. Scr. *Jacob. Rbenferdus* de lepra cutis Hebraeorum, in Io. Georgii Meuschenii N.T. ex Talmude illustrato. p. 1057 sqq. *Ioan. Christian. Kirchmeieri* sylloge exercitation. academicarum, pag. 78 sqq. *Ienkin Thomasii* dissertationes varii argumenti. pag. 460 sqq. *Philippi Ousejii* dissertatio de lepra cutis Hebraeorum.

Franeq. 1709. *Math. Chr. Rasmieri* de lepra Mosaica. Gryphisw. 1723. et *Nicolaï Nomsii* de leprae aedium mysterio. Bremae 1744. De ratione typica sacrificiorum expiatoriorum differit *Bernhardus Waltherus Marpergerus* duplici libello Germanice edito: Das große Sühn- und Sünd-Opfer des großen Versöhnungstages, als ein deutliches Vorbild des Leidens, Sterbens und Auferstehens Christi. Norimbergae 1733. 8. Das letzte Sünd-Opfer im Gesetz, als ein vollkündiges Vorbild des gekreuzigten Jesu. Dresdae 1735. 8. De causis, quare pisces immolari non iusserit Deus, commentati sunt *Cornelius & Lápide* in Leuitic. I, 2. pag. 614 sqq. *Ioan. Buxtorfius*, Pronepos, Catalect. Theologicophilolog. p. 233. et *Albertus Vogetius* in Oratione de natalibus ad aram sehouae non factis Medioburgi 1723, 4. In Museo Bremensi T. 1. pag. 376. quaeritur, cur de corde et cerebro in sacrificiis offerendo nihil praecipuum fuerit? cui respondit *Frider. Conrad. Albertus de Trauen* in dissertat. de corde et cerebro victimarum, Bremae 1731. cui iungit *Ioan. Georgii Michaelis* dissertationes duas de victimarum corde et cerebro, Francof. ad Viadr. 1730, 4. recusas in Eiusdem Obseruationibus factis pag. 1 sqq. in quibus euincere studet, in holdcaustis et sacrificiis auium cor ac cerebrum simul esse oblata, aut in sacrificiis pro peccato et pro reatu, atque in Pacificis ea ab altari fuisse excepta. De renibus animalium, praecipua sacrificiorum parte prodit dissertatio *Io. Dan. Cramerii*. Seruestae 1714. De ablegminibus sacrificiorum Deo in altari offerri solitis disputationem habuit *Conr. Ikenius*. Bremae 1743. De impositione manuum apud Iudaeos in sacrificiis adhibita exstat dissertatio *Dan. Gortzii*. Witteb. 1713. defensa:

III. De ἀνθρώπων θυσιῶν Abrahamo a Deo iniuncta vide interpretes ad Geneseos XXII. Deus tamen prompta voluntate Abrahami contentus, filium ab eo mactari vetuit, hoedum permittit. Hinc in Lege Mosaica nunquam homines immolari sed primogenitos etiam pretio redimi iussit, aliisque sacrificiis expiari. Immolationes contra hominum Molocho siue Saturno factas, seuerè prohibuit. - At inter gentes nihil crebrius fuit immolatione hominum, quod ratio illis dicitaret, sanguinem mutorum animantium non esse posse aequiualens pretium Deo. Confer *Eusebii* Orationem de laudibus Constantini p. 646 sq. et pag. 659. vbi ait, Hadriani Imperat. temporibus cessasse morem illum inhumanum. *Hugonem Grotium* libro de satisfactione Christi contra Sociam pag. 132. et *Io. Lomecierum* de gentium lustrationibus c. 22. De ἀνθρώπων θυσιῶν veterum Phoenicum et Carthaginiensium (de quibus vide sis *Diodorum Sic.* libro 20. Tom. 2. pag. 756 et 798. *Suidam* in *Ξαπόδιος*) pluribus agit idem *Grotius* ad Deuteron. XIX, 10. et *Hendreichius* in Carthagine p. 180-191. De aliarum gentium more simili videndus *Herodotus* IV, 62. vbi de Scythiis captiuo-

sacrificium centesimum quemque Marti immolantibus, et cap. 103. ubi de
 Tauris Iphigeniam colentibus immolatione nazfragorum et Graecorum ad se
 delatorum. *Porphyrus* libro 2. de abstinendo ab animalibus: *Eusebius* Orat.
 de laudibus Constantini pag. 646. et *Constantinus* Oratione, ad Sanctorum coe-
 tum cap. 16. pag. 589. *Io. Seldenus* de Diis Syris, passim. *Elias Schedius* de Diis
 Germanorum, c. 31. p. 557 sqq. et p. 595 sqq. *Ioan. Meursius* in Cypro lib. 1.
 cap. 8 et 21. atque in Laconic. l. 2. c. 14. *Ioan. Michaele* ad Gassarelli curio-
 sitates inauditas p. 95 sq. *Io. Braunius* in selectis sacris, *Hermanus Witsius* L. 3.
 IV, 8. Aegyptiacorum cap. 7. contra Marshamum: *Petrus Daniel Huetius* in
 Alnetanis quaestionibus pag. 278. *Io. Clericus* in indice ad Stanleii Philoso-
 phiam orientalem voce *infans*: *Io. Freinshemius* ad Flori III, 4. n. 2. et Curtii
 IV, 3. 23. Viri docti ad *Caesarem* VI, 16. de Bello Gall. *Iustinum* XIX, 1. 10
 sqq. *Phil. Camerarius* Centur. 1. Hor. subcesiv. c. 59. *Io. Wiernus* de praestigiis
 Daem. lib. 1. cap. 6. *Franciscus Fernandus de Cordona* Didascal. mult. cap. 18.
 pag. 186. *Phil. Chuernerus* Germaniae antiquae p. 250 sq. *Stephanus Ioannes Ste-*
phanus ad Saxonem Grammaticum pag. 92 sq. Molocho infantes non tantum
 lustratione per ignem, ut sensit Maimonides, sed plena combustione consecra-
 tos esse ostendunt *Hadr. Rolandus* parte 2. diss. Misc. p. 114 seq. *Io. Marschius*
 exercitatione textuali ad Levit. XVIII, 11. *Braunius* aliique. Prae ceteris de
 barbaro hoc homines immolandi more apud varias gentes recepto egerunt
Jacobus Gensius in opere duos in tomos diuiso quod inscribitur Victimae Hu-
 manae, Groning. 1675, 12. *Io. Ionsenii* siue *Ionsii* tractatio de *ανθρωποθυσιαις*
 gentium, Hamb. 1654, 4. *Christoph. Cellarius* et alii ad Minucium Felicem
 cap. 30. *Io. Potterus* pag. 230. Archaeol. Gr. *Io. Ioach. Mullerus* in historia et
 moralitate *ανθρωποθυσιαις*, Lipsiae 1682. *Christi. Henr. Bartholinus* in dissert.
 de ritu sacrificandi homines apud ethnicos, Hafniae 1704. *Ioan. Guil. Janus*
 dissertationibus duabus de *ανθρωποθυσιαις* origine, Witteb. 1704, 4. *Io. Bapti-*
sta Thiaudierius de Boissy de victimis humanis, Tomo primo Historiae Acad.
 Inscription. p. 55 sqq. edit. Amstelodamensis. *David Martinus* de religione
 Gallorum, lib. 1. *Paulus Daniel Longolius* in Originibus *ανθρωποθυσιαις* a
 vulgari crudelitatis crimine vindicatis, duabus dissertationibus Lipsiae 1729 et
 1734. editis: quas quidem origines inde repetendas quum affirmaret Vir do-
 ctissimus, quod Diis gratum esse putauerint homines, si scelerati, e medio tol-
 lerentur, neque enim innocentes castosque Diis mactatos fuisse; factum est, ut
 eius sententiam sub examen vocaret *Ernestus Florens Rininus* in dissertat. de
ανθρωποθυσιαις Iudaeorum a crudelitatis crimine non vindicanda. Lipsiae 1735.
 Praeter duas illas dissertationes idem argumentum XXXV. Programmatibus
 amplius persequutus est idem *Longolius* Curiae Regnitiorum 1735-1743, fol.

eculgatis. *Simmeltus Langius* in dissertat. de *ἀνθρωποθυσιᾶς* origine. *Flaccus*
 1737, 4. *Ioan. Guil. Bergerus* Progr. de Anthropothyfia gentium profanarum,
 quod recusum est in Eiusdem Stromateo Academico p. 102 sqq. et *Petrus Pe-*
titus libro secundo de *ἀνθρωποθυσιᾶς* cap. 9 et 10. qui ostendit morem ho-
 mines mactandi Diisque sacrificandi per omnes fere gentes introductum, et
 Diabolum carnis humanae esitandae auctorem nefariis hominibus fuisse. Apud
 Aegyptios Amosis, apud Carthaginienses Gelon anthropothyfias fustulit. Vide
Scaligerum ad Euseb. pag. 23. Ac quidem Carthaginienses victos Gelo coegit
 inter conditiones pacis et hanc recipere, *ὅτι πάσονται τὰ τέκνα τῶ Κρόνου κα-*
τὰ θυόντες, quod non amplius vellent liberos suos Saturno immolare. Platarch.
 de fera Numinis vindicta pag. 552. Apud Romanos A. V. C. 657, Senatus
 consultum factum ne homo immolaretur, quod antea late obtinuerat, tum a
 Tiberio hoc facere prohiberi fuit Druides teste *Plinio* XXX, 1. et ab Imperatore
 Hadriano humanas hostias sublatas tradit Pallas apud *Porphyrium περὶ ἀπορίας*
ἐμψύχων, *Eusebius* pag. 154, 156, 164. praeparat. et pag. 659. Orat. de laudi-
 bus Constantini Imp. Idem *Eusebius*. et alii post Christi in carnem aduentum
 immolatos vsquam homines negant: quod tamen non vniverse accipiendum,
 vt ostendit *Antonius van Dahlen* in libro de oraculis: Confer *Conrad. Sam.*
Schurzsteischtm diss. de institutis Druidum § 6. Sane in ipsa Germania nostra,
 in qua hunc morem olim obtinuisse ostendit V. C. *Godofredus Schurtz* eru-
 dito libello, de cruentis Germanorum gentilium victimis humanis, Lipsiae
 1743, 4. eculgato, Gregorii II. adhuc temporibus paganos a Christianis man-
 cipia emere solitos, vt horum cruore Numina placarent foedoque ritu illis sa-
 crificarent, constat ex Epistola Gregorii II. ad Bonifacium, quae est 122: et ex
 vita S. Wulfromii. Praeterimus quae de pueris suo tempore solitis Lucifero
 immolari ab Arabibus narrat, S. Nilus narratione 3. pag. 28. edit. Possini, et
 quae de recentibus variarum gentium *ἀνθρωποθυσιᾶς* ex itinerariis Olferti
 Dapperi, aliorumque peti possunt nullo negotio: nisi quod omnem fidem
 superat, in Insula Formosa quotannis immolari 18000. corda infantum puel-
 lorum, vt refert *Psalmanazarus* in descriptione illius insulae pag. 38; 42; 44.
 De hominibus piacularibus (qui *καθάρματα* et *περὶψήματα* graecis dicti sunt)
 vide *Christoph. Georgii Mayeri* dissertat. Lipsiae 1686. editam, recusam in
 Menthenii Thesauro Theologicophilolog. T. 2. p. 312 sqq. *Georg. Dav. Zie-*
gra dissertat. de eod. argumento. Witteb. 1693. recusam in eiusd. Menthenii
 thesauro, Tomo eod. pag. 510. *Phil. Oegerli* dissert. de *καθάρματι* gentilium,
 Lipsiae 1707. eculgatam. *Benedicti Aueranti* dissertat. 17. ad Euripidem, T. 1.
 Opp. pag. 439 sqq. qua agitur, de more hostias humanas immolandi mortuo-
 rum vmbri, et gladiatorum caede defunctis parentandi. *Iulii Caroli Schlaegeri*
 dissertat.

III. Abheimsibus civitatem suam sanguine humano illustrantibus. Helmstad. 1739. editam. De *Abheimsibus* Pilati consule Interpretes ad Luc. XIII, et *Aug. Theodor. Hoffmannii* dissertationem de hoc argumento, Lipsi. 1724. euulgatam. De more se deuotendi pro salute alterius *Theod. Crügeri* dissertat. Witteb. 1724. De deuotionibus veterum in bellis conferatur *Io. Petri Milleri* dissertatio de hoc argumento Lipsiæ 1730. editam.

IV. Spectat etiam ad hanc *αὐθιγὰν* *Ἰουδαίων*, quod Iudæis obicitur a *Iac. Geusio* tum in libro de victimis humanis, tum in dialogo cui titulus *Amas et Caiphas fugitiui ex orto*, aliisque, illos Christianorum infantum sanguine ad sacra sua abuti, quod falsissimum esse et calumniam meram, contendit *Isaacus Vius* in vindice sanguinis contra *Geusium* (quod de libro vide *Acta Erudit. Anni 1683. pag. 206.*) et *Clar. Wagenseilius* parte 2. *Petæ* librorum iuuenilium solumenti secundi pag. 135 sq. qui fontes huius imputationis indicat pagina 152 sq. Tum in epistola de infundibulo suo p. 73 sq. vbi promittit et delineat singulare opus de hoc argumento, quod inscribit *iudicium sanguinis* ex Exodi XXII, 2. De eodem argumento postea breuem libellum Germanica lingua conseruauit, ediditque. Disputat etiam inter alia *Wagenseilius* aduersus eruditum virum *Wilh. Ernest. Tenzelium*, qui in vernaculis dialogis mensuris anni 1693 et 1694. multa in contrariam partem disseruit. Idem *Wagenseilius* dissertatione de re monetali Romanorum obseruat hebraicum vocabulum *Dam*, et sanguinem notare et pecuniam Iudæis, nec quicquam hos audius expectere quam illud *Dam*, h. e. pecuniam Christianorum. Confer *Meursii* Exercitationes criticas, parte 2. cap. 2. Veram tamen hanc originem esse criminationis in Iudæos iactatae, merito negat *Reu. Io. Wulferus* in thesiaca Iudæica pag. 79. qui ipse de hoc argumento legendus. Quosmodum et *Io. Andreas Eisenmengerus* in detecto Iudaismo parte 2. cap. 3. et *Io. Iac. Schudrius* in memorabilibus Iudæicis, parte prima, p. 467. Neque vero Iudæos a sanguine et carnibus Christianorum vorandis iam olim abhorruisse, patet vel ex *Dionis Cassii* Traiano, sub extremum. Quandoque tamen iniuriam illis factam a Christianis quoque, neququam abnuerimus.

V. De more mactandi boves in foederibus, et iurisiurandi sanciti a transeuntibus inter medias partes *τοῦ* sacrificii, ad illustranda loca Gen. XV, 17. et Ier. XXXIV, 18. præter *Grotium* aliosque interpretes vide *Senecam* lib. 3. de ira c. 17. *Lucian.* in *Toxari* Tom. 2. pag. 64 seq. *Suidam* in *Βούσῳ* *Μολοσσῶν* et *ἐπὶ Βύσσῳ*; *Philostratum* L. VI. de vita *Apollonii* c. 21. fol. 264. edit. nouas; *Cyrrillum Alexandrin.* p. 389 sq. contra *Julianum*, editionis *Span-*

Q 9 9 3

he.

* Subiungitur ille *Reu. viri Io. Wulferi* *Thesiæ* Iudæicæ ad examen reuocatae. Nomsb. 1681, 4.

hemianae, ubi praefatur locus, ex Sophoclis *Antigone* p. 271. *Didym. Crisp.* fem. l. 1. de bello Troiano, cap. 115. ubi porcum maris mactatum esse commemorat. E recentioribus *Thom. Gatakerum* cap. 42. aduersarior. *Fortunatum Saeculum* III. Myrothec. s. 69. sq. p. 1115. sq. *Bocherium* parte 1. *Herozoici* lib. 2. s. 32. *Io. Conrad. Dietericum* antiquitat. *Biblicar.* Vb. T. p. 633. *Ioach. Kubnium* pentade 2. quaest. 2. *Memorias Brixienles. Octavi. Ruffi. siue Rubei.* Italice vulgare pag. 41. editionis Anni 1693. 4. et *Zernio* exeat. *Bibliothec. Antiquario* exeget. pag. 106. in quibus addantur *Georgii Schubarti* dissertatio de moribus gentium circa foedera. Ienae. 1689. 4. *Ioan. Daniel. Jacobi* dissertat. duae de foederibus veterum per dissectionem animalium factis. Lipsiae 1710. et 1711. *Ioan. Kymarchii* dissert. de ritu foederum. Vpsal. 1703. 8. et *Ioan. Ern. Gerberdi* dissertatio de ritibus foederum gentis hebraeae. Wittebergae. 1659. Hinc Hebraei dicunt foedus diuidere, pro sancire foedus כרות הכרית, vsq. Latini foedus icere, ferire, percussere, de quibus phrasibus confer *Briffonium* de formulis sollemnibus P. R. lib. 4. pag. 338. Coniunctionis per viscera sacrificati hominis, quae deinde comederunt, mentio apud *Diodorum Siculum* pag. 265. excerptor. *Peirescii*, et *Dionem Cass.* LXXI. pag. 803. siue edit. recentiss. p. 1180. De alijs ritibus contractuum per traditionem calcei, et chirothecae *Buxtorfius* p. 1443. *Lexici Talmudici.* De ritu Arabum *Herodorus* III. 8. De porco in foederibus Romanorum dissertit *Fuluius Ursinus* de famil. Roman. pag. 289. *Gutherius* de I. P. IV. 18. *Io. Phil. Cassel* in commentat. de porco in vexillis et foederibus apud vet. Romanos, Magdeb. 1748. 4.

VI. De Sacrificiis Gentium lustratorijs atque expiatorijs *ἱλασμοῖς, ἀγνισμοῖς, καθαρτισμοῖς*, quae Latinis *placamina, sebrua, piamina*: praeclare dissertit *Hugo Grotius* c. 10. libri de satisfactione Christi aduersus *Socinum*, *Ioannes Lomcier* de lustrationibus gentium c. 23. *Magnus Daniel Omeisius* de expiationibus apud veteres gentiles vltaria. Altorfii 1700. *Hemmingus Forelius* in dissert. de sacrificiis gentium expiatorijs, Vpsal. 1703. 8. *Frider. Gust. Jabr* in dissertat. de sacrificiis gentium *ἱλασμοῖς* ex veterum Hebraeorum disciplina deductis. Witteb. 1731. De alijs Ethnicorum sacrificiis consulendi praecipue *Guil. Struckius* in descriptione sacrorum sacrificiorumque gentium Tiguri 1598 et 1679, fol. et inter opera iunctim recusa Lugd. Batav. 1695 fol. *Lilius* quoque *Gyraldus* Synagmate XVII. siue vltimae historiae Deorum, Tomo 1. operum *Ioan. Saubertus* in conlectancis, de sacrificiis veterum quae prodierunt Ienae 1659. 8vo. et curante *Clariss. Crenio* recusa sunt Lugduni Batav. 1698. 8. *Io. Eric. Ostermannus* de sacrificiis gentium. Wittebergae 1647. et *Angelus Maria Riccius* in dissertatione de sacrificiis, quae legitur Vol. 2. Eiusdem.

Dei differtat. *Homenicar* pag. 167 sq. De Graecorum sacrificiis versibus *Ioan. Potteram* III, 4. *Archaeolog. Gr. Io. Goubofr. Lakmaderum* Antiq. Graec. Sacr. P. 3. cap. 1. *Ioan. Vlr. Scetaboserum* Graec. Sacr. P. 1. cap. 2 - 6. et *Christianus Bruning* Compend. antiq. Graec. c. 21. De sacrificiis Romanorum singularem egerit *Paulus Merula* in operibus postumis Lugd. Batav. 1684. 4. editis. *Gulielmus Obolius* in opere Gallico supra laudato de Romanorum religione, *Servius Syntagmatis* capite 8. *Klippingius* libro 1. Antiquit. Romanor. cap. 11. et *Ioan. Arnobius Bellmannus* in diss. de ritu sacrificandi Romanorum. Vpsal. 1709. 4to. vbi c. 3. conuententia cum sacrificiis Hebraeorum ostenditur. De sacris Taurobolis, criobolis et similibus copiose disseuit *Anthonus van Daale* in diss. 1. earum, quas Antiquitatibus illustrandis edidit Amstel. 1702. 4. et auctor *Anonymus* scripti Gallici: (*Claud. Gros de Boze*) *explication d'une inscription antique trouuee depuis peu à Lyon, où sont decrites les particularitez de sacrifices que les anciens appelloient tauroboles*, Paris 1705. 8. et in *Memor. Acad. Inscription. T. 4. pag. 111. sqq.* edit. Amstelod. Vide et *Reineff* Epistolas ad Rupertum pag. 620. et *Commentar. ad Inscriptiones Veteres* p. 76, 211, 212. *Seldenum* III, 14. 8. seq. de *Synedriis Hebraeor.* *Gutherium* IV, 19. de iure pontificio, T. 5. Graev. *Spontium* in *Miscellaneis eruditae antiquitatis* p. 98 seq. *Fleetwoodum* ad *Inscriptiones selectas* p. 161 sq. *Petrus Zornium* in *Bibliotheca Antiquario-exegetica* p. 1081 sqq. *Philippi a Torre* explicationem inscriptionis Taurobolii Lugdunensis, in *Sallengrii Thes. nouo antiquit. Rom.* T. 3. pag. 853. *Ioan. Harduini* explicationem Taurobolii et Criobolii, insertam *Memoris Trevul-tinis* A. 1726. pag. 1859. *Michaelis de la Roche* in *Memoirs of Literature*, T. 4. pag. 340 sqq. *Raphael Fabretum* p. 665. *Inscript. Anton. Riccantellam* et *Ioan. Paulam Ricobuum* ad *Marmor. Tauriniensium partem 1.* p. 19 sqq. *Raccolta d'Opuscoli scientifici*, T. 3. pag. 445 sqq. et *Nathan. Friderici Kautzii* dissertat. de Taurobolio. Lipsiae 1738. editam. Nihil aliud significat Taurobolii vocabulum proprie, quam bouicidium, vt notauit *Salmasius* pag. 8. *Solin.* de similibus Criobolium, Aegobolium etc. sacrificium ac caedem arietis et caprae: taurobolio autem vel triobolio aut aegobolio renati dicebantur qui sacrificio et sanguine tauri, vel arietis vel caprae lustrati erant. Taurobolatae petrae mentio in veteri inscriptione apud *Gutherium* II, 5. de iure Veteri Pontificio, Tom. 5. *Antiquitatum Graeuii.* De Suouetaurilibus, siue sacrificio ex sue, oue et tauro, lustrali censuram sacro, (v. *Ezech. Spanhemium* *TOUR* 2. numismat. pag. 101.) vide sis *Philippum Rubentium* lib. 1. electorum c. 11. *Sest. Pitisci* *Lexicon Antiquitatum Romanar. in solitaurilia.* *Hent. Morisum* in *dissertat. de votis decennialibus Imperatorum* pag. 76. *Ciaccontum* ad columnam Traiani. N. 78 et 188. *Fabretum* pag. 141 sqq. et 154 sqq. vbi maiore ea fuisse et mi-

noti abstraxit. *Jacobus Gutherius* lib. 14. de iure veteris pontificis. cap. 18. quo
 totus quarto libro erudite et diligenter ritus Romanos circa sacrificia et sacra
 uniuersis generis explicat. (Tomo 1. Graeuii.) *Montfauconum* T. 2. supplementi
 antiquitatis illustratae p. 73 sq. *Gull. Gboulum* pag. 301. relig. Romanor. Io.
 Clerici Bibliothec. selectam T. 17. p. 168 sqq. ubi de Turoboho Iduee matris
 differit. *Laurentium Begorum* T. 3. Thes. Brandenb. p. 1403. et *Joan. Phil. Casselii*
 dissertationem de sacris sacrificiis gentium. Magdeb. 1743. 4to. pag. 29 sqq.
 De sacrificiis et fodibus Aualibus consulte *Andr. Girini* librum de vrbe Ro-
 ma c. 55. *Sponii* Misc. erud. antiquitatis sect. 1. artic. 2. *Ioan. Pauli Reinberdi*
 dissertationem de hoc argumento. Erlangae. 1744. et eundem *Casselium* dissert.
 laudat p. 22 sqq.

VII. Variis de variatum gentium sacris et sacrificiis, eorumque generibus ac
 ritibus congescit *Alexander ab Alexandro* LV, 17. *Tirapulli* notis illustratus. *Bene-
 dictus Auaranius* dissert. 41-45, ad Virgilium, T. 2. Opp. et *Hem. Aug. Zeibibius*
 ad locum Herodoti II, 47. Miscellan. Lips. nov. Vol. 7. p. 479. Genus etiam sacri-
 ficiorum fuit Hecatombe, quo vel centum victimae simul mactabantur, vel a cen-
 tum simul hominibus offerebantur, quoque in hoc temporis aetate centum erat
 victimarum, vide *Bourdellorum* p. 61. ad *Heliodorum*. et praeter illustrem
 illum *Homeri* locum *Iliad.* B. v. 305-321. consulte *Pfifferum* *Antiq. graec.* lib. 1.
 c. 20. *Meursium* *Laconie.* II, 14. et *Graec. fetiar.* 13. *Pottii* *Archaeol. Graec.* II, 4.
Lakemacherum *antiquit. graec. sacr.* P. 3. c. 1. § 11. p. 346. et *Pitisei* *Lexicon*
vnice Hecatombe, ubi plures scriptores recensentur. De vasis et instrumentis,
 quorum ad sacrificia et in sacris usus erat, agit idem *Jacobus Gutherius* lib. 14.
 capite vltimo. *Micbael Augustus Cauffens de la Chasse* de insignibus Pontificis
 Maximi, Flaminis Dialis, et instrumento sacrificantium, in eodem Tomo. 7.
 Graeuiano: et cum accessionibus recensus Romae 1747, fol. Plura etiam eius-
 modi vasa et instrumenta factorum exposita videre licet a *Philippo Bonanni* in
 Musaei Kircheriani classe prima, Romae 1709, fol. a *Bernhardo Montfaucono*
 T. 2. Antiquitatis explicatae, et T. 2. supplementi lib. 3. p. 56 sqq. et T. 4. p. 72.
 ac *Nicolao Choualierio* in libro gallice composito: *Remarques sur la piece anti-
 que de bronze, trouvée aux environs de Rome.* Amstelodami 1694, 8. De vase
 sacro vide *Ern. Sal. Cypriani* *Programma* Coburgensia, p. 131 sqq. *Ioan. Hein-
 richi a Seebri* *Miscellanea.* p. 264 sqq. *Ioan. Nicol. Funckii* *Dissertationes* *Acade-
 micas,* Lemgoeas 1746, 8; pag. 375 sqq. et *Memorias Academiae Inscriptio-
 num,* T. 2, pag. 130 sqq. De simpulo siue simpuio fictili, quo vinum libaba-
 tur, vide *Philippum Rubenium* II, 8. electorum. Sacrificium in quo reliquiae
 epularum igne consumebantur, vocatum est *Procrusia*, de qua vide *Fessum* et
Io. Bapt. Douium de paenula pag. 323 seq. ex *Macrobio* lib. 2. cap. 2. *Sarurnal.*
 refe-

referentem iocum Catonis, qui Albidiam quandam, qui sua bona comedisset, et nouissime domum, quae ei reliqua erat, incendio perdidisset, festiue dixit, proteruiam fecisse. De igne diuinitus immisso sacrificiis Abelis, Noachi, Abrahami, Moysi, Salomonis etc. consulendus Io. Buxtorfus in Exercitationibus ad Historiam arcae foederis, ignis sacri et caelestis, Vrim et Thummim, Mannae, petrae in deserto, et serpentis aenae Basil. 1659, 4to. Exercitatione Secunda. Nicolai Kosppeni dissertatio de igne caelesti. Gryphiswaldiae. Hist. Christoph. Kaarbol schediaisma de igne sacro templi secundi, Hafniae 1707. et Alberti Schumacheri disputat. de ἑκατόμοις sacrificii Abelis, Bremae 1718. De simili igne iactato apud Gentes, vt apud Herodotum lib. 1. c. 59. Pindarum Olympionic. Oda 7. Solinum c. 5. (al. 11.) vbi de Sicilia, et cap. 30. (al. 43.) vbi de Aethiopia: Ammianum Marcellin. XXIII, 6. pag. 374 seq. Hustius in Aenetanis quaestionibus pag. 216. Cerda ad Virgilii Eclogam VIII, 105. Kircherus Tom. 1. Oedipi pag. 233. Iobus Ludolfus commentario ad Hist. Aethiopicam pag. 302. Petri Bailli dictionarium historico-criticum in voce Eynatia, et Ioan. Gottlieb Bohmii dissertat. duae de igne gentilium sacro in Israelitarum sacra iniurio. Witteb. 1718. De diis, quibus nulla sacrificia, nullas hostias caedere fas erat, agit ex veteribus Porphyrius in libris de abstinendo a nece animalium, e recentioribus Alexander ab Alexandro lib. 2: genialium dier. cap. 22. vbi iterum adde sis Tiraquellum. In Palilibus quoque, qui dies vrbi Romae natalis erat, et in Terminalibus victimam nullam immolatam esse constat, licet contrarium, vt poetica fide, scripserit Ouidius. Vide Iuvenem Villiomarium (sive Iosephum Scaligerum) in locos controuersos Roberti Titii pag. 20. In ara Apollinis nullum animal sacrificabant Delij, tantum preces offerebant teste Macrobio lib. 3. Saturnal. cap. 6. adde Esach. Spanhemium in notis ad Callimach. p. 83. Caelestes Deos vltroq; odore ac suffitu, terrestres cibis ac comestationibus gaudere creditos, idem notat diss. 4. de vsu numismatum p. 299. edit. Amstelodamensis. De sacris Romanorum gentilitiis consuli possunt Ern. Mart. Cledonius cap. 4. libri de gentilitate veterum Romanorum, et Iustiniani Thoellden commentatio de hoc argumento, Lipsiae 1742. edita. De priuatis sacris confer Chr. Gottl. Schwarzii dissertat. de sacrorum detestatione. Altorfii 1726. et auctior. 1729. De haereditate sacrorum Car. Christi. Woogii disputationem. Lipsiae 1738. De lectisterniis Ezechielem. Spanhemium de vsu numismatum T. 2. p. 193 Philipp. a Turre monument. veter. Antii p. 318. Alstorphius de lectis veterum p. 168. Jac. Rbil. Tomasinum de donariis cap. 4. Tom. 12. thesauri Graeuiani p. 2149. Philippum Ludou. Hamkenium de cura domestica Romanor. Tom. 1. thes. Sallengriani p. 1272. Ios. Laurentium de prandio et coena veterum, c. 21. et Christi. Erdmanni Schumannii commentationem de lectisterniis Romanorum

in S. Codice frustra quaeritis. Lipsiae 1739. De sacrificiis Germanorum gentium auerruncandi incubi causa factis vide *Godofr. Schützii* Exercit. ad Germaniam sacram gentil. facientium ultimam. De sacrificiis gentium Americanarum Bibliothecam Francicam (Bibliothèque Française) T. 4. pag. 116 sq. et *Lastauium* T. 1. p. 179 sqq.

VIII. In diuersis sacris, diuersis Diis, diuersa quoque suffimigia, diuersae victimae, coronae, caerimoniae, ligna diuersa comburendis sacrificiis, diuersae aquae etc. adhibebantur, de quibus Kircherus Tom. 1. Oedipi p. 232 sq. et Tom. 2. part. 2. p. 538 sq. Ex animalibus quaedam quibus Diis sacrificata fuerint (nam laribus thure tantum et vino litabant, ut praeter alios notat *Cerda* ad Virgilii *Eclogas* pag. 5.) ut gratas hostias et victimasque praebent, persequitur praeter eundem Kircherum T. 1. p. 238 sq. *Ioannes Textor* in officina pag. 57 seq. *Alexander ab Alexandro* III, 12. *Antonius Clarus Sibius* ad *Leges regias* et XII. tabularum p. 99 ad 103. *Saubertus* cap. 22 seq. de sacrificiis, *Ioan. Potterus* p. 124 sq. ad *Lycophronem*. Aves Diis sacras refert idem *Textor* p. 281 seq. et *Animalia inauspicata* p. 279. Quibus animalibus singuli Dii vel Deae vehentes ducantur, idem p. 70. et *Beda* T. 1. Opp. pag. 369. licet haec in parte non semper Mythologi sibi nec Poetae consent. De animalibus quae Diis deuota, ἀφωρα et vaga sine custode dimittebantur, praeter *Petrum Victorium* XXVIII, 24. Var. Lect. et *Casaubonum* ad *Athenaeum*, *Iac. Gutherius* III, 13. de veteri iure Pontificio T. V. *Graev.* Morti et furiis sacra animalia vide apud *Vossium* lib. 9. de *Idololat.* cap. 39. Constat autem animalia Diis sacrificata fuisse, vel quod illis inuisa iudicarentur ut *Cereri* porca, *Hecatae* canis: vel quoniam illis putarentur Dii lactari et delectari, ut *coruo* et *cygno* *Apollo* vel ob qualemcunque inter Deos et victimas contumeliam ac similitudinem. Sic inferis Diis et Manibus offerebantur hostiae ἀγονοί siue steriles, pronae et nigrae siue furae: Confer *Zosimum* II, 3. § 5 et 6. *Stephanium* p. 54. ad *Saxonem Grammaticum* et *Gutherium* IV, 8. vbi de sacris Inferorum: superis contra et bonis Diis albae, foecundae, εὐορχοί et τετραχλιόμυτοι siue obtorto versus caelum collo. *Rhaeae* siue *Cybelae*, Deorum matri proprio sanguine litabant sacerdotes. *Rhodii* quadrigas *Soli* consecratas quotannis, *Illyrii* quaternos equos nouo quoque anno in *Nepruni* gratiam iaciebant in mare. Vide *Festum* in *Hippius*, et de *Mithridate* quadrigas alborum equorum in altum demergente *Appianum* *Mithridatic.* f. 218.

Plantas Diis sacras herbasque et arbores persequitur *Poeta Graecus Anonymus* (*Rufus Ephesus* ni fallor, licet *Pamphilium Alex.* maluerit *Lambecius*

⁹ Hostia dicta de minoribus animalibus, ut ouibus et volucribus, victima de magnis, ut tauris.

cina II. p. 593. et VI. p. 90.) editus ad calcem Dioscoridis, editionis Aldinae 1522, 4to. et cum versione ac notis eruditus D. *Ioan. Rendtorfsi* Hamburgensis redditus a me libro tertio Bibliothecae Graecae cap. 26. additis Graecis scholiis, siue argumentis, quae leguntur etiam inter notia Dioscoridis pag. 476 sq. edit. Saraceni, et auctiora existant in Codice antiquissimo Dioscoridis, quem feruat Bibliotheca Caesarea Vindobonensis. Graeco illi Poetae addes *Phaedrum* lib. 3. fabula 17. *Plinium* lib. 12. cap. 1. *Nicol. Muttonum* praefatione ad Serapionem medicum a se translatum, *Ioan. Textorem* pag. 141. seq. officinae, *Iac. Pontanum* ad Ovidium, *Gerb. Ioan. Vossium* lib. 5. *Physiol.* Christianae cap. 48 seq. et *Io. Meursium* filium in arboreto sacro, Lugd. Bat. 1642, 8. in quo non agit de Plantis quarum in sacris literis fit mentio, sed tribus libris recenset Herbas, Frutices et Arbores quae apud Paganos variis Diis sacrae erant. Videndus etiam *Benedictus Curtius* Symphorianus opere de hortis. *Ioan. Gerb. Wagnerus* in Specimine Arboreti sacri perfectionis, sistente Laurum ex omni antiquitate erutam, Helmstadii 1732, 8. et *Michael Gottlieb Agnetler* in dissertatione de Lauro. Halae 1751. De cultu religioso arborum Iouis, praesertim in Hassia, singularem dissertationem edidit *Ioan. Herm. Schminckius*. Neque omittendum quod *Kircherus* T. 3. Oedipi pag. 65. obseruat numeros Diis sacros vnarium summo Deo, binarium Palladi, ternarium Mineruae, quaternarium Apollini, quinarium Ildi, senarium Osiridi, septenarium Mercurio, octenarium Ammoni etc. De quo plura *Ioan. Meursius* in demario Pythagorico Lugd. Batav. 1632, 4to. et Tom. 10. Gronov. Hinc quot foliis herba vel flos gauderet, ei Deo fuisse consecratum. Pronum quoque est colligere, veteres ad ignem sacrificiorum adhibuisse ligna, ex iis potissimum arboribus, quae Diis, quibus rem diuinam faciebant, erant dicatae, quae de re agunt Struckius lib. 2. de Sacrificiis et Taffnus e. 13. de ludis saecularibus Tom. 8. Antiquitat. Roman. p. 537 sq.

IX. Lubet hac occasione laudare praecipuos quosdam scriptores qui de animalibus et plantis, quarum in sacra Scriptura mentio fit, diligentius egerunt. Et de animalibus quidem primo loco memorandum eruditissimi *Son. Bocharti* hierozoicon, singulari plane eruditione refertum, quod prima vice lucem adspexit Londini 1664, fol. recusum emendatum Francofurt. 1674, fol. et denique inter eius opera Ultraieci 1692. curante *Io. Lousdenio*, duobus in fol. Voluminibus, et An. 1712. Huius operis duplex existat epitome, una *Stephani M. Vescei* siue *Veszei* Vngari, Francoqu. 1690, 4. altera *Idon. Henr. Maii* Theologi Giessensis, in qua non raro Bochartus reprehenditur, et interdum ut videretur non praeter rationem. Francof. 1686, 8. Ante Bochartum historia animalium sacra, sed alio instituto et apparatu alio composuit *Wolf-*

gangus Franzius; Theol. Witteb. quae 1617. Witteb. 8. vulgata, et postea saepius in Germania et Belgio recusa est, hinc continuata, et eruditissimisque accessionibus aucta a Rev. D. Io. Cypriano, Professore tum Physicis; deinde Theologo Lipsiensi edi coepit Dresdae 1697, 2 Vol. 8vo, et absoluta denique prodiit Anno 1712, 4: duobus Volumin. *Ioannes* quoque *Busthamantius*, Complutensis Medicus, de animalibus S. Scripturae reptilibus vere dictis Tomos 2. edidit Compluti 1595, 4. et Lugdun. 1620, 8. Exstat praeterea *Godfr. Mulleri Onegolysa* Biblica, de quadrupedibus terrestribus SS. eorumque attributis et usu mystico. Witteb. 1676, 8. *Hermannii Henr. Frey*, Past. in Eccles. Schwinfurtenensis, therio-ornitho-ichthyo-biblion Germanica lingua vulgatum Lipsi. 1595 et 1605; 4. *Io. Henr. Vrsini* animalium Biblicorum nomenclator, atque de animalibus mundis et immundis, libro 4. miscellan. sacrorum, editorum Norimb. 1666, 8. Vide etiam *Ioan. Conr. Dietericum* antiquit. Biblic. veteris Testamenti pag. 416 sq. et *Eduardi Simons* Angli hieroglyphica animalium, quae in sacra Scriptura reperiuntur, Edinburg. 1622. *Ioannis* item *de Mey* commentaria Physica in Pentateuchum et N. T. Medioburgi 1667, 4. 2 Vol. *Salom. van Till* Zoologiam, siue, commentarium postumum de animalibus quadrupedibus in S. S. commemoratis. Dordraci 1714, 4. *Olaus Raddbeckii*, filii, Ichthyologiae biblicae partes duas de felibus siue piscibus volantibus, et Borith, siue purpura, Vpsaliae 1721, 4. et *Theodori Hafseri* disquisitionem de Leviathane Iobi et ceto Ionae, Breae 1723, 8.

De arboribus, herbis et plantis in sacra Scriptura commemoratis praeter ceteris diligenter egit laudatus *Ioan. Henr. Vrsinus*, cuius arborem Biblicam, primum editum est Noribergae 1663, 8. Postea Anno 1665. Arboreti biblici continuatio siue Phytologia sacra, Herbarius sacer, et Hortus aromaticus, in quo de omni genere Aromatum sacris in literis memoratorum agitur. Vtrumque opus recusum est ibid. 1699, 8. Nec praetereundus *Levini Lemnii* libellus, in quo similitudines ac parabolas, quae in sacra Scriptura ex herbis atque arboribus desumuntur, explicauit, Francof. 1591 et 1596, 12. cui addi possunt *Thomae Browns* observationes de plantis in sacra Scriptura memoratis, *Wilhelm. Sarcorii* herbarium spirituale, Germanice editum, siue de plantis et herbis quarum in Scriptura mentio fit, Francof. 1573. Iungantur *Adriani Cocquii* Phytologia sacra: Vlislingae 1664, 4. *Guillelmi Westmacott* *Geobotanologia*, siue, historia vegetabilium sacra. Anglice. Londini 1694, 8. *Matthaei Hilleri* Hierophyton, siue, commentar. in loca S. S. quae plantarum faciunt mentionem, Vtriae 1725, 4. *Olaus Celsii* Hierobotanicon, siue, de plantis sacrae scripturae dissertationes, Vpsaliae 1750; 8vo. quod opus reliquis huius generis facile palmam praeripit. *Edmundi Castelli* oratio de Botanologica S. S. parte ex scriptoribus Orientalibus clarius enarranda. Londini 1667, 4. *Ioannis Henr.*

Hebraicis disquisit. de vegetabilibus in Talmude memoratis in Actis Francorum eruditis et curiosis, collectione III, V et VII. De melonibus Aegyptiis; ab Israelitis desideratis, commentationem laudatus *Celsus* edidit. Lugd. Batav. 1725, 8. De herba Borith legantur dissertationes *Ioan. Mich. Langii*, Altdorfii 1705. et *Christiani Benedicth. Michaelis*. Halae 1728. De palma eiusdem *Celsi* exercitationes, Vpsal. 1711 et 1720, 8vo. De Dudaim Rubenis *Olai Rudbeckii* commentatio. Vpsaliae. 1733. De myrto dissertatio *Ioan. Rodolphi Crameri*. Tiguri 1731. De cedro *Christoph. Jacobi Trev* historia cedrorum Libani T. r. Nouor. Actor. Acad. Curiosor. pag. 409. et seorsim Norimbergae 1757, 4to. Ceterum Bochartum quoque in animo habuisse Hierobotanicon condere, ex eius Hierozoici parte 2. p. 847. obseruat *Ericus Benzelius* in Actis litterariis Sueciae An. 1721. p. 157. *hunc*, inquit, *si ingredi licuisset paradisum, vidisset arbores, flores atque fructus paucis in nostro orbe visos degustatosque. Certe Lemnior et Vrsinos suorum hortorum poenituisset.* *Blasius* quoque *Caryophilus* hoc institutum sibi fuisse, insignibus quibusdam speciminibus demonstrauit P^o 1. Dissertation. miscellanearum, Romae 1718, 4. euulgatarum.

De gemmis, quarum praecipue Exod. XX. et Apoc. XIX, 19 sq. mentio fit, praeter Ludouicum de Dieu et alios interpretes videndus S. *Epiphanius* liber *περί τῶν δωδεκά λθων*, siue de gemmis in veste Aharonis editus separatim cum versione *Iolae Hieronimi* Tarentini, et auctior ex antiqua versione latina studio *Franc. Foggini*, Romae 1745, 4. atque inter Epiphanius opera a *Petauisio* illustrata Tom. 2. pag. 225. tum in *Matthaei Hilleri* egregii viri libro de duodecim gemmis in pectorali summi Pontificis Tubing. 1698, 4. et in syntagmatis eius Hermeneuticis ibid. 1711, 4to. qui obseruationes suas et *Salmasii* ex Plinianis eius Exercitationibus ad Solinum et Homonymis Hyles iatricae addidit. Tum *Anastafus Sinaita* quaestione 40, quam edidit *Conradus Gesnerus* in collectione scriptorum qui de rebus fossilibus egerunt, Tiguri 1566, 8vo. atque ex alio Codice Manuscript. cum Francisci Turriani versione *Petauius* Tom. 2. Opp. Epiphanius p. 233. Hisce iungendus *Eduardus Bernhardus*, cuius accurata de gemmis S. Scripturae tractatio inserta notis ad fibrum III, 7.6. Antiquitatum Flauii Iosephi pag. 180 seq. *Ioan. Brauuius* libro 2. eruditi de vestitu Sacerdotum Hebraeorum operis, cap. 8. seq. qui p. 631. meminit libri quod de hoc argumento molitus fuerat vir summus *Samuel Bochartus*, sed qui vna cum ipso intercidit. Conferantur amplius *Hugo Broughtonus* in Concentu S. Scripturae pag. 155 seq. *Franciscus Ruus* de gemmis aliquot, quarum mentio fit in Apocalypsi, Francof. 1596, 12. et alibi, vna cum *Leuino Lemnio* de plantis Biblicis, subiuncta *Paschasis Balduini*, Canonici Phalempinensis, Epistola eiusdem argumenti. *Hyacinthi Gemmae* historia lapidum, mineralium et gemmarum,

rum, de quibus in S. S. mentio. Italice, Neapoli 1730, 4. *Andreas Baccius* de duodecim gemmis S. Scripturae: *Bernb. Lamius* lib. 3. cap. 4. p. 425 sqq. introductionis in S. Scripturam: *Ioan. Guil. Baierus* fil. Professor Altdorfinus in dissertatione de sapphiro S. Scripturae, Altdorf. 1705. qui lazuli lapidem illo denotari contendit, atque Ienensium Aesculapius celebratissimus *Georgius Wolfgangus Wedelius* in Exercitationibus Medico-Philologicis Centur. 1. Decad. X. diss. 1. de Iaspide S. Scripturae, quem disputat esse adamantem. *Vrim* et *Thummim* quidem (per quod gemmas 4 ipsas Aharonitici pectoralis, D. Ioan. Brentius, Simon Patricius Episcopus olim Eliensis commentario in Exodum, aliique plurimi cum Eduardo Bernhardo ad Iosephum pag. 176. edit. Hauer-campianae intelligunt,) *Ioan. Spencerus* in diss. de *Vrim* et *Thummim* Cantabrig. 1669, 8. et de legibus Hebraeor. III, 7. *Thomas Hobbesius* Histor. Eccles. X, 275 sq. et *Ioan. Marshamus* putant fuisse Teraphim aliquod siue imaginem, de collo suspensam, qualem imaginem veritatis ab Aegyptio Iudice gestatam testantur *Diodorus Siculus* lib. 1. p. 68. et *Helianus* XIV, 34. Var. Hist. Spencorum oppugnant *Herm. Witsius* lib. 1. cap. 8. et lib. 2. c. 10 sq. Aegyptiacorum et lib. 3. c. 11. *Philippus Riboudecaldus* libro de *Vrim* et *Thummim* Genev. 1685, 12. D. *Ioan. Benedictus Carpouzius* ad Schickardi ius regium Hebraeorum pag. 44 seq. *Ioan. Henr. Maisus* T. 1. selectar. Exercitat. Diss. 17. p. 431 sqq. *Salomo Deylingius* observ. sacr. parte 2. obs. 32. § 7. *Ioan. Marchius* exercit. exget. 22. p. 325 sqq. *Frider. Adolph. Lampe* in oratione inaugurali de *Vrim* et *Thummim*: Breae 1727, 4. *Cherubinus a S. Iosepho* T. 2. apparatus biblici p. 433 sqq. *Petrus Iuricus* histor. dogmatum et cultuum parte 3. c. 2. p. 454 sqq. *Gottlieb Wernsdorffius* in dissertat. de reuelationibus earundemque varietate, T. 1. Dissertat. eius iunctim editarum pag. 751 sqq. *Bernb. Hermkhuyfen* in libro belgico, *Lex Umbrarum*, pag. 398 sqq. et *Petrus Zornius* biblioth. antiquarioexeget. pag. 712 sqq. Vide etiam sis de *Vrim* et *Thummim* Suidam in *Ephod*, Exercitationem *Ioan. Buxtorfi* supra p. 497. laudatam. *Frid. Vicci*, Witteb. 1669. *Ioan. Christophori Wichmannshausen*, ibid. 1701. *Io. Iacobi Gantefuilleris* dilucidationem Mysterii *Vrim* et *Thummim*, Hanov. 1675. laudati *Wedelii* Centur. 2. decur. 3. Exercitationem 7. pag. 65 seq. *Ioan. Clericum* ad Exodi XXVIII, 30. et Num. XXVII, 21. cui illud videretur fuisse torques margaritarum et carbuncolorum, aut eiusmodi gemmarum, quo quum ornatus esset

4 Caspar Neumannus, Vratislaviae suae olim decus, in biga difficultatum sacrarum de gemmis *Vrim* et *Thummim* dictis et de cibo Samariae obsessae, Vratislaviae 1707, 4. ex ipso nomine hoc ingeniose colligit, dici enim gemmas *Vrim* quod splendeant et luceant, *Thummim* vero, quod eorum superficies sit plana et aequalis. Rationem typicam huius *Vrim* et *Thummim* ad Christum, exponit Ioan. Cocceius Epistola 214.

esset sacerdos, Deus per eundem, diuinitus afflatum, oracula ediderit. *Ioan. Benedicti Carpzouii*, Nepotis, christianam de Vrim et Thummim coniecturam, Lipsiae 1732, 8. *Beati Werdmulleri* coniecturam de Vrim et Thummim, quae legitur T. 6. Tempe heluetic. p. 281. eo redeuntem; *constituisse illud duabus tabulis, quas ut Ectypus duabus tabulis foederis, ut Archetypo, exacte responderint, quem Ectypum Deus sub pectorali seruari voluerit, quo sic Pontifex in pectore suo cum semper coram Domino gestaret.* *Ioan. Ioach. Schroederi* dissertationem de Vrim et Tymnim in Pontificiis Hebraeor. pectorali positis: Marburgi 1744. in qua perhibetur, quod per Vrim et Tymnim significentur lapides pretiosi fulgentes, exornando P. M. inseruientes: negatur vero, vnquam eidem factum per istos lapides diuinum esse responsum. *Io. Frid. Stiebritzii* dissertat. qua variae de Vrim et Thummim ponderantur sententiae, veraque ad ductum Exodi XXVIII. 30. sistitur. Halae 1753. Est autem haec Stiebritzii sententiae summa: *Vrim et Thummim designare non nisi reuelationes diuinas, quae soli menti Pontificis inderentur, quando Deum in re dubia, sicuti reliquis vestibus pontificalibus, ita in primis pectorali indutus, consuleret.* Iunge haece alios quam plurimos memoratos Rev. D. *Io. Georgio Pertschio*, praefat. ad *Georgii Guilelmi Dieterici* duodenarium sacrum de Vrim et Thummim, Numburg. 1714, 4to. S. V. *Cbr. Matth. Pfaffio* in praefatione Tubingensi Operis Spenceriani editioni praemissa, et *Ioan. Christoph. Wolfio* ad Lundii Antiquit. Hebraeor. sacras p. 488. not. o.)

In iisdem Amplissimi *Wedelii* Exercitationibus plura sacrarum litterarum loca ex Medicorum et Physicorum, Mathematicorumque obseruationibus illustrantur, quod institutum pridem fuit *Franciscii Valleii* Couarruuiani Medici, libro de sacra Philosophia, siue de iis quae scripta sunt Physice in libris sacris, Lugd. 1588, 1595, 8vo. *Valentini Henrici Vogleri* Professoris Helmstadiensis meritissimi, libro de rebus naturalibus ac Medicis quarum in S. Scripturis fit mentio, Helmst. 1682, 4to. et in Physiologia Historiae passionis Iesu Christi, ibid. 1673, 4to. *Ioan. Matt. (de Mey)* in Physiologia sacra siue commentariis p. 500. laudatis editisque latine Middelburgi Anno 1661, 4to. et Belgice recufis inter eius Opera Lugd. Bat. 1706, fol. *Samuelis Reyheri* ICr et Mathematici Kiloniensis praeclarissimi Anno 1714. denati, in Mathesi Mosaica, siue locis Mathematicae explicatis, cum appendice aliorum S. Scripturae locorum Mathematicorum Kil. 1679, 4. cuius operis longe vberiore editionem iam pridem parauit, et priorem eius tomum paullo ante obitum absoluit Anno 1714, fol. *Hieronymi Dicelii* Professoris Lipsiensis in spicilegijs ex disciplinis Mathematicis, loca quaedam Biblica illustrantibus, Lipsiae 1702, 8vo. *Guilelmi Ader* in diss. de aegrotis Euangelicis, T. 9. Criticor. sacrorum Anglor. et *Thom. Bar-*
tholini

Abolini in libris plus simpliciter vice excusis, de morbis Biblicis; de latere Christi aperta, de paralyticis Noui Test. et de cruce, quo postremo de vino myrrhato; de corona spinosa et sudore Christi sanguineo disserit. *Conradi Iohreni* in dissertationibus de morbis Biblicis et de Christo Medico, Francof. ad Viadr. 1704. *Christiani Warlitzii* Medici Anhaltini in variis diss. quae memorantur in Nouis litterariis Hamb. A. 1705. pag. 163. Sunt etiam in manibus nonnullae huius generis Exercitationes editae Kiloniae a viro docto *Io. Daniele Maiore*, vt de Myrrha Christo a Magis oblata, de locustis cibo Ioannis Baptistae, de Ieiunio Christi quadragesimali, de Christo Medico ortuque diuino Medicinae; de Lunaticis, de paralyticis, et de sale fatuo: voluitque plures libros huiusmodi Exercitationum publicare, quorum hic liber primus praescribitur, quemadmodum illa de Cosmodixi-Satanica ad Matth. IV, 8. separatim lucem vidit Kilon. 1686. de quo argumento praeter interpretes videnda *Bosharti* commentatio de Iesu Christi in montem templique pinnaulum transportatione, scripta ad N. Hebraicum Tom. 1. Opp. p. 493 seq. Nouissime in interpretandis illustrandisque S. S. locis ex scientiis, physica, mathematica, medica, cum laude versati sunt *Ioan. Iac. Scheuchzerus* in opere egregio, cui *Physices sacrae* nomen dedit, quod ab 1731 - 1735. Augustae Vindelicorum quinque in folio voluminibus prodit, quorum duo figuras in aere incisas exhibent. *Richardus Mead* in medica S. siue, de morbis insignioribus, qui in Bibliis memorantur, Londini primum edita, et deinde 1749, 8. absque loci mentione recusa. *Ioan. Bernh. Wiedeburgius* in mathesi Biblica septem specimenibus comprehensa. Ienae 1730, 4. *Ioannes-Jacobus Schmidt* in Physico Biblico. Lipsiae 1731. Mathematico Biblico. Zullichauiae 1736. Medico Biblico. ib. 1743. lingua germanica in forma octopartita editis. *Ioan. Iac. Baters* in Animaduersionibus physicomedicis in quaedam N. T. loca. Altd. 1731, 4. et S. V. *Christi. Bened. Michaelis* in Philologematibus medicis. Halae 1758.

Rationem typicam sacrificiorum et aliarum rerum Veteris Test. ad Christum praeter scriptores Commentariorum in Leuiticum et epistolam ad Hebraeos exposuerunt. singularibus libris inter nostrates quidem Theologos Lutheranos *Frid. Balduinus* in Aduentu Christi typico et passione typica: *Ioannes Botsaccus* in promptuario allegoriarum, *Mich. Baummanus* in Analectis typicis sacris: *Lucas Bacmeisterus* in explicatione typorum V. T. *Ioach. Langius* in mysterio Christi ac Christianismi in fasciis typicis antiquitatum biblicar. V. T. Halae 1717, 4to. Tum Germanice *Valerius Herbergerus* in magnalibus Dei, *Dan. Fesselius* in Christo Mystico, *Io. Ieremias Reichhelm* in Iesu typico, *Ioach. Enderius* in Iesulo typico et passione Christi typica, 3 Vol. *Io. Iac. Rambachius* in Christo in Mose, *Io. David. Michaelis* in delineatione theologiae typicae, ger-

germanice edita Goettingae 1753, 8. aliique, Martino Lipenio et Christ. Matth. Pfaffio in dissertat. de recta theolog. typicae conformatione pag. 4. not. (n) laudati.

E Reformatis praeter *Ioan. Cocceium* et qui eum sequuntur in suis ad S. Scripturae V. T. libros Commentariis; *Jeremias Taylor* in Christo reuelato, qui liber Anglice et Latine saepius editus est: *Ioannes Biermannus* in Mose et Christo, Belgice et Germanice: *Samuel Martber* cuius explicatio typorum Vet. Test. iam secunda vice A. 1705. Anglice prodiit: *Jacobus Gerardus de Bergers* in Mose reuelato, Genev. 1670, 8. Gallice: *Henricus Groenewegh* in Hieroglyphicis sacris, Belgice editis Hagae 1693, 4. *Radolphus Robinsonus* in libro Anglice edito: *Christ all in all, or Similitudes by which Iesus Christ is described in holy Scriptures* Londini 1660, 4. *Antonius Driessen* in diatriba de principiis et legibus theologiae emblematicae, allegoricae, typicae et propheticae. Traiecti ad Rhen. 1717, 4. *Bernh. Seb. Cremerus* in Prodrogo typico. Amstel. 1721, 4. Tetrade propheticotypicarum exercitationum ex V. T. ibid. 1723, 4. et Oedipe euangelico sacram antiquitarum ex Mose, Prophetis et Psalmis. ibid. 1745, 4. *Compegius Vitranga* in libro postumo de theologia symbolica. Traiecti ad Rhen. 1726, 8vo. *Ioannes van den Honert* in institutionibus theologiae typicae, emblematicae et propheticae, Lugduni Batav. 1730, 4. aliique a. Celebrerrimo Pfaffio in dissertatione supra laudata pag. 5. not. (o) excitati: quibus iungatur *Iac. Triglandii* de origine et causis rituum Mosaicorum oratio inauguralis Lugd. Batav. 1702, 4to. et quae aduersus Spencerum, Iudaeos ac Soci-nianos typorum relationem haud agnoscentes, a viris doctis disputantur. De usu et abusu circa considerationem typorum V. T. vide *Guil. Saldens* otia diuina lib. 2. cap. 3. et *Ioan. Claudium* Tomo secundo Oper. postumor.

E Romanae Ecclesiae scriptoribus figuras V. T. ad Christum referunt *Ludovicus Granatenfis* T. 1. Opp. p. 351 seq. *Petrus Daniel Huetius* in demonstratione Evangelica, propositione IX. cap. 170. p. 1145 seq. *Theophilus Raynaudus* S. I. Tomo 1. Opp. pag. 339 seq. *Hieron. Laurettus*, Benedictinus, in filia allegoriarum Scripturae, Paril. 1583, fol. et *Didacus Basca* S. I. commentariis allegoricis et moralibus de Christo figurato in Vet. Test. 3 Vol. Lugd. 1633. 1635. 1637, fol. Vtrum impii etiam aliquando typum et figuram Christi gesserint, disquirat *Io. Eusebius Nicrembergius* de origine S. Scripturae lib. 7. c. 17.

In explicandis typis factorum Ecclesiae et Antichristi copiosiores et iusto forsitan ingeniosiores sunt nonnulli qui Cocceium ducem sequuntur. Non desunt etiam qui Caini et aliorum peccata inter typos referant cum Augustino XXII, 24. 42. 70. 83. contra Faustum Manichaeum. Vide Petri Iurici⁵ Histo-

⁵ Iurici *supra* dicitur quosdam refellunt Rev. D. Io. Franciscus Buddens in Exercitatione Theologica de peccatis typicis, Ienae 1706, 4to, et Lud. Borghesius in Historia critica de Melchisedechno, cap. 5.

nam Criticis dogmatum rituumque Iudeorum pag. 67 sq. et Hieronici Iulsi figura temporum siue schema triplex Prophetiae ad calcem libri de vallibus prophetarum pag. 465 sq.

X. Christianis nobis sacrificii loco sume preces, de quibus prae ceteris, quod ad antiquitates et ritus earundem attinet, diligenter egere. *Iosephus Binghamus* libro 19. *Origines ecclesiasticarum*, et B. D. *Jacobus Habibrundus* tribus libris de precibus veterum Christianorum, ex quibus primus Anno 1655. editus est in 4. et A. 1702. recusus Helmsladii sub titulo *sacrarum antiquitatum de precibus veterum Christianorum libellus*, in quo veterum oratoria, siue loca, in quibus orarent, et statim orandi tempora percontantur, vbi inter alia differitur etiam de libris canonicis, de precibus ad pulsum campanae de haeresi Eucharistiarum, s. Massalianorum. Liber secundus inscribitur *rituale orantium* s. compendium veterum orandi rituum, item Helmsf. 1656 et 1702, 4. Tertius liber doctrinam veterum de precibus et de inuocatione sanctorum, et precibus pro defunctis, persequitur. Ceterum in illo rituali orantium agit c. 1. statim de ritu precandi versus orientem? licet precorantibus in partem orientem? *gen. xiv. v. 26. 27.* notet Iustinus quaest. CXVIII. ad Orthodoxos, de quo ritu existat singularis B. *Jacobi Thomasi* disputatio Lipsiae 1670. edita; et *Andreas Goedingii* de ritu veterum precandi anatolico. Vpaliae 1693, 8. quibus adde *Cosmam Indicopleustem* V. pag. 202. *Menardum* ad Gregorii M. Sacramentarij pag. 69 sq. *Lucam Iudensem* II, 23. contra Albigenses, vbi Saracenis ad meridiem orare scribit Tom. 25. Bibl. PP. pag. 240. C. Idem II, 182, p. 226. disputat. Christum in cruce faciem direxisse versus occidentem. *Joan. C. Loescherum* fasciculo 2. Obs. select. 6. quae Brasinas Iudeorum obseruat versus Septentrionem respicientes orare. *Io. Bonam* de diuina Psalmodia pag. 439. operum: *Melchioris Zeidleri*, Theologi Regiomontani, dissertationem, ex qua nonnulla profert *Philippus Iacobus Hartmannus*, in libro de gestis Christianorum sub Apostolis p. 417. *Jacobum Billium* ad epistol. 66. Nazianzeni. *Seldenum* lib. 3. de Synedriis c. 16. *Cotelerium* Tomo 1. Patrum Apostolicorum p. 264. ad Constitut. Apostol. II, 57. et ad Chrysostomum in Daniele p. 223. *Petavianum* pag. 217 seq. dogmarum theologicorum de opificio sex dierum, *Io. Dalacum* de Pleudepigraphis Apostolicis p. 154. *Steph. le Moigne* ad Ier. XXVIII,

⁶ Etiam apud Hebraeos additas fuisse sacrificii preces contra Ionam Schlichtingium probat Petrus Zornius T. 1. Opus. sacror. p. 320.

⁷ Sic Christiani suspendendi versus orientem suspendi praecipiebant. Vide Moschi pratum esp. 12.

⁸ Hebraei contra ad occasum orantur. Vide Allatum p. 107 et 125. de consensu vtriusque ecclesiae. Ethnici vero Graeci et Romani ad orientem. Vide Vitruuium IV, 5 et 8.

⁹ Idem Cotelerius pag. 261. etiam templorum prospectum ad Orientem fuisse notat, vt praecantes ad Paradisum, in oriente plantatum, omisiam patriam, conuersos vultus haberent.

G. pag. 43 sq. *Cassparus Caluoc*, *Actus Ecclesiastici Tomo 2. pag. 546* seq. *Henricus Mullerum* *semicenturia secunda, quæstione 2. i. Frid. Spenhemius* *T. 2. Opp. pag. 918* sqq. *Ioan. Hornbeckium* *Miscellan. sacror. pag. 606*. Angli Anonymum libellum sub hoc indice editum: *Alkibla, a Disquisition upon Worshipping towards the East: with a free and impartial Examination of the reasons assigned for it by the ancient Fathers. London 1728*. Quem libellum quum sub examen vocaret *Ioannes Andrews* in libello etiam Anglice edito: *The Keltz, or a Defence of Eastward adoration, Londini 1728*. auctor anonymus alteram libelli sui partem edidit 1729. cui vindicias contra *Ioannem Andrews* adiunxit, ad quas respondit *Andrews* edita secunda libelli sui parte 1731. Ab Apostolis ipsis hunc morem reperit *Iustinus*, quæstione 118. ad orthodoxos, et *Germanus Patriarcha Constantinopol.* in theoria Ecclesiastica et Mystagogica § 8. De abruptione manuum inter precandum, de qua idem *Hildebrandus* agit cap. 9. v. deatur *Io. Philoponus* ad *Hexæmeron* pag. 43. *Philippus Bonarota* pag. 112. obseruation. ad fragmenta quaedam valorum antiquorum, et singularis dissertatio de hoc argumento ab *Rev. D. Adamo Rechenbergio* Lipsiæ Anno 1688. edita et recusa in eiusdem exercitationibus in *N. T. p. 145* sqq. De aperiendâ iapis in sacris, *Caluocerus* Tomo secundo ritualis ecclesiastici pag. 555 seq. *Godofred. Buchnerus* in dissertatione de ritu caput retegendi antiquis receptis Anno. Witteb. 1688. et *Christoph. Henric. Zebichius* in dissertat. de moralitate ritus caput aperiendi in sacris. Witteb. 1704. De ritu capitis in sacris operiendâ apud Iudæos et varias gentes exposuerunt *Ioan. Guil. Bergerus* eruditâ dissertatione, Wittebergæ 1703. edita; *Henric. Rudigerus Mallincroft* in enumeratione Lipsiæ 1735. euulgata; et *Ioan. Godofred. Lahnâcherus* *Observationum philologicarum parte 3. pag. 209* sqq. De inchnatione corporis vel aperiendone capitis ad appellatum nomen Iesu *Frideric. Spanhemius* *Tom. 2. Opp. pag. 916* seq. De Oratoriorum ecclesie cum Synagogis conuenientia, ad *Cæmpagian Vioringam* lib. 2. *Synagogæ parte 3. cap. 1* sq.

Quod carnis precum formulis vti veteres fuerint Christiani, illacque rite adhibeantur, contra Anabaptistas, aliosque ostendit *Fridericus Spanhemius* p. 912. libri laudati, *Ieromus Taylor*, in Apologia publicæ de rite formulae precum atque Liturgiæ, Anglice edita; *Ioan. Durellus* in historia Rituum Ecclesiæ Anglicanæ cap. 10. pag. 78. *Frid. Spanhemius* fil. *Tom. 2. Opp. pag. 929* seq. et 1283 seq. *Morizius Casaubonus* in defensione orationis Dominicæ itidem Anglice edita, *D. Matthias Zimmermannus* in uallectis pag. 496 seq. *Rev. Henr. Lud. Beroniamus* de statu Ecclesiæ Anglicanæ pag. 369 seq. et *D. Iohn. Francisus Boulden* in Theologia Morali p. 458. Videri etiam possunt et cum his comparandi atque examinandi quæ de non rite in veteri Ecclesiæ liturgiis disputat singulari libro

Anglice atque inde gallice vulgato *Diss. Clarkson*; qui recensetur Tomo 6. Bibliothecae vniuersalis pag. 138 seq. confutatus a *Combero* de quo mox infra mentio a nobis fiet. Certas precum formulas aeque apostolice vicitas fuisse negat quoque V. C. *Ioannus Georgius Walchius* H. E. N. T. pag. 718. not. * Formulas precum in Ecclesia publico vsu receptarum exhibent libri Liturgici; Eucharologia, Breuiaria etc. De *Collectis* Ecclesiasticis *Claudius Espencensis* pag. 1024 sq. Operum. De generibus precum quas memorat Paulus Apostolus 1 Timoth. II, 1. vide praeter interpretes, *Origenem* libro de oratione p. 46 sq. *Ioan. Marchium* Exercitatione textuali XIIII. *Rich. Simonem* supplemento ad Leonem Mutinensem p. 57. *Ioan. Lomeierum* lib. 1. genialium dierum et *Jacobum Gutherium* lib. 4. de iure veteri Pontificio c. 14. seq. Tomo 5. thesauri *Grœuiani*. Preces a veteribus Christianis factas etiam pro Principibus Magistratibusque Ethnicis et haereticis, probat *Ioan. Filefacus* lib. 2. Electorum p. 390 seq. Ante preces ad puritatem animorum commendandam lauari mos fuit, de quo meminit Chrysostomus Homilia sexta in Epistolam ad Ephesios et sexta in posteriori ad Timotheum. De vsu orationis Dominicae apud veteres Christianos eruditam dissertationem edidit *Io. Georg. Walchius*, lenae 1729. De formula *Dominus Vobiscum* vide *Ioan. Frider. Mayeri* dissertationem Gryphisw. 1700. De formula *fursum corda*, *Bartholom. Bosfacii* dissertationes duas. Hafniae 1696 et 1698. et *Adami Reichenbergii* vnam. Lips. 1704. De reliquis precum formulis *Ioan. Andr. Schmidii* dissertationem Helmstadii 1699. editam, et *recus*, 1726. et *Franc. Fabricii* dissertationes duas. Lugduni Batav. 1732. De *Doxologia* veterum Christianorum *Adami Reichenbergii* dissertatione Lipsiae. 1684. *Ioan. Balthaf. Bernboldi* de doxologia ecclesiastica, Gloria Patri. Ald. 1727. et *Ioan. Henr. a Seelen* Miscellan. T. 1. p. 244.

De stationibus veterum Christianorum et genuflexione inter orandum agit *Ioan. Hornbeckius* pag. 606 seq. Miscellaneorum sacrorum, *Heribertus Ravvidus* ad Vitae Partum p. 792 sq. *Theoph. Reynaudus* in Christiano sacro ecclesiastico, T. 6. Opp. II. *Joachimus Hildebrandus* in rituali orantium c. 6 sq. *Onofrius* libro de stationibus Urbis Romae, ad calcem libri de vitis Pontificum. *Franciscus Ravignani*, Episcopus Chrysopolitanus, in libro de stationum veteri instituto Xisto V. R. M. reuocato, Romae 1687, 4. *Frider. Spanhemius* T. 2. Opp. p. 926 sqq. *Ioan. Ern. Chladenius* in commentario de stationibus veterum Christianorum, ad illustrandum maxime Tertullianus comparato, Lips. 1744, 4to. et *de Gypius* auctor libri eruditi Gallice, editi de *Lancienne* *Controverses de vriet* *debus*, qui recensetur in Actis erudit. Anni 1701, p. 131 sq. Ex eisdem discitur veteres Christianos orantes, genu non flexisse die Dominico, nec a Paschase vsque ad Pentecosten. Confer *Pseudo-Cyrilli* Theoriam Eccles. et *Mytago-*

agogicam pag. 1327 sq. edit. Thom. Milles, et dissertationem de indebita in precibus festivo, Dominico paschali tempore genuflexione, euulgatam Rothomagi 1681, 8. Adde *Aug. Nathan, Hubneri* dissertat. de genuflexione. Halae 1711, 4. De prostratione in terram inter precandum, vide laudata Hoornbeckii Miscellanea p. 611 sq. De subsultu precantium in Ecclesia primitiva, Rev. D. *Christoph. Sonntagii* dissertatio prodit Altdorfii Anno 1708. ad locum Clementis Alex. VII. Strom. p. 722. Plura de gestibus precantium collegit B. *Balthasar. Bebelius* Antiquitat. Eccles. Saec. 4. Tomo 2. p. 731, 866 seq. *Girb. Voetius* Tom. 5. selectarum dissertationum p. 550 seq. *Conradus Rittersbusius* lib. 5. sacrarum Lectionum c. 10 sq. *Desiderius Heraldus* Parisiensis libro 2. digression. 2. et seq. ad Tertullianum, B. *Quonstadius* antiquitatum ecclesiasticarum cap. 4. sectione 4. *Godfredus* denique *Arnoldus* in primitivo Christianismo, Germanice edito, libro secundo, et *Hermannus Witsius* ad Orationem Dominicam Exercitatione 4. quae est de gestibus Orantium, et *Ioan. Casp. Suicerus* obseruation. sacrar. cap. 6. De precibus pro defunctis confer *Ioan. Damasceni* sermonem, *Benedictinos* monachos ad Ambrosium, T. 2. pag. 1193 sq. *Petauium* ad Epiphanium p. 367 sqq. *Natalem Alexandrum* Histor. Ecclesiast. saec. 4. diss. 45. propos. 2. *Allatum* aduersus Hottingerum p. 109. sq. 131 sqq. et de peragatio pag. 42 sqq. 913 sqq. *Ioan. Fechtium* de missa p. 210 et 111. sqq. et dissertationes de hoc argumento *Ioan. Tobiae Maioris*. Ienae 1649. *Ioan. Andr. Oynstedii*. Witteb. 1683. et *Martini Geieri*. Lipsiae 1688. De precibus nocturnis, orantiumque vigiliis, disserunt *Ioan. Bona* de Diuina Psalmodia c. 4. p. 423 sqq. et *Iac. Andreas Crusius* in libro de nocte et nocturnis officiis sacris quibus profanis. Brémae 1660, 12. c. 10. pag. 10 seq. cap. 22. pag. 417 sqq. et c. 23. p. 434 sqq.

XI. Agemus h. l. tribus verbis etiam de precibus Iudaeorum veterum, Ethnicorumque. Battologias utrisque consuetas damnat, etque reprehendit Salomon Ecclesiastae V. 1. et Seruator noster Matth. VII. 16. ad quem locum praeter Interpretes et Suicerum in *Bartolomaei* conferenti *Balthasar Silbergius* in dissertatione de Battologia precum genibus profanis vitand. Witeb. 1679. *Ioan. Schaeferus* in dissertatione de eodem argumento, recusa in Ipanii thesauro p. 183. *Ioannes*, item *Rhodiua*, *Ioan. Wouerius*, et *Ioan. Dav. Aldrichus* in dissertationibus de eodem argumento. Hafniae 1721 et 1739, et Gottinga 1753. *Frid. Christi. Nembour* Bibl. Brsm. T. 2. p. 612 sqq. *Guillelmus Georgius Schellhornius* T. 7. eiusd. Biblioth. pag. 63 sqq. Consulenda etiam *Andreas* ad focosore trapezitico p. 796. *Samuelis Bamberg* Annales. ad A. C. gall. num. 34. *Sabano. Deylingius* in eruditis obseruationibus sacris parte 3. p. 209 seq. Neque vero huic vitio tantum obnoxii Ethnici, vt putat *Grotius* ad dictam Matthei

locum, sed Iudaei quoque, vt patet ex formulis precum apud *Soldannum* lib. 3. de Synedriis cap. 12. *Hottingerum* in fasciculis dissertationum p. 316. *Wagners filium* von hebräisch deutscher Red: und Schreib: Art p. 94 sq. et *Georgium Leopoldum Ponatum* de verusta orantium Iudaeorum bartologia, Helmst. 1709, 8. De Iudaeorum precibus consules tractatum Berachot, Tom. 1. edit. Surenhusii statim sub init. et *Io. Saubertum* de ritu precandi veterum Hebraeorum Helmst. 1663. et in palaestra diss. p. 89 seq. *Campegium Vitrinam* lib. 3. de Synagoga c. 13-19. *Io. Drusium*, libro de 3. sectis Iudaeorum p. 99 sq. *Lightfootum* T. 1. operum p. 720. *Quenstadium* p. 205 sq. Antiquitatum Biblicarum. *Franciscum Burmannum* parte 2. exercitat. Biblicar. p. 45 sq. *Iacob. Rhenferdum* de decem otiosis Synagogae p. 41 sqq. et dissertationes de hoc argumento *Dav. Clodii*, Gissae 1674. *Nic. Polemanni*. Witteb. 1665. et *Io. Ioach. Schroederi*. Marpurgi 1717. De ritibus precantium in ecclesia Patriarchali dissertationem euulgauit *Franc. Wokenus*. Lipsiae 1726. De Hebraeorum precibus littoralibus legitur commentatio *Petri Zornii*, Miscellaneor. Lipsiens. nouor. Vol. 3. pag. 193 sqq. De ritibus et formulis precum Pharisei et Publicani *Ioan. Godofred. Lakemacheri* dissertationem edidit Helmstadii 1730. Formulae precum complures in libris Iudaeorum ritualibus et apud Buxtorfium c. 10. Synagogae Iud. videntur, in *Dietrici Schwabe*, ex Iudaei Paderborniensis, iudischem Dede Mantel parte 2. Paderb. 1615, 4. Recentiorum Iudaeorum formulae precum habet in libro *Machzor*. Existat quoque ordo precum totius anni tum Iudaeis in Lithuania, Bohemia, Moravia, tum Iudaeis Hispaniensibus obseruandus. Caeterum formulas precum publicarum feminis Iudaeis sollempnium ex Hebraeo Latinae vsu sub titulo: *Geberbuch der heutigen Jüdinnen*, edidit *Philippus Helfrich Willemer*, praemissa praefatione Ioan. Jac. Rambachii de formularum illarum vsu Soidmici 1734, 8.

iii. De officiis Iudaeorum anteculanicis diatribam edidit *Herrmannus van der Meer* Professor Helmstadiensis. 1706, 8.

 calcera Fortaitorum, siue observationum philologicarum ad loca N. T. Rote-
 rodami 1727, 8. Corybantium cymbala conspiciuntur in numo apud Segui-
 num p. 186. et apud Gronouium pag. 201. ad Minucium. De *cymbalis* et *cro-
 tals* conferantur viri docti ad Ciceronis *Orat.* in Pisonem cap. 9. De *scabillo*
 Alb. Rubenius de re vestiana II, 16. De *tintinnabulis* consulantur Bonanni
 p. 178. musei Kircheriani, Fabrettus pag. 429. Inscript. veter. Ioan. Baptista
 Pacichellus in lucubratione de tintinnabulo Nolano: et Hieronymus Magius
 de tintinnabulis, notis Franc. Sweertii illustratus. Amstelod. 1664, 12. De *tym-
 panis* veterum confer Petrum Zornium T. 1. Opusc. sacror. pag. 113 sqq. Spo-
 nium Miscell. eruditae antiquitatis p. 23. Chr. Gottlieb Schwarzium Miscel-
 lan.

Ian. pollicior. humanitatis pag. 86 et 114 sqq. Tom. Iarckium ad Eliam Schedium pag. 598. Bonanni pag. 111 sqq. 163, 164. et Wagenfeillum ad Soram pag. 964. Indi loco tubarum vsi sunt flagellis quibus aerem verberabant, ac tympanis vt refert Suidas in *οδληνυξ*, qui sambucas ab *Πυρο* iuuentis docet in *σαμβύκας*. Locus Eustathii ad *Ηραδ. 2. v. 1158.* de sex *tibiaron* generibus illustratur a Gisberto Cupero in *Ηαρποcrate* p. 141 seq. De tibiis paribus et imparibus dextris et sinistris consulendi viri docti ad Terentium ac Phaedrum, et Daceries ad Festum in *improct.* Plura de tibiis veterum Aldus Manutius in quaestis per epistolas, Venetiis 1570. et in Lampade Gruteri Tom. 4. p. 251 seq. et Tom. 6. Thes. Graeciani: Casp. Bartholinus de tibiis veterum et earum antiquo vsu libris 3. Romae 1677, 8. et Amst. 1678, 12. *Tom. Meursii* filii collectanea de tibiis veterum, Sorae 1641, 8. et Tom. 8. *Antiquit. Graecorum* Jac. Gronouii: Benedictus Auerranus dissertatione 59 + 63. in Anthologiam T. 1. Opp. p. 148 sqq. Fortunarius Licetus pag. 261 sqq. gemmarum annularium, et Baudelot de *Dairval* in historia Ptolemaei Auletae, edita Gillice Parisiis 1698, 12. De tibiaron vsu in praeliis apud Lacedaemonios agit Bened. Auerranus dissert. 57. ad Thucydidem. De earum vsu in funere Io. Iarckius p. 681. ad Eliam Schedium; et Ioan. Zach. Hilbigerus in diss. de tibiicinis in funere adhibitis. Witteb. 1717. De fistula et eius a tibia discrimine vide Laurentium Tom. 8. thesauri Graeciani pag. 1466. et Bulengerum de theatro lib. 2. cap. 23. De *organis* 14 musicis hydraulicis, (aliis *υδραυλις* vel *hydraulium* 15) et pneumaticis videndi Ioan. Gregorius, Anglus, in dissert. de more canendi symbolum Nicenum, p. 49. Sigebertus Haudecampus in dissert. de Numis Contorniatis pag. 76 seq. 127 seq. et 150 ac 155. Pedrusius Tom. 7. p. 72 seq. Ioan. Trifanus T. 1. p. 218 seq. Ioseph. Binghamus Origin. Eccl. lib. 8. c. 7. § 14. Isaacus Vossius de viribus Rhythmi p. 99 seq. ex Vitruuio et Herone. Alexander Adimari in commentario ad *Pindarum* Italica metaphrasin donatum p. 551. Augustus Buchnerus ad *Vettanti* Fortuanti carmen de resurrectione p. 26. Swicernus in thesauro, et *Cangius* in Glossario Latino. Gottfr. Ephraim

¹⁴ Organorum mentio fit in *Historia Medica* XXII, 12. et apud *Socranum* in vita *Neronis* c. 41. adde *Rabanum* *Magnum* XVIII, 4. de *quatuor* Tom. 1. pag. 230. *Iulianum* *Epigramma* lib. 1. *Anthol.* c. 86. *Tertullianum* c. 8. de *baptismo*. *Claudiamum* de *Mallii* *consulatu* v. 315. *Casaubonum* et *Salmasium* ad *Lampridii* *Heliogabalum* c. 32. et *Gordianum* ad *Seueri* *Aetnam* v. 292 seq. A *Vitaliano* *Pontifice*, qui ab *A. C.* 657-671. sedt, inuenta esse organa notat *Leahder* *Albertus* in *Latia*. *Albericus* *monachus* *trium* *fontium* ad *A. C.* 840. de *Ludomco* *Pio* *Imp.* *Gregorium* *presbyterum*, qui *sa* *promittebat* *more* *Graecorum* *faciarum* *organum*, *summa* *fusciperat* *gaudio*. In *Galliam* *missa* *primum* *organum* a *Constantino* *Imp.* *A. C.* 757. obseruat le *Comte* *T. V.* p. 559.

¹⁵ *Plinius* *H. N.* IX, 8. *Delphinus* *mulcetor* *symphonias* *canit*, et *praecipue* *hydrauli* *sono*,

Ephraim Møller im *Gründschreiben* an einen hohen *Gönner* von *Orgeln*, *ihrem* Ursprunge und *Gebrauche* in der alten und neuen *Kirche Gottes*, *Dresd.* 1748, 8. et *Christi*. *Wilh. Iustus Chrylander* in *schediasmate Germanico: Historische Nachricht von Kirchenorgeln*. *Rintelii* 1755. 8. *De usu instrumentorum Musicorum et Organorum in Ecclesia Christiana*, *Henrici Dodwelli* liber prodit *Londini* 1700. 8. *Anglice, a treatise concerning the lawfulness of Instrumental-Music in holy offices; to which is prefixed a preface in vindication of Mr. Newtons sermon, concerning the lawfulness and use of Organs in the Christian Church, from the exceptions of Anonymus letter to a friend in the Country, concerning, the use of Instrumental-Music in the worship of God*, *secunda editio locupletior*. *Exstat et Georgii Mozzen* *Augustani* *verteidigte Kirchen-Musik, wider Christian Gørbers* cap. 81. *der unerkannten Sünden der Welt*. *A.* 1703, 8. *His adde D. Balthazaris Meisneri* *τοῦ μουσικῆς*. *Collegium adiaphoristicum*, *diss.* 11. § 72 sq. *Ioan. Filescaci* *electa* lib. 2. pag. 213 sq. et *Henrici Munch*, *Naruenfis*, *diss.* de usu organorum in templis, *Aboae* 1697, 8. *De Musica recentium Graecorum singulari epistola ad Angelicum Aprosium Ventimiliam* fuisse *disserruisse* se testatur *Allatius* de *consensu* pag. 1045. *De campanis* *idem* *Cangius* in *campana, cloca, glogga, signum, squilla*, *tum in καδανες, ζύλον, σημαντήριον, κροῦσμα* *Adrianus Iunius* lib. 3. *Animadvers.* cap. 11. *Hieron. Magius* libello de *tintinnabulis*, *Francisci Swartii* *notis nonnullis illustrato*, et *IV*, 14. *Miscell.* (vbi etiam de *superstitione daemones campanarum pulsu fugare se posse sperantium*) *Angelus Rocha* de *campanis*, *Rom.* 1620. *Pompeius Sarnelli* in *antiqua Basilicographia* c. 56. *Iodocus Cocius* *T.* 2. *thesauri catholici* lib. 3. c. 6. p. 267 sqq. *Francisc. Bernardinus Ferrarius* lib. 1. de *ritu sacrarum concionum* p. 7 seq. (quo in loco alias praeterea enumerat *rationes ad sacra celebranda accessuros conuocandi*) *Paullus Vergerius*. *Arnoldus Stockflet* de *campanarum usu*. *Altorfii* 1665, 12. *Ioan. Christian. Reimannus* in *dissert.* de *campanis*. *Isnaci* 1679, 4. *Nicol. Eggers* in *dissert.* de *origine et nomine campanarum*. *Ienae* 1684. *Haraldus Wallerius* in *diss.* de *campanis et praecipuis earum visibus*. *Holmiae* 1694, 8. *Paullus Christian. Hilscherus* in *dissert.* de *campanis templorum*. *Ireneus Montanus* in libello *germanico: Historische Nachricht von Glocken*, *Chemnitii* 1726, 8. *Chr. Wilh. Iustus Chrylander* in *schediasmate itidem germanico, historische Nachricht von Kirchenglocken*. *Rintelii* 1755, 8. et qui prae ceteris diligenter in hoc argumento versatus est *Ioan. Baptista Thiers* tractatu *Gallico* de *campanis* *Parisi*. 1702 et 1719, 12. Vide etiam *B. D. Meyeri* *Museum ministri Ecclesiae* parte 2. pag. 700 sq. et *Marium Merfennium*¹⁶ de in-

¹⁶ Merfenni Harmoniorum libri prodire *Parisi*, 1636 et 1648, fol. *Campanae inscriptio*
 XXX

instrumentis Harmonicis p. 145 sq. qui recentius inuentum campanas phares ad harmonicum concentum edendum coniungendi (*Glockenspiel* Germani vocant) exponit p. 160. adde Bonannium p. 143. De superstitiosis campanarum pulsibus ad arcenda fulmina, Casparis Hombergi libellus prodiit Francof. 1577, 8. cui iungatur. Ioan. Georg. Medelii diss. Witteb. 1703. qui physice illam rem discussit. Ceterum morem campanas pulsandi tempore tonitruum dissuadet Loberanus du Fesc, S. I. in dissert. de Tonitru. Vide Diarium eruditorum (*Iuornal des Savans*) 1728. p. 374. Benedictio et Baptismus campanarum de quo infra diceretur, Saec. 10. in vsu esse coepit, licet iam Carolus M. vetuerit elocas baptizari. Campanarum loco quae a saeculo 7. in Occidente frequentissimae, Graeci adhibent *σημαντήριον χαλκῶν*,¹⁷ quo pulsant, sicut lignum ali- quod oblongum duarum decempedarum magnitudine. Vide Goarum ad Eutholog. p. 560. et ad Cedreni paginam 637. Allatum de templis Graecorum p. 128. Cangii glossar. Graec. et Erdmannum Rudolphum Fischerum in diatriba de *Θεοδρόμοις* c. 3. vbi quoque de aliis rationibus Christianos ad sacros coetus conuocandi, olim vsitatis: adde Tournesortii iter gallicae editum T. 1. p. 49. vbi *σημαντήριον* Calogerorum ex arbore dependens. Simile est *σημαντήριον* Iudaeorum (*Edulstosfer*) de quo Wulferus in theriaca p. 127. Ceterum plures de veterum Musica laudati sunt III, 10. Bibl. gr. De antiquitate et vsu campanarum apud gentiles disserit Paciaudus in epistola ad Capecium, quae legitur in libello italice edito Neapoli 1751, 4. *Dissertazione di Giuseppe di Capua Capuce intorno alle due Campani della Chiesa Parrocchiale di S. Giovanni de Nobili Vomini di Capua.* Campanae maximae Sinensium, in vrbe Peking pondus est centum ac viginti librarum millia; Erfurtenis, quae per Europam maxima habetur, tantum 25400. Vide Arhanasii Kircheri Chinam illustratam pag. 300. et Cornelii Hazart *Kirchengeschichte* T. 1. p. 445 sq. Vtraque harum maiorem habet Moscouia, librarum scilicet 340000. vide Talanders itinera II. p. 89. Persae ad Pyrea conuocantur in India quidem pulsu paruae campanae, sed inter Muhammedanos signum ab iis, vti et Armenis et Christianis, datur pulsu asseris magni. Nam Muhammedani non permittunt campanarum vsum in ecclesiis, vt pote quae sunt Christianorum institutum. vid. Thom. Hyde de rel. Persar. p. 343 seq. Diagrammatum Musicorum (vulgo *tabulatur*) inuentor Stratonicus Citharoedus. Vide Casaubonum VIII, 12. ad Athenacum. Diagram-

in gloss. ad entruogant. comm. de officio eiusd. Antoni Weckens *Ottob. pag. 217, 218, 267 sq.*

*Laudo Deum verum, plebem voco, congreco cleram,
Defunctos ploro, pestem fugo, festa deuoro.*

Aliae eiusmodi inscriptiones leguntur in Io. Geo. Betsiumi *Latins. Rindensib. p. 702 sqq.*

¹⁷ Bassamen in iure Graecorum. T. 1. p. 477. qui campanam p. 478. derivat acampa.

grammata musica, quae apud Iudaeos in Hispania, Germania et Italia in vsu sunt, exhibentur a Petro Guarino in tomo secundo Grammaticae hebraicae et chaldaicae, Parisiis 1730, 4. euulgatae. De notis Musicis veterum Graecorum Ioannes Seldenus ad Epochas marmoreas p. 171 seq. Merfennus in Genesim p. 1527, 1694. M. Meibomius ad Alypium, Gaudentium, Aristidem etc. atque in praef. ad Antiquos Musicos. De notis Musicis Graecae et Latinae Ecclesiae vide quae Bibl. Graec. III, 10. § 10. De notis *ut, re, mi, fa, sol, la*, a Guidone Aretino repertis Sigebertus ad. A. C. 1028. Gerh. Io. Vossius de IV. art. popular. p. 39, 40. H. Vossius de viribus rythmi pag. 91. Acta Eruditor. A. 1695. pag. 223. vbi distichen:

Corde Deum et fidibus gemituque alto benedicam

Vt re mi faciat scilicet labra sibi.

Abraham Bucholcerus in Indica Chronolog.

Cur adhibes tristi numeros cantumque labori?

Vt releuet miserum fatum solitosque labores.

XVIII. De Concionibus Christianorum veterum pauca quaedam diſcurſus attingendae etiam conciones Iudaeorum, quarum insignis mentio exstat in libro *Philonis* Iudaei de septenario, vbi testatur per singula oppida Iudaeorum fuisse quaedam *didacticae* in quibus sabbathis Iudaei conuenerent, deinde superiorem locum ascenderet vir gravis, qui praesentes instruere, et ad virtutem adhortaretur. Vide etiam *Campesii Vstringae* Synagogam lib. 1. parte 2. c. 2. vbi iam a temporibus Moſis illum morem repeti obseruat, et lib. 3. c. 12. et eiusdem archisynagogum cap. 11 seq. et *Iacobi Altingii* Heptadem VII. diss. 2. Tom. 5. Opp. p. 198. vbi illustrat ritum Concionum post reditum Iudaeorum e Babylonia Nehem. VIII. De Iudaeorum lectionibus sacris *San. Barnage* ad A. C. 30. n. 63. *Eberubinus & S. Iosepho* T. 2. apparatus Biblicei p. 69. *Grosius* et alii ad Luc. IV, 16. 20. Tabulam festorum et lectionum sacrarum exhibet *R. Ori ben Simeon*, in Calendario Palaestinarum, quod *Iacob. Christmannus* latine vertit, p. 107 sqq. De Moſis et ceterorum sacrorum librorum lectione in Synagogis per sabbata in *yrerim alyxalon* fieri solita, vide Interpretes ad Actor. XV, 21, et *Ioan. Marckii* exercitationes textuales ad N. T. exercitatio XVI. Haphtararum explicationem dedit *Ioan. Reinhardus* in singulari dissertatione Witteb. 1674. 4. Ceterum *Elias in Thisbi*, voce *QD* notat, Prophetarum lectionem demum coepisse temporibus Antiochi Epiphania, quum lectio legis seuerè esset prohibita. Vide *Ludov. de Dieu* ad Actor. XIII, 15. et *Petru Zornii* historiam Bibliorum ex Hebraeorum diebus festis et ieiuniis illustratam, pag. 96. nota 33. De recentium Iudaeorum Draſchoth siue concionibus *Buxtorfus* in synagoga Iudaica p. 331. *Ioan. Henr. Meiss* p. 325. catalogi MSS.

Vffenbachianorum, *Chr. Schoettgenius* T. 1. Horar. hebraic. p. 99 sqq. et *Wagenseilius* p. 245 seq. telorum igneorum Satanæ, vbi et exempla quaedam eorundem tibi occurrunt. Breuem historiam concionum apud veteres Hebræos et inde apud Christianos texit *Christoph. Matth. Pfaffius* capite primo diatribæ de rectâ Theologiæ homileticæ conformatione. Tubingæ 1731, 4. Apud Muhamedanos quoque post sollempnes preces diebus Mercurii et Veneris sequitur *Watz*, siue Concio, quam habet Concionator illis dictus *Watz*, seu *Nasibat* it, id est Monitor, suator, Consilii dator. Vidè Thomæ Hydei notas ad Liturgiâ Muhamedanorum, itineri Abrahami Perisfol subiectam, p. 7.

XIX. Primorum Christianorum coetus et conciones a posteriorum temporum vsu quodammodo diuersas fuisse, constat ex 1 Cor. XIV. ad quod præter interpretes confer *Alvingium* loco laudato p. 201, 202. Non minimam partem cultus vt apud Iudæos ita apud Christianos quoque constituebatur lectis sacrarum litterarum, de qua vidè *Audati* Vtringæ Synagogam lib. 3. c. 7-11. *Ioan. Bonam* II, 6 seq. rerum liturgicarum; et de diuina psalmodia c. 16 § 14. p. 519 sqq. *Radulphum*, Decanum Tungrensem, de canonum obseruantia T. 26. *Bibl. Patrum* p. 297 sqq. *Huinectium* parte 3. p. 182 seq. delineationis ecclesiæ græcæ. *W. E. Tentzolis* diss. de ritu lectionum sacrarum. *Ioan. Andream Schmidium* diss. de lectionariis vtriusque Ecclesiæ, et *Thom. Miller* ad *Cyrillum Hierosol.* pag. 4 et 15. *Allatium* p. 49 et 52. de libris Eccles. Græcorum: Prophecticam lectionem interdum Epistolis et Euangeliiis præmissam notat *Menardus* p. 368. ad *Gregorii Sacramentum*. Sacrum Officium lingua vulgo nota celebratum a primis Christianis et per plura deinceps sæcula, quemadmodum etiam sacras litteras lectas in vulgaribus linguis, docent *Edmundus Martene* lib. 1. de antiquis Ecclesiæ ritibus p. 274 sq. *Phil. Mornæus* lib. 2. de Eucharistia capi 6 et 7. et *Iacobus Vfferius* in *Historia dogmatica de Scripturis et Sacris vernaculis*, post auctoris mortem edita Lond. 1689, 4. cum iaculentis *Henrici Warthoni* accessionibus. Neque recentis ætatis abusus excusare possunt, quæ vt *Vfferiano* operi detrahar affert *Rich. Simon* Tom. 1. *Bibl. selectæ Gallicæ* editæ cap. 18. Lectiones ecclesiasticæ diligenter notantur in veteri *Calendario Romano*, quod *Ioan. Fronto* cum notis edidit Parisiis 1692, 8. et cum eius epistolis et dissertationibus ecclesiasticis recudendum dedi *Hamb.* 1720, 8. Illud in codice MS. S. Genouesæ inscribitur: *Incipit capitulare Euangeliorum de anno circulo*. Lectiones quasdam in illo codice, atque adeo a *Frontone* omissas *Baluzius* ad *Capitularia*, T. 2. p. 1156-1160. edidit ex codice *Colbertino* Regiæque. Romæ et Constantinopoli olim *Euangelium Græcæ et Latine* recitatum est propter præsentem, qui vtriusque linguam intelligerent vide *Edm. Martene* 1. de ritibus ecclesiæ p. 277 et 372. et iter litterar. *Benedictinor.* T. 2. parte 2.

parte 2. p. 799. Passionem Christi lectam tantum secundum Matthaeum, Resurrectionem secundum Matthaeum primum, deinde etiam secundum Mattheum, Lucam, Iohannem observat Augustinus serm. 292. esp. 1. 234. c. 1. 239. c. 1. et 243. c. 1. T. 5. edit. Benedictinorum. De usu pericoparum Evangelicarum et Epistolicarum, quas Ecclesia diebus Dominicis, festisque meditando Christianis proponit, eiusque origine et antiquitate erudite disputat Rev. D. Ioan. Dieckmannus praefatione ad B. D. Henrici Mulleri et Ioachimi Lutkemanni Homilias in Evangelia et Epistolas iunctim vulgatas Germanice A. 1705. Praefatio illa recusa est in laudari Dieckmanni opusculis Germanice iunctim Stadae, 1709, 4. excusis, parte 2. p. 128 seq. *Iustus Wesselus Romipaeus* commentatione ad libros N. T. in genere, p. 177 sqq. coll. p. 141; *Ioan. Georg. Prithus* Introduct. in lectiōnem N. T. c. 31. pag. 416 sqq. edit. Hofmannianae *Casp. Calovius* Ritual. ecclesiast. P. 1. pag. 691. *Casp. Löschner* in dissertatione de pericopis Evangelicis et Epistolicis Sondershusae edita 1668. et recusa Witteb. 1725. *Ioan. Henr. Thamerus* in schediasmate de origine et dignitate pericoparum, quae Evangelia et Epistolae vulgo vocantur, Ienae 1726, 4. et in Epistola ad amicum, Altenb. 1728. vulgata, quae adiuncta deinde est Ioan. Martini Schamelii vindiciis evangelicis. Lipsiae 1724, 8. *Ioan. Bened. Carpzov* Nepos in dissert. de non remane abrogandis pericopis Evangeliorum et Epistolarum, Helmstadii 1755. vulgata, anteaque recusa. Lips. 1758. *Goetfriedus Büchnerus* in schediasmate Germanico sermone edito: Ob das immerwährende Predigen über die evangelische und epistolsche Texte in der evangelisch-lutherischen Kirche abzuschaffen, und was dagegen einzuführen sey? Ienae 1756, 4. Incommodè saepe diuulsas esse lectiones Epistolicas, contra scopum sacri scriptoris in medio sermone vel incipientes vel desinentes probat *Caspar Herm.* Sandhagen in praefat. ad Seb. Schmidii breuem interpretationem Ecclesiastice Salomonis et Epistolarum Apostolicarum Germanice editam Lüneb. 1688, 12. De homiliario Pauli Diaconi, quod deinde emendavit Alcuinus, vide *Mabilionii Analecta* p. 181. *Ioan. Henr. a Soelen* selector. literar. p. 252 sqq. et *Ioan. David Koelerus* in dissertat. de bibliotheca Caroli M. Akrorfii 1727. § 6. De libro veterrimo Homiliario idem *Mabilionius* libro de liturgia Gallicana. Libros Biblicos vniuersos per anni saeculum in Ecclesiastico officio ex veteri usu non perlegi, queritur *Claudius Espenceus* lib. 2. digressionum in epist. 1. ad Timotheum c. 11. p. 193 sq. Operum: *Jacobus Dornamithius* ab Eberthz in schediasmate germanice edito: das göttliche Wortes Kirchenmangel, oder gründliche Beweiss, daß uns die Judent Ablesung heiliger Schrift in unsern Kirchen nicht einzuführen sey. Altonae 1688, 4. *Adamus Borrellus* in scripto, cui titulus ad legem et testimonium, de quo confer Relationes innoxias

AN 1701. pag. 189. et Spenerus in consiliis theologicis. Gettapicis Parte 3. pag. 746 199.

XX. De veterum Christianorum concionibus diligentissime egit *Bernardus Ferrarius* tribus libris, qui post editionem Mediolanensem A. 1621, et Lugdunensem Anni 1664. Paris. 1664. secuti sunt Ultraieeti 1692, 8. curante Io. Georgio Graeco, cuius editio recusa est Venetijs 1734, 8. Copiosa ex eodem libro excerpta occurrunt in Zimmermanni Analectis pag. 477 199. Egregia itidem *Ioachimi Hildebrandi* exercitatio de veterum Concionibus prodit Helmst. 1661, 4. De eodem argumento agit etiam *Ioan. Hoornbeckius* libro 1. Miscellaneorum sacrorum cap. 9. *Philippus Natolus* in sacris ritibus celebrante in sacris functionibus et a concionatoribus in sermocinando peragendis. Panormi 1641, 8. *Frideric. Borromaeus* libr. 3. de concionante Episcopo, Mediolani 1632, fol. et libr. 5. de sacris sui temporis oratoribus, ib. eod. *Petrus Roquius* in pastore euangelico, gallicae edito, Basileae 1723, 4. parte prima, ubi historia et censura concionum iudaicarum et christianarum. *Binghamus Orig. ecclesiast.* lib. 14. c. 4. Mich. Gottl. Hanschius in *der Abbildung der Predigten im ersten Christenthum.* Francof. 1725, 8. Imaginem veteris suggesti siue ambonis exhibet *Carolus du Fresne* in *Constantinopoli Christiana* lib. 3. pag. 69. ubi de ambonis gradibus: habet enim nomen a Graeco *αμβων*, non ab ambiendo, vide *Valesium* ad *Sozom.* IX, 2. quanquam plerumque pro gradibus altaris (non in ambone) sedentes concionari solitos veteres observat idem *Valesius* ad *Socratis* VI, 5. et *Sirmondus* ad *Sidonium* p. 252. ubi et de eo quod stans plerumque sustentaverit populus, licet in infirmiorum gratiam sedilia etiam subiecta testatur *Augustinus* cap. 13. de *catechizandis rudibus.* De cathedris Episcoporum et Presbyterorum consulendus *Sam. Barnage* ad *Baron.* T. 1. pag. 535 19. *Menardus* pag. 85, 94. ad *Sacramentarium Gregorii M.* *Ioan. Andr. Schmidii* *disquisitio de cathedris doctorum veterum.* Ienae 1687. *Christ. Sahnii* *dissertatio de cathedris Apostolorum,* *Regiom.* 1704. et *Chr. Weidlingii* *disp. de ambonibus vet. Ecclesiae.* Lipsiae 1687. *Palpitum lectoris* videtur expressum iebrie in *Montfauconis* *diario italico* p. 134. *Huic* *modi* *pulpitum* *portatile* *vocari* *suspicio* *tripalibis* *in antiquo* *rituali* *apud* *Edmundum Martene* *lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus* p. 372. Tres amboni in vno templo Romano S. Clementis, omnium totius Urbis antiquissimo, duos in cancellis dextris, vnum scilicet pro Epistola legenda versus altare, alterum pro legendis Prophetis versus populum: tertium in sinistris paullo altiore et exornatiore pro Euangelio exstare refert idem pag. 368. Plerumque homiliarum, quae auctoribus praeiis Ecclesiae doctoribus hodie exstant, elechuq. dedit *Caelestius* a Monte Marsanno in clauo Dauidica Lugdun. 1699, fol. Quam

Quam plurimum inveniuntur in multis partibus edidit Franciscus Combes¹⁸ in Bibliotheca Homiletica, Parisiis 1662, fol. octo voluminibus ut Laurentii Cundii et Gerardi Mesani Bibliothecam Homiliarum, et Homiliarum Pauli Diaconi siue Aleuini excusum Spiraë 1482. Basil. 1493. Lugdun. 1520. Parisi. 1537. Colon. 1557. fol. Expositiones in Epistolas Dominicales et Festivales Haymonis, Smaragdi, Radulphi Ardantis, Homiliasque variorum a Laurent. Surio collectas vulgatasque Colon. 1596, fol. omittamus. Concionandi munus Episcopis primum maxime fuit proprium, licet interiecto tempore in Oriente hoc primum, tum etiam in Occidente Presbyteris concederetur. Vide Sirmondi Opera T. I. p. 333, et Fridi Borromei librum supra laudatum de Concionante Episcopo. In concilio Lateranensi, quod sub Benedicto XIII. habitum est Romae A. 1725 et 1726. tit. 1. c. 3. Episcoporum munus praecipuum esse traditur Verbi Dei praedicatio, quod suo praecepto induxit, exemploque firmavit aeternus animarum Pastor. Interdum ante Episcopum etiam verba faciebat Presbyter. (vide Thom. Milles pag. 8. ad Cyrillum Hierosol.) Diaconus quoque, de quo confer sis Sam. Basnagium ad A. C. 35. n. 12. D. Io. Ben. Carpzonii filii diss. p. 901. et Casp. Zieglerum de Diaconis p. 100 sq. Quin imo Laici. Vide Eusebii Hist. Eccles. VI, 19. p. 222. edit. Valesii. Etiam Episcopos ab aliis sibi Conciones componi fecisse notat Sirmondus ad Ennodium pag. 75. Certe concionandi officium neglectum, vehementer eis yatio datum fuisse docet laudatus Ferrarius lib. 2. cap. 1. et seq. Conferatur Cotelerius Tomo 1. ad Patres Apostolicos p. 263. Andreas Saussaeus in panopliae sacerdotalis parte 2. c. 4. Palschaeus Quesnellus ad Leonem M. p. 895 et 883. b. Iac. Goettenius libro 1. observationum cap. 1. Idem Quesnellus ante Leonem I. etiam Sixtum III. et Liberium Pontificem concionatos ad populum esse (contra Sozomenum¹⁹ libro 7. c. 19.) ostendit dissertatione 2. ad Leonem M. p. 257 sq. Conciones plerasque dictas ex memoria, quasdam etiam descripto recitatas, observatum Ferrario lib. 2. cap. 15. Ex auditoribus quidam per notarios siue *ἐκτυγαίνουσι*, ut Socrates VI, 4. de Chrysofotomo agens meminit, conciones excipiebant, qua ratione multae Origenis, Chrysofotomi, Augustini et aliorum conciones sunt conservatae. Vide Hildebrandi exercitationem de concionibus veterum cap. 3. § 8. D. Ioan. Ben. Carpzonium in praefatione ad Concionum Funerarium Tomum 5. Petri Aurelii Opera p. 408. et Georg. Henrici Goetzii eclogam theologicam de concionibus calamo exceptis. Lubecae 1716, 4. Porro autem Socratem VII, 2. *ὁ μὴ* non videtur negare sed potius affir-

¹⁸ Vide supra pag. 466.

¹⁹ Sozomenus illo loco scribit, Romae nec Episcopum nec alium quenquam in Ecclesia sermonem habuisse ad populum. Valesium Sozomeno suffragantem refellit etiam Ruinarus in Actis selectis Martyrum p. 163. edit. Paris.

firmate, Atque nempe Episcopi Constantinopolitani sacra concione extemporalis tamen fuisse eiusmodi, vt assidue frequentarentur et scripto exciperentur. De auditorum innumerabili copia dicebat quoadque urgente confer. Corelesium partē 3 monumentorum Ecclesiae Graecae p. 562 sq. Ferrarium lib. 21 c. 19. De more et iure inter concionandum Biblīa sacra duolpendi vide G. G. Zelinert dissertationem Altorfii 1728. editam. De more surgendi standique in Ecclesia, quum Diuina verba recitantur, differit Ioan. Sigism. Sufsbilus in trifolio Biblico tertio p. 197 sqq. Magd. 1732; 8. Germanice euulgato. De concionibus inauguralibus, quod ex illis de fide, doctrina et moribus cuiusque Episcopi coniectura fieret, vide H. Valesium ad Socratis VII, 29. Ceterum theatrales facetias et histrionicam ac scurrilem dicitatem exulare omnino a suggestu sacro debere, omnes consentiunt. Conf. Benedictinorum notas ad L. 1. Ambrosii de officiis c. 23. T. 2. p. 28. et Mabillonium ad haec Bernardi lib. 2: de considerat. c. 13. inter saeculares mugas, mugae sunt; in ora sacerdotis. blasphemias. Stantes concionari solebant stantibus auditoribus ut docent Ferrarius lib. 2. cap. 17. Hildebr. c. 3. § 13. Cotelerius Tomo 1. ad Patres Apostolicos p. 266 sq. Iacobus Sirmondus ad carmen 16. Sidonii Apolloniatis, et D. Balthasar Bebelius Antiquit. Eccles. Saec. 4. T. 2. p. 729 sq. Sedentes tamen interdum etiam in arbore verba fecisse certum est, vt de Chrysostramo refert Nicephorus lib. 13. hist. ecclesiast. cap. 4. Graeci recentiores non lingua vulgari sed antiqua Graeca concionantur, teste Martino Crasio in Turco-Graecia p. 205. quem vide sis etiam de Concionibus Turcarum, p. 211. Tournefortius autem in Itinerario suo A. 1717. edito p. 45. edit. Amstelod. scribit, concionum saecularum vsura in ecclesia Graeca propemodum abolitum, et si qui aliquando, quod raro contingat, verba sacra ad populum faciant, admodum misere illo officio defungi.

XXI. Non praetereundum quod pulchre obseruat illustris Vir Samuel Puffendorfius²⁰ in introductione ad Historiam, libro lectu dignissimo, et quod pauca libris Linguae nostrae accedit, ex Germanico idiomate in Latinum, Belgicum, Gallicum, Anglicum, Suecicum et Russicum translato, parte 1. cap. 12. § 2. apud Ethnicos veteres Graecos et Romanos aliasque nullas fuisse²¹ eiusmodi Sacras conciones siue publicos coetus, in quibus populus de religione sua insti-

²⁰ Pridem hoc Ethnicis exprobrauit S. Augustinus lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 6. Quas contra disputata video a Petro Zornio T. 2. Opuscul. Saec. p. 227 sqq. ita comparata sunt, et, nescio an aliis, mihi certe non satisfaciunt. Confer delectum argumentor. pro veritate R. C. p. 468.

²¹ Tenuia illarum vestigia colligere sibi visus est Ioan. Fronto in dissert. de cultu sanctorum, p. 357 sq. (inter dissertat. et epistolas eius ecclesiasticas p. 371 sqq.)

inflicteretur, et de virtute ac pietate colenda, admoneretur: sed maximam partem cultus Deorum constituisse sacrificiis, caerimoniisque et dierum festorum solemnitate, quae tamen ludis potius et luxu quam diuinarum rerum contemplatione et pietatis exercitatione, obibatur. Ita ut ex eiusmodi religione Ethnica neque per vitam erudiri homo in cognitione Numinis, neque inflam- mari ad pietatem: neque in morte solatium ac spem de meliore vita concipere, posset. Quo magis agnoscenda est nostra Christianorum felicitas, qui loco cultus eiusmodi indigni, superstitioni et αἰόλου non modo sanam et rectam rationem Dei colendi ac celebrandi, Numine ipso monstrante habemus, sed etiam ex ore Ministrorum Verbi quotidie haurimus saluberrimas doctrinas, e quibus fides in Deum accenditur aliturque, spes et fiducia corroboratur, et charitas in Deum hominesque commendatur et inculcatur. Quod si rationem etiam veterum coetuum Christianorum ex testis aliquo fide digno cognoscere cupimus, *Iustinum Martyrem* adibimus, qui in Apologia prima pag. 98. perspicue eos describit, atque inter alia refert post lectionem scriptorum Prophe- ticorum Apostolicorumque, lectore quiescente τὸν προσῶτον siue *Antiphitem*: διὰ λόγου τῆς νοθεσίας καὶ πρὸς ἄλλοις τῶν πολλῶν τούτων μνήσεως ποιῶντα *sermone populum solitum inspicere, et ad imitationem tam pulcherrimum exercitum cohortari.* Hinc consurrexisse omnes ad preces et hymnos, ac sacram Eucha- ristiam celebratam a praesentibus quibusque. Confer si placet quae ad illum locum a B. *Kortholko* aliisque viris doctis annotata sunt, tum S. Nazianzenum, inuectiua 1, in Iulianum p. 103. ubi ridet Apostatam Conciones eiusmodi in- struere apud suos cupientem, rogatque numquid auditoribus suis duxerit ex- plicandam Hesiodi Theogoniam, an Orphei, an Homeri fabulas de Diis.

XXII. Verba pro Concione facientibus applaudebat subinde populus et acclamabat, si quid elegantius vel grauius dictum fuisset: de quo populi ap- plausu agunt *Isidorus Pelusota* IV. Epistola 130. et *Franciscus Bernardinus Ferrarius* ²² lib. 2. de concionibus cap. 23 sq. et in singulari opere de veterum acclamationibus et plausu libro 5. cap. 1-12. Quod opus in libris 7. distin- ctum Mediolani 1627, 4. primum prodiit, et in Tomo 6. thesauri Antiquitatt. Roman. Graeuiani recusum est. De iisdem acclamationibus Ecclesiasticis con- sules

²² De hoc Ferrario, qui bibliothecae praefectus, obiit Mediol. A. 1669. 30 Ian. aet. 92. aedundus Philippus Picinellus in Athenaeo eruditorum Mediolanensium Italica edita p. 200 seq. ubi inedita eius memorantur, *de annulis, de artificiosa manuum loquela, Gymna- stica sacra, de funere sacro, obscuriorum is antiquitate Ecclesiastica vocum illustratio, syn- tagmata Ecclesiastica, de multiplici luminis instrumento et usu apud Veteres, de pedum teg-umento et ornamento*, Icon eius et encaonium obuium est in elogio Academiae incognitorum pag. 161.

sales *Iacobum Gorttenium* lib. 1. obseruat. cap. 10. *Lud. Cresollium* in theatris rhetorum, Tomo 10. antiquitatt. Graecarum Gronouii pag. 145 sq. *Conradum Rittierhusium* lib. 3. sacrarum Lectionum cap. 22. *Suicerum* in thesauro, voce *negros*. *Fronton. Ducaem* in notis ad Chrysolomum Tom. 1. pag. 7 seq. *Hildebrandum* de Concionibus Vett. cap. 3. et *Henr. Gottl. Richterum* de veteri orationibus sacris applaudendi more. Lipsiae 1744. Ad hunc morem spectat etiam ritus oraria concutiendi, de quo *Jf. Casaubonus* ad Vopiscum in Aureliano, cap. 48. *Henricus Valefius* ad Eusebium p. 281. *Ioan. Harduinus* ad The mistium pag. 500. tum mos contundendi pectus, de quo *Sirmondus* Tom. 1. Opp. fol. 339. E. sq. Hi applausus et acclamationes quum saepe modum excederent, saepe loco importuno et minime conueniente excitarentur, ab antiquis Ecclesiae Doctoribus primum vehementer reprehensi, deinde paulatim abrogati sunt, licet ad S. Bernhardi vsque tempora perdurasse eidem Ferrario obseruatum. Vide *Gerh. Ioan. Vossium* libro de imitatione p. 807 sq. editionis Crenianae Tom. 1. methodorum quas de studiis instituendis edidit. Verissimum etiam est auditores si probe moueantur et cor eorum compungatur a dicente, ipsos tacituros potius et de emendatione sui serio cogitatos, quam plausu et acclamatione, obstrepere dicenti ausuros; quemadmodum *Ronatus Raptus* in diss. Gallica de eloquentia ecclesiastica recte obseruat eos qui in concione vehementissime et potentissime commoti sunt, non multa verba de dicente facere, neque illum ambitiose vicino suo laudare, sed tacitos egredi. Quo spectat *Musonii* Philosophi dictum apud Gellium lib. 5. cap. 1: *Quisquis ille est qui audit, nisi ille est plane deperditus, inter ipsam Philosophi orationem et perhorrescat necesse est, et prodeat tacitus, poeniteat et gaudeat et admiretur.* Admiratio autem quae maxima est, non parit verba sed silentium. Vnde et Cicero in oratione pro Deiotaro animaduertit *plausum obstupescentibus auditoribus ipsa admiratione compressum.* Auctor vero ingeniosus qui Dialogos mortuorum A. 1712. Gallice edidit, Demosthenem inducit Ciceroni dicentem: *vous saisissez dire, qu'il parle bien! et moi, je faisais dire, allons, marchons contre Philippe. On vous louoit: on étoit trop hors de soi pour me louer.*

XXIII. Occasione harum acclamationum Ecclesiasticarum lubet etiam paucis alia plausuum et acclamationum genera perstringere, de quibus praeter *Ferrarium* agit *Ioannes Chokierius* lib. 2. Facis historicae cap. 11. *Ioseph. Laurentius* lib. 2. Polymathiae cap. 12. *Ioan. Schlemnius* in dissertatione de acclamationibus veterum, Ienae 1665. quibus addenda *Abbatis Simonii* dissertatio inserta memoriis litterariis Treuultinis A. 1705. p. 1227 sq. De acclamationibus et plausibus theatralibus agit *Iustus Lipsius* lib. 2. electorum cap. 10. et *Ferrarius* lib. 7. cap. 20. atque libro 2. integro, in cuius capite 5. pressionem et

et conuersionem pollicis perperam refert ad plausus theatrales, quum ad amphitheatrales potius pertineat, norante *Gracuo* in praefatione ad Tomum 6. thesauri antiquitatum, vbi docet *ad digitum pugnare* apud Martialem in spectaculis, epigrammate 29. exponendum ea lege pugnare, vt qui succumbit digito sublato victum se esse fateatur. De acclamatione in ludis equestribus *Iulius Caesar Bulingerus* de circo cap. 47. Tom. 9. thesauri Graeciani pag. 691 sqq. De iisdem locum insignem habes apud *S. Caesarium* quae est. 1. pag. 6 sq. edit. Ehingeri. De acclamationibus plebis, principi applaudentis, *Felix Ofius* pag. 569 sqq. ad Albertinum Mussatum Tom. 6. thesauri Italiae parte secunda. De Scholasticis acclamationibus et plausibus, quae in scholis, in auditoriis, in foro datae sunt vel caussarum Patronis dicentibus coram iudice, vel declamantibus ad auditores Sophistis, aut eruditis scripta sua recitantibus agit *Ferrarius* lib. 3. *Vossius* in libro de imitatione, *Lipfius* lib. 2. ad Belgas epist. 48. *Ioannes Schefferus* in lib. de stilo pag. 115. et pag. 98 sq. vbi de recitationibus: *Lud. Cresfollius* in theatro Rhetorum lib. 3. c. 20. *Lodius Bisciola* Mutinensis Tomo 2. Lectionum subcesiuarum lib. 15. cap. 20. *Iac. du Portus* ad Theophrasti characteres p. 215 sq. *Bernardus Petrus Carl* in diss. edita Rostoch. 1696.

De acclamationibus et applausu in electionibus inaugurationibusque Imperatorum et Regum videndi *Io. Christoph. Beckmannus* de laudibus regalib. c. 3. *Fortunatus Scacchus* III. eleochrysm. c. 52 sq. p. 1078 sq. et c. 36. pag. 972 sq. et *Io. Franc. Buddeus* de eo quod decet circa sollempnia principum § 28. Formulas acclamationum collegit *Barnabas Briffonius* 1. 2. de formulis, vbi etiam de acclamationibus senatoriis p. 173 sqq. de quibus *Ferrarius* disputat per totum libr. 4. De militaribus acclamationibus agit idem *Ferrarius* lib. 6. c. 3. vsque ad 11. *Briffonius* lib. 4. p. 328. Ceterum militum plausus, scuta genibus illidentium, prosperitatis indicium plenum: contra quum hastis clypei feriebantur, irae documentum fuit et doloris, vt notat *Ammianus* XV, 8. pag. 94. hastis vibrantes irati XXI, 13. pag. 286. sublati alius scutis nihil periculosum fore clamabant. XXIII, 5. pag. 365. Plausus et acclamationes Imperatoribus factas a *Traiano* vsque in acta publica relatas obseruat *Isaacus Casaubonus* in notis ad *Vulcatium Gallicanum*: quemadmodum acclamationes factae Episcopis relatae sunt in acta Synodica. Confer *Suiceri* thesaurum in voce *Kpéres*. De acclamationibus in electione aut ordinatione Episcopi cui a populo acclamatum *αἴψως*, vt colligitur e *Philostorgii* IX, 10. agit *Ferrarius* lib. 7. cap. 3. et *Iacobus Goetzen* lib. 1. obseruationum cap. 10. vbi singillatim de acclamationibus in electione Pontificis. De acclamationibus in electione Imperatoris *Ferrarius* lib. 7. c. 4. et 6. tum 5. quoque, vbi de formula sacris litteris celebrata, *uiuat Rex*: et

cap. 9 sq. vbi de votis pro longiore vita et annis felicibus. De ecclesiasticis acclamationibus totus liber 5. Ferrarii est, et speciatim de acclamationibus in Conciliis cap. 13 sq. Senatui quoque in Synodis feliciter acclamatum obseruat c. 16. Confer et *Philippum Berberium* lib. 1. *πιδανών* cap. 6. *Allatum* aduersus Creyghtonum pag. 727. *Cangii* Glossar. in *πολυχρόνιον* et *πολυχρονίζεν*. *Sicceri* thesaurum in *ἀχίος*, in *αἶρος*, et *σάβος*. De acclamationibus in ludis secularibus adeundus *Petrus Tassinus*, Tom. 8. *Antiquitat. Roman.* p. 517. in ludis Apollinaribus, *Cicero* Philippica I. cap. 15. De acclamationibus in triumphis vide sis *Onuphrium*, *Ioannem Nicolai* aliosque qui de triumpho scripserunt, et quae norant viri docti ad Suetonium et Hist. Augustae scriptores. De acclamationibus nuptialibus Ferrarium lib. 6. cap. 12 sq. et *Vossii* Etymologicor. voce *Hymen*. Sternutantibus acclamatum *ζεῦ σῶσον*, vel *saluae*, *Deus te adiuet*. Confer *Harduinum* ad *Plinii* XXVIII, 2. p. 563. *Petronium Burmanni* p. 465. *Niedeckium* de adorationibus pag. 26. qui tamen praeter rem tradit, *Tibertium* primum Romanis auctorem fuisse ut sternutantes salutarerentur. *Martianum Schoockium* libro de sternutatione. Amstelod. 1664, 12. *Famianum Stradam* lib. 3. protul. 4. p. 315 sqq. *Io. Georg. Meuschenii* disquisition. de ritu salutandi sternutantes. Kilon. 1704. *Ern. Frid. Wernsdorfii* epistolam de ritu sternutantibus bene precandi. Lipsiae 1741. *Ioan. Rüd. Rhanii* dissertat. de more sternutantibus salutem precandi eiusque origine, Tiguri 1742. et in *Satura* dissertat. theologicohistoricophilolog. P. 2. pag. 312 sqq. *Liber Sadder-Ports* VII haec de more sternutantibus bene precandi praecipit: *Oportet pro quouis sternutante recitare semel unam Abūaavar et unum Abūa vābū — — ut per haec duo verba expellas morbos, quos diabolus in corpore diuino locum habere affert. Scito enim, quod sit in corpore ignis quidam — — (t. e. natura). Quando iste ignis ex mandato Domini-Altoris bellum gerit cum diabolo, eum bellando e corpore expellit, et hac ratione fugato diabolo, ex sternutatione corpus sanum euadit.*

XXIV. Ex Sacramentis Veteris Test. prima memoranda *Circumcisio*, praeepta a Deo ²³ *Genes. XVII*, 10 sq. *Leuit. XII*, 3. de cuius ritibus videndi *Talmudici* in tractatu de Sabbato cap. 19. Tom. 2. edit. *Surenhus.* p. 62 seq. *Maimonides* in *Iad chafaka* P. 1. lib. 2. tr. 6. qui liber cum latina versione *Seb. Schmidii* Argentor. 1661, 4. et cum versione ac notis *Christiani Waltheri* disputantium ritu prodit *Regiom.* 1705. et auctor libri de quo *Catalogus MSS. Vffenbachianorum* pag. 333 seq. et *Christianis V. C. Hermannus* ab *Hardt* in prodromo iuris Iudaeorum Canonici de Circumcisione *Helmst.* 1700, 8. ne
Bux.

²³ *Theodorus* apud *Eusebium* IX, 22. praeparat. euangel. de Abrahamo: *αὐτός αὐτὸν ἐπελάτρησεν* *αὐτὸν αὐτὸν ἐπελάτρησεν* *αὐτὸν αὐτὸν ἐπελάτρησεν* *αὐτὸν αὐτὸν ἐπελάτρησεν* etc.

Buxtorfium Synagoga Judaicae c. 4. Io. Lundium, similesque veluti notiores memoremus. Causas institutae a Deo circumcisionis siue sollempnium secunda carnis (vt loquamur cum S. Hilario 1. de Trinit.) reddere conatur Philo libello de circumcisione, cui adde Iustinum quaest. 102. ad Orthodoxos, Photium Epist. 248. D. Sebastian. Schmidii fasciculum diff. pag. 213 sq. Suiceri observationes sacras pag. 57 sq. Petrum Redanum ad lib. 1. Maccabaeorum p. 207 seq. et Simonis Episcopi institutiones Theologicas Tomo 1. Opp. p. 45. Certe, vt ait Zachaeus Christianus in collatione cum Apollonio Philosopho lib. 1. c. 18. *non quod praecipuum iustitiae praesudicaret aut fidei, vel aliquid superfluum in homine Deus creasset, quod postea iuberet abscindi: sed vt inter alias gentes signaculo corporis electi vini (Abrahami) soboles nasceretur.* T. 1. Spicileg. Dacherii p. 7. adde Pelagium in Epistol. ad Romanos II, 26. Ab Ismaelitis circumcisionem didicisse Aegyptios notat Anastasius Sinaita quaest. 28. ab Iosepho, Iacobi filio, Hieronymus ad Ierem. IX, 25. ex traditione Hebraeorum: quod vero propius est quam quod Aegyptiorum imitatione circumcisos Hebraeos fuisse, Herodoto II, 104 et 36. Celso, Iuliano testibus laudatis disputant Marshamus, Spencerus et qui horum insistant sententiae, cui vide quae opponuntur a Ramiresio c. 4. Pentecontarchi, Natali Alexandro aetate 3. Vet. Test. diff. 6. Leydeckero de Rep. Hebraeorum II, 4. Antonio Bynaeco, et D. Sebast. Schmidio in diff. et tractatu de Circumcisione, Salom. Deylingia II, 6. Obseruat. sacrarum, Rich. Montacurio parte 1. Originum Eccles. Wirsio in Aegyptiacis, Ioan. Baptista Sollerio, S. I. de institutis Coptorum, sub extrem. (ante Tomum s. A&S. Sanctor. Junii.) B. Zacharia Grapio in diff. edita Rostochii A. 1697. an Circumcisio ab Aegyptiis ad Abrahamum fuerit deriuata, D. Paulo Antonio in dissert. de circumcisione Gentilium. Lipsiae 1682. Augustino Calmeto in dissertatione tertia earum, quas commentario in Genesim adiunxit, et T. 1. dissertation. Biblicar. p. 17. interpretat. latinae: Mich. Ghislerio ad Ier. IX, 25 sq. Christfriedo Waechtero in Epistola inserta A. E. 1692. p. 124. Beniam. Andr. Atkifono p. 60 sq. libri anglice editi: *Christianity not older than the first Gospel promise*; Auctore libri itidem Anglico sermone compositi: *Reuelation examined with Candour* Tom. 2. diff. 5. pag. 152 sqq. Wilh. Goerco in historia Mosaica belgica euulgata, P. 1. c. 7. p. 240. Patrik Delany in examine reuelationis P. 2. pag. 195 sqq. interpretationis germanicae ab H. C. Lemkero compositae. Io. Reinh. Rusio in Progr. de circumcisione a gentibus ad Iudaeos non deriuata; et Sigism. Iac. Baumgartenio in dissertat. de regno posterorum Abrahami in Aegypto, Halae 1744. § 23. vt reliquos omittamus, quos larga manu exhibet C. M. Pfaffius dissertat. praelimar. Spencero praefixae p. 4. Ac Salomonis demum temporibus circumcisionem apud Aegyptios vsu

venire coepisse suspicatur Steph. Morinus, quem vide pag. 79. diss. de cognitione Lacedaemoniorum et Hebraeorum. Vide et Clementis recognitiones lib. 1. c. 33. et de Ismaelitarum circumcisione Philocaliam Origenis c. 23. p. 77. Apud Aegyptios ferioem circumcisionis usum ex Ios. V, 9. et Ier. IX, 25. colligunt viri docti. Philo de circumcisione, Vol. 2. p. 210. edit. Mangeianae: *γελᾶται ἡ τῶν γεννητικῶν*, (ita recte Benzelius, *πρὸ γεννητῶν*) *περιτομή πρᾶγμα σπουδαζόμενον ἐν μετρίῳ καὶ παρ' ἑτέροις ἔθνεσι, καὶ μάλιστα τῷ Ἀιγυπτιακῷ ὃ καὶ πολυαιθρωπότες τὸν καὶ πολυσοφώτατον εἶναι δοκεῖ.* Certe signum ac sigillum foederis cum Deo circumcisio apud solos fuit Hebraeos. De circumcisioe siue incisione potius praeputii apud Indos usitata in duodecennibus fieri solita pueris vide Franciscum Valentinum in descriptione Indiae veteris et recentis T. 3. p. 13. quod splendidum opus prodit Belgice octo voluminibus in folio Dordraci et Amstelod. 1726. De circumcisioe Nigritarum confer Labatum Tom. 2. p. 272 sqq. 280 sqq. de circumcisioe etiam femellarum eund. ibid. p. 287 et T. 4. p. 355.

De cultris faxeis ad circumcisionem adhiberi solitis consules interpretes ad Exod. IV, 25. Ios. V, 2. *Ramiresium* loco laudato, *Matthiae Zimmermanni* Analecta p. 412 sq. Noua litteraria maris Balthici A. 1698. p. 29. *Christianum Wasewitzium* in tuxture Ioanneo p. 136 sq. *Nicol. Serrarium* ad Iosuaam Tom. 1. p. 429 sq. *Herm. Bernh. Gedaei* Dissert. de instrumento circumcisionis a Zippora et Iosua adhibito. Lips. 1698. rec. in Hafaei et Ikenii thesauro nouo theologico-philolog. T. i. p. 263. *Ioan. Georg. Abichtii* dissert. de cultris faxeis in circumcisioe adhibitis. Lips. 1712. rec. ibid. p. 497. *Ioan. Jac. Quandtii* dissertat. de cultris circumcisoriiis et secespitis Hebraeorum, Regiom. 1713. et Acta Sanctorum Ianuarii Tom. 1. p. 1083. vbi culter quo Christus circumcisus est adhuc superesse traditur. Ibidem agitur etiam de eiusdem praeputio adhuc vt aiunt Romae asseruato in aede S. Ioannis Lateranensis, licet a resurgente resumtum scribat Anastasius Sinaita quaeft. 145. De eodem confer Tomum primum Act. Sanctorum Ianuarii p. 3 sq. *Salianum* ad A. 4053 n. 5 sq. *Tolentum* in cap. 2. Lucae, et *B. Ittigii* seleta capita Historiae Eccles. Saeculi I. pag. 343.

De iis qui recutiti quum essent, cutem praeputii (quod semel rescissum, crescere iterum negat Hippocrates VI, 10. Aphorism.) ex odio Iudaismi, deinde autem illam spastere iterum adducebant; modo, quem excogitauit Paullus Aeginaeta lib. VI. c. 53. et Celsus VII, 25. et a Symmacho factum testatur Epiphanius Tom. 2. pag. 172. vide interpretes ad 1 Maccab. I, 17. et 1 Cor. VII, 18. *Io. Rhodium* lib. de acia p. 97 sq. *Thom. Bartholinum* de morbis Biblicis c. 26. *Rich. Montacutium* Tom. 1. Orig. Eccles. p. 79 sq. *Andream Masium* ad Ios. V, 2.

p. 82 sq. *Stephanum le Moyne* notis ad *Varia sacra* p. 761 sq. *Tunaquilum Fabricium* lib. 2. Epistola 26. *Buxtorfium* Lexico Talmudico in ךׁשׁ, *Sixtinum Amamam* prolegomenis ad *Drusii fragmenta Veterum Interpretum*. G. W. *Wedelium* Exercitat. medicophilologic. Centur. I. Dec. V. N. 1. *Nic. Serarium* ad *Iosuaam* Tom. 1. p. 429 seq. *Iobum Ludolfum* in commentar. ad historiam aethiopicam pag. 270 seq. *Sabnaſum* ad *Solinum* p. 1050. h. edit. Parisiensis. *Ierem. Loffii* disputat. de *Epispasmo iudaico*. Witteb. 1665. recusam in I. C. *Schlaegeri* dissertationum rariorum fasciculo nouo. Helmstad. 1743. 4. p. 89 sqq. *Gabrielis Groddeckii* disputat. de *Iudaeis praeputium attrahentibus*, Lipsiae 1699. quam *Christi. Schoettgenius* T. 1. *Horar. hebraic. et talmudic.* p. 1159 sqq. et *Hafaeus* atque *Ikenius* T. 2. thesauri noui theologicophilologic. p. 793 sqq. recudendam curarunt, et, quos excitauit auctores *Petrus Zornius* in historia fisci iudaici p. 280 sqq.

Ab Imperatoribus Romanis prohibiti Iudaei, alienae nationis homines circumcidere ac profelytos facere. Vide *Guil. Spencerum* ad *Origenem* contra *Celsum* p. 35. et legem *Constantini* in appendice *Codicis Theodosiani Sirmondiana* p. 11. Nihilominus apud plurimas gentes mos circumcidendorum genitalium receptus, licet ob diuersas et physicas potius quam religiosas vel foederales rationes, de qua re conferendi *Menardus* et *Cotelerius* ad *Epistolam S. Barnabae* p. 27. *Tob. Pfannerus* in *Theologia Gentilium* cap. 14. p. 345 sq. *D. Paulli Antonii* diss. de *Circumcisione Gentilium*, Lips. 1682. et *Iac. Geusius* in *uictimis humanis* Tom. 1. c. 22. pag. 376 seq. Etiam in insula *Madagascar*, atque apud gentes quasdam *Americanas* circumcidendi ritum obtinere constat ex recentiorum relationibus et *Theoph. Spizelii τοῦ μακαρίτου* eleuatione relationis *Monteziniana*e p. 82 sq.

Apud Iudaeos etsi mulieres non circumcidebantur, tamen certum est aliis eas caerimoniis Deo ueluti dici solitas, quum nomina eis imponerentur, inquit *Andreas Masius* ad *Iosuaam* p. 116. Atque de initiatione puellarum apud Iudaeos uide si placet quae notauit *Wagenſeilius* in *telis igneis Satanae* p. 200 sq. Apud alias gentes uero, (vri apud *Muhamedanos* quoque, de quibus *Hadr. Relandus* p. 58 sq. *Albertus Bobouius* ad *calcem itinerarii Abrahami Peritzol* pag. 22 sq. qui negat *Circumcisionem* ab illis ita necessariam haberi, ut ob causas quasdam omitti non possit, praecipue si quis aetate prouectior ad eos accesserit. *Gabriel Sionita* lib. de nonnullis orientalium urbibus c. 15. et *Geruasius* in *descriptione Historica regni Macaffrensis*, edita Gallice A. 1688. p. 179.) mulieres etiam circumcidi mos, de quo testes *Strabo* XVI. p. 554. XVII. p. 642. *S. Ambrosius* lib. 2. de *Abrahamo* cap. 11. n. 78. Confer *Thomae Bartholini* anatomen p. 293. qui in antiquitatibus puerperii fusius ea de re dixisse se testatur. De Aegyptiis

Aegyptiis Christianis idem notat Wanslebius in Historia Ecclesiae Alexandriae, de Habessinibus Ludolfus III, 1. Hist. Aethiop. testatus Africae tantum et partim Asiae femellas tall procidentia laborare in qua circumcissioni locus sit. Confer Petrum Kolbium in descriptione capitis bonae spei p. 425. ubi de more Hottentottorum non praeputium quidem, sed alterum sibi testiculum excindi patientium. Idem de conuenientia rituum et morum, quibus Iudaei et quibus Hottentotti vtuntur, videndus p. 352, 413, 415, 416, 425, 429, 431, 433, 449, 457 sq. 554.

Legem de circumcissione reprehenderunt Marcion et Manichaeus, sed Circumcissionem cum baptismo coniunxerunt olim ex Christianis Iudaizantes et haeretici quidam de quibus Rittershusius ad Isidori Pelus. 1. Epist. 125. et Coselerius notis ad Patres Apostolicos T. 1. pag. 603. Habessini vero et Copri, quos etiam ἀπὸ τοῦ κόπτεσαι nomen accepisse non dubitant viri doctissimi, circumcissionem non probant ideo vt legi Mosaicae satisfaciant, sed ex more ciuili illius gentis, (vti aures Indi perforant,) atque vt Christi exemplum imitentur, qui circumcidi se passus est. Confer Io. Bapt. Sollerium appendice ad historiam Patriarcharum Alexandrinor. ante T. 5. Actor. Sanctor. Iunii p. 153 sq. atque antiquissimum hunc Aethiopicis morem fuisse testatur Herodotus II, 104. Praeputium a Christo in resurrectione resumtum statuit Anastasius Sinaita, quae est. 145. et Dionysius Barsalibus Syrus apud Assemannum Tom. 2. Bibl. orientalis pag. 167 sq. Circumcissionis nulla in Alcorano mentio, et tamen illa vtuntur Muhamedani quoque, licet non octaua die vt praeter Iudaeos Sabaei, notante Bocharto in Phaleg. pag. 150. sed septimo demum, octauo vel etiam tertio decimo anno a natiuitate ad exemplum Ismaelis Abrahami filii. Confer Lud. Maraccium in prodromo confutationis Alcorani parte 4. fol. 39. Hadt. Relandum de religione Muhamedica p. 59. Thom. Smithum Epist. 1. de moribus Turcarum p. 24. Copti filias baptizant die post natiuitatem octogesimo, filios quadragesimo, deinde aliquo tempore interiecto vtrosque circumcidunt, vide Voyage de Gemelli Carreri T. 1. p. 56 sq.

filiorum theologicoorum collectione prima pag. 93 sqq. De Orientalium Magis
מַגִּי אֲרָצוֹת et *מַגִּי אֲרָצוֹת* vide Dav. Millii dissertationes selectas p. 411 sqq.
edit. Lugdun. 1743, 4. De ligaturis et phylacteriis Magicis, Elmenhorstius
ad Gennadium de dogmatibus Ecclesiasticis pag. 195 sq. et Cangii Glossar. in
Φυλακτήριον et *Φυλακτὶν*. Ramiresius cap. 31. pentecontarchi. Videnda
etiam quae de fascinatione Plutarchus V. 7. sympos. et Leonhardus Vairius
Behuentanus et Io. Lazarus Guttierius scriptis de fascino, et de amuletis. Aug.
Nath.

Nast. Hebraeus in historia amuletorum. Basl. 1710, 4. Julius Reichetus singulari diff. et Jacobus Wolf in scrutinio amuletorum, nec minus Io. Christianus Frommannus in libro erudito de fascinatione, Norimb. 1675, 4. De amuletis veterum Germanorum videatur Eckhardus Tom. 1. rerum Francic. p. 417 et 439. et Keyserus antiquitat. septentrional. p. 491. sqq. De amuletis Basilidianorum Kircherus Tom. 2. Oedipi part. 2. p. 459 sq. Io. Macarius de gemmis Basilidianis; Io. Chiffletius in Abraxa Protoso, Godfr. Wendelinus in Epistola ad Chiffletium et B. Thom. Ittigius in diff. de haeresiarchis Saeculi II. c. 2. licet Magica illa fuisse omnia haud constat. De amuleis et periaptis, apotropaeis, fascinis, phylacteriis plura dabit Theophil. Raynaudus in Christiano Christi patris et matris ecclesiae filio, cap. 9. p. 439 sqq. De *μασχαλισμῶ* siue more pares obtruncatorum vel manus aut pedis extremitatem de collo suspendendi, Lud. Kusterus ad Suidam in *ἐμσχαλισθῆ*, et *μσχαλισθῆνα*.

De Talismanibus siue telesmatibus, *στοιχείοις*, imaginibus auerruncis Astrologica et Magica arte compositis videndus Iosephus Scaliger in Epistolis p. 311, 410, 485, 487. Kircherus Tom. 1. Oedipi pag. 254 sq. et Tom. 2. parte 1. p. 379, 383, 390, 395 sq. et parte 2. p. 445 seq. 484 seq. Gaffarellus in curiositatibus inauditis et in notis ad eum Gregorius Michaelis, nec minus C. Sorellus libro Gallico quem de Talismanibus aduersus Gaffarellum composuit: Christoph. Adamus Rupertus ad Florum pag. 77 sq. vbi etiam de Palladio et p. 79. de aliis pignoribus regnorum fatalibus. Natalis Alex. aetate IV. Vet. Test. diff. 6. quo aduersus Marshamum probat serpentem aeneum, quem statuit Moses nequaquam telesma eiusmodi Magicum fuisse: Ioannes Gregorius obseruationibus sacris cap. 7. et 8. qui serpentem Moysis saltem occasionem dedisse Talismanibus conficiendis et excitandis disputat: Petrus Iurieu Historia Critica dogmatum Iudaicorum Gallice scripta p. 451 sq. vbi de Teraphim quorum mentio Genes. XXXI, 19. Zachar. X, 2. Reinesius in Variis Lect. p. 637 sq. Salmasius ad Vopiscum Tom. 2. p. 456 sq. Carolus Patinus introduct. ad Histor. numismatum esp. 14. Seldenus synagm. 1. de Diis Syris, Hugo Grotius explicatione Decalogi p. 28 sq. 36. Mortanus le Vayer Tom. 2. f. 550 sq. P. Brunius in historia rituum superstitiosorum Gallice vulgata pag. 334 seq. Augustus Buchnerus Tom. 2. Orat. 1. de statuis Magicis. Antonius van Dale de diuinationibus Idololatricis Iudaeorum p. 670. vbi differit aduersus Io. Spenterum: D. Valent. Ernestus Loefcherus Exerc. de Talismanibus, Witteb. 1697. Frid. Gotth. Freytag diff. de statuis *τετελεσμέναις* veterum. Lips. 1715. Pinnardus in Memoriis Freuoltinis A. 1707. p. 124 sqq. Spiridion Poupart in iisdem Memoriis A. 1718. p. 456. Valent. Ern. Eugenius Cohanzen in epistola de Talismane P'feuerico adiecta T. 2. litter, amoebarum I. H. Nunninghii et I. H.

I. H. Cohausen. Petrus Frider. Arpe libro singulari de prodigiis naturæ et artis operibus Talismanes et Amuleta dictis. Hamb. 1717, 8. Talismanis aenei aduersus serpentes Farisii reperti mentio apud Gregorium Turonensem VIII, 23. Alterius aduersus scorpiones meminit Golius pag. 127. ad Alfraganum, Contra Crocodilos Paullus Lucas in itinere suo Tomo I. p. 52, 62. et Wanslebius in relatione de Aegypto pag. 82, 379. Tale fuit ἀγάλμα τελεσμήνιον quod Alaricum traicere in Siciliam prohibuisse tradit Olympiodorus apud Photium Cod. 80. p. 106. et 109. memorantur statuæ argenteæ τελεσμήνιον ἐν βαρβαρίων ἀποκόλωσιν. De Apollonii Tyanensis Magicis telestomatibus contra serpentes, scorpiones et culices, Mich. Glycas p. 239. Annal.

De sigillis magicis conficiendis Cardanus cap. LXXXIX. de rerum varietate, Tomo 3. Opp. atque ut plura summatim complectar, de omni genere Magiæ Martinus Delrio in disquisitionibus Magicis sæpius recufis, et Iulius Cæsar Bulengerus lib. de licita et vetita Magia Tom. 1. Opusculor. et de Magia Hieroglyphica Aegyptiorum Kircherus Tom. 2. Oedipi parte 2. p. 437 sq. et de Magia Hebraeorum, Arabum etc. p. 471 sq.

VI. De sancta iuris iurandi religione, ut de hac etiam non nihil adinagamus, præ cæteris consulendus Ioan. Baptista Hanfenius, Harlemsensis, Prof. Tolofanus, in capite singulari ex electis eius, siue Commentario de iure iurando veterum, qui Tolofae primum 1614, 4. excusus et deinde Tom. V. thesauri Antiquitatum Graeciani insertus est. In eodem Tomo pag. 869 seq. legitur Steph. Trellierii diss. de iure iurando. Videndi præterea Alexander ab Alex. II. 10. genialium dierum et ibi Tiraquellus: Io. Filescus lib. 2. electorum p. 72-118. Ioan. Henricus Meibomius in Comment. ad iusiurandum Hippocratis e. 2. sq. et c. 22. vbi etiam de periurii crimine. Iacobus Ebertus in Historia iuramentorum, Francof. ad Viadrum 1588, 8. Christiani Ludouici dissert. de præcipuis iuris iurandi formulis, Hebraeis, Graecis et Latinis, Lips. 1692. Ioannes Nicolai in diatriba de iuramentis Hebraeorum, Graecorum, Romanorum, aliorumque populorum Francof. 1700, 12. Andr. Catiëburgius in specimine sapientiae Mosaicæ pag. 173. Kochius observ. miscellan. II. pag. 901. Crenius observ. philolog. I. pag. 126. Jerem. Serferus libris V. de iuramentis Francof. ad Oderam 1608, 4.

VII. De Hebraeorum siue Iudaeorum iuramentis videatur Codex Talmudicus תנ"ך Tom. 4. edit. Surenhus. pag. 292. Maimonidis liber Latine redditus a Io. Frid. Miegiö, Theologo Palatino: et Iusto Christophoro Dithmaro, Hasslo, qui notas etiam addidit Lugd. Batav. 1706, 4. cum præf. Iacobi Perizonii qua inter alia agitur de more iurandi tacto femore. Ioan. Henricus Otto in Lexico Rabbiniophilologico: Seldenus lib. 2. de Synedriis cap. 11. Sam.

Santi Petrus cap. 16. Var. Lectionum, Tom. 6. Cantic. Sacr. Iacobus Lydius in Synagmate postumae de iuramento, qui libro de re militari veterum Hebraeorum subiicitur Dordraci 1698, 4. Ioan. Gordob Carpouius ad Goodwinum pag. 652 sqq. et dissertationes Ioan. Tob. Maioris. Ienae 1641. Gustav. Geo. Zeleneri. Ienae 1699. Ioan. Rodolphi. Bernae 1706. Ioan. Ludov. Frey. Basil. 1712. Christo. Gouhelff Sremleri. Lips. 1736. De ritu iurandi, manu *sub femore* posita, agunt etiam Daniel Fesselius lib. 1. Aduersar. Sacr. cap. 4. et interpretes ad Genes. XXIV, 2. Non absurde autem nuper V. G. Hermannus ab Harde singulari diatriba ad hunc locum edita vocabulum יָד non de femore sed *de carpo dexterae manus* intelligendum esse monuit. De iure iurando *per coelum, per terram, et Hierosolyma*, et *per caput suum* consulendi Doughteriva in Analectis ad Nouum Test. Grotius et alii interpretes ad Matth. V, 34. Georgius Elieser Edzardi V. C. ad Auoda Sara c. 2. p. 286 sq. Cotelletius ad Patres Apostolicos Tomo 2. pag. 311. De iure iurando per libros sacros Legis. Guil. Conradus Varstius in bilibra Veritatis p. 229. De iuramento *per Anchialum*, 19 cuius meminit Martialis L. XI. Epigramm. 95. vide sis Isaacum Vossium ad Pomponium Melam, p. 48. Stephanum le Moyne in notis ad Varias sacras p. 901 sq. Ioan. Seldenum in prolegomenis ad Vxorism Hebraicam, Ioh. Etoum in specimine Coniecturarum ad quaedam Origenis loca p. 44. Georgij Sigismundum Greenium in singulari diss. de hōe iuramento edita Wirtzb. 1697. et Ioan. Gortl. Bosseckium in commentatione de Ancario. Lipsiae 1740. Ancarium enim pro Anchialum cum Vossio ad Pompon. Melam p. 62. legendum putat vir doctissimus, hunc loco Martialis sensum tribuens: *Iudaei, qui mihi puorā meam vitiafi, iuras, sed quare non in iuramento Deum, quem tu, cum tota tua gente veneras, auritum scilicet illud animal inuocas, quod te in primis colere inde apparet, quum in actionibus tuis, in primis in libidine, ita asino sis similis.* Adde Bibliothecam Berolinensem Germanice editam Vol. III. pag. 88 et 91. De Iudaeorum frequentibus periuriis, quae ipsi inter causas praesentis exilii sui referunt, vide Ioan. Andreae Eisenmengeri entdecktes Judenthum Tom. 2. p. 501 sq. laudatum Edzardum ad Auoda Sara c. 1. pag. 179 sq. et c. 2. p. 370 et Ioan. Iacobum Schudt in: den jüdischen Westwärtigkeiten Part. 4. somin. 21 p. 245. et in Iudaeo Christicida p. 169 sq. vbi etiam de ratione qua iusiurandum proponendum vt Iudaeus eo se obligari credat, quam in sententiis plura disputat p. 438 sq. e Wagenseilii denunciatione Christiana de conuiciis quibus Iudaei Seruatorem nostrum proscindunt, edita Germanice Altorffii 1709; fol. et Christo. Dav. Bernhards unpätheitliche Beurteilung des Eidschwurs eines Juden gegen einen Christen. Tubingae 1728, 8. De Iudaeorum formula orationis

19 יָד Grot. ad Matth. V, 34.

tionis sol habet aqua in vigilia diei expiationis potant se ab otio et vestibus
 votis et iuramentis quorum eos poeniteat: et quod hoc ipso licet nuntiari
 sunt eorum peritura, vide Wagenfeilii Bericht vom Gebet *Alten* p. 18 sq. et
 ad Sota p. 734 sq. Io. Wulferi thesaurum Iudaicum pag. 181. et Stephanum le
 Moyne mbris ad Varia sacra p. 672. De hodiernorum Iudaeorum iuramentis
 et circa illa iuribus differunt Casp. Zieglerus de iuribus Iudaeorum. Witteb.
 1684. c. 5. Iac. Aug. Franckensteinus in dissert. de iuribus singularibus circa
 Iudaeos maxime in Germania. Lipsi. 1722. Dan. Guil. Mollerus in dissert. de
 iuramentorum iudaicorum. fide et moralitate. Altd. 1698. C. D. Halterminius
 in diss. de formulis iuramentorum iudaicarum. Rostoch. 1701. et Christi. Wild-
 uogelius in diss. de iuramentis Iudaeorum. Ienae 1700.

VIII. De ritu iurandi tactis sacris, *τὰς ἐλάττω ἐστὶν*: Seldenus pag. 470
 ad Marmora Ox. De formulis iurandi apud Graecos, Suidas in *νῶν*, *ἰδῶν*, *νῶν*,
ἰδῶν, Ioan. Potterus Archaeologiae Graecae lib. 2. c. 6. Io. Gothofr. Lake-
 macherus Antiquit. Graecor. sacrar. pag. 450. Casp. Geuartius III, 2. elector.
 Mauillabus ad Harpocrationem p. 243. edit. Blancardi: Io. Meursius iuramen-
 tiffi ad librum de luxu Romanorum, c. 13. vbi etiam de iure iurandi Deprum
 per Strygem (de quo Schol. ad *Ilia* τ. 129. 6. 37.) Ezech. Spanhemius de
 Vesta ac Prytanibus Graecorum Tom. 5. thesauri Graeciani pag. 672. vbi de
 iurando *per Vestem, ignem, aquam, tellurem, coelum et Solem*. Apud Theo-
 critum IV, 17. *οὐ δῶν*, Scholiastes exponit *οὐ τῆν γῆν*. De fontibus *ὀφθαλμῶν*, per
 quos iuratur Tyanenses et Indi, vide D. Godfr. Olearium ad Philostratum
 pag. 7. et 103. De certatorum iurando in Olympicis Iudis ad aram Iouis,
ἰουλιῶν Harduinus notis ad Themistium p. 503. Abarum formula iurandi ha-
 gitur apud Menandrum in Excerptis de legationibus. Adde Goulminum ad
 Theodori Prodromum p. 499. Omittimus quae de Philosophorum iuramentis
 vt Pythagoricorum *per tetraedyn*, Socratis *per gallum*, Zenonis *per capparin*
 apud Laertium et alios leguntur. De more adigendi ad ius iurandum Fulvius
 Ursinus p. 203 sq. ad Caesarem post fragmenta Historicorum. De more plu-
 rium cum reo coniurantium Fronto ad Iuonis Epistolas fol. 185 sq.

IX. De iuramento *per vitam, salutem, genium, fortunam* Principis con-
 sulendi Io. Clericus ad Genes. XLII, 15. Brissonius VIII. de formulis pag. 707.
 Seldenus pag. 43 sq. ad marmora Oxoniensia, H. Lindendrogius ad Censoriam
 p. 19 sq. et quae viri docti ad Curtium VI, II, 18. Tertulliani Apologet. c. 28.
 et 32. et Minutii Felicis illud c. 29. *est eis tutius per Iouis genium peierare quam*
Principis. Vegetius II, 5. *iurant per Deum et per Maiestatem Imperatoris, quae*
secundum

DE IVRAMENTIS GRÆCORVM ET ROMANORVM. 23

secundum Deum generi humano diligenda est et calcanda; Confer Sozomenum VII, 2. et Cangium ad Zonaram pag. 28, et ad Cinnamum p. 483. adde dissertationes de iureiurando per genium Principis Io. Georg. Roeferi Witteb. 1686. Dan. Frider. Iani. Lipsi. 1708. Io. Hermansson. Vpsal. 1722, 8. Erhardi Reuschii. Helmst. 1735. Bernh. Ludov. Mollenbecii, quae inserta est syntagmati secundo dissertat. philolog. Roterod. 1699, 8. euulgato; et Euerhard. Ottonis de periurio per genium Principis; quae quinta est P. 1. Dissertationum eius iunctim editarum Trai. ad Rhen. 1723, 4. In veteri diplomate quod edidit V. C. Iustus Fontanini ad calcem librorum de antiquitatibus Hortae Coloniae: per S. sedis Apostolicae et Domini nostri Alexandri Papae salutem. In capitularibus tamen Caroli Magni III, 42. vetitum ne quis iuret per vitam Regis et filiorum eius. De Eudoxia iurante per Theodosii coniugis sui *συναγωγην* vide Chronicon Paschale p. 316. De iurandi vel peierandi formulis, quibus olim adfuevere summi Principes Ioan. Burch. Menckenius Dissert. litterariar. p. 181 sqq. De more iurandi per vota sua, siue id quod maxime quisque exoptat, Valerius ad Sozomeni VII, 19. De iureiurando per omnes Deos et Deas idem Seldenus pag. 42. *Iouem lapidem iurare Δία λιθον* Polyb. III, 25. apud praesens Romanos fuit iurare per Iouem fulgura lapidea torquentem, vt Athanasius Germonius lib. 1. de sacrorum immunitatibus c. 20. pag. 44. vel per fictile simulacrum Iouis, vt notauit Iustus Rycquius lib. de Capitolio pag. 229. vide etiam Paullum Manutium ad lib. 1. Epistolar. Ciceronis ad diuersos Epist. 7. et D. Georg. Wolff. Wëdelii Exerc. Medicophilolog. Centur. 2. diss. 10. De iureiurando per *Herculem et Medium Fidium* Ioan. Nicol. Funccius in dissertatione de veterum Romanorum per filium Dei iurandi consuetudine, quae legitur Tom. 3. Symbolarum litterariarum Brëmensium pag. 639 sqq. De iuramento per capillos et caput Nouella Iustiniani 77. per testes equi exsecros Pausanias p. 262. per gladios Keyslerus p. 164. antiquitat. septentr. De iureiurando iudicum Petrus Faber Commentario de Magistratibus Romanis etque Eri- cius Puteanus Mediol. 1606, 8. et Tomo 5. thesauri Graeuiani. Alia de Romanorum iurandi formulis videbis, vbi lubebit, apud Barnabam Brissonium operis praecleari de formulis libro 8. Dan. Heinsium ad lib. 1. Sillii Italici. Thomam Dempsterum libro de iuramento, Mich. Piccartum Decade quarta, Observatione 2. Massenam. diss. de veterum Graecorum et Rom. iuramentis, de qua in Ephemeridibus Paris. 1710. Octobr. pag. 432 seq. Ioan. Henelium cap. 15. Otiorum Vratislauenisium, et Theodor. Regner. de Bassen in libro de iureiurando veterum, in primis Romanorum. Trai. ad Rhenum 1728, 8. De sacramento militari Stewechius ad Vegetium II, 5. p. 97 sq. et Lipsius de militia Romana lib. 1. c. 6. et lib. 5. c. 15. vbi de eo quod milites iurarent se furto

nihil abläturos esse, et ad Taciti II. Annalium p. 88 sq. vbi de iurando per signa militaria. Motem iurandi Imperatori, gladio cernici admoto, sub exortationibus diris, tangit Ambrasianus XXI, §.

X. E primis Christianis multi omnino sibi religioni duxerunt iurare, atque ab omni iurando diligenter abstinerunt, qua de re vide Io. Barbeyracum in ethica Patrum (la morale des Peres) III, 6. V, 24. VI, 22. XI, 12. XV, 2. et Grotium ad Marth. V, 34. et Jacobi V, 12. locisque ab eo allatis adde hæc in Clementinis a Cotelærio editis pag. 603. μη ὀρκισαί, ἐπεὶ μὴ ἔχουσι. Athanasius doctrina ad Antiochum: ὄρκον δὲ δικαίως ἢ αἰδέως ἐκφεύγει. T. 3. p. 253. Chrysoströmus in omnibus fere ad pöpulum Antiochenum Homiliis, in primis XIX. p. 397. et XV. p. 159. edit. nouissimæ, et Catechesi ad Illuminandos T. 2. p. 232 sq. Basilidis in Psal. XIV. et de legendis Græcorum libris p. 96. edit. Grotii, Nilus lib. 1. Epist. 3. et lib. 2. Epist. 212. Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 155. Posidius de vita Augustini cap. 25. vbi pro verbis *ne ad modicum quidem*; Benedictini legunt *ne ad mensuram quidem*. Photius Epist. 1. pag. 34. πρῶτης ὄρκος, πρόχειρος ἐπιτοχία: Ἄλλως τε καὶ τὸ ὁμνῆσαι ὕλιος ἡθους ἐκ εὐβεβήκωτος ὁδοῦ φρονήματος εὐγενούς. *Temptare iurare facile peccare est.* Certe nec mores bene constitutos, nec animum generosum decet iurare. Addit Photius pudori fore viro graui et honesto, si iniurato fides non habeatur, vt Catoni olim et Xenocrati, de quo Menagius p. 169. ad Laertium. Antonius de parente suo Iulio Antonio:

Iurare et falsum dicere par habuit.

Nicolaus Cabasilas Oratione contra foeneratores pag. 308. Ἰλλί (Hebræi) iurare etiam lege iubebantur, quod nunc hypocritarum, et improborum, et huius farinae hominum est. Plures recensentur in Ioannis Ernæti Immanuelis Walchii commentatione, qua antiquorum Christianorum Doctorum de iure iurando sententiæ recensentur et diiudicantur. Ienæ 1744, 4. vbi pag. 4. (not. b) ii quoque profana antiquitate enarrantur, qui a iuris iurandi vsu plane abstinendum esse censuerunt. Adde Caroli Gottlob a Burgsdorf commentationem de iuramento et primorum Christianorum de illis doctrina. Halæ 1732, 4. et Anonymi Angli compleat History of publick and solenn State oaths. Londini 1714, 8.

Est tamen hoc reprehensum in Pelagianis, quam et ipsi statuerent nefas esse iurare Christiano homini, vt postea docuere Waldenses, Anabaptistæ, Mentionistæ, Socini schola, atque illi quos Quakeros vulgo appellant. Vide Vossii

Vossii Hist. Pelagianam lib. 5. parte 2. pag. 512 sq. B. Antonii Reiseri Anti-
 Barcelona pag. 352 sq. et Hadrianum Carenburgium pag. 670 sqq. spicilegii.
 In hoc quidem conueniunt omnes, non modo abstinendum ab omni periurio,
 sed etiam non iurandum temere leuemque ob. causam, adeoque ab illis absti-
 nendum, quantum potest fieri saluo officio et charitate quam debemus aliis
 et nobismet ipsis, et quae potest a nobis requirere, vt dicta nostra iureiuran-
 do (quo omnis controuersia praescinditur Hebr. VI, 16.) confirmemus, vt
 facere non dubitauit Apostolus Rom. I, 9. IX, 1. et 2 Cor. I, 23. XI, 11, 31.
 Galat. I, 20. Phil. I, 8. et 1 Thessal. II, 5. cuius exemplum multi sunt e Chri-
 stianis etiam antiquissimis sequuti, vt apud Grotium et Vossium videre licet et
 in Bebelii Antiquitat. Ebraeae Saeculo 4. Tom. 2. pag. 872 seq. Sed inprimis
 consulendus Lud. Thomassini liber de Veritate et mendacio iuramentis et per-
 iuriis A. 1690. editus; in quo de veterum Christianorum sententia, vsu et
 formulis iuramentorum fuse disseritur. Ludov. Ellies du Pin Tom. 18. Bibl.
 scriptorum Ecclesiastic. p. 194 sq. Apud eundem Thomassinum, Grotium, Sel-
 denum II, de Synedriis Hebr. c. 11. p. 298 sq. et Hystium Alnetan. quaest. III, 5.
 habes plura dicta Iudaeorum et Ethnicorum iuris iurandi vsu coercentium.
 Vide quoque Christiani Falsteri amoenitates philologicas, Tom. 1. pag. 229.
 Et Phylges a iureiurando abstinuisse notauit Stobaeus serm. 42. 470. De Ba-
 nianibus Indis idem legas in Io. Ouingtoni itinere pag. 231. et de Algiretanis
 in Ottonis Dapperi Africa pag. 247. De Slaus, Helmoldus cap. 84. *Iuratio-
 nes difficillime admittuntur. Nam iurare apud Slaus quasi peccare est, ob imi-
 tatem Deorum iram.* Herculem *ἐυλαβῆ πρὸς ὀρκωσέμεν* tantum per omnem vi-
 tam iurasse notat Plutarchus in quaestionibus Romanis pag. 241. edit. Ald.
 Pythagoras apud Laertium VIII, 22. *μηδὲ ὀρκύναι θεούς, ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν
 θεῖν ἀξιοπίστον παρέχειν.* Epictetus cap. 44. Enchiridii: *ὄρκιον παραίτηται,
 εἰ μὴ διὸν τε, ὡς ὄρκιον.* *Ἐὶ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόκτων;* quae a Paraphrase
 Christiano omissa miror, Christiano calamo certe haud indigna. Nonnullos
 religione iurisiurandi *ἐυλαβείας τοῦ ὀρκύναι* tantum dixisse *μὴ τὸν*, nomine eius
 per quem iurandum esset omissa, notauit e Scholiaste Pindari Menegius ad
 Laertium p. 218. De periuriorum detestatione et poenis Balthasar Bonifacius
 VIII, 18. Hist. Iudicrae et 20. Freinshemius ad Flori III, 11. 6. Joh. Pfan-
 nerus in Theologia Gentili pag. 314 sq. Grotius II, 19. de iure Belli et Pacis,
 Pufendorfus IV, 2. de iure Nat. et Gentium. Tobias Eckhardus in commen-
 tatione, quae inscribitur: *Deus sacrilogii vindex.* Quedlinb. 1710, 8. et Henr.
 Meibomius in commentario ad ius iurandum Hippocratis pag. 211. De stili
 Ethnicismo circa iurandi aduerbia. *mehercule mestacur* etc. Christianis fugiendo,
 digna

digna lectu Jacobi Thomasi Exercitatio Lips. 1667. et Petri Ekerhansii de eodem argumento Exercitatio. Vpsaliae 1743. 4. De resecreandi ritu sine solvendi se iurisiurandi religione aut execrationem leuandi vide Valesium ad Ammiani libr. XXIV. 6. p. 410.

XI. De iuramento *per fuscum*, siue virgam indicium potestatis, Zimmermannus pag. 515 sq. Analect. *per regium folium* iurare apud Scythas mos, τὰς βασιλίσκας ἰσχυλῶν Herodot. IV, 68. Auarum morem *iurandi fuscato gladio* tangit Menander in excerptis pag. 106. edit. Heschelii. De iuramento *per panem et saltem* vide Ismaelem Bullialdum in notis ad Ducam pag. 244. Cocleerium ad Patres Apostolicos Tom. 1. pag. 604. et Stephanum Morinum in octo diss. pag. 111 sq. De veterum *Germanorum* iuramentis Christianorumque per sequiora tempora vide Lindenbrogii, Speelmanni et Cangii glossaria, et Burc. Gotthöf Struuii histor. iuris cap. 9. § 10. De *Gallorum*, Verrorum, in Ephemeridibus litterar. Eruditor. Parisiensibus 1710. Octobr. pag. 440 sqq. De iuramentis *Anglo Saxonum* Georgium Hicckesum in diss. Epistolam quae extat Tom. 1. thesauri eius septentrionalis fol. 112 seq. De iuramento nobilitata *per fidem sui corporis* agit Tiraquellus Lib. de nobilitate pag. 554. *Per pedes Dei*, *per guttur Dei*, *per sanctos Franciae*, Barthius notis ad Guil. Britonem pag. 56 sq. 737. De iuramento per Dei genetricem et sanctos non praestando differt. singularem emulgavit Chr. Henr. Zeibichius. Witteb. 1739. De more imagines sanctorum extra urbem portandi, et nudipedem flexisque genibus et cum cereo ardente in manu per illas iurandi, vide Ioan. Sebast. Mulleri Annales domus Saxonicae, Germanice editos ad A. 1529. Formula *μὲν τῶν προδῶν οὐκ ἔστιν ἔτι* per vestigia tus, in Concilio Chalcedonensi frequens. *Per corpus et sanguinem Christi*, Cornelius Episcopus Rom. apud Eusebium Hist. Eccles. VI, 43. pag. 245. Victor Vitensis lib. 5. cap. 5. *Per Crucem* Gretserus lib. 1. de cruce cap. 71. *Per Apostolum Petrum*, Constantinus Porphyrogeneta de administrando Imperio pag. 98. *Tactis sacris Euangelis*, Valesius ad Sozom. VI, 30. Meursius ad Palladii Lausiacam pag. 183 sq. et Ioan. Frid. Juglerus in dissert. de ritu tangendi Euangelia in iuramento. Luncb. 1748, 4. edita. *Tactis sacris reliquiis*, Cangius pag. 402. ad Alexiadem. Alia Lindebrogius pag. 1420. ad Codicem Legum antiquarum. De sacramentalibus vide Eberh. Rud. Rothii dissert. de antiquissimo probandi ritu per sacramentales s. coniatorores. Vlmæ 1689. et Ioan. Frid. Weidleri dissertationem de Sacramentalibus Witteb. 1738. Formulae iurisiurandi violati, in bello aduersus foedifragos preclatae in vexillo exemplum vide apud Cangium in Zonaram pag. 68.

De

De iuramentis scripto factis Nazianzenis. Epist. 219. quam illustrat Valefius ad Sozom. pag. 145 seq. De Ecclesiasticorum iuramentis, et cur non iurent factis Evangelicis vide Gundlingiana Parte quarta, et Iugleri V. C. laudatam dissertationem. Henrici IV. constitutionem, qua iuramentum a nullo clerico vel monacho praestandum est, habes apud Ludigium Tom. 1. spicilegii Ecclesiast. pag. 149. Similis constitutio Iustiniani deprehenditur Nouella CXXIII, 7. Et Synodus Triburicensis canon. 21. sacerdotes a necessitate iurandi absoluit. Clementis VI. Bulla, qua Ioanni Regi et Ioannae Reginae Franciae et successoribus illorum in perpetuum indulget, vt confessor religiosus vel secularis, quem eligendum sibi duxerint, vota et iuramenta, quae commode seruare non possint, commutare valeat in alia opera pietatis, existat apud Duchesnum Tom. 4. spicilegii pag. 275. Adde Acta Eruditor. Tom. 6. Supplement. pag. 293.

De *Muhamedanorum* iurandi formulis per tres ordines Angelorum, per regionem Meccanam, per Solem, Lunam (noctem) et eum qui creauit masculinam et feminam, per aurotam, noctes decem, coniunctionem et separationem, per coelum et noctu venientem, per coelum habens turres, per aethiæ promissam, per testificantem et testificatum, quae omnes in Alcorano occurrunt, vide Lud. Maraccium in prodromo refutationis Alopmani pag. 46 seq. De iurando Turci Bassae Ibrahimii per Mosam, Platos et Euangelium, et alio Solimanni Imperatoris, vide Caroli Andreae memorabilia Saeculi XVII. Tom. 1. pag. 62. 63. De Persarum iuramento Ioan. Chardinus in itinere suo Gallice edito Tom. 4. pag. 103. editionis in 12.

XII. Quomodo differant vota a iuramentis vide Seldenum de I. Naturae et Gentium pag. 835. et Grotium II, 13. de iure belli et pacis. Sebast. Schmidiam in fasciculo diss. pag. 619. et 627 seq. Idem pag. 628. docet vota dissuaderi a cordatoribus Iudaeis, quod non sine causa ab illis fieri nemo prudens negabit. De Voto Iephtae et aliis Iudaeorum religiosis sponsonibus praecipue coelibatus videndi Interpretes ad Librum Iudicum XI, 31. Ioan. Iacobus Schuët, in libro, qui retinetur in Actis Eruditorum A. 1702. pag. 30 seq. Petrus Iurien in Historia Critica pag. 376 seq. Eduardus Pocockius in miscellaneis sacris pag. 415 sq. et Sebast. Schmidius in fasciculo diss. pag. 587 sq. Casaubonus ad Baronium pag. 108 sq. vbi sigillatim de voto coelibatus quod Mariam virginem fecisse quidem parum certe tradi-

traditione opinantur. Nasiraeorum Vota cum Monasticis confutit singulari
 dissertatione Rev. D. Theodorus Dassovius. Kil. 1703. Rechabitarum Vo-
 tum praeter interpretes Jerem. cap. 35. ad examen revocavit Hermannus
 Wirsius diss. de Rechabitis, praefixa Mosi et Aaroni Godwini: et D. Samuel
 Schelwigius in Exercitatione vulgata Gledani 1689. De voto *Coryban* interpre-
 tes ad Matth. XV, 9. et Marci VII, 11. et Grotius II. de iure belli et pacis
 cap. 13. §. 7. Scaliger. trihaeref. cap. 9. Drusus de tribus selectis Hebr. II,
 17. D. Sebast. Schmidius fascic. disp. Theolog. pag. 184 sq. et Georg. Etie-
 ler Edzardi ad Auoda Sara cap. 2. pag. 293. 295 seq. Extant in Talmude
 singulares Codices hoc ad argumentum spectantes, vt *מורי* de *posis*, Tom. 3.
 Mishnae Surenhusianae pag. 104. et *מורי* de *Nasiracis*, pag. 126. et *מורי*
 de *verum votarum abstinentiis*. Pleraque etiam de votis Hebraeorum tum
 consecratoriis siue promissoriis tum obligatoriis siue interdictoriis frequen-
 ter persequutus est ex *Maimonide* et aliis Hebraeorum Magistris Ioan. Schelwigius
 diss. de votis Hebraeorum Witteb. 1697. Cui addantur Bernh. Seb. Cromerus
 in antiquitatibus Mosaicotypicis, Tom. 1. pag. 137 sqq. et Tom. 2. pag. 198.
 et in Nasiraeo, siue commentario literali et mystico in legem Nasiraeorum
 Num. VI. et Simsonis historiam Iud. XIII - XVI. Amstelod. 1727, 4. doct.
 Gottlob Carpzovius in annotationibus in Goodwinum, pag. 192 sqq. Melch.
 Leydeckerus de republica Hebraeorum, lib. 12. pag. 665. seqq. Gothard
 Heideggerus in recreationibus sacris, Parte 2. pag. 1. Antonius Cregutus in
 revelatione arcanorum, pag. 783 sqq. Petrus Zornius de Nasiracis, ex ordine
 procerum viris principibus; quae legitur Misc. Lips. nov. Vol. 4. p. 426 sqq.
 Ioan. Boutrein in oratione inaugurali de Nasiracis. Amstelod. 1704. et disser-
 tationes Mich. Christ. Tieroff de sacris Iudaeorum vinculis. Ienae 1657. Io.
 Clodii de iure Nasiraeatus. Witteb. 1672. Georgii Frid. Meinhardi duae de
 Nasiracis, Ienae 1676. et 1677. et vna de Paulli Nasiraeatu. Witteb. 1680.
 Gustavi Peringeri de Nasiracis. Vpsal. 1683. Theodor. Dassovii de votis
 monasticis et Nasiraeorum. Kilon. 1703. C. R. Aagardi de ritu Nasiraeatus;
 Hafniae 1708. Andr. Conr. Wernerii Progr. de votis veterum Israelitarum
 ex antiquitate iudaica. Stadae. 1734.

De votis Graecorum, Romanorumque variis Alexander ab Alexandro
 lib. 3. dier. genialium cap. 22. et ibi Tiraquellus, Ianus Rutgerius Var.
 lect. lib. 5. cap. 5. Christoph. Schutz dissertationibus de votis veterum Lips.
 1665. Iacobus praecipue Philippus Thomassinus lib. de votis, donariis, ama-
 thematis et rebellis votivis: Vtini 1639, 4. Patav. 1654, 4. et Tomo 12.
 thesauri

thesauri Graeviani. In quo pag. 963. occurrit etiam manus duplicis votivae delineatio, cum explicatione Angeli Cauffei de la Chauffe ex eius Museo Romano, Rom. 1690, fol. quod recensetur in Actis Eruditor. Tomo 2. supplementi pag. 33. et auctius atque splendidius recusum est Romae 1747. duabus partibus in folio. Eandem alteram veterem iconem manus Cecropii votivae illustravit laudatus Thomassinus, cuius explicatio subiecta legitur Mensae Iliacae Laur. Pignorii, atque hinc inserta Tomo 10. thesauri Gronoviani pag. 657. et Tom. 1. thesauri Sallengieriani. De peregrinationibus votivis existit Simonis Taddetii dissertatio, Argentor. 1685, 4. edita. De ludis votivis vide Ezech. Spanhemium Tom. 2. de usu et praestantia numismatum pag. 140 sqq. Gestus vota facientium fuit ut illa nuncuparent manibus leviter pandatis, ut auctor est Quintilianus XI, 3. et videre licet etiam in numis apud Rubesium Tab. XXXVIII, 5. De votis decennialibus Imperatorum et Caesarum, quorum observatio non exiguum Chronologis usum praebet, erudite egit Henricus Noris in auctario ad diss. de duobus numis Diocletiani et Licinii, Patav. 1676, fol. De iisdem videre etiam Iunob. Anouii Pagi dissertationem hypaticam et primum Annalium Tomum passim, Caroli item du Fresne dissertationem de inferioris aevi numismatibus ad calcem glossarii mediae Latinitatis; et Ioan. Georg. Waltheri commentat. de quinquennialibus et decennialibus Imperator. Romanorum, Witteb. 1748, 4. De more multos annos peroptandi Imperatoribus in fine concionum, in conciliis et epistolis synodicalibus vide Franciscum Scorsum pag. 456 sq. ad Theophranem Cerameum. Varia votorum genera formulasque, praecipue apud Romanos, erudite persequitur Brissonius in opere de formulis lib. 1. pag. 94 sq. Videndus etiam Iac. Gutherius IV, 13. de iure Pontificio Tom. 5. thesauri Graev. ubi inter alia differit de *Vere sacro* siue voto quo Diis immolanda vocabantur peccata quaecunque illo anno a Calendis Martiis ad Calendas Maias nascerentur, de quo etiam egit Magnus Beronius singulari dissertatione, Vpsaliae 1734, 8. eualgata.

XIII. De votis quae Sanctis nuncupantur, vide Bellarminum III, 9. de cultu Sanctorum, et Clarissimi Viri Ludov. Antonii Muratorii diss. 18. ad carmina Paulini pag. 190 seq. De votis aliis in Ecclesia Romana, praesertim Monasticis, simplicibus ac sollemnibus, M. Antonium de Dominis lib. 2. de Rep. Ecclesiastica cap. 12. et quae contra eorundem abusus B. Lutherus T. 2. Vitemb. Latin. pag. 270 seq. Fridericus Balduinus, Vitemb. 1626. D. Ioan. Georgius Dorschaecus in indice Iniquitatis Moguntinorum Iesuitarum in materia de votis Monasticis, Argentor. 1650, 4. aduersus Melchiorum Corneum;

D. Sebast. Schmidius in fasciculo diss. pag. 605 sq. Christianus Drelerus in controuersis cum Pontificis diss. 25. seq. Andreas Riuetus Tom. 1. Opp. pag. 1097 sq. Henricus Morus in operibus Theologicis pag. 496 seq. 500. et 554. sqq. Christo. Sontagius de votorum monasticorum vanitate, Altd. 1693. et Io. Sal. Semlerus in dissertatione de regeneratione monastica, Halae 1754. Voto sollemni castitatis neminem absolui posse a Pontifice disputat Pompeius Sarnelli epistola ecclesiastica XXXIV.

De quarto perseverantiae voto, quod praeter triplex illud continentiae, obedientiae et paupertatis facere solent Benedictini, memorant tum alii tum Dandinus Altezerra in Asceticis. Nota quoque sunt, quae de Iesuitarum quarto voto missionis ad infideles, a multis sunt tradita. Est et vetus quartum Carmelitarum Monialium quod auctore Berullo suscipiunt, ut se totas mancipent S. Mariae. Vide Rich. Simonis Bibl. Criticam Tom. 1. pag. 303 sq. De tribus votis ordinum equestrium religiosorum vide Io. Christophori Beckmanni notitiam dignitatum illustr. pag. 1445. 1488 sq.



IOANNIS ALBERTI FABRICII
**BIBLIOGRAPHIAE
ANTIQVARIAE
VOLVMEN SECVNDVM.**

Vol. 2.

A

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 311

LECTURE 1

C A P V T XIII.

Scriptores de Sacerdotibus, Ordinibusque sacris, Monachis, et Beneficiis Ecclesiasticis.

Distinctio inter Clericos et Laicos. 1. Sacerdotes iidem et Reges, et de Pontificatu maximo Christianorum Imperatorum. 2. Episcopatus Principum circa externa Ecclesiae, et Pontificum arrogatum ius in Principes. 3. De Sacerdotibus Veterum Hebraeorum. 4. 5. De Sacerdotibus Aegyptiorum, Graecorum, aliarumque gentium. 6. Sacerdotes feminae. 7. De Sacerdotibus Romanorum. 8. 9. De sacris Ordinibus Ecclesiae Christianae nascenti propriis. 10. 11. De ordinibus communibus cum succedenti aetate. 12. 13. 14. De ordinibus sacris deinceps demum superinductis. 15. 16. 17. 18. 19. 20. De vocatione Ministrorum Ecclesiae. 21. Ordinatione sua Consecratione. 22. De beneficiis Ecclesiasticis et Parochiis. 23. De Monachis eorumque Ordinibus et institutis. 24. 25.

De distinctione Sacerdotalis et Levitici ordinis a Laicis. huc *Ευνομία* et *ιδιωτας* apud Hebraeos agit Fortunatus Scacchus Ill. Myrothec. cap. 1 seq. De proselytis utriusque generis, iustitiae et domicilii vide *Buxtorfii Lexicon Talmudicum* pag. 407 sqq. *Ioan. Goth. Carpzovii* annotationes ad *Goodwinum* p. 31 sqq. et praeter scriptores ab eodem in libro laudato pag. 51. et sequenti excitatos *Henr. Bonzelium* Syntagma dissertat. academiæ. Tom. 2. p. 137 sqq. *Andr. Georg. Wachneri* dissert. de proselytis, Göttingae 1743. *Ioan. Andr. Mich. Nageli* dissert. de proselytis tractis, Altd. 1751. Eandem inter sacerdotes et Laicos distinctionem ab Hebraeis accepere Christiani, itaque iam Apostolorum aetate *Clemens Romanus* Epistola ad Corinthios Laicorum meminit e. 40. τῆ γὰρ ἀρχαῖν ἰδίου Λευιτικῆς ὀργανίας εἶσι. Καὶ τοῖς ἑβραίοις ἴδιος ὁ τόπος προσητάκται, καὶ Λευίταις ἴδιος διαμονῆς ἐπίκεινται, ὁ δὲ Λευίταις ἀνθρώπος τοῖς Λαίκοις προστάγματι δίδεται, qui locus addendus iis quos ex *Ignatio*, *Clemente*, *Iustino*, *Irenaeo*, *Tertullii*.

A 2

² *1 Petr. II. 13. et 1 Cor. XIV. 16. 23. 24.* in B. Lutheri versione redduntur *ἴδιον*.

tulliano, Hieronymo aliisque profert Christianus Gottlieb Kochius in ephemeridibus Patrum A. 1708. p. 23. Suicerus in *λαϊκός, κληρικός et κοινολαϊκής*, et Petrus de Marca diss. de discrimine Clericorum et Laicorum ex iure diuino, et tacent Operis de Concordia Sacerdotii et Imperii. Iustum vero Henolium Boehmerum illam distinctionem iuris esse diuini negantem (diss. 6. et 9. sq. ad Epistolam Plinii de Christianis et *res quaedam Tertulliani*) refellunt auctores Memoriarum Treubinasum A. 1712. pag. 1800. Omittimus quod constat apud Aegyptios Sacerdotibus solum fas fuisse sacra facere, vt apud Persas Magis, apud Gallos Druidibus, Bonziis hodie apud Indos. Quamquam vero laxa et Mystica significatione omnes Christiani sunt sacerdotes; confer Casauboniana pag. 112. et interpretes ad Exod. XIX, 6. Ef. LXI, 6. 1 Petr. II, 5. Apocal. I, 6. et V, 10. non tamen inde sequitur nullum esse discrimen inter illos quos Spiritus S. peculiariter vocauit ad pascendam Ecclesiam Dei, Actor. XX. 28. et quos non vocauit, quibusque hunc honorem arrogare sibi non licet, Hebr. V, 4. Quamuis etiam Clericorum dignitatem super Laicos nimium extollere non dubitarunt multi in Ecclesia Romana; vide D. Christiani Thomasi obseruationes ad Lancelotum Tom. I. pag. 25. et Petri Frederici Arpii Laicum veritatis vindicem pag. 7. seq. Laicorum tamen appellationi per se nihil ignominiae adhaerere, vti nec Clericorum nomini arrogantiae quicquam inesse ostendit Stephanus Andreas Mizlerus diss. de Clericis et Laicis, Witteb. 1697. § 38. Laici in Ecclesia alii fideles erant siue per baptismum iam initiati, alii Carechumeni. Adde Thom. Milles ad Cyrillum Hierosol. pag. 17. *Iohannem* Binghamum Origin. ecclesiastic. lib. 1. cap. 3. 4. 5. et Ioan. Laur. Moehlii dissert. de distinctione inter clericos et laicos, Helmst. 1725. editam. *Aianos* *laicus* recentioribus saeculis dictus, qui non est Monachus: vti Hieromonachus, Monachus qui idem est Presbyter. Vicissim Monachus *anagoras*, qui non est sacerdos, nec sacra faciendi siue Missam celebrandi habet potestatem. Ad locum Tertulliani exhortat. de castitate c. 7. *Sacerdos es tibi sibi, et vbi tres, Ecclesia est, licet laici*: celeberrima est Hugonis Grotii dissertatio de Coenae administratione, vbi Pastores non sunt, et *Dionysii Petauii* de communionem sine symbolis Grotio opposita, et de potestate consecrandi et sacrificandi sacerdotibus a Deo concessa deque communionem usurpanda, *Ioan. Cloppenburgii* censura dissertationis semper communicandum per symbola, et *Henr. Dodwellii* dissertatio de iure Laicorum sacerdotali, excusa Londini 1685, 8. Hisce iungatur *Nicolai Rigaltii*, cum Grotio facientis; libellus raro obtusus, ad illum Tertullianum locum, de quo confer Richardi Simonii lib. 1. Epistol. select. 3. p. 11. licebit etiam conferre *Ioan. Harduini* Opera selecta pag. 297. sqq. 300. sqq. *Dupontium* Tom. 17. pag. 214. sqq. *Gabriel. Abaspinaeum* libro secundo operis

Gellicæ ediæ de *Lactiana police de l'Église par l'administration de l'Éucharistie*; de quo Dupinius T. 17. p. 143, 144. Triam hæc in Ecclesia distinctionem, *Ecclesiastici, Politici et Oeconomici* reiecit Dippelius, vide Relationes innoxias A. 1701. p. 276. Tyentur vero Val. Ern. Loefcherus in iisdem Relationibus innoxias A. 1704. pag. 629-644. et Gotf. Wernsdorfius in dissertatione de iure magistratus civilis circa vocationem ministrorum Ecclesiæ. Witteb. 1717.

I. I. Sacerdotes apud Iudæos, eosdem etiam Reges a Mose usque, eiusque filio Arua semper fuisse affirmat Trogi Epitomaor Iustinus XXXVI, 2. quod facile refellitur a Ioan. Iacobo Schudt in Historia Iudæica pag. 181 sq. Et probe notatur Philo libro de humanitate sub initium Vol. 2. p. 384. edis. Mangeianæ Mosen noluisse vel sibi ipsi arrogare sacerdotium cum imperio, vel transmutare in liberos, *ὅτι ἀρχαῖοι τοῖς αὐτοῖς δυνάσται ἀπό τῆς προσηύχης, ἰσχυρῶς τε καὶ βασιλείας*. Quæmadmodum B. Glassius in Christologia Dauidica p. 149. confutat quæ Estiedinus ad Psalmum CX. scripsit, et probaret Dauidem Regem simul quoque fuisse Sacerdotem, quod persuasum quoque Petro Cunæo p. 197. Epist. ad Grotium. De Dauidis eiusque filiorum pontificatu consuli quoque possunt Saubertus de personis sacris Hebræorum. Meyerus ad Seder Olam pag. 529 et 727. atque Serpilius Part. IX. Personal. p. 268. Quin tamen Imperium et Pontificatus iuncta quandoque et ante legem, Grotius in Hebr. V. 6. et apud Hebræos fuerint, atque כהנים מלכים, regnum sacerdotum, Exod. XIX, 6. temporibus Maccabæorum obtinuerit,

A. 8.

da-

• Nomen *מלך* quod rectorem et præpositum significat, Optimatibus et Sacerdotibus est commune, de quo vide sis Grotium de potestate summorum potestatum circa facta cap. 9. et ad Exod. III, 2. 2 Sam. VIII, 18. et Ioan. Cameroni Opera p. 222. Ceterum Nazianzenes qui Orat. VI. p. 137. Mosen non modo sacerdotem sed etiam *ἑπτα ἑπτα sacerdotem sacerdotum* fuisse contendit, perinde ut *ἀρχοντα ἀρχόντων principum principum*, parum proprie est loquutus. Quæmadmodum eisdem proprie acceptum veritati non congruit, quod Philoni lib. 3. de vitæ Mosis et Nazianzeno Orat. VI. p. 137. atque Augustino Q. 68. in Exodum et 23. in Levit. Moses dicitur Rex et Pontifex. Recentiores, quibus Mosis Pontificatus vel assertus vel impugnatus fuit, vide magno numero allegatos in Crenii Thesaur. Philolog. Vol. 2. p. 75. Petri Zornii Opusc. sac. T. 2. p. 232. et Serpilius Personal. Mosis p. 32. 199. Inprimis Barthold. Nihusium refutavit oratione inaugurali Ioan. Frischmuthus Ienæ 1649. et 1673. 4. excusa. Samuelém vero non fuisse sacerdotem aut Pontificem offendit Ioan. Chr. Ortlobius diss. de Samuele iudice et propheta, non pontifex aut sacerdote, Lips. 1714. 4. eunigata, et recusa Tom. 1. thesauri novæ Theologicophilologici p. 587 199. Adde Saubertum de personis sacris Hebræorum, p. 675. et Serpilius in Personal. pag. 40. Et plerumque verum esse comperitur quod ait Synelius Epistola 57. *ἡ βασιλεία ἀπὸ τῆς ἱερουσίας συνίσταται, τὸ κληθεῖν ἔστι τὸ ἀρχικλυμαται*. A vocabulo *מלך* Olaus Rudbeckius filius derivat Gothicum *Kang*, Danicum *Kong*, Anglorum *King*, Germanorum *König*, Chinesium *Chang*, Tartarorum *Chang*, Persarum *Chang*. Vide eius Specimen 198 lingue Gothice p. 13.

dubitari nequit. Confer Ioan. Seldenum lib. 1. de successione in Pontificatum
 c. 13. p. 180 sq. qui de potestate forensi Pontificis maximi agit etiam libro 2.
 de Synedriis c. 10. et per totum illud opus passim. Grotium ad 1 Macc. X, 38.
 XIII, 42. XIV, 41 sqq. Eduardum Bernhardum ad Iosephum T. II. pag. 160
 edit. Amstelod. et Nicol. Comnanum p. 233. praenot. mystagogicarum. Et
 de Ioanne quidem Maccabaeo diserte Iosephus lib. 11. de bello Iudaeo cap. 31
 p. 71c. *τρεῖς γὰρ τῶν κρείττωνων μόνος ἔχει τὴν τε ἀρχὴν τοῦ ἔθνους καὶ
 ἀρχιερωσύνην καὶ προφητείαν.* De Aristobulo autem et Hyrcano fratribus
 quos uicit Pompeius, Dio lib. 36. p. 121. edit. Reimar. *καὶ ἐτύγχανον ὑπὲρ
 τῆς τοῦ ὁμοτέρου Θεοῦ ἱερωσύνης (οὗτω γὰρ τὴν βασιλείαν σφῶν ἀνέμαζον)
 αὐτοὶ τε διαφερόμενοι, καὶ τὰς πόλεις στασιάζοντες.* Sed et apud Genes
 constat passim Reges eisdem simul sanctos sacerdotis, Sacerdotesque eosdem
 simul fuisse Reges. Confer Homerum Iliad. III, 292. et VII, 315. Synesium
 epistola 57. p. 198. Dionys. Petauinum in notis p. 36. ubi sigillatim de Aegy-
 ptiis, de quibus Plato in Politico p. 183. edit. Lugd. et Marshamus pag. 598
 Canonis Chronici. De Sicyoniis Syncellus p. 97. De Gothorum Comites
 Rege et Pontifice, Iordanes cap. 11. Chinesium Imperator idem Pontifex
 maximus: *Memoriae Trevoltinae* A. 1730. p. 233. ex Tomo 19. des Lettres
 edifiantes ep. 57. p. 198. Abyssinis ab aliquot saeculis fuere reges item sunt
 in sacerdotibus, Presbyteri Ioannes; *Journal des Savans* A. 1727 p. 416. Et
 Iaponensium olim Imperatores sacri sive Pontifices; et Reges haereditarii ab
 A. 660. ante Christum natum, donec saecularis Princeps a sacrorum praefide
 disiunctus est A. 1195. Vide Kaempferi Iaponiam Tom. 1. lib. 2. p. 129 sq.
 Et appendicem ad Tom. 2. pag. 63 sq. *Journal litteraire* Tom. 16. pag. 167. et
 Bibliothecae Angloise Tom. 15. pag. 48. 49. 75 et 76. Confule etiam Grotium
 de iure summar. potestatum circa sacra c. 9. Casaubonum ad Strabonis lib. 14.
 p. 233. edition. Morellianae et ad Suetonii August. cap. 31. Ezech. Spanhe-
 mium de usu numismatum Tom. 2. p. 416 sq. ubi etiam de Asiarchis et aliis
 praesidibus et stratagis, qui simul *ἀρχιερεῖς*, de quibus etiam Harduinus in nu-
 mis urbium illustratis pag. 423 sq. Ioan. Georg. Keyserum in antiquitatibus
 silestis septentrionalibus et Celtices p. 24. ubi obseruat, tam magnam Druidum
 fuisse auctoritatem, ut Reges tantum essent velut ministri exequendis eorum
 decretis, ut est apud Dionem Chrysostomum dissertat. 49. (Etiam apud Slaues
 rex modicae fuit aestimationis in comparatione Flaminis, teste Helmoldo II.
 12.) Nicolaum Petipied tractatu Gallice edito de iuribus et praerogatiuis Ec-
 clesiasticorum in administratione Iustitiae saecularis, Paris. 1705, 4. (de quo
 libro Ephemerides Parisienses litterariae illius Anni p. 1093 sq.) et Ludouicum
 Borgheium in *Historia Critica Melchisedechi Regis et Sacerdotis* cap. 10.
 Bellin-

Bellarminus libi 5. de Pontificis Romano cap. 9. sed et B. Gerhardum nostrum
 Loco Theolog. de Ministerio Verbi, § 318. Praecipue apud Romanos hoc
 semper observatum fuisse videtur, ut iidem sacris praesentent et auspiciis au-
 guriisque, apud quos summa erat in republica auctoritas: vide Cicero-
 nem orat. pro domo sua ad Pontifices, cap. 1. hinc deinceps Imperatores quoque
 Romani iidem Pontifices maximi; nam ut Dio LIII. p. 712. ex eo, quod omnibus
 sacerdotibus inaugurati sunt, ex re in notatis rebus inquirimus ispano. *Imperatores, et quod alios in pleraque illa collegia adsciscunt, semperque unus eorum
 ubi deus vel tras simul imperant maximum Pontificatum gerit, hinc fit, ut omnium
 sacrorum et religionum Domini fiant.* Hoc dignitatis nomen per longam tem-
 pus etiam Christiani Caesares gerere non recularunt. Quam in rem confer Io.
 Andrae Bosii dissertationes de Pontificatu maximo Imperatorum Christiano-
 rum Ien. 1656, 4. quae reculae sunt Tom. 5. Antiquitat. Romanarum a Grae-
 cio collectarum. In his contra Ioannem Pacidium siue qui sub hoc nomine
 laeobat Iacobum Gothofredum (qui in Epistola ad Riuetum de interdicta Chri-
 stianorum cum gentilibus communiione deque pontificatu maximo num Chri-
 stiani Imperatores eum aliquando gesserint, negauerat hoc ab illis factum esse,
 uti negant etiam Antonius Pagi ad A. C. 312. § 17. sqq. et Tillemontius T. 4.
 Hist. Imperat. pag. 580 sq.) copiose ostendit, et argumentis non inficiendis de-
 monstrat titulum Pontificis maximi utique gessisse Imperatores etiam Christia-
 nos, quanquam sacra ethnica abominarentur, falsumque esse quod nonnulli
 tradunt, in Episcopi Romani gratiam hoc se nomine abstinuisse Gratianum,
 Vide sis etiam quae de Pontificatu maximo Imperatorum disserit Ezech. Span-
 hemius in praeclearo opere de vsu numismatum T. 2. p. 413 sqq. et Antonius
 van Dale diss. 2. ad Antiquitates ex marmoribus illustrandas, qui tamen Iusti-
 num Imperat. male Pontificatum maximum gessisse colligit e veteri inscrip-
 tione, in quo PONT. MAX. exponendum *Ponticus Maximus*. Vide Christi. Si-
 gism. Liebii Gotham numariam, p. 263. Duos Pontifices maximos Imperato-
 res eodem tempore videntur suadere numi Commodi superstitie M. Aurelii
 eius, vide tamen quae notauit praeclearus Tillemontius Tom. 3. Hist. Impera-
 torum nota XI. ad vitam Septimi Seueri. De liberis Augustorum cooptatis in
 Sacerdotum collegia, Pontificum, Augurum, conferatur Ezech. Spanhemius
 Tom. 2. de vsu numismatum pag. 365. et 422. etiam supra numerum, idem
 p. 368. *Σεβαστοποιήτης, Augusto sacerdos*, occurrit apud Reinesium pag. 375.
 syntagm. Inscriptionum. *Theophanei*, Archiepiscopus Plescouiensis, d. squi-
 sitionem, quibus de causis et quo sensu Imperatores Romani tam Ethnici quam
 Christiani appellati fuerint Pontifices siue Archiepi gentilis religionis? et num
 Christianae religionis summi Imperantes dici possint Episcopi et Archiepi, et

quo sensu, edidit Petropoli 1721, 4. *Isacii de Polinae, Archiepiscopi Basi
einonensis, oratio A. 1433. in concilio Basileensi habita pro civili dominio
clericorum aduersus Petrum Rayne, Anglum, exstat cum Actis illius Concilii
T. 8. Harduini p. 1909 sqq.*

III. De eo quod Constantinus M. apud Eusebium in eius vita lib. 1.
c. 44. et lib. 4. cap. 24. affirmavit se in externis & rebus Ecclesiae Episcopum
esse, consulenda praeter Ioan. Morini Ecclesiam per Constantinum M. libera-
tam, scripta contraria Nicolai Vedelii, post Vrenbogardum iura Principum as-
ferentis, et Jacobi Reuui de Episcopatu Constantini M. Amstel. 1642, 12. Isc.
Triglandi dissertatio de Episcopatu contra Vedelium, Amstelod. 1642, 4. Gui-
lielmi Apollonii liber de iure maiestatis circa sacra, Mediodurgi Zelandor.
1642, 8. Anonymi Grallae, sine vere puerilis cothurnus sapientiae, quo se
iactat Guilielmus Apollonius, etc. Franekeruae 1646, 8. Qui liber cum aliis
eiusdem argumenti insertus est collectioni, sub hoc indice editae: *Traactatus
varii pro iure maiestatis circa sacra, contra Guilielimum Apollonium et Iodocum
Larennum, aliosque eiusdem iuris oppugnatores.* Eleutheropoli 1675, 8. Addatur
B. Gerhardus Ioan Theol. de Magistratu § 177. Quo sensu Leo I. Papa Imp-
ratori et Regibus etiam sacerdotalem palmam tribuit, disquirat Paschasius
Queanellius in notis ad Leonem M. pag. 190 sq. edit. in 4. Praetereo quod
Graeci

Ἡ ἄλλ' ἑμὴς μὲν τῶν αἰῶν τῶν Ἑλληνικῶν, ἡμῶν δὲ τῶν ἑσῶν τῶν καὶ παλαιῶν Ἑλλήνων
οὐκ ἔστιν ἄλλο. Allatus pag. 230. sqq. de Consensu vtriusque Ecclesiae verba τῶν ἑσῶν intel-
ligit de rebus Guilibus, Petrus de Marca II, 10. de Concordia sacerdotii et Imperii p. 91.
de Gentilibus adhuc extra Ecclesiam constitutis. Vtrique contra Constantini mentem et
Eusebii, qui eodem loco capitibus praecedentibus et proxime sequentibus leges ac constitu-
tiones Imperatoris Ecclesiasticas diserte memoret, qualibus referti etiam omnes Annales,
plena omnia monumenta. Hinc Socrates praefat. lib. V. Histor. ecclies. ait, ex quo Impera-
tores coeperint esse Christiani τὰ τῆς ἑλληνικῆς ἀρχαίας ἑστῆς ἐξ αὐτῶν, ex illis pendere-
runt res ecclesiae, et concilia maxima, & μάλιστα σινodus ipsorum nota convocata τῶν αἰῶν
πρῶτος γενόμενος τοῦ καὶ ἑσῶν. Quare in concilio Mogantino A. C. 813. Imperatores dicti
Rectores Ecclesiae, Rectores verae religionis. Confer Lanceloti Andreae torturam Torti,
p. 363. Ioan. Rainoldum in colloquio cum Hardto, sub extremo. Ioan. Dallacum contra
Adamum et Cottibium parte 2. p. 79. Nec tantum Graecorum Imperatorum de rebus ec-
clesiasticis existant leges & Phetio et aliis monachorum scriptoribus annotatae, quas illis
vicio vertit Nicol. Comnenus p. 236. praenot. mystagogie. sed alii etiam Imperatores, Re-
ges etiam Christianissimi et principes quamplicitur similia constituerunt teste toto orbe
terrarum. Confer Ioan. Georg. Reihardi meditationes de iure Principum Germaniae, cum
primis Saxoniae, circa sacra ante tempora Reformationis exercita. Halae Saxon. 1717, 4.
William Prynns historical and chronological Vindication of the Kings supreme Ecclesi-
astical Jurisdiction. Londini 1665. Voll. 2. 8. et Henrici Stebbingii Essay concerning civil
Government considered as it stands related to Religion, wherein the Magistrates right to
support and encourage true Religion by human Laws is asserted, Londini 1724, 8.

Caetero Imperatores in rebus Ecclesiasticis sibi arrogarunt potestatem, de qua vide sit notas ad Ioannem Caroplatam, sub init. et quod Rex Franciscus Ioanni Gersoni dicitur *Rex Sacerdotalis seu Pontificali*, quod sacerdotum instar sacro inunctus sit oleo, vultu longo post se intervallo ceteros Christiani Orbis Reges omnes relinquere scribit, Gallus ipse, Ioannes Fiesolacius lib. 2. electorum pag. 214. Et quod Carolus V. Imperator Pontificis maximi Romani dignitatem ambavit. Vide Baehii Lexicon Tom. 1. p. 897. nota Y et Maximilianus I. servatur litterae ad Lichtensteinum, quibus in locum Iulii II. Papae Pontifex Max. creari serio desideravit, et aliaeque ad filiam suam Margaritham Austriacam, datae 18 Sept. 1511. quibus optat fieri Coadiutor Pontificis adhuc superstitis. Confer W. Christ. Kriegsmanni dissert. de attrito per Papas imperio et Pontificatu per Caesares capessendo, et Sam. Stryckii dissert. quod quilibet Princeps in territorio suo sit Papa. Rariora exempla sunt quod Vladislaus Poloniae Rex, Doctoris simul et Pastoris munere functus, Iacobus Wisibensis Episcopus idemque strategus ac *πολιτευχος*, Georgius Princeps Anhaltinus idem ordinatus Pastor et editis quoque homiliis sacris clarus. Quae vero Magistratus politici etiam circa sacra, circa vocationem, depositionem et punitionem Clericorum, (vbi Salomon Rex exaudivit Abiatharem Pontificem maximam 1 Reg. II, 26. Antiochus Epiphanes Iasonem 2 Maccab. IV, 93.) atque adeo in Ecclesiasticis uniuerse quod externa et adiaphora spectat, sit autoritas, ex sententia veterum Christianorum disputavit Marcus Antonius de Dominis VI, 5 seq. de Rep. Eccles. et Grotius in libro de iure summarum potestatum circa sacra. Cui in Germania Francof. 1690, 4. recuso subiectus est Davidis Blondelli libellus de iure plebis in regimine Ecclesiastico, et alter nescio cuius opusculum de officio Magistratus Christiani. Videndus etiam Gilbertus Burnet in Historia iuris Principum circa beneficia Ecclesiastica, Anglice edita Lond. 1682, 8. Fridericus Spanhemius Tom. 2. Opp. p. 1240 sq. Et quae de Imperatorum Rom. Monarchia atque circa res Ecclesiasticas iuribus collegit *χολοκέρτες* Goldastus, opponenda vantisper Eugenii Lombardi Regali Pontificis Sacerdotio A. 1684, 4. Ioan. Thomae Rocaberti Bibliothecae maxime Pontificiae, 21 tomis in fol. editae Rom. 1699. et Bernardi Pozzoli Rationali Romani Pontificis, Romae 1717, fol. 2 Voll. edito,

B. 2

donec

* Confer Reichshandlungen, p. 96. Epistola eiusd. Imperatoris ad Iac. Foggerum legitur in Goldasti Reichshandeln T. 1. p. 428.

5 Io. Masson Hist. Critique de la Rep. des lettres T. 4. pag. 327 sq. Val. Ern. Loescheri Reformationis Acta T. 1. p. 96. et Ern. Sal. Cypriani dissertatio de Maximiliano I. Pontificatum affectante, Cob. 1710. rec. len. 1716.

6 Vide Aqa Eruditus A. 1708. p. 284.

Jones alius vir eruditus iura Principum collectione ampliam subtilitatem in hoc genere scriptorum assuevit. In quibus locus etiam datur Archi-Episcopo Paris. Petra de Marca in praeclearo opere de concordia Sacerdotii et Imperii edito Paris. 1663. et cum Observationibus Ecclesiasticis D. Insti Piennin- gi Boehmeri ICI Hallensis Lips. 1708, fol. licet is praecipue de iuribus Regum Galliae circa sacra sit sollicitus, quemadmodum et Carolus Molinæus in Monarchia Francorum p. 191 sq. et Matthæus Larrequans libro postumo Gallicæ edito de Regaliae iure, Roterdam. 1685, 12. De Pontificis Romani arrogata auctoritate et potestate in Principes⁷ eiusque origine videndi Samuel Pufendorfius introductione in Historiam Tom. 1. cap. vii. et in libro de habitu religionis ad vitam civilem: Franciscus Hottomannus in libro cui titulus Brutum fulmen Papæ Sixti V. adversus Henricum Navarrae Regem, p. 87 sq. 94 seq. 96 seq. etc. Daniel Chamierius Tom. 2. Panstratiae lib. 15. et lib. 16. c. 20 sq. Theodosius Gibellinus siue qui sub illo nomine latet Matthæus Gobelius, Consul Budissinus, in libro Germanice edito cui titulus: Cæsareopapæ Romana, Guil. Barclaius de Potestate Papæ in Principes Christianos, Francoer. 1649, 4. Marcus Antonius de Dominis de Rep. Eccles. lib. 6. cap. 8. et 9. et 10. et 11. Elias du Pin diss. 7. de disciplina Eccles. Natalis Alex. in Historia Eccles. tam alibi passim, tum Tom. 8. edit. in fol. pag. 443. ubi contra Francisci d'Engliæ auctoritatem sedis Apostolicæ in Reges disputat. Ioan. Christoph. Boehmannus notitia dignitatum illustr. p. 15 sq. Christianus Dreierus diss. 15. et 16. controvers. cum Pontificiis, Hermannus Conringius et La. Hoornbeckius in examine bullæ Innocentii X. contra pacem Osnaburgensem, et Ioan. Petrus Ludovicus ICI Hallensis in tractatu sine nomine edito⁸ qui inscribitur: *Wäpfflicher Unfug wider die Krone Preussen, welchen Clemens XI. in einem den 16 April A. 1701 ausgestreuten trigen Breuij zur Berückserung aller gefronten Häupter begangen.* Coloniae Brandenburgicæ 1703, 4. Videndus etiam liber editus Leodii 1645. forma minore, cui titulus *Ius Belgarum circa Bullarum Pontificalium receptionem*, de quo Rich. Simon Tom. 2. Bibl. selectæ p. 190 sq.

IV. De Sacerdotibus et sacro ordine apud Hebræos diligenter præ ceteris agit ex Iudæis R. Abrah. Rophe in Schilke Gibborim c. 38. p. 33. et Maimonides in Iad Chafakah lib. 8. tr. 2. c. 5. et tr. 3. c. 6. Ex Christianis vero

⁷ Apud Meroenses veterem Aethiopsam populum sancta potestas teste Strabone XVII. pag. 822. fuit penes Sacerdotes, tantaque auctoritas ut nonnunquam misso nuntio mortem Regi imperarent, et ei altam sufficerent. Postmodo Rex quidam consuetudinem hæc abolevit etc.

⁸ Hic auctor etiam Latine lucem vidit, sub titulo: *Noticias Pontificis &c.*

vese de *Lehrstücken* Tom. 1. operum, in libro de ministerio templi: *Io. Sauer*
ferus in commentario de Sacerdotibus et sacerdotibus Hebraeorum persona, inserto
 eiusdem Operibus postumis, et subiecto eiusdem libro de sacrificiis veterum,
 Lugd. Batav. 1699, 8. cura Thomae Crenii edito. *Ioan. Leusdeus* in opere Ger-
 manice edito de rebus sacris Iudeorum: *Ioan. Andreas Quenstedius* antiquitat.
 biblicar. cap. 1. *Ioan. Kornelobitz*, Pastor Nofocomii Dresdensis, in sacerdotio
 Hebraico, Dresdas 1707, 8. *Ioan. Seldenus* de successione in pontificatum He-
 braeorum, Operum Vol. 2. pag. 74 sqq. *Bernb. Lanus* de Templo lib. 7. c. 5.
 p. 1220 sqq. *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. 10. cap. 3.
 p. 587 sqq. *Ioan. Braunius* select. Sacr. lib. 3. p. 306 sqq. et singularibus differ-
 entionibus *Giffuo. Peringerus*. Vpsal. 1691, 8. *Petrus Pflinnamus*, Aboae 1702,
 4. De vitis sacerdotum consulantur praeter iam laudatum Abrahamum Ro-
 phe, loco citato, *Schenckzerus* in Physica sacra ad Leuit. XXI. p. 496. *David*
Richter in dissertatione de physiognomia sacerdotis. Ienae 1715, 4. *Ioan. Rud.*
Kieslingii liber de legibus Mosaicis circa sacerdotes vitio corporis laborantes
 in ecclesia Christiana emendatis. Lipsiae 1755, 8. *Abel Adam. Hostingerus* de
 sacerdotum Aaroniticorum integritate. Francof. 1735, 8. Ante legem Mosai-
 cam Sacerdotes passim fuere patres familias et filii primogeniti, post Legem
 hoc ad posteros Aaronis et tribum Leviticam restrictum fuit, quemadmodum
 etiam apud gentes quasdam Sacerdotium haereditarium fuisse observat H.
 Dodwellus de iure Laicorum circa sacra pag. 219 sq. Ezechiel Spanhemius
 p. 567 sq. ad Callimachum, et Rigaltius p. 9. ad haec Onofrandi c. 1. *ὁ ἀρχιερεὺς*
ἔσθ' ἐκ τῆς γενεᾆς ἀαρὰν τοῦ ἱερέως, quibus adde quod *Ἀρχιερεὺς* dignitas apud
 Aegyptios haereditaria erat, ut docet Herodotus lib. 2. cap. 37. et apud Rho-
 dios sacerdotium teste Diodoro Siculo V. p. 227. d. Fuit et apud Hebraeos
 Princeps reliquorum *summus Sacerdos*, qui in Pentateucho fere simpliciter Sa-
 cerdos dicitur, de quo *Abraham Rophe* in Schilta Gibborim, c. 39. *Io. Brau-*
nii selector. sacror. lib. 3. pag. 311. *Ioan. Leusdeus* in Philologo Hebraico
 mixto, p. 176 sqq. *Ioan. Gottlob Carpmanus* ad Goodwini Mosen et Aaronem
 pag. 64 sqq. *Ern. Christ. Boldichtus* in dissertat. de Pontifice Maximo Hebraeo-
 rum, Ienae. *Ioan. Buxtorfius* in dissertat. de eodem argumento, Basil. 1685, 4.
Theodor. Dassovius in dissert. quae inscribitur Dissidium Pontificis R. et He-
 braei. Kilon. 1703. *Adolphus Lebrecht Dietericus* in dissert. de sanctitate summi
 Iudeorum Pontificis. Lipsiae 1743 Pontifices maximos sub Imperatoribus
 Romanis fuisse annuos (non *dicē βίου*) existimat Harduinus de numis vrbium
 pag. 481. Sacerdotium Aaronis cum sacerdotio Christi confert Hermannus
 Witsius Tom. 1. Misc. sacr. lib. 2. diff. 2. pag. 452 sqq. Cur Deus O. M. qui
 Leuitis olim veniam aetatis et missionem velut indulgit, nihil tale sacerdotibus

ant Pontificibus summis concessisse legatur, disquiri S. V. Ioan. Gottl. Carp-
zouius in epistola votius ad Erdmannum Neumeisterum, quum is memoriam
exacti in ministerio ecclesiastico dimidii saeculi celebraret. Lubec. 1747. Pontifex
M. si quid delinqueret, in parui momenti caussis suberat foro triumvirali vi-
ginti trium virorum, in maioribus Synedrio M. Vide Seldenum III, 8. de
Synedrio, et Natalem Alexandr. saeculo 4. p. 609. edit. in folio. Post Pontifi-
cem Maximum apud Hebraeos erant reliqui *Sacerdotes*, tum *Leuitas* strictè
dicti, quos tres ordines inuicem distinguit Clemens 1 Epist. ad Corinthios
§ 40. atque non absurdum videtur viris doctis, 9 ansam eos dedisse distinguen-
dis in Christiana Ecclesia ordinibus Episcoporum, Presbyterorum et Diaconorum.
Sacerdotes in octo classes a Mose, in viginti quatuor a Rege Dauide.
1 Chron. XXIV, 1. Nehem. XI, 10. XII, 1. 2. fuerunt distributi. Vide Iacobi
Capelli Opera postuma p. 654. Apud Iudaeos hinc *Netbinaei*, de quibus con-
suli possunt *Alecbtor Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. 10. c. 5. p. 548
sq. I. G. *Carpzouius* ad Goodwinum pag. 110 sq. et dissertationes *Ioan. Mil-
neri*, Cantabrigiae 1690, 4. *Dan. Pfeffingeri*, Argentor. 1702. *Andr. Murray*,
Hamb. 1718, 8. *Ioan. Ioach. Schroederi*, Marpurgi 1719. *Ioan. Dav. Baieris*
Altorfii 1745. *Georgii Andr. Willti*, ibid. 1757. *Scribas* item, quos a legis pe-
ritis non differre contra Ioan. Cameronem probat Ioan. Vorstius lib. 1. de
Hebraeis N. T. pag. 48. Quanquam aliis diuersa arridet sententia, quos re-
tenset Ioan. Christo. Wolfius in *Curis* Vol. 1. pag. 32. et 661. Ceterum prae-
ter eos, qui a Wolfio laudati sunt, de hoc argumento conferantur *Daniel Fes-
selius* libro et capite primo aduersarior. sacror. *Casp. Barthius* lib. 50. aduer-
sario. c. 1. *Christi. Sigism. Georgii* dissertatio de *שופטים* Witteb. 1734. *Chr-
stiani Hechtii* commentatio de secta scribarum. Frane. 1737. *Theod. Christ. L-
henthalii* commentatio de *נומוס*. Halee 1740. Praecipuum Pontificis Ma-
ximi ministrum fuisse *שופט*, praeter alios notat Beueregius ad Synodicum M.
p. 196. Confer alios laudatos Clariss. Zellero p. 318 sq. de Vacca rufa, quibus
adde Georgii Guilielmi Ouerkampffii diss. de *שופט* P. M. in summo expiationis
die vicario. Gryphisw. 1739. quod vero hic *Sagan* siue *σγαργυρος τοῦ ἱεροῦ*
perpetuus fuerit eiusdem summi Sacerdotis vicarius, singulari dissertatione ne-
gauit Ioannes Nicolai A. 1699, 4. Saganum siue vicarium P. M. etiam memoratur
sacerdos castrensis belli causa vnctus, de quo consuli possunt *Maimonides* in Hil-
coth Melachim. c. 5. § 7. *Abraham Ropbe* in Schike Gibborim cap. 41-43. e
Christianis *Augustinus Calmetus* in comment. ad Deuterom. XX, 3. *Hieronymi*
van

9 Beuereg. lib. 2; cap. 11. Codicis Canonum Vindicati. Sed vide, quas contra hanc
sententiam disputat L. G. Carpzouius ad Goodwinum p. 65.

in *Alphen* dissertatio de sacerdote castrensis veterum Hebraeorum, sub presb. dio Dav. Millii habita Ultraiechi 1719, 4. et dissertationes *Augustii Dorfschels* Havniae 1715. *Joan. Gotfr. Kalinski*. Lipsiae e. 2. *Theod. Ren. Tatis*. Regiom., 1723. *Justi Christ. Thorschmidt*. Torgaviae 1737. *Joan. Gottfred. Lakemacher* sententiam, de ficto sacerdote Iudaeorum castrensis, quam proposuit parte tertia *Observ. philologic.* pag. 236 sqq. sub examen vocarunt *Cour. Ihenius* in dissert. de oblatione panum pentecostalium e. 4. § 3. et in dissert. de homicida inuoluntario sect. 1. e. 4. § 5. p. 68 sqq. atque *Christoph. Kretzschmar* in commentatione de vincto belli Dreidae 1738. eumulgata. Ex Diaconis siue Leuitis duo erant *collectores cistae*, quorum erat vespere sabbati pecuniam pro pauperibus colligere: alii tres *collectores catini*, qui cibos quotidie colligebant et inter pauperes distribuebant. Vide *Clariss. Rhenferdium* de decem Otiosis Synagogae p. 147. *Melchior. Leydeckerum* de Republica Hebraeorum lib. 12. e. 2. *Sal. Deylingium* observat. sacr. Part. 3. N. 21. *Io. Gont. Carpzouii* diss. de eleemosynis Iudaeorum, Lips. 1728. eumulgatam, et recusam ad calcem annotationum ad *Goodwinum*, pag. 726 sqq. *Dan. Godofr. Werner* dissertationes tres de eleemosynis Hebraeorum. Ienae 1724 sq.

V. De Iudaeorum *Patriarchis* et *Primatibus* agit *Petauius* pag. 55. ad *Epiphan.* et ad *Epist. 25. Iuliani*, *Foutreus* ad *Cyrium Hierosolymitanum* p. 171. *Montfauconius* ad *Chrysostrum* T. 1. p. 481. *Jacob. Gothofredus* ad *codicem Theodosianum* pag. 213. Tom. 4. *Grotius* cap. 10. de imperio *Samar.* potestatum circa sacra p. 272. *Beermannus* XVII. 2. 15. dignitat. illustr. *Sam. Petrus* lib. 2. e. 10. Var. less. & lib. 3. e. 3. Var. *Observ.* *Ioan. Frid. Mayerus* in dissertat. de *Patriarchis Hebraeorum*. Gryphisw. 1706. *Petrus Zornius* in *Historia fisci iudaici* p. 390 sqq. et *S. R. Christian. Guil. Franc. Walchius* in *Historia Patriarcharum Iudaeorum*, quorum in libris iuris Romanorum fit mentio, Ienae 1752. 8. qui eorum sententiae accedit, qui duos fuisse Iudaeorum principes siue patriarchas affirmant, quorum alter rexerit orientales, alter occidentales Iudaeos. Idem vir doctus principem Iudaeorum, quem *Nasi* appellant, eundem esse censet ac *Patriarcham*, a diuis Imperatoribus atque christianis doctoribus saepe commemoratum. De *Archontibus*, quos iudices Iudaeorum fuisse, in variis vrbibus passim constitutos, cum *Petro Wesselingio* in diatriba de Iudaeorum Archontibus, Traiecti ad Rhenum 1738. 8. edita existimat idem *Walchius* pag. 67. libri laudati, *S. V. Carpzouius* autem p. 10. Appar. antiq. S. C. titulum censet honoris generalem fuisse, primatibus gentis in patria et extra patriam, quocumque dignitatis et officii gradu gauderent, comunem, consuli possunt *Scipio Maffei* in *Antiquitatibus Gall.* pag. 6. et p. 42. edit. Verontensis. *G. te Water* in diss.

de Archonte apud Iudaeos, inserta Misc. Duisburg. T. 1. p. 222. De *Archonarcha* s. *Albarcha* s. *Arabarcha* conferantur Nic. Fullerus Misc. sacr. lib. 4. c. 16. Campeg. Vitringa de Synagoga vetere lib. 11. c. 9. p. 559. Melch. Leideckerus de vario reipubl. Hebraeae statu lib. 9. c. 1. p. 621. Petrus Wesselingius lib. cit. p. 63. et Petrus Zornius lib. cit. p. 396 et 402. De *Archimotarchis* vide S. V. Carpzonium ad Goodwinum pag. 9. et Walchium lib. laud. pag. 104 sqq. De *Presbyteris* urbium *politicis*, a Sacerdotibus et magni Synedrii senatoribus distinctis vide Seldenum lib. 1. de Synedriis cap. 17. Grotium ad Matth. XXVI. 47. et Luc. XIX. ult. *Synedrio magno* Pontifex Maximus non semper praerat, ut ostendit Seldenus cap. 11. de anno civili Iudaeorum. Sed de magno illo Concilio videbis ubi lubebit scriptores plures infra c. 14. § 2. a nobis laudatos. Iam aduersus eundem Seldenum notare iuuat Pontifices Maximos a Romanis non fuisse exutos Potestate iuris dicendi in rebus ciuilibus (nisi forte in capitalibus delictis) ut ex Iosephi 20. 8. et aliis locis demonstrat Humfredus Hody in libro Anglice A. 1693. 4. edito de causa sedium vacantium post iniustam et non canonicam depositionem p. 39. ubi et de eo quod *ἀρχιερέων* nomen pluribus commune fuerit praeter Pontificem Max. et ex pontifices pontificesque exautoratos. Adde Frid. Spanhemium Dubior. Euangelic. P. 11. p. 37. et I. A. Quenstedium Antiq. Biblic. p. 26. De *Archisynagogis*, Capitibus Academiae et Doctoribus non Sacerdotibus, Grotius ad Matth. IX. 18. et in florum sparsione ad Ius Iustinianum pag. 339. ubi eosdem facit *Archipherexitas* memoratos in Nouella Iustiniana 142. Vide etiam Samuel. Petrum lib. 2. cap. 20. Var. Lectionum. Franciscum Burmannum Parte 2. Exercitationum, Ioan. Morinum Exere. Biblic. pag. 258 sq. Campegii Vitringae Archisynagogum, Franequerae 1685. 4. Io. Gerh. Meuschenium in oratione de directoribus scholarum apud Hebraeos, insertam eius N. T. ex Talmude illustrato, p. 1184 sqq. et Iac. Rhenferdium libro de *decem otiosis Synagogae* siue de decem hominibus ingenuis puberibusque, qui debebant in Synagoga praesto esse ut quolibet tempore aduenientes inuenirent iustum coetum, ad legitime orandum Deum, ibid. A. 1686. 4. et Ioan. Gorthof. Lakemacheri dissert. ad frontem libri Pirke Avoth, Helmst. 1728. editam. Hermannus von der Hardt in epistola, quae inserta est Christiani Gorthold Wilschii Arcanis Bibliothecae Annaebergensis, Lips. 1730. 8. p. 191 sqq. putat, Rhenferdum magno conatu nihil agere, falsumque esse, quod Bathlanim a mane ad vesperam steterint in synagogis, eos enim stas tantum temporibus precum adfuisse. De *Azanitis* (אזניתי) siue ministris Synagogae, qui lectorum, cantorum et aedituorum viceungebantur, Petauus pag. 58. ad Epiphani. De *quindecim praesectis sanctuarii* vide Misnam

Misam Schekalim tomò 2. edit. Suraahufii p. 191 seq. De tribus quæstionibus s. thesaurariis templi, totidemque Emarcalim s. Camerariis, et duobus præfectis id pag. 192 sq. Ad Didascalum et Maiores Iudæorum Lex Honorii et Theodosii tom. 6. Cod. Theodof. p. 248. De XXIV. Epbemeris Sacerdotum s. vicibus hebdomariis per quas singulae sacerdotum familiae officio suo fungebantur, quorumque principes videntur dicti *ἀρχιερεῖς* perinde ut illi sacerdotes qui simul erant allectores magni Synedrui, consule præter interpretes ad 2 Chron. XXXI, 16. Nehem. XIII, 30. et Luc. I, v. 5. Constantinum l'Empereur ad Bertramum de Rep. Hebræorum cap. 18. Iosephi Scaligeri notas ad fragmenta selecta veterum Graecorum subiecta libris de emendatione temporum pag. 54 sq. Lud. Cappelli opera postuma pag. 654. Abrahami Sculteri exercit. Euangelic. lib. 1. cap. 7. et D. Io. Hent. Maii dissertationem de hoc argumento, recusam in eius Exercitationibus Philologicis et Exegeticis T. I, p. 659 sqq. aliamque Paulli Sleuogti, Ien. 1649. editam, nec inter caeteras Sleuogti dissertationes, Ien. 1656, 4. iunctim vulgatas obuiam. Pontificum maximorum successionem præter Voisinium ad Raymondum Martini, aliosque quamplurimos, diligenter tradit Waltonus in Apparatu ad Scripturam S. Carolus Sigonius lib. 5. de Republ. Hebræor. c. 2. Ricciolus p. 283. Chronologiae reformatæ, et Augustinus Calmetus in dissert. de successionem Pontificum maximorum, quæ exhibetur T. 3. commentarij eius litteral. in S. Biblia, p. 447 sqq. et in eius dissertationibus Biblicis T. 1. p. 295. sqq. versionis latinæ. Ante Aaronem nullum fuisse Pontificem Max. probat Chamierus tomò 2. Panstratiæ lib. 9. cap. 9. Neque in Hasmonæis siue Maccabæis veram Pontificum successionem interpellatam, Seldenus de successionem in Pontificat. p. 226. et l'Empereur ad Bertrami cap. 13. de Rep. Hebr. Neque duos simul aut annuos Pontifices fuisse Rich. Montacutus Appar. ad Origg. Ecclesiast. p. 222, 235 sq. Talmudistarum incertiam circa numerum et successionem Pontificum maximorum perstringit Ioan. Morinus Exerc. Biblic. p. 286. Samaritani in Epistola ad Iosephum Scaligerum affirmant ab Aarone vsque ad suam ætatem numerare se summos sacerdotes CXXII.

VI. De Sacerdotibus apud gentes varias, quorum alii annui, alii fuerunt perpetui siue *ἱεὶς βίος*, (vide Valesium p. 193. ad Euseb.) eorumque generibus nonnulla collegerunt Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 8. p. 318 sq. Io. Saubertus lib. de sacrificiis cap. 6 et 7. vbi sigillatim de Sacerdotibus veterum Germanorum, Gallorumque. Scipio Masficus pag. 80. Musæi Veronensis. Claudius Arrhenius in diss. de Sacerdotibus Veterum. Vpsal. 1674. 4.

apud varias gentes annotat Huetius lib. 2. Alveinarum quaestionum c. 266
 § 6. vti de Graecorum Sacerdotibus Potterus II, 3. Archaeol. tom. vlt. thesauri
 Gronov. I. G. Lakemacherus Antiq. Graecor. sacr. parte secunda, et Georgi
 Sigism. Greenius in dissert. de Theologis Graecorum, Lips. 1733. Idem ar-
 gumentum sed admodum leuiter attingit Franciscus Rous Archaeol. Artic. II. 8.
 Vbi etiam de Mystagogis siue Hierophantibus ex Meursii lib. de sacris Eleusin.
 cap. 13. Multi vt Sacerdotes Cereris perpetuo coelibatam seruabant. Vide
 notas ad Lucian. tom. I. p. 93. edit. Amst. alii vt Megabyzi siue Sacerdotes
 Dianae Ephesiae teste Strabone galli erant siue spadones, vt Sacerdotes Dese
 Syriae quoque, de quibus idem Lucianus. De Pontificibus Graecorum Asiar-
 chis (Act. XIX, 31.) neocoris, (id. XIX, 31.) Io. Harduibus in Numis anti-
 quis popul. et vrbium illustratis, Opp. selector. Amstetod. 1709. fol. editis.
 de iisdem, vt et Sacerdotibus Stephanophoris, aliisque vti etiam de Fratribus
 sacrorum, orgeonibus, thiasotis et archithiasotis, fulse disserit Antonius van
 Dale in Dissertationibus ad antiquitates e marmoribus antiquis illustrandas
 Amst. 1702, 4. editis. Idem diss. 5. agit etiam de Prytanibus, quod genus
 Sacerdotii magistratui politico fere annexum erat, de quo existat etiam eruditus
 rus Ezech. Spanhemii liber de Vesta et prytanibus Graecorum tom. 5. Antiq.
 Graec. et Eliae Blancardi commentatio de Prytanum origine atque munere,
 T. 4. Histor. Acad. Inscript. p. 89. quibus adde Eduard. Corsini Factorum
 vitae, dissert. sextam, in qua etiam de Prytanibus disputatur. De *Asiar-
 chis* confer Chr. Schoetgenii obseruationem, T. 5. Misc. Lips. pag. 178-194
 Menon. Nic. Carstens medic. subseciv. spec. 2. de Asiarchis Paulo quondam
 amico, Lub. 1744. et dissert. Chr. Andr. Siberi, Witteb. 1683. Christoph.
 Sontagii, Altorf. 1712. et P. A. Boysen, Halaec 1716. De *Pastophoris* consul-
 latur illustris Cuperus in Harpocrate p. 131. et L. G. Bidermannus Otiorum
 varii generis p. 180 sqq. De *Melaniophoris* Steph. le Moynes Epistola singu-
 lari ad Cuperum, eidem Harpocrati adiecta. De Sacerdotibus Aegyptiorum
 Clemens VI. Strom. p. 633 sq. Iac. Godofredus ad vet. expositionem Mundi
 p. 27. Io. Marshamus in Canone Chronico, H. Witsus in Aegyptiacis et Io.
 Nicolai libro de Synedrio Aegyptiorum. De honore et gradu Sacerdotii
 apud ethnicos Chr. Falsterus T. 1. amoenitat. philolog. p. 189 sqq.

VII. De *νεμεσταις* et Sacerdotibus feminis variarum Deorum apud
 Graecos Romanosque consules Clariss. Montfauconum in Palaeographia Graec.
 p. 160. Caroli Patini commentarium ad verus monumentum Marcellinae,
 vbi et de tribus ordinibus Antistitum feminarum (vt apud Romanos Vesta-
 lum) *μενεσταις*, *λεπαις*, et *νεμεσταις*, e Plutarcho p. 795. an tenni gerendi
 Resp.

Præter quæ erant etiam *ἱερέριον*. Sacerdotibus feminis ministrantibus, quæ preces fundebant, et Henrici Coreel dissertat. de sacerdotibus veterum virginibus, Aboas 1704. 8. Sacerdotis maximæ matris Deum magnæ Idææ et Sacerdotis maximæ Vestalis icon apud Sponium, p. 150. Misc. De flaminicijs, mulieribusque sacra curantibus atque in his de virginibus Vestalibus plura Saubertus lib. de sacrificiis cap. 8. Iustus Lipsius libro de Vesta, et Vestalibus, qui et separatim, atque inter opera Lipsii sæpius recusus, in quinto etiam thesauri Graeviani tomo legitur, et scriptores supra cap. VIII. p. 338 laudati. Præter virgines Vestales quinque, sextamque Vestalem maximam, de quibus Onufrius etiam tom. 1. Graev. p. 227, 257 sq. fuerunt Romæ e feminis Sacerdos Cereris, et quindecim flaminicæ Diales, totidem virgines saliares, et Sacerdotes bonæ Dææ, aliorumque flaminicæ Deorum, Flaminum, quæque uxores flaminicæ dictas idem Onufrius observat pag. 219. De hisce, quarum Macrobius Saturnal. I. 16. Tacitus Annal. IV. 16. Gellius N. A. X. 15. Tertullianus exhort. ad castitatem c. 13. et inscriptio apud Gruterum p. 322. N. 2. mentionem faciunt, conferantur Ioan. Coar. Schwartzii dissert. de flaminibus, Coburgi 1742. pag. 23. et Io. Godofr. Bernholdi dissert. de flamine Diali eiusque coniuge flaminica, Altorfii 1746. De flamineo, quod eiusmodi flaminicæ gestarunt Solerius, siue, qui sub hoc nomine latet, Theophilus Raynaudus de pileo pag. 140. Apud Persas *ἱερέριον* *Ἀγρίμδος* *Ἀγρίμδος* in Ecbananis. Plutarch. Artaxerxe p. 1025. Apud Aegyptios Phalides ab Adamanta, Sacerdote Eurystheæ filia. Syncell. p. 172. Sed apud Aegyptios teste Herodoto II, 35. vti Hebraeos quoque et Christianos feminae Sacerdotes nullæ. Canonicum mentio Nehem. VI, 67. sed docere in Ecclesia prohibitum feminis 1 Cor. XIV, 34. Ambrosius in Psalm. I. *Mulieres Apostolus in Ecclesia tacere iubet, Psalmus etiam bene clamant. Hic omnis dulcis ætati, hic virique aptus est sexui.*

VIII. De Sacerdotibus veterum Romanorum post Fabii Pictoris, M. Varronis aliorumque scripta deperdita, consuli possunt libelli Pomponii Laeti, Raphaelis Volaterrani et Henrici Bebelii frequentissime excusi, tum seorsim tum in Petri Scriuerii republica Romana et ad calcem compendii antiquitatum Romanarum concinnati a Philippo Carolo. Libellus de Sacerdotibus Romanorum qui sub Lucii Fenestellæ antiquissimi scriptoris nomine prodit, auctorem habet recentem scriptorem Andream Dominicum Floccum, vix eruditorem consensit hodie constare. Præ ceteris autem diligenter in hoc argumento de Sacerdotibus Romanorum versatus est Onufrius Panuinius in prioribus 145. capitibus operis luculentæ de civitate Romana tom. 1. Graev. qui Pom-

fices Maximos, quorum memoria extat, ordine Chronologico recensat lib. 5. Pastorum. Idem Onufrius lib. 2. cap. 12. antiquitatum Veronenfium, vbi erudite de sacerdotibus municipalibus et colonicis differit. Guilielmus Choulius in tractatu breui de Sacerdotiis, libro de religione Romanorum annexo. Paullus Merula in tractatu breui de Sacerdotibus Romanorum, qui cum aliis eiusdem scriptis postumis lucem adspexit Lugd. Bat. 1684, 4. Iacobus Guerberius, vir praestantissimus (licet ab H. Norisio in Cenographiis Pisanis et a Graeuio praef. ad tom. 5. thesauri subinde castigatus) in libris quatuor de veteri iure pontificio, Parisiis 1612, 4. et in tom. 5. antiquitatt. Romanar. Graeuii. Henric. Hörehius in Sacerdotio Romano cum eius sacrificio, Amstel. 1690, 8. Ioseph. Laurentius c. 1. var. sacror. gentil. recuf. T. 7. antiquitatt. Graecar. Gronouii p. 133. Ioan. Casimir. Happachius in commentatione de calumnia religiosa et theologia ciuili praesertim veter. Romanorum, Coburgi 1749, 4. M. Antonius Ferratius epistola, quae comparet pag. 88. epistolarum eius Venetiis 1738, 4. editarum. Christian. Ern. Muffigk in dissert. de Sacerdotibus veterum Romanorum, Witteb. 1695, 4. et Gottl. Samuel Treuer in diss. de Sacerdotibus Romanis in genere consideratis, Lipsiae 1703. Praeteritus, quae de Sacerdotiis Romanorum habet Freintheimius ad Flori lib. 1. c. 2. vbi octo ordines a Numa institutos persequitur, tum Romanus l. 3. et ad eum Demisterus, Wolffg. Lazius lib. 3. de republ. Romana; Struuius cap. 12: alique qui corpora atque systemata antiquitatum Romanorum composuerunt.

IX. Locus insignis Pesti non est praetereundus: *Ordo Sacerdotum aestimatur Deorum maiestate, ut maximus quisque. Maximus videtur Rex, deinde Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex Maximus. Itaque in conuiuiis solus Rex supra omnes accubat, sed Dialis supra Martialem et Quirinalem: Martialis supra proximum, omnes dein supra Pontificem; Rex quia potentissimus: Dialis quia vniuersi mundi Sacerdos qui appellatur Deus: Martialis, quod Mars conditoris urbis parens. Quirinalis, socio Imperii Romanum Curibus adscito Quirino. Pontifex maximus quod iudex atque arbiter habetur rerum diuinarum humanarumque. De Rege sacrorum, cuius vxor Regina sacrorum appellabatur, videndus Alexander ab Alex. III. 27. Onufrius de Civ. Romana somo 1. Graev. p. 243, 258. Anton. van Dale in diss. de Pontifice maximo, Vicario Pontificis, Rege Sacror. etc. quae extat in eundem*

¹⁰ Tamen Regis sacrificium Pontifici subiectum differre testatur Linius II. ad 20 additus nonini bonos aliquid libertati, cuius tunc prius erat cura, offerret.

Musedem dissertationibus et antiquit. e. m. r. g. r. illustrand. p. 275 sqq. et Ge-
 thericus in lib. 1. de iure Pontificio cap. 31. tom. 5. Graev. qui etiam de Pon-
 tificum collegio et officiis ac Pontifice Maximo diligentissime disserit lib. 1. et 2.
 et prouocationem ab hoc ad populum fuisse obseruat lib. 2. c. 10. seq. De
 collegio Fratrum aemulium aliisque sacris sodalitatibus Pontificum augurum-
 que agit Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 26. et ibi Tiraquellus: tum Gio-
 bertus Cuperus lib. 4. Obs. c. 23. vbi ex Diono LIII. p. 496. (696 R.) etiam
 Gutherius obseruat quatuor summa Sacerdotum collegia Romae fuisse; Pon-
 tificum, Augurum, Quindecimuirum et Septemuirum Epulorum, non vero Aru-
 spicum vt viro doctissimo visum fuerat. Pontifices maximos¹¹ veteris Ro-
 mae recenset Onufrius lib. 5. histor. Romanorum p. 94, 330 sq. De Pontifi-
 cibus idem Alexander lib. 2. c. 8. et diligentius Io. Andreas Bosius Prof. Ie-
 nensis in dissert. de Pontifice maximo¹² Romae veteris, et Pontificatu maxi-
 mo Imperatorum Romanorum aduersus Iacobum Pacidum s. Gothofredum
 Jen. 1656. 4. et in eodem tomo 5. thesauri Graeviani. Albertus Mazolenus
 in animaduersionibus in numismata aerea selectiora maximi moduli e museo
 Pisano, olim Carrario. Ioseph. Bimarodus de la Bastie in dissertat. de Pon-
 tificatu maximo Imperatorum Romanorum; quae legitur T. 18. memoriae.
 Acad. Inscriptionum p. 550 sqq. Num; quando plures Imperatores simul
 imperium tenuerunt, omnes; an vnicus solus ex iis pontificatum maximum
 gesserit accurate disquirat Ioannes Bouhierius in dissertatione de pontificatu
 maximo Imperatorum Romanorum, edita gallice Diuion. 1742, 4. et in dis-
 sertatione de quaestione, vtrum ante tempora Balbini et Puppiani, quando
 plures Imperatores simul imperium tenuere, vnicus solus pontifex maximus
 fuerit, quae exhibetur T. 5. histor. Acad. Inscriptionum p. 180. edit. Am-
 stelod. vbi ex inscriptionibus probatur, quod iam sub Tito et Vespasiano
 consuetudo haec, pluribus simul nomen istud honorificum vindicandi, fuerit.
 Adde Iac. Elsneri scholastica critica, quo auctores aliaque antiquitatis mo-
 numenta emendantur, vindicantur et exponuntur, Berolini 1744. 4. capite
 vltimo. De Pontificibus maioribus (quorum caput Pontifex maximus): et
 de minoribus, (antes dictis scribis Pontificum) H. Noris Cenotaph. Pisano.
 diss. 1. c. 5. De Augustalibus flaminibus, sodalibusque idem c. 6. Vide et
 diss. 2. c. 5 et 7. vbi de Pontificum vestibus, aetate. De Sacerdotibus
 Augusti honorem institutis, confer praeter Norisum lauda-

C 3

tam,

¹¹ Comparationem Pontificis M. Romae veteris cum Papa Romano instituit Michael Geddesius; vide A. E. 1716. p. 247.

¹² Sic dicti etiam maximi & maximae Sacerdotes, maiores maximi, maximi augures etc.
 Vide illustrem Cuperum ad Lectantiam de moribus persequatur. p. 211.

CAP. XIII. SACERDOTES ROMANORVM.

De Sordione Maffioli pag. 214. Mus. Veronensis in Et. V. Verona
 Antiquariae p. 18 p. ac Bocharum mercatorum historiae Hebraicae memoria
 undecima. De duumiris, decumiris, quidecumiris sacris faciendis, &
 quibus Sibyllina quum opus esset consulebantur, praeter eundem Alexan-
 drum lib. 3. c. 16. atque eorum quae de Sibyllinis carminibus scripserunt, vide-
 mus Petrus Tassinus Itap. 5. de anno fatali Romanorum tom. 2. thesauri
 Graeciae pag. 494. sq. De duumiris Sacerdotibus T. 8. p. 393. sq. Con-
 siderationis memor. directurae et. histor. Quidecumiri insignis tripus
 cum delphino et coruo in numo Vitellii apud Tristandum T. 1. p. 274. De
 septemiris Epulorum Christophorus Cellarius ad Plinii Epistolas p. 86. De
 gallis Sacerdotibus Cybales et Archigalli Rigaltius ad Commodianum In-
 struct. XVII, 3. Salmasius not. ad An. Lamprid. vitam Helio Gab. 7. p. 806.
 Oudrius Panuinius de ciuit. R. c. 38. et Andr. Dom. Florens. de. prest. R.
 lib. 1. c. 12. De Salis Tobias Gushberlechts libro singulari Francoq. 1704. &
 Jo. Dan. Ramus in diff. de Ancilibus Romanorum Hafniae. 1706. 4. Christ.
 Lud. Crellius in diff. de saliaribus carminibus, Witteb. 1737. 4. Nic. Reich
 in dissert. de Salis, Hafniae 1737. 4. et Gisbertus Cuperus IV. 2. obseru-
 xbi etiam de ancilibus, quae in sacratio Martis per Salios custodiabantur. Sa-
 lium in numo Diocletiano exhibet Caroli Patini thesaurus numismatum p. 60.
 Non Romae solum, sed Albae quoque, post dirutam urbem Salios fuisse
 ostendit Maffei pag. 115. Mus. Veronensis; vbi ex loco quodam Spartianus
 in Caracalla obseruat, fuisse quoque Salios, qui hoc nomine Imperatorum
 honori essent dicati. Singulis templis Diisque singuli flamines qui sacra facer-
 rant, sed plures sodales. De Sodalibus, flamine et salis ad cultum princi-
 pum antea dicitur constitutis vide Dodwelli praelect. Cambesian. p. 160. sq.
 De flamine et flaminica praeter scriptores paullo ante citatos consulatur Oli-
 verius ad marmora Pisarense pag. 81. vbi obseruat, dignitatem istam nos
 semper perperuam, sed temporariam quoque fuisse, atque tum per quinque
 durasse annos, vnde Flaminium quinquennialium in Inscriptionibus saepius
 fit mentio. De ministris sacrorum populi Rom. Oudrius in ciuitate Ro-
 mana tom. 1. Graev. pag. 251, 259. et Gutheries de iure Pontificio II. 13. sq.
 tom. 1. Graev. De aeditis Alexander etiam ab Alexandro lib. 5. c. 17. De
 Tibicinibus eorumque collegio praeter Dempsterum ad Rosinum Casp. Bar-
 tholomaeus libris 3. de vitijs veterum. Neque vero mirum est etiam diversos
 ordines sacris rite colendis apud Romanos constitutos fuisse, quoniam dili-
 gentissime illa obseruari summi esse momenti semper existimarunt, ita vt si
 minutissima etiam aliquis neglexisset, statim tota actio esset vitiosa, summi
 magistratus exauctorarentur, triumphus negaretur, quod nimirum persuasum
 esse

officium inanis magis ad Episcopos quam ad Magistros sic Vici principes, divina suspicerent ac reigentes essent quam si profligarent hostes, ut notat Hierarchus Macrolo lib. 300. cuius iungendus Valerius Max. lib. 1. ubi et de relig. officio. De vocabulis creata, glossario, cap. 1. allegi confer Spanhemium de verbis praefaturis ministrorum Theol. p. 367.

ART. IX. Sacri ordines Ecclesiastici vel nascuntur Ecclesiae peculiare sunt, vel cum successibus temporibus communes, vel postea demum superinducti. Nascuntur Ecclesiae peculiare sunt *Apostoli* proprie sic dicti et *Evangelistae*, quoniam ipsi Apostoli nomine proprie de nuntiis epistolas publicas perferentibus constituta. Vulpianus enim Procopius p. 253. ad Iesaiam: *μεγαλὸν ἔργον ἔργον ἔργον* non tantum Christo ipsi Ebr. III, 1. et Ioanni Baptistae apud Tertull. impotetur; sed et LXX. discipulis Domini, et discipulis Apostolorum, et iis qui cum post Apostolos in Ecclesia doctuerunt et Evangelium propagarunt. Vide Valerium ad Buleb. p. 21 sq. et p. 41 sq. M. Antonianum de Dominis lib. 2. de Rep. Eccles. c. 2. § 44. Blondellum de Episcopis p. 50, 87, et 113. Petalium dogm. Theol. de Hierarchia Eccles. Maturinum Vess. la Crose, in dialogis Gallice editis p. 141 sq. ID. Ioachimum Hildebrandum libro de Hierarchia Ecclesiastica: Samuel, Basnagium Annal. politico ecclesiastic. T. 1. p. 288 (qq. et 10. Franc. Buddeum eccles. Apostol. p. 640 sq. Quomodo Constansinum M. inter Principes Apostolorum *ἡ βασιλευσὶ ἀποστόλων* dictum observas dicitur p. 21. de iure summorum potestatum circa sacra; et Papae Rosanone nomen Apostoli tribuant Ioan. Venus et Gennadius apud Nicol. Comptus pag. 346. praenot. mystagogic. Quam ob rem Apostolatam in ecclesia etiam post Apostolos semper durare nec cum eis defecisse audacter censendū Hieronymus Saravianus. De Apostolis eorumque ministerio et auctoritate videtur Franciscus Burmannus de ministris N. T. extraordinariis dissert. 2. usque ad undecimam: Casaubonus ad Beroonium p. 277 sq. Petavius epist. lib. 5. de Hierarchia Eccles. Nic. Serarius T. 1. Opuscul. Thomae Bilson de perpetua Ecclesiae Christi gubernatione, Frid. Spanhemius in quatuordecim dissertationum historici argumenti, tomo secundo operum recuso, pag. 289. G. dissert. de Apostolis et Apostolatu. Ioan. Franc. Buddeus de ecclesia apostolica p. 644 sq. De Apostolorum auctoritate singulararem librum edidit Ioannes Lamius, Florentiae 1739, 8. Apostolorum episcopatum fuisse oecumenicum T. nulli certo loco alligatum ostendit Valo Messalinas s. Claudius Salmasius in libro de Episcopis et Presbyteris p. 198 sq. Episcopos quoslibet orthodoxos quoslibet Apostolos et apostolice Ecclesiae Apostolicas non tantum Romanam

nam ostendit Blondellus loco laudato et B. Doellmanni parte 2. Vindob. in Exodum p. 125. agnoscunt etiam Baluzius ad Vincensium Lerinensem p. 368. et Paschasius Quesnellus in notis ad Leonem M. pag. 867. et 871. Neque praeter eundem quod non modo Ioannes Baptista, Propheta et doctor Apostolorum nomine veniunt, vide Simonidum ad Eusebium p. 76. Sed etiam ἡ Ἀποστόλος siue Apostola in feminino dicitur S. Thecla, apud Ioan. Ernest. Græbiam tom. 1. spicilegii p. 331. et similiter aliae mulieres sanctae apud Frontonem Ducaem in notis ad Chrysostomum tom. 1. p. 90. De Apostolorum proprie dictorum praerogatiuis, vocatione, ministerio et donis singularibus agunt etiam Henr. Dodwellus in diss. 1. ad Irenaeum, Guil. Cuvæus in introductione ad vitas Apostolorum et Stephanus Curcellæus p. 716. sq. Operum, Vtut vero haud plane certum est quod a Iudaeis nomen Apostolorum mutati sine Christiani, quam apud Graecos vetustissimos quoque passim Apostoli nomen pro ministro vel legato occurrat, vt apud Herodotum lib. 1. cap. 21. vide tamen quae de Apostolis Iudaorum Baronius ad A. C. 30. Casaubonus ad Baron. p. 274. sq. Grotius ad Matthaei X, 1. Heinsius ad Lucas VI. Frid. Adolph. Lampius ad Io. XIII, 16. Morinus p. 260. Exerc. Bibl. Sam. Petrus Var. lect. c. 24. (lib. 2. cap. 20.) Seldenus de anno civili Hebr. cap. 15. p. 84. Petavius ad Epiphan. haereti 30. et tom. 3. dogm. Theol. p. 683. et 739. edit. Paril. Ioan. Ern. Immanuel Walchiûs in antiquitatibus Damascenis p. 9. sqq. vbi triplicis generis apostolos iudaicos fuisse monet, *primum* eorum constituisse apostolos Patriarcharum, de quibus agit D. Ioan. Frid. Mayeri dissertatio de Apostolis Hebraeorum, Gryphisw. 1704. edita, in qua etiam de illorum Patriarchis duobus, vno in Palaestina, altero in Babylonia, quorum apostoli illi fuere administri; ad *secundum* pertinere apostolos synedriorum; *tertium* fuisse legatos synedriorum, qui אֲבֹתָא רַבִּינָא fuerunt dicti.

XI. De LXX discipulis praeter Barmanaum parte 2. Exerc. pag. 95. sq. diligenter agit David Blondellus libro de Episcopis p. 99. vsque ad p. 125. qui p. 109. cum Apostolis aequo iure atque conditione fuisse contendit. Theonis Irigius selectis capitibus histor. ecclesiasticae saeculi primi pag. 4. 6. Guil. Cuperus in commentario de LXXII discipulis Christi, qui exhibetur in Actis sanctorum Antwerp. mensis Iulii, T. 4. p. 16. sq. et Christoph. Aug. Heermannus in dissert. de LXX Christi legatis, Göttingae 1743. edita. Blondelli senes septis per omnia admittenda non videtur, vt perspicue patet ex electione Matthiae; quae nulla fuisset, si Matthias et Barnabas, vt potest iam inter LXX discipulos constituti, non per promotionem ad Apostolatam maius aliquod ministerium fuissent adepturi. Plauto Dorothei libellum commentarius LXX. discipulorum nomi-

modis in festis de iisdem Iambos Nicephori Xanthopuli lubenter praeremus. Omittimus etiam *Pseudapostolos*, de quibus D. Io. Georgii Neumannii diatriba lucem vidit, Witteb. 1708, 8.

De *Euangelistis*, quos Euangelizatores vocat Tertullianus libro de Coertione militis, agit Burmannus part. 2. exercitationum pag. 215 seq. Frider. Spanhemius T. II. Oper. p. 266 sqq. Iacob. Basnagius histor. ecclesiasticae gallice editae T. 1. p. 419. Lud. Ellies du Pin Prolegom. in Biblia T. 2. p. 22 sq. et Dan. Guil. Mollerus in diff. de quatuor Euangelistis, Altorfii 1699. euulgata. De insignibus quatuor Euangelistarum confer dissertationem Iac. Thomasi Lipsi. 1667. editam, et Iust. Wesseli. Rumpaci isagogen ad lectionem N. T. p. 21 sqq. Quanquam vero propria et singulari quadam appellatione IV. tantum sunt Euangelistae, cuius numeri rationes allegoricas ex S. Irenaeo et aliis veteribus attuli in Codice Apocrypho Noui Test. in quo etiam plura Apocrypha recensui Euangelia: tamen Erymologica vsurpatione ita dicti sunt non tantum Apokoli et Apostolici viri qui Euangelium Christi hominibus annunciarunt, sed etiam post illa tempora Euangelii doctores quicumque, quemadmodum Caesarius quaest. 45. quoque Magos qui ad Christi cunas venerunt vocat *Ευαγγελισαίς καί πρώτους κηρυκας εθνών της Θεουδενής επιφαιτησως*. Quamobrem et Episcopus Meldensis Io. Benignus Bossuetus in historia Variationis Ecclesiarum protestantium p. 26 sq. sine magna ratione carpit Lutherum, quod in subscriptione litterarum ad Georgium Saxoniae Ducem, se Euangelistam Wittenbergensem appellauit, quod ex more illius aetatis fecit. Memini me in Bibliotheca Rev. D. Mayeri videre Litteras A. 1520. scriptas ad Lutherum tertio die Nouembris a Sebastiano Hoffmeistero, in quarum subscriptione hic se vocat sacrarum litterarum Doctorem Euangelistam apud Minores Constantiae, vt adeo hac aetate istud nomen vsurpare adeo insolens haud fuerit. De *Prophetis* Noui Testamenti vide eundem Burmannum Parte 2. Exercitat. dissert. 12. et sq. et Io. Laur. Mosheimii dissertationem de illis, qui Prophetae vocantur in N. T. Helmstad. 1732. euulgatam, et in eiusdem dissert. ad H. E. pertinent. vol. 2. p. 125 sqq. recufam.

XII. Ordines Ecclesiastici nascenti Ecclesiae et sequentibus saeculis communes fuere hi tres, *Episcopi*, ¹³ *Presbyteri* et *Diaconi*. Ita non modo in
Iacris

¹³ *Επισκοπός* et *ἐπίσκοπος* pro custode et inspectore apud Aeschylum, Callimachum, Ciceronem VII, 11. ad Atticum, aliosque. Vide Ezech. Spanhemium ad Callimachum p. 158. Pontifex Maximus *καρδίων ἐργῶν ἐπίσκοπος*. Plutarch. in Numa. *ἐπισκοπούμενος εἰς τῆς κείνου ἔργων*. Schol. Aristophanis ad Vespas, 1398. Euerhardus Otto de Aedilibus Colemanum pag. 237 sq.

sacris N. T. scriptoribus, sed etiam apud Clementem Rom. Barrobarum, Hieronimum, Ignatium, et in Clementinis III, 67 et 71. ubi adduntur *καθημερα*. Ac de Episcoporum quidem ac Presbyterorum dignitate et iuribus, num eadem verorumque fuerit Apostolicis temporibus auctoritas, an Episcopi Presbyteris, iam ab Apostolorum tempore fuerint superiores, acerrime et plurimam scriptis a Viris doctis fuit disputatum. Episcoporum supra Presbyteros auctoritatem et diuino iure competentes praerogatiuas defensitant Bellarminus libro de Clericis tom. 2. Controuers. et de ordine tom. 3. Dionysius Petavius in libris de Hierarchia Ecclesiastica, Io. Morinus Part. 3. Exerc. 3. de sacris Ordinationibus, Thom. Bilsonus, Episcopus Winthoniensis, de perpetua Ecclesiae Christi gubernatione Lond. 1611. 4. Io. Pearsonius in Vindiciis Ignatii part. 2. cap. 13. Beueregius Codice Canonum illustrato lib. 2. cap. 11. Henr. Hammondus in dissertationibus de Episcopis et Presbyteris. Londini 1651. 4. et Tomo IV Operum Londini 1674. 1684. editorum, inque vindiciis earundem Anglice scriptis, quas T. 2. opp. eius p. 417 sqq. leguntur, oppositis presbyterorum Londinensium scripto, cui titulus: *Ius diuinum ministerii Evangelici*; nec non in responsione ad animaduersiones anonymi: *an answer to the animaduersions on the dissertations touching Ignatius's Epistles and the Episcopacy in them asserted.* Thomas Bret in libro, cuius index: *the Divine Right of Episcopacy and the necessity of an Episcopal Commission for preaching God's Word and for the valid ministrations of the Christian Sacraments*; cuius secunda editio prodijt Londini 1727, 8. Henricus Dodwellus in variis scriptis, Franciscus Brokesby in Historia Hierarchiae Ecclesiae primitivae per tria saecula et initium quarti, Lond. 1712, 8. alique Episcopatum partium Angli et scriptores Romanae Ecclesiae, et graeci notante Allatio p. 1049. consensus. Omitimus recentius de Episcoporum necessitate dignitateque motas in Anglia controuersias, in quibus in primis memoratu digna est ea, quam excitauit Hoadleius, Episcopus tam Bangoriensis, quam breuiter enarrat Georg. Wilh. Alberti in epistolis de recentissima conditione rei sacrae et litterariae in Anglia, p. 573 sqq. E contrario Episcopos et Presbyteros diuino iure et Apostolico more eiusdem plane esse dignitatis et auctoritatis disputant praeter ceteris Dauid Blondellus in libro de Episcopis et Presbyteris, Amstelod. 1646, 4. Claudius Salmaffus in apparatu ad libros de primatu Papae et in dissertatione Lugd. Bat. 1641, 8. edita de Episcopis et Presbyteris sub nomine Walonis Messalini: Io. Dallaeus de scriptis Dionysii et Ignatii lib. 2. c. 26. p. 386 sqq. Christoph. Matth. Pfaffius p. 52 sqq. originum iuris ecclesiastici: Christianus Dreierus in controuersis cum Pontificiis dissert. 21. D. Io. Franciscus Bodeus Exercitatione de origine et potestate Episcoporum, leuae 1705, 4. et Pro-

Protestantes fere communiter, atque in Anglia Presbyteriana. Vide et Baluzium p. 366 et 367 sq. ad Lupum Ferrariensem. Plurimorum Anglorum Episcopatum testimonium regimen ecclesiae per Presbyteros probatur in libro: *Extrait sur la correspondance fraternelle de l'Eglise Anglicane avec les autres Eglises Reformees*. Nec Caluino Episcoporum nomen vel auctoritas displicuit, nisi Theologi quidam Anglicani maluissent consilium eius Reginem Elisabetham clam habere. Vide Biblioth. Angl. T. I. p. 402. 404. 531. De auctoritate Presbyterorum in causis dogmatum diiudicandorum in Ecclesia vide scriptum aduersus constitutionem *Vulgentius* editum, quod inscribitur: *Apologie des Curez du Diocese de Paris 1718. 12.* In veteri Ecclesia tres fuerunt Episcoporum gradus: *Patriarchae, Catholici, siue Exarchi, ac Primates*. Vide Salmasium in Eucharistica ad Sirmondum p. 295 sqq. 311 et 417 sqq. et apparatus p. 274. ac Beueregium ad synod. Chalcedon. canon. 9. Quum autem longq. Ecclesiae vsu Episcoporum ordo ac Presbyterorum distinctus esset, *Aetiani*¹⁴ in quarto post Christum natum saeculo qui nec dum ullum eorum discrimen (perinde vt hodie Presbyteriani) esse volebant, haereticis ideo adscribuntur apud Epiphanium, Haeresi 75. num. 3. Alia tamen Protestantium nostrorum ratio est, qui Episcopos et Presbyteros iure diuino quidem et Apostolico vsu pares fuisse affirmant nullam tamen legem ea de re latam, neque hoc iniunctum Christianis a Christo vel Apostolis vt etiam de Episcopis fatetur in Irenico suo Stillingfleetus, et Frider. Spanhemius contra Io. vander Weyen bene demonstrat; subordinationes tamen Ecclesiasticas idem non improbant, vt plerique ipsorum in Ecclesiis suis eam amplectantur ipsi, dum supra Diaconos et Pastores habent vel Episcopos et Archiepiscopos vt in Suecia, Daniaque, Prussia ac Britannia: vel Praepositos, et Inspectores, Superintendentes ac Superintendentes generales vt in Germania passim. Ac Superintendentis quidem vox (licet arrogantior videatur Danaeo et Sibrando Vornelio apud Crenium Tom. 16. animaduers. p. 223.) apud Hieron. Epist. 8. vt dixi obuia est, vt verbum *superintendere* apud Augustinum XIX. 19. de G. D. In Saxonia frequentari coepit post visitationem A. 1528. notante Seckendorffio. Confer Casp. Ziegleri Superintendentem ad normam Constitut. Ecclesiasticarum in Electoratu Saxonico descriptum, Dresd. 1688. 4. Ambrosio *Superinspector* cap. 6. de dign. sacerdotali. Episcopos in primitiua Ecclesia parochiis fere tantummodo, non amplioribus dioecibus praefuisse disputat auctor libri Anglice vulgati Lond. 1712. 8. cui titulus: *a clea*

D 2

ac-

¹⁴ Salmasius in Apparatu de Primatu Papae p. 113. Romanam Ecclesiam ipsammet arguit Aetii vestigiis insistere in eo, quod in septem ordinibus Episcopos sub Presbyteris comprehendit, atque vnam *parochiam* vtrorumque consilium

account of the ancient Episcopacy. Acta Eruditor. tom. 6. supplementi p. 60 seq.

Episcoporum ¹⁵ praecipue erat ordinare in Clerum cooptandos, baptizare, confirmare, causas ecclesiasticas decidere, pauperum curam habere, templa consecrare, disciplinam ecclesiasticam moderari aliaque similia, de quibus idem Blondellus late disserit, et ea interdum Presbyteris quoque concessa fuisse probat; quod sigillatim circa ordinationem ¹⁶ (praecipuum quoddam Episcoporum munus haberi solitum) probavit D. Io. Hulfemannus, Theologus Lipsiensis, in diss. de ministro ordinationis, Rev. Io. Guntherus, Ecclesiastes itidem Lipsiensis meritissimus, in Apologia Ministrorum Lutheranorum aduersus Christiani Helwig librum Vratisl. 1697. 12. vulgatum quod Presbyteri destituantur facultate ordinandi Presbyteros, Lipsiae 1698. 4. Germanice edita; Gothofredus Voigtius in exercitatione de presbytero legitimo ordinationis ministro. Rostoch. 1680. et nouissime scriptor Gallus de praepiudiciis falsis et legitimis, Delph. 1701. 12. praepiudicio 2. Vide etiam Rich. Simonem Bibl. selectae tom. 2. p. 12. sq. ex Isaaci Haberti *ἀρχιεπισκοπῆς*, et p. 18. Edmundum Martens lib. 1. parte 2. de Ecclesiae Christianae ritibus p. 286 seq. Formulæ ordinationis legi possunt apud Ioan. Morinum de sacris ordinationibus, et in Isaaci Haberti *Ἀρχιεπισκοπῆς*: Rituale ordinationis exstat in Symmictis Alatii. Ordinationes haereticorum, licet illicitas, tamen validas esse ostendit Pompeius Sarnelli Epistola 28. Ecclesiastica; contrariam vero sententiam tuetur Peronius T. 3. Opp. (Du Pin. T. 17. p. 31.) De ritu impositionis manuum in ecclesia vetere, ac degenerare eius viū disserit Frider. Spanhemius T. 2. Opp. p. 871 sqq. De varia manuum impositione Nicol. Serarius T. 1. p. 163. ad Iosuanam, et S. V. Carol. Gottl. Hofmannus in dissert. de ordinatione Timothei Viremb. 1754. edita, p. 24 sq. vbi simul contra Pontificios, Graecos et Anglicanos Theologos, Episcopali ecclesiam addictos, ostendit, hunc ritum ad ordinationis indolem absolute non pertinere, validamque, etiam illa omissa, esse eam ac manere. Apud Vopiscum in vita Saturnini memorantur Christi Episcopi, quod non aliud est quam
Epi

¹⁵ Apud Dionysium de Hierarchia ecclesiastica tria recensentur munia Episcopi, ordinem collatū, genuenti consecratio, et altaris benedictio. In Pontificali Romano sex: Episcopum operes iudicare, interpretari consecrare, ordinare, offerre, et baptizare. Adde Allatum de consensu vniuersae ecclesiae, p. 1276. sq. Sacerdotum nomen passim usurpatum de Episcopis notat Iosephus Vicecomes lib. 1. de ritibus missae c. 1.

¹⁶ Apud Iudaeos etiam Presbyter ordinauit Presbyterum, vt notauit Pfaffius p. 44. originum iuris Ecclesiastici. Vide Saldenum de synedriis Hebraeorum lib. 2. c. 14. p. 295 sq. lib. 2. c. 7. p. 687. Morinum de sacris ordinationibus Exerc. VII. c. 4. §. 6. sqq. et Vitringae Archisynagogum p. 424.

Episcopi Christiani. Vide Io. Sellenum ad Eutyrium p. 146. Episcopis neutriquam competere ut arma tractent, aut cum Julio II. Papa abiectis Petri clavisibus gladium Pauli arripiant, probantur Caspar Zieglerus *de munitionibus* in libro qui inscribitur. Episcopus miles in veteri Ecclesia inuisus, Fulbertus Carnotensis in Epistola apud Edmundum Martenè T. 1. thesauri anecdotorum pag. 130. et Io. Frider. Hebenstreit in dissert. de Episcopo milite Lipsi. 1720. Ioan. Vergerii de Havranne, Abbatis Sanogran; (qui sub Petri Aurelii nomine notior obiit Parisiis 1643.) liber contrarii argumenti editus est Basileæ 1619. *Apologie pour Messire Henry de Chasseignier de la Roche Pezay, Evêque de Poitiers, contre ceux qui disent, qu'il n'est pas permis aux Ecclesiastiques d'avoir recours aux armes en cas de nécessité.* Vide Recueil des Pièces fugitives T. IV. p. 132-194. Episcoporum fuisse in coetibus publicis praedicare, iam supra, quom de concionibus veterum diceremus, observare nos meminimus. Nunc addimus ex Concil. Tridentino sess. 24. c. 4. praedicationis munus, quod Episcoporum praecipuum est. Etiam catechizandi munus eis tribuitur ab Hieronymo Episc. ad Pammachium de erroribus Io. Hierosolymicani. De Episcoporum officio circa poenitentes confer Morinam lib. VI. de poenitentia cap. 76 et LX. 33. Episcoporum esse benedicere notatur in constitutionibus Apostolicis lib. 8. cap. 41. Praecipua quoque ipsorum cura fuit ut doctrinae et vitae Cleri observatores essent, et exemplo pariter atque doctrina gregi suo praecirent, tanquam speculatores a Domino constituti siue praesides, praesidentes, Praepoliti ac Superintendentes, ut Hieronymo et aliis veteribus appellantur. Confer in Io. Fiesiaci opusculis variis diatribam primam, quae est de sacra Episcoporum auctoritate, Paris. 1614. 8. De antiquis et maioribus Episcoporum causis, condemnationibus, appellationibus videndus Iacobi Boileau liber Lugduni A. 1678 editus contra Cl. Davidis librum de iudiciis Canonicis Episcoporum. Solis Episcopis competere ius Haereticos absolvendi et Ecclesiae reconciliandi, ex veteris Ecclesiae usu probatum fuit libro singulari Io. Baptista Thiers, de quo Elias du Pin tom. 12. p. 281. Num in agrum fueris Episcopo successorem sibi ante obitum designare, vide Rob. Iénkeni defensionem Augustini contra Ioannem Phereponum siue Clericum (Cantabrig. 1707. 8.) p. 95 sq. De Episcopi throno in Ecclesia, Menardus p. 85. ad Sacramentarium Gregorii M. et Vol. II thesauri gemmar. antiquar. astrætarviti. De Episcoporum ordinatione, electio-
ne idem p. 299 sq. cui, si quis videri Ecclesiae Rom. recentioris aetatis nota velie, funget Sacramentale Episcoporum. Ritus ordinationis Episcopi in metropoli Rotomagensi exhibetur a Mabillonio p. 228. Analectorum. Vide quoque eius museum italicum T. 2. p. 85 sqq. officium ordinationis Patriar-

chae Alexandrini exstat in collectione liturgiarum Orientalium Eusebii Renaudi
 dori T. 1. p. 467 sqq. qui p. 491 testatur, se iustam de ordinationibus secun-
 dum disciplinam Orientalium commentarium paratum habere. Ordinatio
 Patriarchae Nestorianorum legi potest apud Alsemannum T. 3. parte 2. Bi-
 blioth. Oriental. p. 667 sq. 678 sq. Episcopi p. 684 sq. 690 sq. 702. aliorum
 Clericorum p. 788 sqq. Electio p. 643 sqq. De ritu dandi presbyterium
 Papae, Cardinalibus et Clericis nonnullarum ecclesiarum: vrbis singularem
 dissertationem Petrus Moretus, Canonicus Basilicae S. Mariae trans Tiberim
 divulgavit Romae 1741. 4. Ceterum notandum est, Gerardum Nicosiensem
 primum A. 1208. se appellasse *sedis apostolicae gratia Episcopum*; alios *Dei gra-
 tia vel miseratione*. Vide Traité de l'Autorité du Pape T. 2. p. 43. Leidan-
 dus Archiepisc. ad Carolum M. *Divina dispensatione et vestra miseratione Lau-
 danensis Ecclesiae Episcopus*. Vide Mabillonium T. 3. Analector. p. 28. Ful-
 bertus Carnotensis Epistola 4. *Domino suo Roberto Regi benignissimo Dei et sui
 gratia Carnotensi Episcopo*. T. 18. Bibl. Patr. p. 7. De baculo pastorali siue
 pedo Episcopi Cangius Glossar. in *κρωσσόν*, Maeri fratres in Hieroglyphico
 voce baculus et p. 387. vbi icon Gelasii I. Papae cum baculo. Meibomius
 T. 3. rerum Germanicarum: 10. Ciambinus an diss. Historica an Romanus
 Pontifex baculo pastorali utatur, Rom. 1699. 4. Ioan. Andreas Schmidius
 in dissertat. de baculo pastorali. Helmstad. 1697. et Tobias Eckhardus de pe-
 do Episcopali. Goslariae 1734. De annulo pastorali idem Schmidius dis-
 sertationem edidit Helmstadii 1705. De iure Episcoporum in ecclesias civi-
 tatum dioeceseos suae videatur Ioan. Frontonis Epistola Parisiis 1659. De
 Pin T. 17. p. 277. sq. Contra abusum exemptionum Traité de l'Autorité
 du Pape T. 2. p. 94 sqq. De abusu expectantiarum, ibid. p. 169 sq. De
 depositione Episcoporum et accusationibus aduersus eos non facile admissis,
 agit Petrus de Marca in opere de concordia Sacerdotii et Imperii lib. 6 et 7.
 Quanquam vero Episcopi ex Presbyteris et Diaconis legendi essent, tamen
 non desunt exempla Episcoporum ex Laicis ad illam dignitatem per saltum ut
 loquuntur euektorum, quales sunt Ambrosius, Nestarius, Tarasius, Nicet-
 phorus, Photius aliique apud Leonem Allatum p. 169. libri de setate et in-
 terstitiis ordinum apud Graecos. His addes Talassum de quo Socrates VII.
 48. et quae Valerianus Flauingius in vindiciis ad thesin Clevesianam de Epi-
 scopatu, de quo libro Elias du Pin tom. XVIII. Bibl. scriptorum Eccles. pag.
 202. De translationibus Episcoporum ab una sede in aliam Ecclesiam ab-
 eundus laudati Ziegleri libellus de Clerico renitente. Ioan. Andr. Schmidii
 dissertatio de translationibus Episcoporum, Presbyterorum et Diaconorum
 Helmstad. 1702 et Ioan. Georg. Walchii dissertatio de translationibus mini-
 strorum

horum in veteri ecclesia. Iacob 1745. De *Episcopis* edita est Rev. D. I. F. Mayori dissertatio, cuius titulus non ita est intelligendus, ac si regimen Ecclesiasticum olim commissum fuerit etiam feminis, sed quod inter primos Christianorum etiam Episcopi non deservint uxori. *Episcopus* vocat et Episcopi tituli. *De Episcopis titularibus*, 17 sine titulo tenentur Episcopis atque, ut per Modestum appellantur, *multa ramentibus*, in Romana Ecclesia vide Michaellem Siricium in Abominationibus Papatus p. 44. Hallensium observationes selectas tom. I. p. 63 sq. Matthiam Flacium in limine confutationis Episcopi Sidonii, et Andr. Hieronymi Andreacei tractatum de Episcopo titulari seu in partibus infidelium. Romae 1733. 4. quibus adde quae de simili apud veteres usu Beveregius ad Synodicum pag. 65. a. pag. 67. b. et quae de Episcopis honoris causa ob insignes virtutes ad nullum certum locum creatis notat Mich. de Quien ad Io. Damascenum tom. 2. p. 667. licet olim vix quisquam ordinatus sit sine titulo, hoc est ut non ad certam Ecclesiam designaretur. Vide Baluzium ad Lupi Ferrariensis Epist. 29. p. 363. De *Chorepiscopis* siue villanis Episcopis, (*landbiskop*) episcoporum veluti adiunctis atque ut ita dicamus suffraganeis, videndi Suicerus in Thesaurio, et in Glossariis Cangius ac Lindebrogus, imprimis vero Morinus part. 3. Exerc. 4. de sacris ordinat. Carolus le Coindre ad A. C. 813. T. VII. p. 273 sqq. Blondellus lib. de Episcopis p. 93 sqq. qui primam eorum mentionem in concilio Ancyrano can. 13 et in Occidente serius receptos observat. Multa etiam de eisdem Chorepiscopis etsi non admodum inter se conspirantia Petrus ad Huesum res. Epiph. p. 277 sq. et tom. 3. dogm. theol. p. 789. 795 sq. edit. Parisi Petrus de Marca II. 13 sq. de concordia Sacerdotii et Imperii, M. A. de Dominis II. 9. de Rep. Eccles. Salmasius sub Walonis Messalini nomine latens p. 225 sq. 312 sq. et apparatus de primatu Papae p. 54 sq. 94 sq. Beveregius ad can. 13. Ancyran. p. 175 sq. Dan. Larroquanus adversar. sacr. p. 55. Pompeius Sarnellus in Epistolis Ecclesiasticis Italice editis Epistola 5. et Franciscus Brokesby in historia Hierarchiae Ecclesiae primitivae c. 13. A Chorepiscopis distincti erant *Periodeutae* siue Presbyteri *ἐπιχορηγοί* ac *visitatores*, in concilio Sardicensi et Chalcedonensi memorati, regendis per vicus ac pagos parochiis, licet nonnulli confundant. Vide Bevereg. ad can. 57. Laodicen.

Caveum

17. Ex Cypriani Epistola 69. Ioannes de Turrecremata sumit argumentum invehendi in *Episcopos titulares*, qui neque ecclesiam habent neque plebem de quibus Baluzius III. 19. historiae Tutelensis. De iis tollendis actum in concilio Tridentino, ut docet Raynaldus ad A. C. 1547. N. 76. quod ab illis multa damna et incommoda sustineat Ecclesia, et nullam vel modicam utilitatem recipiat. De iis etiam tollendis actum postremo est ad relationem Illustrissimi viri Francisci Bossueti, Episcopi Lodovicensis, A. 1656 in commentu ecclesiae Gallicanae. Vide Aes. p. 300. 344. Haec Baluzius p. 268. ad Cyprianum.

Causam primitiv. Christiānis. pag. 224. Menagiana' amoenitat. c. 35. Iustellum ad Codicem Ecclesiae vniuersae p. 227-199. Combessium ad S. Maximum T. 1. p. 680. Iosephum Simon. Allemannum Bibl. Oriental. T. III. P. 2. Georg. Clementis Drauden et Christoph. March. Pflüsi' observationes de Periodicis, quae intertiae sunt Vol. VI. des Pflüsi' Geborsers pag. 172-199. et Gustavi Georg. Zeltneri. dissertat. de Theologia' circuitore, inter de Pflüsi' devtis veteris Ecclesiae, restituendis. Aitorfi. 1718. De *Theodromis*, qui diuersi sunt a Periodicis, distributi Coburgi 1718. 8. edidit Henr. Rudolph. Fischer. *Episcopi Cardinales*, quibus praeter Episcopatum suum, alius quilibet morte Episcopi, vacuifactus ac vacans, ita fuit subiectus, vt binarum essent Episcopi Ecclesiarum. Acta Erud. A. 1713. p. 382. De *Suffraganis* Andreas Saussaeus p. 89 sq. de Mysticiis Galliae scriptoribus. *Iam Compositi iam Comprovinciales* ab antiquioribus dicuntur, qui Metropolitanis subduntur Antistites. Launois inquisitione in chartam immunitatis p. 39 sq. De *Episcopo visitatore* quando Ecclesia Antistite proprio destituitur, vide Francisci Nicolai diss. Rom. 1710. 4. et Ephemerides Paris. A. 1710. Nou. p. 591 sq. et A. 1712. Octobr. p. 468. De Episcopis pleraque notatu digna collegit Casp. Zieglerus in erudito suo de Episcopis libro. Ad Iacobi Vsserii concilium de reducendo Episcopatu ad formam regiminis Synodici in antiqua Ecclesia recepti, disputat nonnulla Io. Hoornbeckius lib. 1. miscell. saecor. cap. 25. De *cathedra Episcopi* Pompeius Sarnelli in antiqua Basilicographia c. 48. De *iurisdictione ecclesiastica* consulatur Nicolaus Petropied in libro de iure et praerogatiuis Ecclesiasticorum in administratione iustitiae saecularis. Gallice Paris. 1705. 4. S. Bouffacus Noët, theolog. diss. 29. p. 335 sqq. Iosephus Binghamus Origin. Ecclesiastic. lib. V. c. 2 sq. Martinus Schraderus de causis fori ecclesiastici. Guelpherbyti 1710. 4. *Traité historique et dogmatique des Privilèges et Exemptions ecclesiastiques*. 1715. 4. Antonii Arrighii Oratio de iurisdictione Pontificum, adiecta eiusdem Historiae iuris Pontificii. Patavii 1731. 4.

XIII. *Presbyteros dictos Sacerdotes secundos* notat Sirmondus T. 1. Opp. p. 945 sq. 967. omniaque illis fuisse communia cum Episcopis fatetur Hieronymus, solam excipiens ordinandi potestatem, de qua iam supra diximus. Quod presbyteri non destituti fuerint facultate ordinandi presbyteros contra Christiani Helwichii librum editum Vratislaviae 1697. 12. et Natalem Alexandrum saec. IV. diss. 44. § 28 sqq. euicerunt iidem, quos paullo ante p. 656. laudauimus, scriptores: quibus addatur Io. Georg. Pertschii *umständliche Beweise, daß die protestantische Kirche rechtschaffene Prediger habe*. Hildesiae 1732. 4. Francisci Rothfischeri *Ablas und Jubeljahr*, P. II. §. 25-28.

Da

Daniel Salchenius in dissertatione sententiam I. C. Heinzelmanni de Διεκόνους
 προφύτοις examinante: Regiomonti 1739. edita; et I. C. Heinzelmannus in
 commentatione de Episcopis et Diaconis primævæ ecclesiæ Christianæ dif-
 fertationi Daniellis Salchenii opposita: Helmstadii 1740. euulgata. Apud
 primos vero Christianos Presbyterorum munus peculiariter etiam fuisse Ec-
 clesiæ negotia externa curare, neque omnes sanctos fuisse officio docendi ac
 prædicandi Euangelium, contendit V. C. Iustus Henningus Boehmerus ob-
 servationibus selectis ad Petrum de Marca p. 23 sq. provocans ad locum Apo-
 stoli 1 Timoth. V. 17. Vide sis etiam Claudii Fontei sui, qui sub illo no-
 mine latet ¹⁸ Jacobi Boileau, dissertationem A. 1668 editam et Tauri-
 ni 1678. 8. recusam de antiquo Presbyterorum iure in regimine Ecclesiæ.
 Presbyteros vero temporarios in veteri Ecclesia nullos fuisse probat Hugo
 Grotius cap. XI. libri de potestate summarum potestatum circa sacra §. 13.
 Presbyteri debebant esse 30 annorum, ut probat Suicerus *πρεσβύτερος* et
 Leo Allatius in libro de ætate in collatione Ordinum apud Græcos p. 37 sq.
 Rom. 1638. 8. vbi et de aliis ordinibus qua ætate ad illos admitterentur.
 Inter Presbyteros præcedebat, qui prius ordinatus esset, ut docet Pacha-
 sius-Quésnellus p. 270 ad Leonem M. Plerumque XII. erant Presbyteri in
 vna Ecclesia secundum numerum totidem Apostolorum, vnde Marcum duo-
 decim Presbyteros Alexandriae constituisse narrat Eutychieus. Conf. Grotium
 ad Apocalypf. V. 5 et 7. et Dodwellum libro Anglice edito de vno Sacerdo-
 tio et vno altari c. 12. p. 349 sq. sed si vsus Ecclesiæ plures ferret, plures
 etiam adsciscerantur, vti Romæ tempore Cypriani et Cornelii Presbyteri
 fuerunt XLVI et CPolitana Ecclesiâ Iustiniani temporibus habuit Presbyte-
 ros LX. De Presbyterorum partibus in missa vide Iosephum Vicecomitem
 lib. 1. de ritibus missæ c. 21 sqq. De Presbytero penitentiario videndi So-
 crates V. 19. Sozomenus VII. 16. et ibi Valestus, Nicolaus Comnenus
 p. 209. prænotion. mystagogie. Ioan. Hasselius in Concil. Trident. T. 14.
 Labbei 1721 sqq. B. Martinus Chemnitius examine Concilii Trid. part. 2.
 vbi de confessione pag. 348 sq. Ioan. Forbesius Instruct. Historico-Theol.
 p. 666 sq. Io. Dallæus de Confessione IV. 2. Guil. Cauus Episc. ad Casp.
 Calvoerium; tomo posteriori ritualis Ecclesiastici a Calvoerio editi subiecta,
 atque in Actis Eruditorum A. 1705. p. 167 respecta. Dionys. Petavius diss.
 Ecclesiastic. pag. 179 sq. Latinus Latinus rom. vi. Epist. pag. 318. 325 sq.
 Emmanuel Schellstratenus ad Concil. Antiochen. p. 289 et Natalis Alex. Hi-
 stor. Eccles. tom. 8. p. 176 sq. edit. in fol. De Presbyteriis suis viduis et
 matro-

¹⁸ De Sin. T. 49. p. 66. Vide etiam Memor. Trouda. 1720. p. 44.

matronis aetate provec̄tis quibus negotia quaedam externa pauperesque eragroti ab Ecclesia curandi committebantur, (*πρεσβυτιδας* vocat Apostolus Tit. II. 3. nonnulli etiam *πρεσβυτεpidas* Ferrandus Diaconus *viduas seniores*) vide Grotium ad Phil. IV. 3. Suicerum in *πρεσβυτις*, Samuellem Basnage Annal. tom. 1. p. 452. Coreler. ad constitut. Apostol. III. 9. Wolfgangum Gundlingium aliosque viros doctos ad Can. XI. Laodicea. vbi Presbyterae siue vt Isidorus Mercator appellat *matriculariae* constitui prohibentur, et Matthias Zimmermannus Superintendens Misenenfis libro singulari de Presbyteris et Presbyterissis, Annaeberg. 1681. 4. inprimis a p. 48. vbi Presbyterorum etiam vxores Presbyteras vt episcoporum episcopas, dictas obseruat, et p. 78. vbi de Presbyteriarum abrogatione, et quomodo a diaconissis, quae saepe erant virgines differrent.

XIV. De Diaconis, (qui Episcopi *διакон*, *ἐπιστάτης*, *εἰμα* dicuntur, vide Corelerium ad Constitut. Apostol. II. 44.) consuli poterunt B. D. Casp. Ziegleri liber de Diaconis et Diaconissis veroris Ecclesiae Witeb, 1678. 4. Morinus part. 3. Exerc. 9. de sacris Ord. et Io. Pearsonii lectiones ad acta Apostolorum p. 53. sq. Sam. Basnage ad A. 35. n. 8. 13 et Menardus p. 287 seq. ad Gregorii M. Sacramentarium. Campegius Virringa in Synagoga Vetero lib. 3. c. 21. 22. 23. vbi ministros Synagogarum Iudaicarum confert cum Diaconis Ecclesiae Christianae, quemadmodum praefectos Synagogarum cum Presbyteris et Praepositis Christianis Ioan. Franc. Buddeus Ecclesiae Apostolicae p. 748. Nic. Hieron. Gundlingius in Gundlingianis parte 11. p. 126 sqq. et Ioseph. Binghamus Origin. Ecclesiastic. lib. 2. c. 20. Diaconos septem memorant acta Apostolorum c. 6. Sic Romae VII. Diaconos fuisse restatus Sozomenus lib. VII. 19. adde Edmundum Martene lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 328 sq. S. Maximum ad Dionysium T. 1. p. 305. Ioseph. Vicecomitem de ritibus missae lib. 1. c. 20. et Dan. Guil. Mollerum de septem primis Diaconis Ecclesiae. Altorfii 1696. Quem numerum Henr. Dodwellus in libro Anglice edito de vno Sacerdote et vno altari c. 12. repetit a VII Angelis Apocalypf. I. 12. Aetas Diaconorum debebat esse annorum 25. vt probat Allatius p. 37 sq. de aetate Ordinum. *Philotecl. CPol.* ordo instituendi Diaconum legitur T. 26. Bibl. Patr. Lugd. p. 214. Diaconis etiam absente Episcopo et Presbytero concessa fuit clauium potestas. Vide quae ad locum S. Cypriani Epistola, 29. disputat Auctor vitae illius Gallice editae diff. 1. Contra Facidium diaconos presbyteris aequare incipientem Hieronymus Epist. 85. ad Euagrium, et Augustinus Quaest. 101. V. et N. T. De Diaconissis, quae ante annum aetatis 40. vel 60. secundum 1. Timoth. V. 9.

et Valentiniani ae Theodosii constitutionem non adsciscabantur, agunt viri docti ad celebrem Epistolam Plinii, tum idem Zieglerus libro de Diaconis cap. vlt. Cangius ad Alexiadem Annae Comnenae p. 416. 421. Pompeius Sarnelli in Basilicographia cap. 17. Beueregius ad Canon. XV. Chalcedonenf. Justellus ad Can. XIX. Nicaenum, Morinus part. 3. Exerc. 10. de sacris Ordin. Bafnage ad A. C. 35. n. 14 sq. qui illis quoque manus impositas num. 17. obseruat contra Baronium: Cotelerius tom. 1. Patrum Apostol. p. 287. Al-
latius in consensu orientalis et occidentalis Ecclesiae p. 675. Dionysius Petauius ad Epiphaniū Expositionem fidei p. 348 sq. Iacob. Gothofredus ad codic. Theodosian. T. 6. p. 60 sq. Ioan. Cabussutius Notit. Ecclesiast. p. 25. Ioseph. Binghamus Origin. Ecclesiast. lib. 11. c. 22. Franciscus Maria Florentinius in exercitatione 15 ad Martyrologium Hieronymo tributum p. 979 sqq. Ioan. Pinius in tractatu de Ecclesiae Diaconissis, qui praemissus est Actis Sanctor. Antuerpiensib. mensis Septembris, T. 1. p. 1 sqq. Agnellus Honoratus, Dissert. Lucae 1737, 4. editarum pag. 64 sqq. et Ioan. Philippus Odelem in dissertat. de Diaconissis primitiuae Ecclesiae. Lipsiae 1700. Praecipuum Diaconissarum munus in praeparandis Agapis positum fuisse censet Ioan. Dav. Michaelis in nota 76. paraphrasi 1. Ep. Pauli ad Timoth. p. 57 subiecta. De Diaconissis apud Syros; quarum mentio etiam in Syrorum ordinationibus apud Morinum p. 502. vide Assemannum in dissert. de Monophysitis T. 2. Bibl. Oriental. litt. 1. 2. Sororam Augustini, *praepositam ancillarum Dei* vocat Possidius in Augustini vita cap. 76. De virginibus Ecclesiasticis (quae a Monialibus distinctae) vide Valesium ad Sozomeni VIII. 23. Mulieribus nunquam concessum est ministrare in missa. Vide Iosephum Vicecomitem lib. 1. de ritibus missae c. 13. nisi quod canerent alternantibus in Ecclesia choris marium et feminarum. Id. c. 33.

XV. Praeter Episcopos, Presbyteros et Diaconos succedente tempore, atque Religione Christiana latius latiusque propagata et inualescente, longe plures Ordines Ecclesiastici in vsu esse coeperunt, atque in singulis etiam illorum trium plures excogitati gradus atque praerogatiuae titulorum, primis temporibus ignoratae. Henricus Noris diss. de quinta Synodo p. 76. quatuor ordines Episcoporum introductos obseruat, vnum quidem eorum qui vni vrbi vel Parochiae praessent: Alterum *Metropolitanorum* ¹⁹ qui vni prouinciae:

E 2

ser-

¹⁹ De *Suffraganeis Metropolitanorum* Baluzius p. 421 sq. ad Lupam Ferrariensem. De Metropolitanorum auctoritate conferatur Ioan. Launoius Epistol. p. 743 sq. Iosephi Mottaie dissert. de Metropolitanico iure Venet. 1726. 4. et Ioan. Gottfr. Koerner in diss. de Metropolitanorum in ecclesia veteri auctoritate. Lips. 1751.

tertium *Autocephalos Archiepiscopos* siue *primates Exarchos* ²⁵ qui aliquot prouinciis essent praepositi, et denique *Patriarchas* qui plurium dioeceseon praesulatum tenerent. Dum nempe ciuilem prouinciarum distinctionem sequuta est in plerisque hierarchiae etiam Ecclesiasticae ratio, hinc metropoles Antistes praerogatiuam et iura nactus prae Episcopis, per dioecesein illam cuius metropolitanus erat, sedem obrinentibus. Confer Iac. Vsserii librum de Episcoporum et Metropolitanorum origine, Londini 1687. 8. Launoium parte VIII. epist. 12. Beueregium lib. II. Codicis canonum vindicari cap. 5. Emanuelem a Schelstrate diss. de auctoritate Patriarchali et Metropolitana aduersus Stillingfleetum, Rom. 1687. 4. Marcum Anton. de Dominis lib. 3. de Republica Ecclesiastica c. 2 et 5. Gebh. Theodori Meieri politiam Ecclesiae primitiuam ad politiam ciuilem formatam, Helmst. 1676. Ludov. Ellies du Pin differt. 1. de antiqua Ecclesiae disciplina, Paris et Amstelod. 1691. 4. Dominicum Georgium de antiquis Italiae metropolibus. Romae 1722. 4. Georg. Clementem Draudium in commentatione de Metropolitanis ecclesiae veteris, quae legitur Vol. IV. des *bestehen Synopsers* p. 675 sqq. Ob similem causam factum, ut qui in aula Imperatoris vel Regis praecesset sacris, (*archicapellanos* vocauit sequior aetas) praeferreretur omnibus regni Episcopis, Archiepiscopis et Metropolitanis, ut notatum Baluzio ad Lupum p. 450. 473. qui pag. 422 docet munus illud quandoque datum obeuandum tantummodo ad certum tempus, qui vero illud gereret, cum non modo Ecclesiastica diiudicasse, sed alicubi ciuilibus etiam negotiis in palatio interfuisse. Vide p. 384. Ceterum Ioanni Morino assentiri non dubito, qui libro 1. Ecclesiasticar. exercitationum, exercitatione 15 a Patriarchis ex antiquo Ecclesiae vsu diuersos ponit magnae alicuius et plurimum prouinciarum *exarchias* metropolitae, siue ut H. Noris diss. de Synodo V. p. 76. vocat, *Exarchos primates*, quales in Africa *Senes* dictos obseruat Sirmondus tom. 2. Opp. p. 838. Arabibus et aliis orientalibus *Catholicor.* Beueregius p. 216. ad magnum Synodicum. In primariis deinde dioecesebus Episcopi metropolitani interiecto tempore vel *archimetropolitani* (vide Baluzium ad Lupum Ferrariensem p. 415.) vel vsuatiore vocabulo *Patriarchae* dicti sunt, quorum celeberrimi fuere in Oriente quidem Hierosolymitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Constanti-

nopo-

²⁵ De *Exarchis* Jo. Morinus p. 250 sq. Operis de sacris Ordinatt. De aliis Ecclesiis quae praeter primacias quinque sedes, Patriarcharum titulo vsae sunt, vide Allatium lib. 1. de consensu vtriusque Ecclesiae c. 25. Primus Patriarchae titulum in concilio Antiocheno A. C. 342. tulit Episcopus Antiochenus. A quinto saeculo Patriarcharum dignitas Exarchorum mentionem aboleuit. De Primatibus egit Petrus de Marca in diss. de Primatu Lugdunensi.

nopolitanus et in occidentem Romanus. A Theophane primus Patriarcha CPolitanus appellatur Anatolius in coronatione Marciani Imp. p. 89. Primus Patriarcharum Christianorum meminit Socrates lib. V. c. 8. Nam in Vopisei quidem Saturnino c. 8. *ipse ille* (lege cum H. Vossio *Hillel*) *Patriarcha*, et apud Marcellum Empiricum c. 23. *Gamalielus Patriarcha* Iudaeorum intelligitur. Quinque Patriarchatus ecclesiae Christianae quinque corporis sensibus respondentes, (Allatius p. 238. de consensu) primum stabiliti in Canone 36. concilii CPolitani in Trullo habiti, A. C. 680. qui adeo Patriarchae, plures etiam sub se dioeceses, plures Metropolitanos et Archiepiscopos habere coeperunt, inde Patriarchae titulus tributus quandoque etiam Archiepiscopis, ut notavit Allatius de consensu p. 436. Per haereseos in Oriente factum est, ut in vna eademque dioecesi plures sint Patriarchae, alius *Armenorum*, alius *Iacobitarum*, alius *Maronitarum*, alius *Nestorianorum*, alius *Coptorum*. Allatius III. 8. de consensu p. 1001. De Aquileiensi Patriarcha confer H. Noris diff. de V. Synodo c. 10. p. 89. et quae de Patriarcharum ac Primatum origine ac iuribus, Beueregius et alii viri docti ad Canon. VI. Nicaenum et ad Canonem I. Constantinopolitanum: Io. Seldenus ad Eutychiei origines Alexandrinus p. 2 sq. Marcus Antonius de Dominis lib. 3. c. 15. David Blondellus in libro *de la primauté en l'Eglise* p. 538 fqq. 560 fq. 567 fqq. qui etiam de Exarchis p. 528. de Primatibus p. 527. de Metropolitanis p. 526. et de Archiepiscopis p. 523. Allatius lib. 1. de consensu c. 8. Sirmondus lib. 2. Propemptici, cuius exactissimae diligentiae nihil superesse, quod addatur, ait Valesius p. 104. ad Euagrium. Io. Guil. Janus in dissert. de origine Patriarcharum Christianorum. Witteberg. 1718. Patriarcha Vlyssiponenis primus creatus est a Clemente XI. A. 1716. Thomas de Almeida. De ritu creandi Patriarchas apud Graecos Allatius contra Creyghtonum p. 725 sq. De Patriarcha CPolitano Petrus de Marca in dissert. postuma de institutione patriarchatus CPolitani, et Jac. Elsnerus in *der neuesten Beschreibung der griechischen Christen* cap. III. De dignitatibus et officiis eorum, qui Patriarchae CPolit. assistunt videndus Allatius de consensu p. 1028 fqq. Idem p. 1003 memorat *Zachariam Vartabiet*, Patriarcham CPolitani nationis Armenae. De ritu creandi Patriarchas apud Graecos Allatius contra Creyghtonum p. 725 sq.

XVI. Neque vero Patriarchis his quinque, nedum vni Romano tota subiecta fuit Ecclesia, sed ut Eduardus Brerewoodus in veteri Ecclesiae gubernatione patriarchali ²¹ probatum dedit, tempore concilii Nicaeni et post

E 3

plu-

²¹ Subiicitur Iseobi Vsserii opusculis de origine Episcoporum et Metropolitanorum, et de Asia proconsulari, Lond. 1687 et Bremae 1701. 8.

plures mansere Ecclesiae nulli ex Patriarchis subiectae, transmarinae praesertim, vt Africanæ, quarum primus fuit Carthaginienfis Episcopus, et Patriarchico iure in VI prouincias Dioeceseos suae vsus. Similiter Britannica Ecclesia nulli externae subdita iurisdictioni, sed primatem suum habuit Episcopum Eboracensem, quod argumentum tractauit etiam Io. Barnesius de Ecclesiae Britannicae libertate et exemptione a Romano patriarchatu, et Eduardus Stillingfleetus ²² in Originibus Britannicis. Quod porro Cardinalis Perronius in Perronianis p. 232. omnes Patriarchas vicarios esse Pontificis affirmat, et hoc iactat se vnum obseruasse merito illi relinquatur tanquam commentum nulla dignum fide, nullo argumento saltim verisimili confirmandum. Licet idem ante eum docuerint Ioannes Torquemada et Petrus Paludanus. Quam vero sententiam igne dignam iudicat Almaynus apud M. Antonium de Dominis II. §. de republ. Ecclesiastica. Ita, quas Pontifex Romanus iam a tot saeculis sibi arrogat super omnes Ecclesias atque Episcopos praerogatiuas, auctoritatem potestatemque, per prima a Christo nato saecula toti Ecclesiae ignotas fuisse, a multis iam est ostensum non Protestantibus modo, vt Dauide Blondello de primatu in Ecclesia, quod opus Gallice prodiit Geneu. 1641. fol. Frider. Spanhemio T. 2. Opp. pag. 439 sqq. qui p. 468. Anonymum Graecum laudat *περὶ τῶν προτίων τοῦ πάπῃς*, e Bibliotheca Lugdunensi. Isaaco Barrow T. 1. Operum. Laurentio Howel in libro, a View of the Pontificate. Londini 1712. 8. et Salomon. Deylingio in dissertationibus duabus de nouitate regiminis Ecclesiastici in ecclesiam vniuersam. Lipsiae 1729 et 1730 editis: sed et ex ipsa etiam Ecclesia Romana, praecipue a Gallis, inter alios ab iis qui Canonem sextum Concilii Nicaeni illustrarunt, et aduersus primatum, siue vt Paullus Venerus apud Claudium Sarrauium ²³ non absurde vocauit, *Totatum* (Salmasius *suprematum*) Papae Romani, scripserunt non minus candide quam solide atque erudite. Primatum Pontificis ex solis sacris litteris probari non posse in colloquio Rheinfeldensi A. 1651. candide professus est Valerianus Magnus. Olim electioni Pontificis adtuere et electionis decreto subscripserunt *uniuersus clerus, Optimates et vniuersa militaris praesentia et cuncta generalitas populi Romani*. Vide librum diurnum a Io. Garnerio cum notis editum p. 12, 13, 16, 27, 23, 32, etc. A solis Cardinalibus praeterito Henrici III. Imperatoris, tunc minorennis, consensu, de quo Petrus Damiani Opusc. 4. inconsulto reliquo Clero et Pop. Rom. primus Senis A. 1059, Papa electus est Nicolaus II. qui deinde in concilio

²² Stillingfleeto Emanuel a Schelstrate opposuit dissertationem de auctoritate Patriarchali et Metropolitana, Rom. 1687. 4.

²³ P. 210, Epist. editionis primae.

elio Mantano A. 1060 habito facultatem illis dedit eligendi Pontificem.
 v. Thom. Stapleton II. 13. de magnit. Eccl. Rom. Postea ius illud confirma-
 runt Alexander III. Gregorius X. et Clemens V. Confer Papebrochium in
 propylaeo ad Acta Sanctor. Maii p. 196. qui etiam exhibet varia Acta Ele-
 ctionis vt Urbani VI. Ap. 1378. p. 95 sq. Nicolai V. A. 1447. p. 121.
 125. Callisti III. A. 1455. p. 127. nec minus historiae Conclauium, Clemen-
 tis V. Iulii II. et sequentium, et historiam interpontificiorum. Actum in-
 augurationis et coronationis Innocentii X. fufius descripsit et tabulis aeneis
 exornatum dedit in Roma triumphante Laurentius Banck. Franckerae 1645
 et 1656. 12. De electione Pontificis R. consuli possunt Hieronymi Bigno-
 nii *Traité sommaire de l'Electio des Papes.* Parisiis 1604. 4. Petri Marise
 Passerini tractatus de electione P. R. Romae 1670. fol. Ioan. Frid. Mayerus
 in commentario de electione Romani Pontificis, qui cum Alzonini, Cardi-
 nalis, Aphorismis politicis, recusus est Osnabrug 1691. 4. I. B. Maius de
 R. P. electione, Caesarumque circa eam iure, cum Muhlîi diss. de molitioni-
 bus Pontificum adv. Imperat. Reges et Principes. Kil. 1729. et Petrus Businel-
 los de summi Pontificis eligendi forma. Patauii 1758. 8. Caerimoniale electio-
 nis P. R. legitur in Cherubini Bullario T. 3. p. 405. Edidit quoque Ioan.
 Gerhard. Meuschenius Caerimonjalia electionis et coronationis P. R. et Caer-
 imoniale Episcoporum, iuxta prima, genuina ac rarissima exemplaria Ro-
 mana, Veneta et Taurinensia, vna cum curioso *avendito* de creatione Papae
 Bñ II. et Leon. Aretini opusculo de temporibus suis, nec non Augustini Oldoini
 catalogo auctorum, qui de Romanis Pontificibus scripserunt, Francof. 1732. 4.
 Pontificis R. titulos et elogia persequuntur Theoph. Raymundus tom. 10.
 Opp. et Abrahamus Bzouius. Papa ²⁴ *avτονομασικῶς* pro Romano Pontifice
 vix reperitur apud antiquiorem scriptorem quam Ennodium et in Actis con-
 ciliî Tolerani A. C. 405. Et Apostolica sedes *avτονομασικῶς* pro Romana vix
 ante Augustinum. Vide Sirmondum ad Ennodium p. 18 sq. et Casaubonum
 in Casaubonianis p. 147. Olim Papa vocabatur quilibet Episcopus, vt notant
 Launoius Epistol. f. 545 sq. Sauaro ad Sidonium p. 350 sq. Baluzius ad Lu-
 pum p. 420. ed. Lips. Bignonius ad formulas Marculfi, p. 418 sq. Neque
 id veritum ante Gregorium VII. vide Baronium ad A. C. 1075. Quamquam
 Graeci *παπᾶ* cuilibet Sacerdoti et Episcopo, *πάπᾶ* soli Romano et Alexan-
 drino tribuunt, teste Goaro notis posterioribus ad Cedrenum p. 350. Olim
 quilibet Episcopus vocabatur nomine *αρχιερατικῆς ἐκείνης*, de quo Mon-
 tautius ad Photium Ep. CXI. *Apostolicus item*, velut Apostolicae doctrinae cu-
 stos;

²⁴ De sacere. vocia *Ἐπίσκοπος* conferri possunt Ioan. Diecmanni dissertatt. duae Witteb. 1671
 vulgatae,

stos; de quo titulo, Papis Rom. tributo vide Ioan. Picardum ad Anselmum Cantuar. III. 65. Epist. p. 182. nec minus *Pontifex, successor et vicarius Petri, immo Christi vicarius*, quae omnia Episcopus R. sibi soli arrogavit. *Sanctitas et beatitudo tua* etiam Diaconi olim compellatio fuit, vide Sirmondam ad Ennodium p. 28. A Carolo M. ad Benedicti II. tempora, antequam confirmarentur ab Imperatore, non dicebantur Episcopi, sed tantam *electi*, nec Papis accensebantur aut bullae eorum agnoscebantur, si ante confirmationem decedere contigisset. *Oecumenii* titulus Pelagii II. ad Ioan. CPolitan. A. C. 587. si vera est epistola Constantinopol. Patriarchae ad Ioannem XIX. Papam. Pagia ad A. C. 1024. n. 3. *serui seruorum Dei* titulo Odilbertus, Archiepiscopus Mediolanensis, venit apud Mabillonium T. 4. Analector. p. 317. *Vicarius Petri* Baluz. ad Lupum p. 428. De *Vicariis Papae* Bellarminus II. 20. de Rom. Pontifice.

De Cardinalibus ²⁶ praeter scriptores Lipenio notatos videndus liber Gallicus de origine Cardinalium, (traité de l'Origine des Cardinaux du St. Siege) excusus Coloniae 1669 et rec. ib. 1670. Wagenfeilius libro de educatione Principis, Germanice edito p. 177 sq. Speelmannus in Glossario, Rev. Io. Franciscus Buddeus in libro de origine Cardinalitiae dignitatis, qui recensetur in Actis Erud. A. 1693. p. 206 sq. Iacobi Cohelii notitia cardinalatus. Romae 1653. fol. Hieronymus Platus de Cardinalis dignitate et officio, Romae 1602. 4. rec. ibid. 4ta vice 1746. 4. cura Ioan. Andr. Triac. Caroli Bartholomaei Piazzae Hierarchia Cardinalitia Italice edita Romae 1703. fol. Ludov. Anton. Muratorius in dissertatione de Cardinalium institutione, quae infra est Tomo V. Eius antiquitatum Italiae medii aevi, p. 152 sqq. Stanislaus Sentinellus in dissert. de cardinalitia dignitate, quae habetur T. XXVI. collectionis opusculorum scientificorum et philologicor. p. 395 sqq. Pridem lon-

²⁵ Confer Io. Frid. Mayeri disput. de titulo Pont. Rom. serui seruorum Witteb. 1685. editam.

²⁶ Graecis dicuntur *καθημέριος, καθημέριος, καθημέριος*, vide Nili *διὰ λέξιν* a Salmesio editam, Cangii glossar. Corelerii monumenta Ecclesiae Graecae p. 674 et Allatium contra Creightonum p. 36. Latinis in *cardine constituti, cardinati, incardinati, cardinalii*; Lindebrog. p. 1388. ad Codicem Legum antiquarum. Ludov. Donius d'Attichy, in floribus historiae collegii Cardinalium Paris. 1660. fol. 3 Voll. editis origines eorum repetit ab A. 1049. sub Leone IX. Cardinales antiquioribus scriptoribus sunt certis suis ecclesiis parocciis, titulis et diaconis affixi clerici. Vide Blondellum p. 99 sq. de Johanna Papissa femina. *Cardinare, incardinare* est clericum certae ecclesiae addicere tanquam constitutum in cardine. Vide Baluzium p. 470. ad Gratianum. Ostium ecclesiae Papa, Christi vicarius: *Cardinales ἐπισκοπῶν, cardines ἐπίσκι*. Pachymerus in *Michaelis Palaeologo V. 8. p. 245. Pontificis κληρίκων*. Philelus XXXV. 12. Epist.

longe pauciores et XXIV. tantummodo fuere, primus enim numerum LXX. definiuit Sixtus V. A. C. 1588. nomenque habent exinde, quod olim praecipui Presbyteri cuiusque Parochiae Cardinales appellarentur: vide M. Anton. de Dominis L. IV. c. 5. quemadmodum *Protopapam* pro Archipresbytero dictum notauit Morinus f. 223. de sacris Ordinatt. Hodie igitur ex instituto Sixti V. Cardinales numero 70 sunt, ex quibus 6 sunt Cardinales²⁷ Episcopi, Albanus, Tusculanus, Praenestinus, Sabinus, Portuensis et Ostiensis, Presbyteri 50, Cardinales Diaconi 14, qui postremi Cardinalatu relicto saecularem vitam repetere et connubio se iungere possunt. Vide librum Gallicum Tableau de la Cour de Rome p. 229 sq. et Onuphrium Panuinium de Episcopatibus, titulis et diaconiis Cardinalium, Paris. 1609. 4. Exstat et Dominici Veneti, Episcopi Torcellani de Cardinalium legitima creatione liber ad calcem Marci Ant. de Dominis tomo 1. operis de republica ecclesiastica. Pontifex quidem quum Cardinalem creat, hisce verbis utitur: *Creamus te socium Regibus, superiorem Ducibus et Fratrem nostrum.* Recens vero creatum ceteris sistens Cardinalibus, *Habetis, inquit, Fratrem.* Ordo creationis Cardinalium exstat apud Mabillonium T. 2. Musci Italici p. 424 sqq. Cui adde Paridis Crassi de caerimoniis Cardinalium et Episcoporum libros II. Romae 1564. 4. Cardinales licet ordine minores, (etenim vsque ad Clementis III. et Bonifacii VIII. aetatem Episcopis fuerunt minores; v. Nicol. Comneni praenotiones mystagogic. p. 40.) tamen Episcopis propter dignitatem recte anteferri, vt *Exocata caelos*²⁸ in Graeca Ecclesia disputat idem Comnenus ibid. p. 376 et 377. Pilei rubri insigne illis concessum²⁹ sub Innocentio IV. in concilio Lugdun. A. 1245. Purpurae decus a Paulo II. A. C. 1464. Quum Lucas Holstenius Cardinalem Barberinum in oratione publica Eminentissimi titulo celebrasset, ornat eosdem³⁰ ex instituto Urbani VIII. ab A. 1630. 10 Iunii *Eminentissimi* titulus, qui olim Praefecti Praetorio fuit notante Salmasio p. 155. de primatu Papae, et Seldeno de titulis honorum II. p. 668. sed et *Eminentia dignitatis* iam pridem tributa Episcopis, vt obseruat Baluzius p. 462. ad Lupum

²⁷ In inscriptionibus litterarum tamen Cardinales Episcopi vel Archiepiscopi, non solent Episcopatum titulis appellari. Vide Latinum Latinum tom. 1. Epist. p. 203 sq.

²⁸ *Ἐξοκασταίως*, fuerunt quinque maiores in ecclesia CPolitana Officiales, magnus Oeconomus, Sacellanus magnus, magnus Schenophylax, Chartophylax magnus, et Sacello praepositus, quibus Georgii Xiphilini tempore etiam Proteclicus accensebatur. Vide Comnenum loco laudato, Goarum p. 291. ad Eucholog. Cangium in Glossario Graeco p. 409 sq. et Macros in Hierolexico.

²⁹ Mabillon. T. 4. Analector. p. 565.

³⁰ Vide Clariss. Becmanni noticiam dignitatt. illustrium dissert. XVII. cap. 1. Vol. II.

pum Ferrariensem. Ex decreto Paulli II. A. 1468. promulgato necessario debet esse ex Cardinalium numero, qui Pontifex R. creandus est. Iuramentum Cardinalium Papam electurorum habes in Wolfii memorabil. T. 2. p. 999. Cardinales sex affecti supplicio ab Urbano VI. Vide Jacobi l'Enfant Histor. concilii Pisani T. 1. p. 46. Nouem exempla eorum, qui Cardinalitiae dignitati renuntiarunt affert Gregorius Leti in libro, cui titulus, *Itinerario della Corte di Roma*, atque inde Hubnerus Centuria VI. Bibl. Hamb. Histor. p. 194. De Gabriele Philippuccio, qui purpuram a Clemente XI. oblatam constanter renuit vide Clementis XI. Opera T. 1. p. 21. et A. E. 1707. p. 20. De Francisco Maria Mediceo, qui cardinalitia dignitate se abdicauit vide eiusd. Clementis opera T. eod. p. 31. sqq. Cardinales, qui matrimonium praetulere recensentur in den *petersburgischen Anmerkungen* 1729. p. 393 sqq. De Cardinalibus doctis (ab A. C. 540) differit Gabr. Ioseph. Eggs in *Purpura docta*. Monachii 1714. fol. 3 Voll. et supplemento nouo purpurae doctae. Augustae Vindelic. 1729. fol. De *Gallis* consularum Petri Frizonii Gallia purpurata. Lutetiae Paris. 1638. fol. De *Cisterciensibus* Casp. Iongelini purpura Cisterciensis; *Dominicanis* purpura Dominicana; *Franciscanis* purpura Seraphica; *Mariae cultoribus* Maraccii purpura Mariana. De cardinali impubere occasione cardinalitiae dignitatis Ludouico Antonio Iacobo, Hispaniae Infanti, a Clemente XII. collatae Ioan. Georg. Estor duas edidit diatribas senae 1737 et 1738. 4. De Cardinali Decano vide librum *Tableau de la Cour de Rome* pag. 234, et B. D. Mayeri dissertationem editam Kiloniae; vt Caerimoniale Romanum et historias conclauium a pluribus vulgatas praetermittamus. De officio et potestate Cardinalis Camerarii, dissertatio Italice edita Didaci Aguirre, Icti et in collegio sapientiae primarii Romae Doctores laudatur in memoriis litterariis Treuoltinis A. 1705. p. 1814. Scriptores alios de Cardinalibus diligenter recensuit Caspar Sagittarius in *introduc.* ad hist. eccles. cap. 31. p. 771 sq. vti Scriptores de Pontificibus Romanis c. 25 sq. p. 650 sq. et ex ipsis qui Romanae Ecclesiae additi sunt, Ludouicus Iacobus a S. Carolo in *Bibliotheca Pontificia*. De officialibus Pontificiis et Congregationibus-atque Tribunalibus Curiae Pontificiae Romanae, consuli possunt Cardinalis Ioan. Baptistae de Luca *relatio curiae Romanae* Colon. 1683. 4. et Hunoldi Plettenbergii S. I. *notitia congregationum et tribunalium Curiae Romanae*. Hildesii 1693. 8.

XVII. De *Archipresbyteris, Archidiaconis, Oeconomis et Defensoribus Ecclesiarum* Morinus de *Ordinatt.* parte 3. Exerc. 16. De *Archidiaconis* sigillatim Sirmondus tom. 1. Opp. p. 967. Andreas Saussaenus de *Mysticis Gallicae*

liae Scriptoribus pag. 108 sq. Paschasius Quesnellus in notis ad Leonem M. pag. 883 et 894. qui Presbyteris praelatos interdum etiam fuisse obseruat p. 887. Bufaeus ad Petrum Blesensem F. 24. Bibl. Patr. p. 1364 sq. Nicol. Comnenus pag. 71. praenot. mystagogic. Laurent. Dript in speculo archidiaconali. Neuhufae 1676. Franciscus Florens in tractatu de officio Archidiaconi ad calcem eius opusculorum editorum Parif. 1679. 4. Pompeius Sarnellus in epistolis Ecclesiasticis p. 186 sqq. Mathias Larroquanus in aduersariis sacris p. 251 sqq. Ioan. Paullus Kressius in libro, germanice edito, *Erläuterung des Archidiaconalwesens, und der geistlichen Sendgerichte*. Helmstadii 1725. 4. Io. Georg. Perfschius in libro, itidem germanice euulgato, *von dem Ursprung der Archidiaconen, Archidiaconalgerichte, bischöflichen Officialen und Vicarien, und deren Unterscheid*. Hildesiae 1743. 8. Archipresbyteri an inferiores Archidiaconis, vide Baluzium p. 455. 456. ad Anton. Augustin. de emendatione Gratiani. Nonnulla arrogata Archidiaconorum iura ad examen reuocat Io. Baptista Thiers dissertatione *de l'Étolé*, et altera, *de la dépouille des Curés*. De Archidiaconorum in veteri Ecclesia officiis et auctoritate exstat etiam diatriba Wittebergae pridem vulgata a Rev. D. Georg. Henrico Goezio, Praefule olim Lubecensi. De *Subdiaconis* et quatuor minoribus³² Ordinibus apud Latinos, et vbi ferius illi obrinuerunt apud Graecos, videndus Morinus libro laudato part. 3. Exerc. 11, 12, 13, 14. Ioan. Bona lib. 1. rerum liturgicarum cap. 25. §. 14 sqq. pag. 299 sqq. et Cotelarius ad Patres Apostolic. T. 1. p. 238 sq. ad constitut. apostol. II. 25. Hypodiaconorum iam meminit Cyprianus Epistola VIII. et Cornelius Romanus apud Eusebium L. VI. Hist. c. 43. nec hac in parte fides deroganda videtur libro Pontificali Damasci, qui Subdiaconorum institutionem refert ad Fabianum Pontificem, defunctum A. C. 250. nam in primi et secundi saeculi scriptoribus nullam eorum mentionem occurrere lubens assentior Sam. Basnagio ad A. C. 35. num. 20. De illorum officiis vide praeter Morinum, notas Menardi ad sacramentarium Gregorii M. p. 280 sq. et Beueregium ad Canonem X. Antiochen. De potestate Diaconorum in administrando poenitentiae sacramento. videndus auctor vitae S. Cypriani, Gallicae Parif. 1716. 4. editae, et memoriae Triuoltinae 1718. p. 30 sqq.

XVIII. *Lectorum* quoque munus ex Iudaica Ecclesia in Christianam deriuatum satis antiquum esse ex constitutionibus Apostolicis, Tertulliano, Cypriano

F 2

³² Abbo Floriacensis in Apologetico p. 397. *Clericorum ordo tribus gradibus specialiter distinguitur, Diaconorum, Presbyterorum et Episcoporum: nam omnes qui sunt inferioris gradus, per abusum Clerici vocantur.*

priano aliisque monumentis constat. Vide Beueregium loco iam laudato et lib. 2. Codicis Can. vindicati c. 2. §. 4. Menardum pag. 274 sq. Iosephum Binghamum Origin. Ecclesiastic. lib. 3. cap. 5. Henric. Dodwellum Dissert. Cyprianic. VI. §. 12. Ioan. Bonam rerum liturgic. lib. 2. cap. 6. pag. 647. Ioan. Meursium Exercit. critic. p. 2. c. 1. Iosephum Vicecomitem lib. 1. de ritibus Missae c. 27. Wilh. Ernestum Tentzelium dissert. de ritu lectionum sacrarum, et D. Io. Andream Schmidium in dissertationibus de Lectoribus: quanquam distinctum ordinem *Anagnostarum* fuisse in Ecclesia primis statim temporibus, non aequè certum esse videtur, quum Diaconi et Presbyteri, quin Episcopi etiam sacrae Scripturae capita in coetibus Christianorum praelegisse reperiantur. Vide Menardum p. 288. Apud Iudaeos quoque olim Sabbatis lectores septem in Synagogis erant, non statim tamen, sed quoscunque ad hoc munus idoneos *Chasan* euocaret. Vide Franciscum Burmannum parte 2. Exerc. pag. 50. et Jac. Rhenferdum de decem oriosis Synagogae pag. 258 sq. Postea vero obtinuit vt solus *Chasan* officio lectoris perfungatur. Id. p. 276. Euerunt et *ερμηνευται*, qui lectiones sacras vel etiam homilias in notam linguam ignarorum gratia interpretarentur, quod et ipsum a Iudaeis Christiani acceperunt. Vide Epiphanium tom. 1. p. 1105. Porro Lectores iidem etiam erant *Psaltae*, vnde *Psaltanagnostae* dicuntur in Nouellis Iustiniani Imp. vt notatum Valefio ad Sozomeni VIII. 24. Lectores sex latini Romae et totidem Graeci; ita etiam Constantinopoli. Alcuinus c. 29. de diuinis officiis pag. 1073.

XIX. Eodem constitutionum Apostolicarum loco ³² vbi Lectorum mentione fit, lib. 2. c. 25. memorantur etiam Cantores et Ostiarii, vbi haec annotat doctissimus Cotelerius: Quo post Apostolos tempore minores Ordines, Diaconatu inferiores coeperint in Ecclesia institui, adeo obscuritate inuoluitur, vt nulla possit certa coniectura deprehendi atque explicari. Aperte quidem S. Ignatius, qui initio secundi saeculi scripsit, agnoscit solummodo tres maiores gradus, Episcopatum, Presbyteratum, Diaconatum. *Primus vero, quod sciam, Lectores nominat Tertullianus libro de praescriptione haereticorum cap. 41. Hypodiaconi autem, Exorcistae et Acoluthi non comparent ante Cyprianicas Epistolas 24, 28, 78, 79, 80, 16, 55. et Epistolam Cornelii Papae ad*
Fa.

³² Licet Constitutiones illas Clementis vel Apostolicas minime esse, eruditi consentiant, sub initia tamen quarti saeculi esse Clementi suppositas, colliges ex Eusebii Hist. vbi ait *ἡδὲ τὰς ἀποστολικὰς*, hoc est nuper admodum opera proluxa sub Clementis nomine venditata esse, III. 38. Hist. Neque cum haec sententia pugnant, quae *πρωτοτύποι* illius operis opponunt viri doctissimi.

Fabrum Antiochenum 33 in Eusebio lib. VI. cap. 43. quae etiam Ostiarios adiungit. Sed e media aetate nihil clari affertur. Augetque difficultatem, tum quod credi debeat quasdam Ecclesias has in disciplina praeviusse aliis exemplo suo, tum quod in Diaconis soleant clerici minoris loci comprehendendi, ut Optatus multo post introductionem Clericorum Diaconis suppositorum, postquam posuisset lib. 1. pag. 39. lib. 2. pag. 53. Ecclesiae membra, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Ministros et Laicos seu turbam fidelium, eodem lib. 2. pag. 59. subiungit: Quum sint, sicut supra dixi, quatuor genera capitum in Ecclesia, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum et fidelium, pro quibus enumerantur quinque ordines Ecclesiae apud Hieronymum in Esaiæ caput 19. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Fideles et Catechumeni. Itaque dubium remanet, an hic et similes constitutionum loci, a primo earum editore, vel ab earum interpolatore profecti sint. Omisi parvae auctoritatis librum de Romanis Pontificibus. Is in Hygino habet: Hic Clerum composuit, et distribuit gradus. - Et in Victore: Hic fecit sequentes 34 Cleros.

De Cantoribus qui et κανονικοὶ ψάλται, vide Menardum ad Gregorii sacramentarium p. 61. 62 sq. D. Ioan. Andreae Schmidii diss. de Cantoribus Ecclesiae V. et N. T. Helmst. 1708. Beueregium ad Can. 15. Laodiceum Pompeium Sarnelli Epistola 27. Ecclesiastica, vbi quoque de Primicerio siue praefecto Cantorum, de quo etiam agit Iustus Henning. Boehmerus T. 1. iuris ecclesiastici Protestantium pag. 582 sqq. Iosephum Vicecomitem lib. 1. c. 30. sqq. de ritibus Missae, et Matthiae Blochii dissertat. de Psaltarum siue Cantorum origine in ecclesia Hauniae 1711.

De Ostiariis, θυρωροῖς, custodibus et conseruatoribus aedium sacrarum, Menardus p. 272. Suarezius ad S. Nili opuscula p. 669 sq. Cangius Glosario in mansionarius, παραμονάριος. Iosephus Vicecomes lib. 1. de ritibus missae c. 28. Etiam Sacrarum custodem Psalmistae iungit Ambrosius lib. 1. de officiis c. 44. vbi vide notas tom. 2. editionis praeclarae, quam Monachis Benedictinis debemus p. 69.

F 3

De

33 Locus est insignis p. 244. vbi Cornelius testatur Romae tum fuisse πρεσβύτερος 46. ἀρχιδιάκονος 7. ἐποδικόνος 7. ἀναλόγος 42. ἐπορευτός καὶ ἀναγνώστης ἕνα πυλῶνός 52. Viduas cum aegrotis super 1500. Romanus Martyr sub Diocletiano fuerat in Ecclesia Caesareensi Diaconus et ἐκκομιστής. id. de Martyribus Palaestinae cap. 3. pag. 320. Plurimum ordinum Ecclesiasticorum meminit et Pseudo-Ignatius Epistola ad Antiochenos extrema, et Epiphanius expositione fidei c. 21.

34 Codices quidam legunt frequentes, male. Nam sequentes cleri sunt Acoluthi.

eriam accedere confirmatio siue ἐπικύρωσις ac βεβαίωσις principis ac potestatis supremæ, si hoc sibi ille reseruauit. De electione per sortem, a qua ipsum clericorum nomen petatum est, vide interpretes ad Actor. I. 26. Thomassinum de disciplina ecclesiastica II. 14. Tiraquellum de iure primogenitorum p. 136 sq. Suicerum in κληρος. Notas Benedictinor. ad Ambrosium tom. I. pag. 1273. Stephanum le Moyné notis ad varia sacra p. 586. Martinum Mauritiu libro de sortitione veterum Hebraeorum, Basil. 1692. 8. Binghamum origin. ecclesiastic. lib. 4. c. 1. et S. I. Baumgartenii dissert. de ministror. ecclesiastic. apud veteres Christianos ope sortitionis designatione, Hællæ 1751. Electio primo facta ab solis Apostolis per Spiritum S. motis et agitata: post illud tempus clerus vna cum laicis, atque adeo tota ecclesia ad electionem concurrat, vt ex veteris ecclesiæ vsu demonstrat Blondellus libro de episcopis p. 197 et 379-549. Ac populi quidem consensum in episcoporum electionibus requiri solitum, in Oriente quidem vsque ad concilium Nicaenum secundum A. C. 787. Can. 7. vel saltem synodum octauam A. C. 871. Can. 22. in Occidente autem hoc viguisse vsque ad extremum sæculi duodecimi, notat Petrus de Marca VI. 2. operis de concordia sacerdotii et imperii, licet canone 13 Laodiceno, et constitutione Iustiniani imp. diu iam antea vilis plebecula ab hoc negotio exclusa esset, quod sæpe iuris illius occasione grauitè peccasset, id. VIII. 6. Perperam tamen idem illustris scriptor ius regii vel principalis consensus VIII. 2. ex requisito illo laicorum siue populi consensu deriuat, quum id potius in monarchia nitatur potestate principali et maiestate qua pollet in regno suo, vel principatu, in quo est ecclesia illa particularis, cui sacerdotes præficiendi sunt. Itaque rectius Grotius ius patronatus (κλητορικὸν δικαίον vocant recentiores Graeci) Regio iure niti disputat, cap. 12. de imperio summarum potestatum circa sacra. De more porro et iure electionis pro diuersis locis et temporibus in ecclesia diuerso, apud eundem Marcam, Baluziumque in notis et in Isaaci Haberti ἐκκλησιαστικῶ p. 435 sq. (vbi sigillatim de ecclesia graeca) et apud Morinum ac Thomassinum fuse disputata videri possunt, quibus iungenda Matthiae Flaccii demonstratio quod electio præsulum et episcoporum non ad ecclesiasticos solum, sed et ad laicos, vt vocant, pertineat, quodque hi hoc iure electionis inde vsque a Christi temporibus per annos 1300 vsi sunt, subiectus editioni catalogi testium veritatis, Francof. 1666. 4. Sibi successorem eligere prohibitum vt notat Baluzius ad Lupum Ferrariensem p. 496. De electione eiusque modis atque iuribus, nec non eligendorum requisitis consulatur laudatus Binghamus Orig. Eccl. lib. 4. De ætate legitima ad ministerium videantur Edmund. Martene lib. 1. de antiquis ecclesiæ ritibus parte 2. p. 273 sqq. Nicolaus Comnenus præ-

praenotio. mystagog. p. 97 sq. Andr. Saussay parte 2 Panopliae sacerdotalis lib. IV. cap. 4. p. 705 sqq. Ioan. Mabillonius ad Bernhardum pag. 667. Bartholomaeus Agricola in libro de aetate incunantium officia. Neapoli Nemetum 1618. 8. Leo Allatius de aetate et interstitiis in collatione ordinum etiam apud Graecos seruandis. Romae 1638. 8. Ioan. Brunnemannus in iure ecclesiastico p. 78. Iustus Henning. Boehmerus T. 1. iuris ecclesiastici protestantium p. 479 sqq. et Gottlieb Kahlius in comment. de aetate, qua apud Hebraeos et Christianos veteres sacra auspiciari munera moris erat. Lipsi. 1735. *Ad sacrum ordinem in Ecclesia ante annum XXV. Diaconi ne ordinentur, Can. XVI. Cod. ecclesiae Africanae. Presbyter et Episcopus XXXV annorum sint, Iustiniani Nouella 123. De Episcopo L. annorum vide Cotelerium ad constitutiones Apostolicas II. 1. De aetate Cardinalium creandorum Latinus Latinus T. 2. Epistol. p. 202 sq. Canonicus non ante annum XXIV. ad vota et sessionem admittendus. Vide statutum Wirceburgense A. 1541. apud Luningium T. 2. spicilegii Ecclesiastici p. 1027. Clementis IV. Epistola de impuberibus non admittendis existat apud Martenium T. 2. Anecdotor. p. 459. Sixti IV. Epistola ad Ioannem, Arragonum Regem, qua nepotem eius puerum negat Episcopum fieri posse occurrit apud Bzouium ad A. C. 1473. N. 16. De pueris sacerdotibus videndus Ezech. Spanhemius T. 2. de vsu et praestantia numismatum p. 369 sq. De Papis et Episcopis pueris, Benedicto IX. decenni, Baronius ad A. C. 1033. Relationes innoxiae A. 1727. p. 4 sqq. Archiepiscopo Remensi quinqueanni id. Bar. ad A. 925. Ioanne XII. Papa annos nato duodeuiginti id. ad A. 955. Baluzius in Papis Agenionensibus T. 2. p. 694 sq. Carol. Drelincurtius in Apologia pro Caluino p. 18. notat, pueros quatuor annorum creatos Episcopos et duodecim vel octo annorum Cardinales. Nouantiqua Theologica A. 1702. p. 633 sq. Histoire des Ouvrages 1690. p. 524. Tresor chronologique et historique contenant ee, qui s'est passé de plus remarquable et curieux dans l'etat tant civil qu'ecclésiastique depuis l'an de I. C. 1200 jusques à l'an 1647. par le R. P. Don Pierre de S. Romonuld.*

XXII. De consecratione et vnctione Sacerdotum apud Iudaeos videndi Interpretes ad Exod. XXIX. et Leuit. VIII. Fortunatus Schacchus in Myrotheciis suis, siue libris sacrorum electrochrysmatum. Daniel Weymarus de vnctione sacra et inaugurali Hebraeorum. Ienae 1679. Georg. David Ziegna de inauguratione et consecratione sacerdotum hebraeorum. Witteb. 1682. Idem dissertationibus duabus de oleo vnctionis sacro. Witteb. 1680. Christianus Zoega de vnctione sacerdotis summi. Lipsi. 1689. Nicol. Kleinschmid de vnctione personarum sub V. T. triplici. Rintelii 1699. Ioan. Marckius de

de vñctione sacerdotum, in Exerc. textualib. p. 24. Ioan. Conr. Clafingius in *διακόνει* de vñctione sacra typico - vmbratili. Lemgov. 1717. Ioan. Mayerus in animaduersionibus in hanc *διακόνειν*. Harderov. 1718. Frider. Immanuel Schwaxius de vñctione pontificis Hebraeorum per crucem. Witteb. 1755. De manuum impositione et ordinatione Rabbiorum, Iudaeis antiquo vsu recepta, Ioan. Morinus in opere praeclaro de sacramento Ordinationis, Paris. 1655 et Bruxell. 1686. fol. parte 3. Exerc. VII. c. 4. p. 141 sq. Idem in eodem Volumine de ritibus Ordinationis per omnes aetates Ecclesiae Christianae in Oriente et Occidente frequentatis disputat diligentissime, et parte 2. multos rituales libros Latinos, Graecos, Syriacos promit, quibus addendae formulae Ordinationum quas exhibet Edmundus Martene lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus parte 2. p. 332 sq. et iungendum laudati Haberti *επιχειρηματικόν*, ad Graecae Ecclesiae mores cognoscendos, Paris. 1643. fol. vt ad Latinae, Pontificale Romanum, atque B. D. Mayeri museum Ministri Ecclesiae part. 1. p. 140 sq. Extat et Francisci Gallierii de sacris electionibus et ordinationibus opus Paris. 1636. fol. Illud non omittendum, quod saeculo adhuc XIII. et XIV. non ordinati sunt nisi ad certam Ecclesiam, vt haud diffidetur Natalis Alexander tom. 7. Hist. Eccles. p. 222. edit. in fol. et quod bis ordinari prohibitum, de quo Beueregius ad Canonem Apostolicum LXVIII. Dies ordinationis Episcopi natalis dictus et sollempniter celebratus est. Vide Wilh. Ern. Tentzelii Exercitat. de natalitiis Episcoporum, quae obuia est parte prima Eiusdem Exercitationum selectarum p. 344 sqq. Ern. Sal. Cypriani Progr. de Natali Episcoporum, pag. 66. Eiusdem Programmatum, Coburgi 1708. 8. iunctim editorum, et Ioan. Henrici Stuffii commentationem secundam de Natalitiis ecclesiasticis, Gothae 1737. euulgatam §. 3. De caractere indelebili ex ordinatione conferatur Christo. Matth. Pfaffii dissertatio, Tubingae 1739 edita. De translatione ab vna ecclesia in aliam vel abdicatione sacri muneris consulendi sunt Ioseph. Binghamus lib. VI. Orig. ecclesiastic. cap. 4. Beueregius ad can. apost. 14 et 15. can. Nicen. 15. Chalcedon. 5. 10. 19. Ioan. Andr. Schmidius in commentat. ad canon. XV. concilii Nicaeni de translationibus Episcoporum, Presbyterorum et Diaconorum, Helmstad. 1702. 4. Ioan. Georg. Walchius in dissert. de translationibus ministrorum in veteri Ecclesia, Ienae 1745. Casparis Ziegleri de Clerico renitente siue muneris ecclesiastici fuga liber memoriae b. D. Martini Geieri consecratus lucem vidit Wittebergae 1684. 4. Addatur Ioan. Fechtii dissertatio de fuga ministerii ecclesiastici. Rostoch. 1704. 4. et Sig. Iac. Baumgartenii fuga Christianorum et in specie sacerdotum ad trutinam rationis et reuelationis exacta. Halae 1755. Ad amicum, qui propter molestias a Collega

sustinendas curam pastoralem abicere cogitabit grauis exstat epistola Anselmi Lucensis T. 1. anecdotorum Martenii pag. 210 sq. Depositi quum interiecto tempore restituebantur non reordinati sunt, sed redditus gradus per instrumenta et vestimenta. Vide Fulbertum Ep. 25. T. 18. Bibl. Patr. edit. Lugd. pag. 12.

XXIII. De beneficiis et redditibus Ecclesiasticis, qui initio post communionem bonorum ³⁶ de qua Actor. II. 44. fuere ex oblationibus et eleemosynis fidelium, deinde a Constantini M. aetate ex certis foundationibus, legatis atque donationibus ad Ecclesias certas pertinentibus, ex decimis item, atque aliis eiusmodi dotibus ac constitutionibus, denique a septimo saeculo ex agris fundisque immunibus donatis vel attributis, videndus liber Italice plus simplici vice editus atque latine etiam versus a Carolo Caffa, atque sub *Paulli Sarpii* Veneti nomine vulgatus, Ienae 1681. 12. de *materiis beneficiariis seu beneficiis Ecclesiasticis*: et Gallice ³⁷ ab Ameloto de la Houssaie. Paris. et Amstelod. 1692. 12. cum notis, atque anglice 1727. 8. quanquam non est Paulli illius, scripta Tridentini concilii historia celeberrimi, sed amici eius *M. Fugentii* Brixientis, monachi Seruitae, Sarpio in multis similis, cuius etiam vitam scripsit. Vide Rich. Simonis epistolas selectas parte 3 Epist. 17. p. 115. qui ipse Simon sub nomine *Hieronimi a Costa* librum edidit eiusdem argumenti Gallice, de origine et progressu reddituum Ecclesiasticorum, *Histoire de l'origine et du progrès des revenus Ecclesiastiques* 1684. 12. Eius summa capita videre licet tum in Actis Eruditorum et nouellis Reipublicae litterariae illius anni, tum in praeclari viri Viti Lud. Seckendorffii historia Lutheranismi lib. 1. pag. 236 sq. His utique praeter eiusdem Rich. Simonis lib. 3. Bibl. criticae cap. 32 et 33. et alterius Richardi Abbatis librum des pensions Royales, Parisiis 1719. 12. editum, quo probat, Regem etiam posse Laicis ex beneficiis ecclesiasticis, quae ipse conferendi habet potestatem, pensiones assignare, atque *Theoph. Raynaudum* tomo XII. operum, iungendum vastum atque eruditum opus *Ludouici Thomassini* ³⁸ in Oratorio Gallicano Presbyteri,

G 2

post

³⁶ Illa bonorum communio apud primos Christianos fuit liberalis potius rerum necessariorum communicatio, quam ut nemo quicquam proprii habuerit. Vide Salmasium libro de usuris p. 655 sq. Ioan. Laur. Mosheimii diss. de vera natura communionis bonorum inter primos Christianos. Helmstadii 1725. editam, et recensam Vol. II. Eius dissert. ad H. E. pertinentium p. 1 sqq. et Ioan. Mich. Lorentzii diss. de communione bonorum in primitiua Ecclesia. Argentor. 1751 euulgatam.

³⁷ Vide *summarische Nachrichten der Thomassischen Bibliothek* p. 246 sq.

³⁸ Epitome operis Thomassiniani a Lorio edita est A. 1702. et alia accuratior ab Anonymo A. 1717. 4. sub titulo: *Ancienne et nouvelle discipline de l'Eglise touchant les benefices et beneficiers*. Vide *Journal des Savans* A. 1718. p. 20.

post binas Gallicas editiones ab auctore versum latinè, editumque Parisiis 1688. fol. tribus voluminibus, et nouissime gallice Paris. 1726. itidem tribus voluminibus in folio; in quo de beneficiorum Ecclesiasticorum origine, variis generibus, administratione per Episcopos, Oeconomos, Defensores, et multiuario abusu copiose differitur. *Ioseph. Binghamus* lib. V. origin. Ecclesiasticarum. *Martin Schoockius* de bonis vulgo ecclesiasticis dictis. Groning. 1641. 4. *Arnoldus Cornuinus a Belderen* de personis et beneficiis ecclesiasticis, Francof. 1708. 4. et *Melchior. Pastoris* tractatus de beneficiis ecclesiasticis; et de bonis ecclesiae acquirendis et conseruandis, qui habentur in operibus eius Tolosae 1712. fol. editis. *D. Casparis Ziegleri* τὸ μωναχικόν de dote Ecclesiae eiusque iuribus et priuilegiis liber prodiit Witteb. 1676. 4. De oblationibus consulendi sunt Pompeius Sarnelli c. 27. antiquae Basilicographiae. Christ. August. Salgius lib. III. de diptychis veterum pag. 36. Gothofred. Christoph. Claudius histor. fratrum sportulantium pag. 1. c. 7. Franciscus Berlendus in libro italice sub hoc titulo: *Delle oblationi all' Altare antiche e moderne* Venetiis 1733. 4. euulgato, ibidemque 1737. recuso, et latine verso 1743. Cangius in glossario voce *Saccus*. Salomo Deylingius p. 300 sqq. obseruationum miscellanear. Henr. Linckerus de iuribus temporum cap. 8. Chr. Wilduogelii dissert. de oblationibus, quae fiunt per sacculum sonantem, Ienae 1705. Casp. Henr. Hormii obseruationes circa iura eleemosynarum et aliarum collectarum, templorum et betularum pentecostalium. Witteberg. 1716. 4. et Octav. Ferrarius I. 26. de ritu concionum sacrarum. De pluralitate beneficiorum, siue licita, siue illicita ex moribus et disciplina Ecclesiae, vide Guilielm. Parisiensem, Ioannem de Lignano, et Claudaei Pacaei librum A. 1650. editum, (de quo du Pin tomo 17. p. 265 sq.) M. Anton. de Dominis lib. 9. cap. 10. Natalem Alexandrum T. 7. H. E. pag. 228. b. sq. et H. Whartoni scriptum editum, Londini 1692. 8. *A Defense of Pluralities, or holding two benefices with cure of souls, as non practised in the Church of England.* Leges Principum de non donandis vel legandis Ecclesiae bonis immobilibus exhibet Zimmermannus de montibus pietatis p. 706 sq. Pensiones e beneficiorum ecclesiasticorum fructibus delibatae non memorantur ante concilium Chalcedonense. Vide Pagium ad A. C. 451. n. 61. De officio et iurisdictione *Dataris* nec non stilo Datariae consulendus Theodori Amydeni tractatus, editus Paris. 1654. et recusus Colon. 1701. fol. De *defensio-*
tibus ecclesiarum, ciuitatum, senatus et pauperum Pagius ad A. C. 407. De sacrilegio laico siue bonis ecclesiasticis per Laicos vsurpatis *Ioannes Filescus* in variis opusculis, Paris. 1614. 8. De beneficiis Ecclesiae non in luxum, sed post Clericorum honestam sustentationem in alendos pauperes impendendis;

dendis, *Ioan. Baptistae Thiers* aduocatus pauperum de quo libro videndus Elias du Pin, tom. 18, pag. 275. De origine et institutione *Paroeciarum* vide Ioannis Frontonis Epistolam ad Guronium, Tutelensem Episcopum, Ioannis Falsacum lib. laudat. diatriba tertia. Ioannem Seldenum histor. decimarum cap. 6. §. 3. p. 80 sqq. et W. Kenneti, Episcopi olim Petroburgensis, *Parochial Antiquities*.

XXIV. *Monachos* 39, antequam sacris Ordinibus initiati, Laicos appellant tum Synodi tum Patres, vt notauit H. Noris somnio XXVIII. Francisci Macedo, M. Antonius de Dominis II. 12. de Rep. Eccles. Alteserra VII. 21. Asceticon. Franciscus Hallier libris de hierarchia Ecclesiastica, et Iosephus Vicecomes lib. 1. de ritibus Missae cap. 3 sq. vbi iam ab A. C. 495. Clericis 40 accensitos remque sacram peregrisse probat. Igitur a Geruasio in vita S. Martini praeter rem scriptum est eos a Cleri functionibus et Ecclesiasticis dignitatibus exclusos fuisse, quod facile refellit P. Badierius Monachus Benedictinus in libro Gallice edito de sanctitate status Monastici, Paris. A. 1700. Clericis etiam praefertur Monachi ab Abbate Floriacensi in Apologetico p. 397. *Clericorum ordo inter Laicos et Monachos medius, quantum est superior inferiore, tantum inferior superiore.* Mox pag. 398. notat ex Monachis Clericos ordinari, et ex Clericis Monachos fieri. Non ab re igitur fuerit de illis etiam hoc loco pauca quaedam subiungere. Ac per tria quidem prima a Christo nato saecula nullos Monachos in Ecclesia Christiana fuisse non diffitetur Elias du Pin in Biblioth. Scriptorum Eccles. in Append. ad tom. 6. p. 25. Apostolorum certe temporibus ne vestigium quidem fuisse Monasticae vitae affirmat S. Chryostomus Homil. 25. in Epist. ad Hebraeos. Quanquam enim Philo Therapeutas tanquam genus quoddam Monachorum videtur describere, tamen ex eo ipso Philone non de Christianis, sed de Iudaeis Essenis esse sermonem viri docti colligunt. Vide Epistolas Gallice Paris. 1612. de Therapeutis Philonis editas pag. 150 sq. 262 sq. Et quanquam Marcion Haereticus ab Epiphanio in Haeresi Marcionitarum *μονάζων* appellatur, hinc tamen Monachos primo iam saeculi secundi quadrante in Ecclesia fuisse nolim colligere cum Thoma Millefio in. notis ad Cyrillum Hierosolymitanum

39 Monachus, qui suo more viuit, caelebs. In catena ad Marcum p. 86. Laicis in coniugio viuentibus opponuntur. *ἐρημικοὶ* et *οἱ ἐν κοινοβίῳ μελαυμιμονῶντες*. Conf. lac. Gothofredum ad Libanium pro templis p. 45.

40 Petrus Disconus IV. 78. chronici Calinensis: *A principio nascentis Ecclesiae duos ordines fuisse notissimum est, unum qui laboraret in verbo et doctrina, alium qui orationi vocaret; unum qui actiue, alium qui contemplatiue inserviret, Clericos et Monachos.*

num pag. 60. quoniam vocabulo illo tantum solitaria vita ⁴¹ Marcionis notari potuit. Quarto autem post natum Christum saeculo iam frequentes Monachi esse coeperunt, qui ducti sanctimonia *Pauli Thebani*, Eremitarum primi, qui circa A. 251. desertum intrauit anno aetatis vix decimoquinto, tum *S. Antonii*, cuius vitam Athanasius scripsit quique vitam monasticam amplexus est circa A. 270. et de quo conferatur Dieterici Reimboldi dissertatio de Antonianis seu fratribus S. Antonii sub praesidio L. E. Kappii, Lipsiae 1737 habita; vel S. Amunis siue Ammonis primi conditoris coenobii in monte Nitriae circa A. C. 304. et Pachomii primi regulae monasticae et monasterii Tabennensis conditoris circa A. C. 325. Horum exemplo vitam sectati sunt vel *Anachoretarum* (qui etiam Celliotae, Eremitae, *ἐρημίται*, *Ascetae*, *Einsiedler*, *ἑσπεύουσι* ⁴², *inclusi*, de quibus Sirmondus ad Godfridi Vindocinensis IV. 48. Epist. tom. 3. Opp. p. 385.) vel *Coenobitarum* siue *Synoditarum* et in commune viuentium in aliquo Monasterio. Ne dicamus de *Saracenis* ⁴³ siue *Remboth*, qui bini vel trini suo arbitratu viuebant, de quibus Hieronymus Epist. 22. ad Eustachium; et Michael le Quien in prolegom. ad Damascen. p. VII. Et de *Stylitis* a Simone Stylita, medio saeculo V. de quo Allatius lib. de Simeonibus; Frider. Georg. Lautensack singulari dissertatione, Witteb. 1700 edita, et Urbanus Godofr. Siberus in commentat. de sanctis columnaribus, Lips. 1714 euulgata. Vide etiam de variis gradibus Ascetarum, *μοναζόντων*, Monachorum, Eremitarum Suarezium ad S. Nili opera p. 680 sq. Iosephum Binghamum in originibus siue antiquitatibus ecclesiasticis anglice editis, libro septimo, vbi etiam de virginibus et viduis Ecclesiae Christianae, D. Salomonem Deylingium in diss. de Ascetis veterum, subiecta parti tertiae obseruationum sacrarum p. 441 sq. Laur. Arrhenii specimen academ. de Eremitis, Vpsaliae 1726. 8. editum. Abbatem Fleury in diss. praemissa tomo vicesimo Historiae Ecclesiasticae gallice editae. Et librum Norimbergae 1725. folio hoc indice editum: *Eremitae primi, Anachoretae, ordinum religiosorum institutores, propagatores, reformatores LXXX aeneis figuris excusi, elogiis laudati*. Ab illo tempore non tantum numerus mona-

⁴¹ Sic *μοναχῶν* vocabulo vsus Symmachus Psalm. LXVIII. 6. *δίδωσι μοναχῶν δίκην δίκων*, vbi septuaginta interpretes: *κατοικίσει μοναχῶν ἐν δίκῃ*, al. *μοναχῶν*.

⁴² De primis illis vitae eremiticae et monasticae conditoribus accurate disserunt Tillamontius T. VII. memoriar. H. E. vbi etiam p. 531 et 532. de Eusebio Vercellensi, a quo Canonici regulares, et Vir Summe Venerabilis Ioan. Georg. Walchius pag. 1664 sq. H. E. N. T.

⁴³ Ex Bonifacii VIII. decreto monachis ac monialibus monasterio sine grauisima caussa egredi vetitum, quod vsque quaque obseruatum etiamnum obseruari optat Ioan. Baptista Thiers, libro *de la clôture des religieuses*, A. 1681.

monachorum et monialium auctus est mirum in modum, sed etiam diuersae regulae, diuersa instituta ac genera ⁴⁴ vitae monasticae in Oriente et Occidente excogitata. Vide codicem regularum editum a *Luca Hoffenio* Rom. 1661. 4. distributumque in partes tres, quarum priore habes regulas monachorum Orientis, S. Antonii Abbatis, S. Ithiae Abbatis, SS. Patrum Serapionis, Macarii, Paphnutii et alterius Macarii Abbatis Nitriensis (quam ediderat Petrus Rouerius S. I.) S. Pachomii, S. Oriesii, Incerti et S. Basilii: in parte secunda regulas monachorum Occidentis, S. Benedicti Abbatis Casinensis, Incerti, SS. Paulli et Stephani Abbatum, S. Caesarii Arelatensis, S. Aurelii Arelatensis, S. Ferreoli Vctiensis, S. Columbani Abbatis monasterii Turnatensis, S. Isidori Hispalensis, S. Fructuosi Braccarensis, Regulam Magistri, et Grimalici regulam solitiorum. Parte tertia regulas virginibus obseruandas S. Augustini, S. Caesarii et Aureliani Arelatensium, S. Donati Vesontini, alterius cuiusdam Patris et S. Leandri Hispalensis, atque B. Aelredi Abbatis Rieuallensis, subiuncta adhortationum ad monachos et virgines appendice. Exstant etiam Hugonis Menardi notae ad concordiam regularum S. Benedicti, Abbatis Anianensis. Paris. 1638. 4. Petrum quoque Rouerium S. I. editioni codicis regularum monasticarum infudasse testatur Sirmondus tom. 4. operum p. 686. S. Hieronymi regulam monachorum e scriptis eius collectam per Lupum de Oliueto habes tomo V. operum S. Hieronymi pag. 343. edit. Ioan. Marcianaei.

XXV. Quum ita pro suo quique genio et capto viuerent et sectatores suos haberent, non mirum plures etiam ordines monachorum et monialium ortos fuisse, quorum numerus auctus praecipue per saeculum XIII et XIV. Illorum singulorum notitiam dare, integrorum voluminum opus, qualia sunt *Philippi Bonanni* S. I. catalogus ordinum religiosorum, italice et latine vulgatus Rom. 1706. 4. et germanice Norimberg. 1711. 8. vel *Hermantii* (diuersi ab eo qui vitas Athanasii, Basilii et aliorum condidit) historia ordinum religiosorum et congregationum regularium et saecularium Ecclesiae, Paris. 1710. 12. quatuor voluminibus, gallice. Paulli Morigii *Istoria de' personaggi illustri religiosi, diuisa in V libri, et Istoria dell' origine di tutte le religioni, che sono stato al mondo in tre libri.* 1569. Syluestri Maurolyci *Ma-re Oceano di tutte le religioni.* Messina 1613. fol. Petri Crescentii *Tromppes*
Ro-

⁴⁴ Quadruplex fuit vitae monasticae prorsus singularis species, medio aeuo aut recenter introducta, aut, quum iam antea vsitata esset, valde amplificata, quae religionis quadratae nomine insigniretur; quam accurate exposuit Christ. Gottl. Loecherus in commentatione de Religione quadrata, Lipsiae 1741. in lucem emissa.

Romaines, ou milices Ecclesiastiques, et religions militaires et claustrales. 1648. *Hippolyti Helioti* (cuius censura de Hermantii opere memoratur in Ephemeridibus Parisiensibus Anni 1711. mense Martio pag. 335. edition. Amstelodamensis) *Historia ordinum religiosorum*, quae gallice Parisiis 1714-1719. tomis octo in forma quadripartita edita est; et nuper germanice versa prodiit Lipsi. 1753 sqq. octo itidem tomis in forma quadripartita. *Histoire du Clergé seculier et regulier.* Amstelod. 1716. Voll. 4. in 12. *Gregorii Rinii* (*Georg. Burc. Lauterbachii*) *monastica historia Occidentis.* Lipsi. 1737. 8. Quae Berolini 1751. 8. Voll. 7. gallico sermone euulgata est *historia monastica satirae potius, quam historiae nomen meretur.* Praeterea ordines Monachorum persequitur *Franciscus Modius* in libro de ordinum Ecclesiasticorum origine, progressu et vestitus ratione. Francof. 1585. 4. *Ioannes Creccelius* de origine et fundatione monasteriorum, Francof. 1614. 4. et Michael Geddesius Anglus in tractatibus miscellaneis patria lingua editis tom. III. diff. V. Lond. 1706. 8. Iampridem quoque et gallice Amstel. 1688, 1695 et germanice A. 1692. 8. Augustae Vindelicor. prodiit *historia ordinum religiosorum, kurze und grändliche Historien vom Ursprung der geistlichen Orden, der Mönche und Klostersjungfrauen, nebst beigefügter Vorstellung der Ordenshabite.* A Bonanno ordines monachorum referuntur CXL. et monialium CVIII. His iungendus denique est *B. Lutherus* tom. 3. Opp. edit. Altenburg. p. 381 sq. *D. Iochimi Hildebrandi* liber de Religiosis eorumque ordinibus, Helmst. 1701. 4. Praeterea de rebus et antiquitatibus monasticis videnda *Daldini Alteserrae* *Ascetica* siue origines monasticae libris X. tum *Claudius Delleus* in antiquitatibus status monastici et religiosi, editis gallice A. 1699. *Ioan. Creccelius* de origine et fundatione ordinum monasticorum, Francof. 1614. 4. *Matthaei Galeni* origines monasticae, Dillingae 1563. 4. *Prosperi Stellartii* *chronologia monastica*, Duaci 1627. 4. De studiis monasticis eximius Io. Mabillonii liber e gallico versus latine etiam lucem vidit interprete Vdalrico Staudigleo, Campoduni 1708. 8. quo in opere probat monachos perinde vt viros ecclesiasticos neutiquam dedecentia aut illis indigna esse bonarum litterarum. sacrarum praecipue studia. Quanquam enim Mabillonii sententiam infringere studuerunt Armandus Ioannes Bouthillier, Abbas Trappensis et L. Carrelius; tamen constat per multa saecula litteras alibi fere exulantes, in monasteriis hinc inde inuenisse perfugium, et monasteria passim fuisse scholarum loco in quo adolescentes erudirentur, (vti Hildebertus Cenomanensis p. 285 edit. nouae scholares iungit claustralibus,) quum alios longe lateque studiorum vel odium vel certe ignoratio occupasset. Confer Iacobi Goetten lib. 2. observationum cap. 4. Similiter certum est monachos olim labore honesto

nesto 45 vel opificio vitam tolerasse, neque per otium consumsisse quae alii Christiani sudore multo comparassent. Confer Alteserram lib. V. Asceticon. c. 8 sq. et Gundlingium ad Eustratii delineationem Ecclesiae Graecae p. 21 sq. Monachis praesunt Abbates, siue Archimandritae, Monialibus Abbatissae. Explicatio historica caerimoniarum benedictionis Abbatissae (quales describuntur in Pontificali Romano) inserta est memoriis litterariis Treuoltrinis A. 1708. p. 153 sq. auctore Claudio de Vert. id. p. 1336. Sed ad singula monastica instituta descendere non est nostri instituti, de quibus post *Ioannem Cassianum* aliosque, *Edmundus Martene* in praeclearo opere de antiquis monachorum ritibus, distincto in libros V. editoque Lugd. 1690. 4. atque in commentario historico ad regulam S. Benedicti, eodem anno vulgato Paris. in 4. *Ioannes Mabillonius* in praefatione ad Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti, saecul. 1. p. 7-11. et *Ludov. Anton. Muratorius* antiquit. Ital. medii aevi T. V. p. 361 sqq. *Canonicorum* in Ecclesiis cathedralibus collegia originem debent saeculo VII. regulamque primum acceperere tempore Ludouici Pii Imp. vt notauit Baluzius ad Lupum Ferrariensem p. 372 sq. Confer M. Antonium de Dominis II. 9. Gabrielis Pennoti historiam Canonicorum regularium, quos non ab Apostolorum tempore, vt ille, sed ab A. 1039 repetit Antonius Pagi in critica Baroniana, et Raymundi Chaponelli Canonici Regularis S. Augustini et Prioris S. Eligii historiam Canonicorum quae sine nomine auctoris prodiit gallice Parisiis 1699. 12. et recensetur in actis Erud. tom. 3. supplementi p. 355. In eo autem quod Chaponellus contendit Clericos et Canonicos ante saeculum XII. nihil proprii possedisse; refellitur ab Ludouico Hugone Ord. Praemonstratensis monacho in censura historiae Canonicorum, *Critique de l'Histoire des Chanoines*, Luxemburg. 1700. 8. De vita communi Clericorum nihil proprii possidentium conferatur *Pompeius Sarnelli* in libro Italiae edito Romae 1688. 4. qui inscribitur, *il Clero secolare nel suo splendore*; in cuius capite 17. is contendit, Clericos imitatos esse communionem bonorum, quae fuerit inter

Apo-

45 S. Maximus ad Dionysium T. 1. p. 395. Σημειώσω ὅτι πολλά καλόβηται ὁ Μοναχὸς ποιεῖν, ὡν οἱ λαϊκοὶ ἴην ἐπιτροπήν καὶ ἐξουσίαν ἔχουσιν, οἷον ὁ γάμος, καὶ τὸ εἰραλίαις ἢ ἐμπορίαις ἐμμελεῖν, καὶ ἑτέροις ἐν οἷς ὁ λαϊκὸς οὐ καὶ λαμπρύνεται. Nota, multa monachis esse prohibita quorum facultas et potestas laicis est, vt nuptias, militiam et commercia frequentare, et similia, quae in laico non damnantur. Theophilus Raynaudus, S. I. sub nomine Renati a Villerscripsit librum, cui titulum fecit *Hipparchum*, dicauitque Urbano VIII. atque in eo ostendit, monachum non decere exercere commercia. Idem liber gallice e latino versus A. 1714. Amstelodami in forma octopartita prodiit, sub titulo: *le Moine marchand*, ou *Traité contre le commerce des religieux*. De negotiatione Clericis interdicta vide Ferd. Mendozam ad concil. Illiberitanum T. 1. Labbei p. 1156 sq. et de vsuris interdictis pag. 1161.

Apostolos; aut monachos imitatores fuisse primorum Christianorum laicorum. Omittimus alia quae videri possunt apud Casparem Thurmannum in Bibliotheca Canoniorum. Halae Magdeburg. 1700. 4. De ordinibus equestribus siue cruciatis et religiosis, siue saecularibus atque militaribus videndi scriptores laudati in Actis Eruditorum tom. 2. supplementi p. 498 et 502. et a Christiano Gryphio τῷ μαναγίτη in limine libri editi germanicè anno 1709. 8. kurzer Entwurf der geist: und weltlichen Ritterorden, quibus addendi Hermantius supra memoratus in historia ordinum militarium, Rothomagi anno 1698. 8. et eorundem ordinum descriptio ⁴⁶ lingua slauonica siue russica, additis (ad Belgicae editionis exemplum ⁴⁷ quam anno 1697. 8. Amstelodami dedit Adrianus Schoenbeckius) iconibus in aes incisis insignium, vestium et ornamentorum, quibus equites ordinum CXIII vtuntur. Aegidius Andr. de la Roque in libro de origine nominum et cognominum, gallice vulgato Paris. 1681. 12. Petrus Lagerloef in disquisitione de ordinibus equestribus, Holmiae 1696. Philippus Reinhardus Vitriarius de equitibus et ordinibus equestribus Lugd. Batav. 1707. Ioan. Christophorus Becmannus in notitia dignitatum illustrium diss. XIX. sq. Francisci Menenii deliciae equestrium siue militarium ordinum, insertae Gualteri chronico chronicorum ecclesiastico, tomo 2. p. 46 sqq. Honoratus de S. Maria in *dissertations historiques et critiques sur la chevalerie ancienne et moderne*. Paris. 1718. 4. et *Histoire des ordres militaires ou des chevaliers, des milices, seculieres et Regulieres de l'un et de l'autre sexe, qui ont etablies jusqu' à present*, quae ex Iustiano, Bonanno, Hermantio, Schonbeckio, Helioto, et Honorato de S. Maria congesta, et praemissa Iacobi Basnagii diss. de duellis edita est Amstelod. 1721. 8. quatuor voluminibus. Vincentius Coronelli tomo XIX. Lexici vaegrandis vniuersalis, edi coepti Venetiis lingua italica, vbi sub voce *Canaglieri* comparet non sine auctario *Bernardi Iustiniani*, Veneti, historia chronologica ordinum equestrium, edita in lucem Venet. 1670. atque auctior 1692. fol. Idem, quem paullo ante laudauimus, *Philippus Bonanni*, S. I. etiam ordinum equestrium centum et quinquaginta imagines atque descriptionem Clementi XI. Pontifici Maximo obtulit, Romae anno 1713.

⁴⁶ Acta Erud. Tom. 3. supplem. p. 534. et A. 1714. p. 487.

⁴⁷ Titulus Belgicae editionis est: *Historie van alle Ridderlyke en Krygs-Orders, baar Dragten, Wapen, en Zinteecken, in s' Koper gesneden door Adrian Schoonebeck.*

CAPVT XIV.

Scriptores de Republica ac Magistratibus Hebraeorum,
Graecorum, et Romanorum.

De Republica Hebraeorum. 1. *Synedrio magno.* 2. *Iure Regio.* 3. *Aechmatarchis etc.* 4. *De Politica Aegyptiorum.* 5. *Graecorum Republicae.* 6. *Atheniensium et Lacedaemoniorum.* 7. *De Corpore Achaico et Aetolico.* 8. *De Rep. et Magistratibus Romanorum.* 9, 10, 11, 12. *Inauguratio, Insignia, Tituli.* 13. *Ordines in Rep. Nobilitas, Ius Ciuitatis etc.* 14. *Notitia Dignitatum utriusque Imperii.* 15. *De Rebuspublicis commentitiis.* 16.

I.

Hebraeorum Rempublicam singulari quadam regiminis forma, quam *Theocratiam* vocat Iosephus IV. 8. Antiquit. et lib. 2. contra Apionem, p. 1071 administratam fuisse, tempore Moſis, Iosuae et Iudicum; licet Moſes Deut. XXXIII. 5. et Iudices Iudic. IX. 6. XVII. 6. XVIII. 1. Reges appellentur, antequam in externae monarchiae formam¹ sub Saulo mutaretur, ostendit D. *Adamus Rechenbergius* in diff. de ficta Hebraeorum ante Regem Saulum monarchia ciuili, Lipsiae 1687. tom. 1. dissertat. historico-politic. p. 336 sq. contra *Seldenum* II. 2. de Synedr. *Nicolaum Apati* in vita triumphante ciuili. Amstelod. 1688. 8. et *Adr. Houytinum*, qui ante Saulis tempora monarchiam in republica Iudaica obtinuisse singulari libello probare conatus est, Lugd. Batav. 1685. 12. impugnato etiam a *Sam. Puffendorffo* in appendice ad librum de habitu religionis Christianae. Cum hac Theocratia non nisi temere aliquis contulerit *Διογενισίαν* Atheniensium, aut Remp. *Panensem* et vniuersorum *Panchaiae insulae* incolarum, caussas maioris momenti ad Sacerdotes referentem, de qua *Diodorus Siculus* V. pag. 220. 221. vel quod *Iulius Caesar* apud *Dionem Cassium* recusat Diadema, mittitque in Capitolium, dictitans quod *Iupiter solus* sit Romanorum Rex. Ceterum de

H 2

Theo-

¹ Etiam sub regibus adhuc durasse Theocratiam contendit *Dartisius* in singulari dissertatione Gallice edita in volumine, quod inscribitur, *Recueil de trois ecrits importants à la religion.* Hagae 1714. 8. Theocratiae insignia specisilia Deo tributa, thronum, sedem, currum, sceptrum, libram, arma, exercitus, etc. illustrat *Ioan. Christo. Becmannus* in differt. de Anthopopathia actionum humanarum. c. 2. Franc. ad Viadr. 1715. *Ioann. Henr. Hottingerus* lib. 1. *Smegmatis orientalis* p. 205. obseruat in V. T. historia species quatuor administrationis; 1) oeconomicam ante Moſen. 2) theocraticam, 3) monarchicam, 4) aristocraticam.

Theocratia Iudaica agentes praeterea consuli possunt Ioan. Wandalinus lib. 3. de iurē regio cap. 2 sq. et quae praeter Io. Marshamum pag. 226 sq. Canonis chronici, et Ioannem Spencerum lib. 1. de legibus Hebraeorum III. 300 sq. Herm. Witsius oratione de Theocratia Israelitarum, quae in eius Miscellaneis et ante Th. Godwini Mosen et Aaronem, latine in Belgio et Bremae recusum exstat. Melchior item Leydeckerus de Rep. Hebr. lib. V. c. 1. Io. Iacobus Schudt prolegomenis ad vitam Iepthae, nec non in compendio historiae Iudaicae ad Iustini XXXVI. 2. Francof. 1700. 8. Auctor dissertationis de Theocratia Israelis², editae, ut probet Christum semper Principem gentis Iudaicae peculiariter fuisse ab exitu ex Aegypto vsque ad destructionem templi secundi. Salomo Deylingius in dissertatione de Israele Iehouae Dominio ad Ps. XIV. 2. Lips. 1723. Ioannes Fidalcke in dissertatione de Theocratia Iudaeorum. ibid. 1728. et Henricus Hulsius in dissertatione de Iehouah Deo, rege ac duce militari Israelis, quae prima est in Eius commentario in Israelis prisci praerogatiuas ac bona. Lugd. Batav. 1713. 4. euulgato. Henningi Bernh. Witteri liber editus Hildesiae 1711. 4. qui inscribitur, *Iura Israelitarum in terram Palaestinam*, est plenus paradoxis commentarius in Genesim. Ad eum obseruationes quasdam edidit Ioan. Hermannus ab Elswig. Witteb. 1712. 4. Iudaeorum populum in Aegypto atque Aegyptiorum tyrannide liberatum adeo stupidum et incultum haud fuisse, uti a viris quibusdam doctis arguitur, declarat Edmundus Dickinson in physica veteri et vera c. XIX. et D. Salomo Deylingius oratione de Israelitarum ingenio, ad calcem partis 1. obseruationum sacrarum, Lips. 1708. 4. De adolescentia Reipublicae Israelitarum sub temporibus Iudicum, hisque proximis, exstat D. *Gustavi Georgii Zeltneri* liber editus Norimbergae 1696. 8. ad 1. Regg. VI. et Aet. XIII. 20. et *Daniel Guil. Molleri* de XII Iudicibus exercitatio, Altdorfii 1709. Praeterea notissimi sunt de Republica Hebraeorum libri praeclare scripti a Cornelio Bonaventura Bertramo, Carolo Sigonio, Ioanne Stephano Menochio, aliisque. *Bertrami* liber de Republica Hebraeorum, Theodoro Bezae inscriptus, lucem adspexit primum Geneuae 1574. 8. deinde notis illustratus a *Constantino l'Empercur* Lugd. Batav. 1641. ab eoque tempore cum huius viri docti notis recusus inter criticos sacros Anglos, Londini primum deinde Amstelodami, tum Francofurti vulgatos, tomo VIII. Ioannis Nicolai annotationes in laudatum Bertrami libellum nunc primum edidit Sigeb. Hauercampus Lugduni Batav. 1740. 8. *Caroli Sigonii* libri III. de Republica Hebraeorum lucem primo adspexerunt Bononiae 1582. 4. deinde saepius prelis iterum subiecti tum seorsim, tum aliis iuncti scriptis ab eodem Sigonio compositis. Denique cum

² Journal littéraire, Tom. 3. p. 473. Hagae Comit. A. 1714. 8.

dum notis siue collectaneis *Ioannis Nicolai* Helmst. 1685. 4. iisque longe auctioribus Lugd. Batav. 1701. 4. *Ioannis* quoque *Brannii* viri clarissimi notas ineditas in Sigonium memorari video in Actis Eruditorum A. 1702. pag. 64. *Petri Cunaei* libri III. de Republica Hebraeorum Lugd. Batav. 1632. et saepe postea excusi, criticisque Anglis itidem inserti sunt, hinc in Belgicam linguam conuersi, suppletique ac continuati a *H. W. Goerté* Amst. 1685. et in Galliam 1705. 8. 3 Vol. Nec minus latine iterum editi cum notis *Ioannis Nicolai*. Lugd. Batav. 1703. 4. *Ioannis Stephani Menochii* opus de Republica Hebraeorum, omnis generis antiquitates hebraicas simul attingens, prodiit Parisiis 1648. 1651. fol. *Hermannii Conringii* de Republica Hebraeorum dissertatio Helmstadii separatim primum, deinde cum eius libro de Numis hebraicis edita et nouissime a Thoma Crenio inserta fasciculo 2 opusculorum ad historiam et philologiam spectantium. *Ioachimi Ludouici Reimeri* de Republica Hebraeorum libellus perbreuis vulgatus Hafn. 1657. 12. et Altenb. 1671. 12. *Edonis Hilderici*, Frisii, oratio de Politia et Hierarchia populi Iudaici, Altdorfii edita. *Melchioris Leideckeri* Theologi Traiectini libri XII. de Republica Hebraeorum, Ultraiekti 1704. fol. atque de vario Reipubl. Hebraeorum statu libri IX. Amstel. 1710. fol. *Ioannis* quoque *Conradi Danbaureri* Politia hebraea per varias aetates succincte descripta huc spectat, post auctorem iam pridem aefunctum a Rev. D. Ioan. Andr. Schmidio vulgata Helmst. 1700. 4. et pridem commendata a Wilhelmo Ernesto Tenzelio in dialogis vernaculis A. 1690. pag. 369. *Sebastiani Castalionis* Respublica Iudaica ex Iosepho excerpta et separatim edita est Helmstadii 1616. 8. et nuper adiecta nouissimae editioni versionis latinae Bibliorum Castalionis Lipsiae 1697. fol. *D. Ioannis Wandolini* de iure regio opus in 3 libros distinctum et Hafniae editum 1663. 1664. 1667. 4. liber tertius praecipue hoc loco non praetereundus, in quo de Republica Hebraeorum qualis praesertim sub regibus fuit, fuse agitur. Videnda etiam *Antonii Probi* dissertatio de monarchia regni Israelis a Thoma Crenio subiuncta elenchis Iudaicis Christophori Heluici, recens Lugd. Batav. 1702. 8. quibus addes *Ioannis Francisci Buddei* introductionem in philosophiam Hebraeorum pag. 400 sq. et *Ioannem Seldenum* lib. 1. de Synedrüs capite vltimo. *Georgii Wendii* de Republica Hebraeorum disquisitiones theologico-politicas octo, Gedani 1696 et 1697. 4. quarum *prima* est de regimine Patriarcho, *secunda* de regimine Nimrodico, *tertia* de regimine Hegegonico, *quarta* de regimine Heroico, *quinta* de regimine Monarchico, *sexta* de regimine dubio in Aegypto, *septima* de regimine dubio in captiuitate et post captiuitatem Assyriaco-Babylonicam, et *octaua* de regimine ablato, siue de anarchia Iudaeorum hodierna. *Marchionis de S. Philippo* Monarchia He-

XV. DE SYNEDRIO

Comitum 1727. 12. 2 Voll. excusam. *Ioannis Ecken-*
manni forma regiminis in populo Iudaico. Vpsal. 1708. 8.
Benzelii dissertationem de forma Reipublicae Iudaicae,
 eius Academicis. Vol. 2. pag. 65 sqq. Notitiam suam
 Hebraeorum, sed adhuc ineditam memorat Philippus Iacobus
 in libro de rebus gestis Christianorum sub Apostolis pag. 60.
 quoque Hertius, ICrus praeclarus Gieffensis anno 1710 extinctus
 parauit tractatum de Republica Hebraeorum post Babylonicam, qui
 inus inopino interceptus est.

II. De LXX. Senioribus per Mosem constitutis videndi interpretes ad
 Exod. XXIV. Grotius ad Matth. V. 22. Bertramus cap. 5. 6. de Republica
 Hebraica. Constantinus l'Empereur in notis ad cap. XI. Bertrami, vbi Syn-
 nedrium Ecclesiasticum ex Scribis et Sacerdotibus constans, a Synedrio po-
 litico Seniorum populi probe distinguendum monet. Confer interpretes ad
 Num. XI. 14. Actor. V. 21. Chiliarhis, Centurionibus, Pentecontarchis et
 Decurionibus, qui a Mose constituti memorantur Exod. XII. 25. Deut. I. 15.
 Iosephus III. 4. Antiqu. addit Myriarchos, Pentecosiarchos, Triacontarchos,
 Icosiarchos. Sed de vniuerso hoc argumento circa Synedria et praefecturas
 iuridicas veterum Hebraeorum, extat opus eruditissimum *Ioannis Seldeni*, in
 III libros distributum quorum primus Londini 1650. secundus ibid. 1653.
 tertius, (qui per fata auctoris 1654 extincti imperfectus est relictus,) ibid.
 1655 prodiit: deinde vno volumine recusum Amst. 1679. 4. Francof. 1697. 4.
 Francof. ad Viadr. 1734. 4. cum praefat. Ioan. Gottl. Heineccii. Praeterea
 videndus *Io. Cocceius* ad titulum thalmudicum Sanhedrin, siue de Synedrio,
 editum seorsim primum, sub nomine *Ioannis Koch Amst.* 1629. 4. deinde inter
 opera Cocceii iam triplici vice iunctim edita tomò VII. et inter tractatus
 Mischnicos a Guilielmo Surenhusio illustratos cuius videntur etiam praefatio
 ad tomum IV. *Rich. Montacutius* in apparatu ad origines Ecclesiasticas p. 236 sq.
 (Analest. p. 228 sq.) *Petrus de Marca* lib. 2. cap. 5. de concordia Sacer-
 dotii et Imperii. *Ioannes Leusdenius* pag. 317. Philologi hebraeomixti. *Sa-*
muël Bucherus in dissertat. de synedrio magno, pag. 1 sqq. Eiusdem antiqui-
 tatum passionalium. Blasius Vgolinus ad Relandi antiqq. Hebr. P. II. cap. 7.
 tomo II. thesauri antiquit. Hebr. pag. 680 sqq. Tum Henricus Benzelius,
 Andreas Boberg, Ioannes Ernestus Bornitius, Olanus Celsius, Ioannes Iacobus
 Freislebenius, Ioannes Frischmuthus, Dan. Heinrici, Ioannes Georgius
 Carthausius, Christianus Ludouici, Ioannes Marckius, Gustauus Peringerus,
 Isaacus Pihlmannus, Laurentius Quist, Carol. Schulten, et Ioannes Vorstius
in

in dissertationibus de Synedriis Hebraeorum: D. Io. Benedictus Carpzouius in notis ad Schikardi ius regium Hebraeorum p. 9 sq. vbi inter alia eiusdem Schikardi opus de synedriis morte praeventum dolet, Ioannes quoque Henricus Otto historiae Doctorum Mischnicorum, Oxon. 1673. 12. et Amstelodami 1698. 8. editae adiunxit recensionem Praesidum et Vicepraesidum synedrii M. Controversiam illam: *Num ab antiquo, ac inde a Moysi et Iudicium temporibus, synedrium magnum obtinuerit*, accurate discussit Eruditiss. Io. Gottl. Carpzouius in annotationibus ad Goodwinum p. 572 sqq. ostendens, Moesen, diuinis auspiciis, concilium eiusmodi LXX. senatorum instituisse: remque ipsam, etsi illa synedrii forma, quam Talmudistae describant, nec ab incubulis eius obtinuerit, nec per omnium saeculorum tractatum obseruata fuerit, vel ob insignes externi habitus diuersitates, vel ob hiatus nonnullos, e medio tolli et negari non posse. Confessum synedrii in sigmatis; siue hemicycli formam, ita vt Principis locus esset in medio, et collegarum reliquorum a dextra ac sinistra eius, ex Rabbinorum sententia describit Ioan. Saubertus in palaestra dissertationum pag. 287. 288. Valent. Ern. Loescherus XIV. 3. Decimar. Euangelicarum T. 3. p. 133 sqq. vbi icon aere descripta exhibetur ex Herm. Witsii T. 1. Misc. sac. lib. 2. diss. 3. pag. 519 sqq. Parum digna esse fide quae de continuatione synedrii Mosaiici eiusque per omne tempus sub Iudicibus Regibus et sub templo secundo auctoritate traduntur, idque instauratum demum videri temporibus Seleucidarum contendit V. C. Ioan. Clericus in dissertatione de LXXII. virorum in Republica populi Hebraei Synedrio, quam commentario in libros V. T. historicos subiunxit: Et pridem in eandem sententiam plura disputauerat in iudiciis Theologorum Hollandiae de hist. critica V. T. Epistola X. eorumque iudiciorum defensione Epist. V. Videri tamen etiam possunt quae aduersus Clericum scripsit Richardus Simon. De Nasi, siue Principe et Directore synedrii magni Hebraeorum conferatur Io. Georg. Meuschenii commentatio, Coburgi 1724 edita, et recusa in Eius Nouo Testamento ex Talmude illustrato p. 1184 sqq. et Christoph. Kretzschmari commentatio Dresdae 1738 euulgata. Quod Iudaei tradunt, assessores Synedrii M. septuaginta linguarum debuisse esse peritos, non proprio, sed metaphorico sensu esse accipiendum ostendit Vir Acutissimus, Collega mihi coniunctissimus, Hermannus Samuel Reimarus in dissertatione de Assessoribus Synedrii M. septuaginta linguarum peritis, Hamburgi 1751 edita, contendens, nihil aliud velle Talmudicos, quam vt Assessores synedrii artem calleant, multiplicem sensum ex singulis sacrorum dictis eruendi. De potestate Synedrii M. tempore Romanorum consolantur scriptores quos laudarunt L. C. Wolfius Vol. 1. Curar. critic. et philolog. in N. T. pag. 965. et Petrus Zor-

Zornius in Historia fisci iudaici p. 214 sqq. Quibus addantur Nathan Lardner P. I. lib. I. c. 2. fidei historiae euangelicae, p. 49. interpretat. latinae cura eiusdem Wolfii enulgatae Ioan. Phil. Barattierius in dissertat. de auctoritate Iudaeorum sigillatim in Iudaea ante captiuitatem Babylonicam, tomo II. interpretationis latinae itinerarii Beniam. Turdulensis, p. 88 sqq. Conr. Ikenius in dissert. de iure vitae et necis tempore mortis Seruatoris apud Iudaeos non amplius superstitae. Breae 1740. 4. S. I. Baumgarten nota 310. ad T. IV. Historiae vniuersalis p. 310. et Chr. Guil. Franc. Walchius in dissertatione de Feliciae Iudaeae Procuratore, Ienae 1747. 4. edita, in qua §. IX. pag. 24. probat, tempore mortis Christi ius vitae et necis Iudaeis fuisse ademptum. Quam sententiam quoque tuetur Iac. Doissima in oratione, qua negatur, Iudaeos tempore passionis Dominicae merum habuisse imperium. De minoribus iudiciis Iudaeorum annotant nonnulla interpretes eruditi ad Matth. V. 22. Adde Seldenum de Synedriis lib. II. cap. 5. pag. 643 sqq. Ioannem Lundium in den jüdischen Heiligthümern pag. 549 sq. ed. Wolfii. I. G. Carpzouium ad Goodwinum pag. 564. Seniores populi siue Senatores Synedrii M. a Senioribus Urbium distinctos obseruat praeter Constantinum l'Empereur supra laudatum Grotius ad Matth. V. p. 83. ad Matth. XXVI. 47. et Lucae XIX. vlt. De *Phylarchis* apud Iudaeos videndi interpretes ad librum Numerorum cap. 1. Grotius et Hammondus ad Matth. XIX. 28. De *Principibus familiarum* agit etiam Ioan. Seldenus in libro de successione apud Hebraeos in bona defunctorum, qui post editionem Londinensem 1636. fol. prodiit Lugd. Batav. 1636. 8. et Francof. ad Oderam 1673. 4.

III. Quum Israelitae aliorum populorum orientalium exemplo Regem a Deo flagitassent, Samuel Propheta iuberur iis proponere *Mischpat hammelech*; ius regis, siue vt Scaliger Epist. XV. transfert *modum Regis* I Sam. IIX. 11 sq. Vtrum enim eo in loco describatur ius Regis, quale illud voluerit et probauerit Deus O. M. an potius modus agendi, quo inclementius et incircumscripata potestate vti solebant Reges plerique Orientis, et qualem adeo imitaturi etiam essent Reges Israelis, fufe et magna animorum contentione disputatur a variis scriptoribus. ³ Posteriolem sententiam scopo Samuelis, vt videtur, congruentiorem amplectuntur Iosephus, tum Maimonides, Abarbanel et alii Iudaei: e Christianis Clemens Alexandrinus, Cyprianus, Gregorius M. Sulpitius Seuerus, Beda aliique quam plurimi, allegati a Io. Wandalino lib. 2 de iure regio c. 2. Leydeckerus de Republ. Hebraeor. pag. 432. Gisb. Voetius tom. IV. dissert. select. p. 214. Ioan. Miltonus in defensione

p04

³ Diuersas interpretum sententias exhibet fo. Christoph. Wolfius B. H. Vol. II. p. 225.

populi Anglicani contra Salmasium, Algernonius Sidneyus de regimine; (qui liber ex Anglico Gallico versus Hagae Comitum 1702: prodiit) et Monarchomachi communiter. Prior sententia praeplacet non modo Machiavellicis vniuersis, sed etiam aliis praedictis viris et scripturae interpretibus. Vide Ioannem Wandelinum lib. 1. de iure regio c. 3 sq. et ab eo laudatos, quibus addes Sam. Puffendorfi in analectis politicis pag. 68 sq. D. Carpzouium *פון מאכאעלער* in limine notarum ad *Gafl. Schickardum* de iure regio ex sacris litteris et scriptoribus hebraicis illustrato, editoque primum Tubing. 1621. 4. et cum Carpzouii notis recuso Lips. 1674. 4. Frider. Vricum Pestelium in vindiciis iuris regii, Rintelii. A. 1725. 4. editis, et *Eberhardi Rudolphi Rothii* bonum principem in Hebraeorum regibus repraesentatum. Vlmae 1684. In hanc sententiam multis quoque disputat Claudius Salmasius in defensione regia toties recusa. Vide et D. Calouii Biblia illustrata ad 1 Sam. VIII. Marshami Canonem Chronicum pag. 238 sq. De regibus Hebraeorum eorumque iuribus, *Maimonidis* librum latine a se versus separatim cum notis edidit Melchior Leydeckerus Roterod. 1699. 8. atque iterum inseruit lib. 7. de Repub. Hebr. c. 4. p. 232 sq. et c. 13. p. 485 sq. Vide sis etiam Frischmuthi diss. de rege eligendo et deponendo. Ienae 1653. 4. et Petrum Petitem p. 7. diatribae de iure edictis Principum Ecclesiae quaesito et annis non vindicato, ubi Regem Synedrii iudicio subiectum fuisse negat, qui refelitur a *Benedicto Bacchino* p. 127 sq. de Ecclesiae Hierarchiae origine. Vide tamen quae pro *Petiti* sententia *Casaubonus* XIII. ad *Baronium*, *Seldenus* III. 9. de Synedriis et *Salmasius* c. 2. defensionis regiae attulerunt. Iudicium a regibus differentiam succincte explicare instituit *Bailletus* in *Vitis Sanctorum Vet. Test.* ubi Iudicum vitas expositurus negat eos perinde vt reges potuisse nouas ferre leges, noua imponere tributa. Nec sceptrum gestasse nec diadema, neque cinctos fuisse satellitio custodibusque corporis. Neque vnctione sacra fuisse inauguratos, neque haereditariam dignitatem ad filios transmississe, neque absoluto vfos imperio in populum, sed exercitum duxisse et libertatem populi aduersus hostes asseruisse, iuraque ei dixisse. Addatur *Abarbanelis* diss. de iudicum et Regum conuenientia et differentia, quam *Buxtorfius* dissertationibus Philologicotheol. p. 450 inseruit. Primus post liberationem a captiuitate Babylonica A. CCCXXXI. diadema sibi imposuit *Aristobulus*, *Ioannis Maccabaei* filius teste *Iosepho* lib. 1. de bello iudaico cap. 3. Aristocrata restituta a *Gabinio* est, qui iudicia siue synodos quinque populo praefecit. Id. lib. 1. c. 6. De fori siue iudiciorum ratione in portis, erudita *Ioan. Danielis Iacobi* dissertatio lucem vidit Lipsiae A. 1714.

IV. De *Aechmalotarchis*, *Ethnarchis* Iudaeorum, de *Patriarchis* et *Primatibus*, qui post captiuitatem fuere, consules praeter scriptores supra p. 643 et 644. laudatos *Samuelem Petium* lib. 2. var. lectionum c. 10. et lib. 3. var. obseruationum c. 3. *Iacobum Godofredum* ad codicem Theodosianum de Iudaeis et Coelicolis, *Grotium* c. 10. de imperio summarum potestatum circa sacra pag. 272. *Iacobum Rhenferdum* dissert. de Arabarcha vel Ethnarcha Iudaeorum, Franegu. 1702. et in eius operibus philologicis p. 584. *Iacobum Cuiacium* obseruationum lib. 8. cap. 37. *Simonem Bosium* ad lib. 2. Ep. 17. Cie. ad Attic. *Turnebum* Aduersar. XXVII. 25. *Henricum Valesium* ad Euseb. H. E. L. II. C. 5. *Dionysium Godofredum* ad L. X. Cod. de Vectigalibus. *Eusebium Renaudotum* in annotationibus ad veterem relationem de itinere in Indiam Chinamque p. 331. sqq. *Ioan. Tob. Krebsium* obseruat. in N. T. e Iosepho p. 315 et 316. *Ioan. Gottl. Heynium* binas dissertationibus de Ethnarcha Aerae Arabum regis Paulo Apostolo insidiante. Witteb. 1755. et *Celeb. Ioan. Ern. Imm. Walchium* antiquit. Damascen. p. 28. Nobiles in republica Hebraea nulli nisi a dignitate officiorum. Vide Franc. Wokanii Bibliothecam p. 425 sqq. De eius in republica Hebraeorum extas dissertatio Berhardi von Sanden. Regiomonti. 1689. vulgata.

Iudaeis Catholicis (קטלוגים) vocantur generales vicarii Pontificis maximi sub Segane, vt e Maimonide praeter alios obseruatum Thomae Reinesio est Epist. ad Vorstium pag. 12. Adde Mishnam Surenhuffi tom. 2. pag. 193. Qua ratione etiam Christianis in Asia et Africa Primates quidam Catholicorum nomine veniunt. Vide W. E. Tenzelii dialogos vernaculos anni 1691. p. 296 sq. vbi de Catholico Mufulensi Babylonico, et Cangium in glossario, voce *Catholicus*. Sed et generales procuratores siue rationales reddituum Imperatoris, dictos fuisse Catholicos norant Petauius ad Epist. 8. Iuliani, et Pearsonius ad symbolam Apóst. p. 610. Sed vt ad Hebraeos redeamus, de *scribis politicis* mentio occurrit Aetorum XIX. 35. cui loca addes vbi lubebit *Marshamum* p. 36. *Canonis chronici*, *Drusium* ad 1. Maccab. VI. 42. *Ezech. Spanheimium* epistola secunda ad Andream Morellum, *Ioannem Lomeierum* parte dierum genialium diff. 9. et *Antonium van Dale* diff. V. de antiquitatibus ex marmoribus illustratis p. 425.

V. De Aegyptiorum politia agunt *Herodotus*, *Strabo* XVII libro, *Diodorus Siculus*: atque e recentioribus *Athanasius Kircherus* Tom. 1. *Oedipi Aegyptiaci*. *Marshamus*, *Widius*, et in hist. vniuersali *Bosluers* etc. Iucundum etiam Viri *Clariff. Jo. Braunii* somnium de Delta Aegyptiaco lib. 4. selector. sacror. Exerc. 4. quo Aegyptum cum Belgio, Pelusium cum Amstelodamo

Idem confert. Tota Aegyptus olim tributa in inferiorem, superiorem et mediam, singulae harum iterum in nomos siue prouincias decem. Confer Philippum Bertherium, libro 1. *πιδαν*, cap. 4. Regum immanes opes ac potentia, urbium et incolarum incredibilis plane numerus traditur. Et Theocritus Ptolemaeo Philadelpho adhuc sit subesse ciuitates 33353. Idyll. XVII. v. 82. Plures quam ter mille ciuitates sua etiamnum aetate agnoscit Diodorus Siculus lib. 1. pag. 27. antea non pauciores duodeuiginti millibus extitisse professus. Incolas 3000000, antea 7000000. Thebae Metropolis longitudine fuit octoginta stadiorum. Ptolemaeo Auletiae, attritis ac defectis iam pridem regni viribus annuatim redibant talenta 12500 teste apud Strabonem p. 798 Cicerone. De synedriis et iudiciis Aegyptiorum extat liber Ioannis Nicolai, Lugd. Bat. 1706. 8. Historiam regum Aegypti post Alexandrum M. quemadmodum Syriae et quoque, ex numis et aliis veteribus monumentis egregie illustrauit V. C. Ioannes Vaillant, Amst. 1701. fol. Cui addatur Reineri Reineccii historia Iulia parte 3. pag. 58 fqq. Primorum et antiquissimorum minus exploratae res sunt, vti successio temporum incerta.

VI. Respublicas centum et duodesexaginta descripserat Aristoteles, vt est apud Laertium et Anonymum Menagii de vita Philosophi, siue vt Graeuus praefat. thesauri antiqui. Roman. tom 1. nescio quo e scriptore, centum et octoginta: siue vt Ammonius denique seu Philoponus in Aristotelis vita, ducentas et quinquaginta quinque, Graecorum maxime, tum etiam Barbarorum, quo in opere peculiariter dixerat de iis quae Monarchico et quae Democratico atque Aristocratico imperio vterentur. In Arabica illius operis versione quae memoratur ab Herbeloto in Bibl. Orientali, de CXXIV. ciuitatibus mentionem fieri affirmat scriptor Arabs Haji Kalfah. Vulgauerat illas rerump. descriptiones atque de illarum constitutione censuras Aristoteles ante libros Politicorum, Ethicorumque, siue de ciuili et morali doctrina. Quod illustre opus auctori ipsi in extremo Nicomachaeorum laudatum, temporum iniuria siue librorum negligentia intercidisse vehementer dolendum est, nec desiderium illud leuatur perpaucis fragmentis quae vndecunque collegit H. Casaubonus, et recentioribus Aristotelis editionibus subnexuerunt editores. Nomina rerump. publicarum ab illo celebratarum haec LXXXIV. reperio: *Abydenorum, Achinorum, Acarnanum, Adramystenorum, Aeginensium, Aetolorum, Alydensium, Ambraciotarum, Amphipolitanorum, Antissaeorum, Apolloniatarum, Arcadum, Argiuorum, Atheniensium: Bottiacorum, Byzan-*

* Eius historia regum Syriae ad fidem numismatum accommodata prodit Paris. 1681. 4.

storum, Carum, Carthaginensium, Cataucorum, Ceorum, Chalcidensium in Italia, Chalcidensium in Thracia, Chiorum, Cianensium, Glazomeniorum, Cnidiorum, Colophoniorum, Coorum, Corcyracorum, Corinthiorum, Crotoniatarum, Cretensium, Cythniorum, Cypriorum, Cyrenacorum, Deliorum, Delphicorum, Elcorum, Epidamnensium, Epirotarum, Erythriensium, Euboeisum, Gelporum, Gilensium, Heracleonitarum, Heracensium, Hestiaensium, Himeraensium, Iapygium, Istronsium, Lacedaemoniorum, Larissacorum, Leontinorum, Leucadiorum, Locrensiisum, Lyciorum, Mantinensium, Massaliotatum, Megarensium, Meliensium, Methonensium, Milesiorum, Molossorum, Mytilenacorum, Naxiorum, Notiensium, Opuntiorum, Oraecensium, Orchomeniorum, Pariorum, Pelleniorum, Phocensium, Rheginensium, Rhodiorum, Samiorum, Samoethracum, Sicyoniorum, Sybaritarum, Syracusanorum, Tarantinorum, Tegeatarum, Tenediorum, Tyrrhenorum, Troezeniorum. Scripserat de rebus publicis etiam *Crisias* de quo *Casaubonus* ad *Athenaeum* XI. 3. nec minus *Dicaearchus*, vide quae viri docti ad *Ciceronem* II. 2 *Epist.* ad *Atticum*. Quae de Graecorum politiis ad calcem *Nicolai Cragii* de republica *Lacedaemoniorum*, et ad calcem *Variar. Aeliani* historiarum in antiquis editionibus leguntur sub nomine *Heraclidae* Pontici, non respublicas integras describunt, sed singulos quosdam ritus vel mores rerumpublicarum quarundam adnotant. Eiusdem generis sunt, quae sub *Nicol. Damasceni* nomine de rebuspublicis leguntur, et ex *Stobaei* sermone 42 sunt excerpta, atque ab *Daniele Heinsio* subiecta praeclarae editioni *Politico*rum *Aristotelis*, et recusa tomo VI. thesauri antiquitatt. *Gronouiani*. Inter recentiores *Bartholomaeus Keckermannus* in *systemate* *systematum* tom. 3. post corpus politicum exhibet exercitationes quatuor 1) de principatu seu monarchia *Persarum* (de qua diligentissime *Barnabas Briffonius*) 2) de sexaginta rebuspubl. priscis, in qua non quidem iustae harum descriptiones, sed de singulis earundem vnus alterue mos vel lex vna alterue memorata *Aristoteli*, *Heraclidi*, *Nic. Damasceno*, a *Keckermanno* *Politici*s animaduersionibus illustrata: 3) de republica *Atheniensis*, et 4) de *Spartana* paullo diligentior tractatio. Post hunc *Vbbo Emmius* tom. 3. *Graeciae Veteris*, seorsum pluribus vicibus editae et tom. 4. thesauri *Gronouiani* recusae descripsit respublicas *Atheniensium*, *Lacedaemoniorum*, *Carthaginensium*, *Cretensium*, *Argiuorum*, *Thebanorum*, *Corinthiorum*, *Syracusanorum*, *Corcyreorum*, *Samiorum*: *Chiorum*, *Rhodiorum*, *Achaeorum*, *Aetolorum*, *Acarnanum*, *Epiri*, *Massiliensium*, et *Locrensiisum*. De republica *Carthaginensis* collegit nonnulla in *Carthagine* sua *Christophorus Hendreich*, *Francof.* ad *Oderam* 1664. 8. Cui addas auctores historiae vniuersalis T. XV. pag. 223. Interpretationis Germanicae. De *Atheniensium* republica libri IV. *Caroli Sigonii*

genii cum libro eiusdem de rebus Atheniensium ac Lacedaemoniorum chronologicè digesto prodierunt in octi alijs quibusdam Sigonij scriptis, Hanov. 1611. fol. et recusi sunt in tom. V. antiquitatum Graecarum, ubi etiam occurrit *Guilielm. Postellus* de republica et magistratibus Atheniensium, *Antonij Thyfis* de republ. Atheniensi diss. politica, et *Achaia versus Martini Schockii* qua eius situs, antiquitates, respublica, reges, tyranni, leges, et bella describuntur. Idem Gronovius tom. 4. recudi fecit *Io. Meursii* de tribubus et pagis Atticae librum cum luculentis *Jac. Sponii* ex eius itinerario supplementis; Meursii regnum Atticum siue de regibus Atheniensibus, et Archontes Athenienses auctoris supplementa quaedam ad hos libros ex eius chirographo in praefatione ad illum tomum a Gronovio exhibentur. In tomo 5. eiusdem thesauri, recusi existant Meursii Pisistratus siue de regno Pisistrati liber auctior, et liber de regno Laconico. Rationes veteris reipubl. Atheniensis insigniter illustrat *Ioan. Vincentius Luchesiinus* in notis historicis ad Demosthenis XII orationes de republica ad Athenienses habitas. Romae 1712. 4. Integrum de republica Atheniensium commentarium promisit Vir in hoc studiorum genere versatissimus *Ioan. Taylorius* lectionum *Lysiae* pag. 507. De factis reipublicae Atticae quae existant dissertationes *Israelis I. Nesselii* et *Laur. Arxhenii* Vpsal. 1722. editae. In eodem tomo V. thesauri Gronoviani recusi sunt *Nicolai Cragii* Ripensis de republica *Lacedaemoniorum* libri 4. pereruditi post editionem Genev. 1593. 4. et Lugd. Bat. 1670. 8. auctiores atque emendatiores, Ioannisque Meursii libri totidem *Miscellaneorum* Laconicorum, quibus Cragius passim suppletur vel confirmatur. Ceterum falli eos qui non Cragium sed Cuiacium librorum illorum auctorem faciunt, ostendit *Henr. Ernstius* in observationibus lib. 2. cap. 27. Denique in eodem tomo 5. habes Meursii fortunam Atticam siue tractatum brevem de factis reip. Atheniensis, ex chirographo auctoris locupletatum. In T. VI. thesauri Gronoviani occurrit *Iosephi Laurentii* disquisitio de rebuspublicis, suffragiis, conciliis, accusationibus et tormentis veterum, ex *Polymathia* eius excerpta. *Leonb. vero Aretini* rerum Graecarum liber ad Angelum Acciajolium; qui in eodem tom. obuius est, praecipuarum Graeciae ciuitatum casus ruinas et mirificas conuersiones complectitur. Habentur etiam tomo VI. thesauri Gronoviani *Ioachimi Stephani* de iurisdictione veterum Graecorum ex eius libro

³ Inter Archontes nouem Athenis vnus tantum erat *hwtropos* siue cuius nomen eo anno annotabatur in factis, vt docet praeter alios *Philo* lib. de Abrahamo pag. 275. Confer veterem inscriptionem in *Montfauconi* palaeographia pag. 149. et *Antonium van Dale* antiquitat. e marmoribus pag. 203 sq. Archontes Eponymos ordine alphabetico exhibimus supra pag. 284.

de iurisdictione Iudaeorum, Graecorum, Romanorum et Ecclesiasticorum, Francof. 1604. 8. et *Isachimi Perizonii* de magistratibus Graecorum Romano-
rumque libri 3. editi pridem Parisi. 1560. 4. At Persei Stoici (qui apud
Athenaeum corrupte Saeus) opus de republica Lacedaemoniorum intercidit,
de quo Ioan. Ionsius pag. 11. de scriptoribus hist. philosophicae. Sed post
Cragium, Meursium, Keckermannum, et Vbbonem Emmium (ne de ve-
teribus dicam Plutarcho et Xenophonte) de *republica Lacedaemoniorum* viden-
dus etiam *Guilleterius* in Lacedaemone veteri et noua, gallice edita: uti de
Athenis harumque fortuna idem Guilleterius Franciscusque Fanellus, ut
omittam diatribam quam de republica Laconica, Wittbergae vulgavit Hen-
ricus Theophilus Schneiderus; perpaucis constantem foliis. *Wilhelmum Bos-
sardum* de magistratibus *Atheniensium* quem laudat D. Io. Conradus Dieteri-
cus in antiquitatibus biblicis V. T. pag. 569. et *Antonii Montecatini* veterum
ferumpublicarum antiqua fragmenta, cum eius commentario ad Platonem de
republ. et legibus, Ferrariae 1595. fol. edita haud vidi. *Postelli* vero librum
eius argumenti etiam cum notulis suis recudi curauit Ioan. Frider. Hekelius,
Lipsi. 1691. 8. De Prytanibus Graecorum agit *Ezech. Spanhemius* in tractatu
quem Clariss. Graeuus tomo V. thesauri sui inseruit. *Antonius* item *van Dale*
in diss. ad antiquitates ex marmoribus illustrandas editis, ubi etiam de Agono-
thetis, Principibus Sacrorum, Stephanophoris et similibus. *Edwardus Cor-
snius* Fastor. Atticor. dissert. 6. in qua de Atheniensium senatu, et ecclesiis,
de prytanibus, proedriis ac epistatis illorumque muneribus ac varietate dispu-
tat. Et *Ellas Blanchardus* in commentatione de origine et muneribus Pryta-
num et de Prytanis T. IV. histor. acad. inscript. pag. 89 sq. *Idem* eodem
T. IV. laudatae historiae p. 79 sqq. singulari commentatione egit generatim
de tribunalibus Athenis constitutis, et pag. 106 sq. de Heliastis, tribunalis
quadam apud Athenienses specie. De Delphinio, Atheniensium tribunali,
egit Iacob. Henricus Bornius, in commentatione Lipsiae 1735 euulgata. De
Atheniensium magistratibus consulatur quoque *Ged. le Cointo* praefat. ad ver-
sionem gallicam orationis Demosthenis contra Leptinen, Gotingae et Lugd.
Batav. 1756. 8. editam, et *Wilhelmus Possardus*, adiectus Zamossii libro de se-
nato Romano, Argentorati 1608. 8. p. 425. et insertus Clausingii iuri publi-
co Romanor. T. 3. pag. 313. Apud Daleum paullo ante laudatum, et Ioan.
Schilterum opere mox laudando; tum etiam Andream Morellum in specimi-
ne rei numariae pag. 27 sq. et Ioan. Valentem in Numismatibus Graecis im-
pera-

⁶ De *δοκιμασία* magistratuum apud Athenienses siue probatione vitae eorum, morum-
que vide Boeckleri diss. T. 2. pag. 942 sq. ad Lyfiae orat. 15 et 30. De officiis diuerso-
rum diuersis Suidas in *ἡγεμονία*.

pesatorum p. 227 sq. plura videri possunt de *Roma* siue variis communitatibus urbium Graeciae, Asiaeque. De communi Ionum Bandurius T. I. Numismat. pag. 64.

VILE De corpore foederato *Achaeorum* ex Polybio et aliis agit *Io. Schellius* libro secundo de coalitione populorum ac rerum publicarum pag. 101 sq. et *Martinus Schoockius* in *Achaia vetere* tom. 5. thesauri antiquitatum Graecarum, qui c. 24. foedus Achaicum confert cum Belgio foederato. Vti cum eodem corpore formam reipublicae nostrae Romano Germanicae comparant *Iacobus Godofredus*, *Hermannus Conringius* et alii, praesertim *Io. Ludovicus Praefchius* in assertionione reipublicae Achaicae, eiusdemque cum germanica comparatione, Ratisbonae 1686. 4. de quo libris vide sis acta Eruditor. Lipsiens. anno 1687. p. 99. De corpore *Aetolorum* idem Schellius, p. 130 sq. cuius libri III. de coalitione populorum ac rerum publ. prodierunt Hagae Comitum 1661. 4.

IX: De magistratibus urbis Romae datum in libertate ciuitas fuit; *Iani Guilielmi* libellus post editionem Rostochiensis anni 1597. 8. recusatus est plus simplici vice in *Petri Scriuerii*, reipublicae romanae et T. III. thesauri Sallengeriani. *Ioannis Kirchmanni* opus non paucis constans foliis de magistratibus Romanorum adhuc *ambrosio* videtur in Bibl. Gudiana, cuius *απόψη* etiam est apud Cl. amicum et conuictissimum collegam nostrum *Michaelem Richey*, gymnasii nostri per 43 annos. Professorem praecleara meritum. Alioqui de magistratibus Romanorum praeter *Perionium* supra laudatum noti sunt *Andreas Dominicus Floccus*, cui libellum sub falso *Lucii Fenestellae* nomine saepius editum recte restituit *Aegidius Wiffius Brugensis* Antw. 1563. 8. licet *Robo Borragio* illum *Robroelii* tribuere mallet. Tum *Julius San Sauerinus*, *Pomponii Laeti* nomine notior, et *Henricus Bebelius* Argent. 1513. 4. qui cum *Flocco*, *Laeto* et *Kolaterrasi* iis quae lib. 29. commentar. *Urbanorum* de hoc argumento scripsit, legitur ad calcem antiquitatum Rom. Philippi Caroli: *Andreas Alciatus* de magistratibus ciuilibusque et militaribus officiis, T. IV. operum: *Petrus Faber* Ictus itidem doctissimus, cuius tractatus de magistratibus Romanorum (consulibus maxime) legitur ad calcem lib. 2. *Semestrum*: et T. III. Thesauri Sallengeriani: *Petrus Poisson* de veteribus et nominis magistratibus et dignitatibus pop. Rom. gallice, Paris. 1583. 8. *Claudius Praenotius* de magistratibus pop. Romani, Lausannae 1579. 8. *Ioan. Pyrrhus*, cuius lib. III. de magistratibus Romanis exstant in *Oceano iuris*, siue tractatu tractatum.

Venet. 1584. fol. tomo L. *Georgius Vanchepis*, Scorus, Rom. 1795. secus. in Petri Scriuerii republ. Romana, et T. III. Thesauri Sallengriani: *Scipio Gentilis* in libro de iure publico populi Romani, Altdorf. 1662. diff. 1. de quo libro vide sis Clariss. Struuii Bibliothecam antiquam tomo 1. pag. 405. *Friedricus Hotomannus* tomo tertio operum et tom. 2. thesauri Graeviani: *Guerinus Pifo* de Romanorum et Venetorum magistratuum inter se comparatione. Patavii 1563. 4. et Lipsiae 1669. 8. *Augusti Campiani* libri duo de officio et potestate magistratuum Romanorum et iurisdictione, Genuae 1725. 4. *Bernhardi Oricallarii* commentarius de magistratibus Romanorum veterum ex libro Mspto Florentino editus a V. C. Ioan. Ern. Irman. Walchio, Lips. 1752. 4. vt scriptores generales antiquitatum reipublicae Romanae praetereamus, *Onofrium Panvintum* tom. 1. Graevii, *Wolfgangum Lazium*, aliosque: nec non libellum ex *Iusti Lipsii* scriptis de magistratibus Romanis collectum, qui in Antonii Thyfir Roma illustrata, Petri Scriuerii republica Romana, et Clausingii iure publico Rom. plus semel prodit.

X. *Regum Albanorum et Aeneadarum Dynastiam et successionem* ante Romulum, illustrat Carolus Neapolis ad Ouidii fastos pag. 159. et Theodorus Rycquius de aduentu Aeneae in Italiam pag. 453. A regibus Romanis prouocationi locum fuisse ad populum, Cicero, Liuius lib. 1. cap. 26. et Seneca Epist. 108. dubitare nos non sinunt, licet hoc neget Scipio Gentilis libro iam laudato, diff. 1. §. 3. et Ioan. Henricus Boeclerus de Roma sub VII regibus Romanorum, tom. 2. diff. pag. 494. De senatus auctoritate etiam sub regibus vide quae viri docti disputarunt ad Ciceronis orat. in L. Pisonem cap. 10. T. V. edit. Graevii p. 643. Ad politicas rationes Romanae sub regibus infantiae intelligendae faciunt quoque inprimis *Nic. Machianelli* libri 3. dissertationum ad librum primum T. Liuii, Italica primum lingua ab auctore scriptae, et deinde in Latina etiam Gallicaque lingua saepius editae. *Ioannis Schefferi* Regnum Romanum, siue Exercitationes 7. politicae ad Liuii lib. 1. Vpsaliae 1665. 4. *Casparis Facii* Politica Liuiana. Altenburgi 1617. 4. *Marci Zueri Boxhornii* dissertationes XVI. de Imperio Romanorum cum observationibus Ioan. Schmideli editae Ienae 1664. 12. et *Henrici Benedicti Richteri* Res Romana exemplar. Lipsiae 1747. 4. Rationes Reipublicae Romanae compendio perspicere licet ex libro saepius recuso, et tironibus inprimis commendando *Petri Iosephi Camellii*, S. I. Selectas quaestiones de Romana Rep. magistratibus, legibus et iudiciis Romanis illustravit *M. Antonius Ferratius* libris tribus Epistolarum, vulgatis Patavii 1699. 8.

Conspectum pleniorum singulorum *Magistratum* 7 Romanorum, maiorum minorumque, ordinariorum et extraordinariorum exhibet Onufrius Panuinius lib. 1. de Ciuitate Rom. c. 56. T. I. thesauri Graeuiani, et Hubertus Goltzius in Thesauro rei antiquariae pag. 163 sqq. vbi magistratum et dignitatum officiorumque publicorum nomina ex numis et inscriptionibus ordine alphabetico refert. De *Consulibus* qui ab A. vrbs 244. post exactos reges annui centuriatis comitiis creari coepti sunt bini, et quorum eadem paene potestas quae Regum, videndus in primis Petrus Faber ad calcem libri 1. Semestrium. Tum Albertus Mazolenus in numismata aenea selectiora maximi moduli e museo Pisano, P. 1. animadv. 6. Denique singulae dissertationes Ionae Sundelii. Vpsal. 1658. 8. Christi. Frid. Franckensteinii. Lips. 1660. Christi. Klengeii. Witteb. 1663. Iac. Arrhenii. Vpsal. 1705. 8. Christi. Henr. Hausotteri. Lips. 1748. Singularis eorum praerogatiua, vt quemadmodum Athenis ab Archonte, ita Romae a Consulibus anni nominarentur: quod factum etiam sub Imperatoribus est vsque ad annum Christi 541. (vrbs 1292.) ex quo Imperatorum annis tempora signata sunt; Iustiniano ita iubente, suafu vt volunt Triboniani. Atque ex quo consulatus a Iustiniano abrogatus est, semel nec pluries processisse Imperatores notauit Caugius ad Chronicon Paschale p. 606. Vti vero Athenis Archontes quidam non erant *ἐπώνυμοι*, ita Romae consules medio suffecti anno in fastis non nominabantur. Ita primo statim anno post eiectum Tarquinium, quinque fuere Consules, vno abeunte in voluntarium exilium, altero occiso, tertio morbi vi hausto, sed a duobus primis tantum Bruto & Collatino annus nominatur. Non mediocres vero inde in veteri historia et chronologia constituenda tenebrae, dum scriptores modo ordinariorum tantum et *ἐπώνυμων* rationem habeant, modo etiam suffectorum. Vide Reinesii Epistolas ad Rupertum pag. 48. 445 sq. Consules suffecti vocantur etiam *suffragatores* apud Sponium pag. 115. Miscell. De consulibus suffectis disserit Celeberrimus H. S. Reimarus in litteris ad Eminentissimum Card. Quirinum datis, quas is inseruit Epistolae ad Hieronymum Lagomarsinum, Brixiae 1749 editae. Consules, dictatores, censoresque temporum

or-

7 *Magistratum* potestas omnis in *Imperando*, quo spectat ius vocationis, prehensio- nis, animaduersionis, coercionis, in prouinciis etiam ius securium, vide Io. Gottl. Heineccii praefat. ad Ezech. Spanhemii orbem Romanum, et Celeberrimum Io. Aug. Ernesti in clauis Ciceroniana voce *Imperium*: in *Iure dicundo*, vide Gerhardi Noodtii libellum de iurisdictione, et eundem Ernesti clauis Cicer. voce *Iurisdicatio*: in *Referendo*, in *ἡ ἔκτασις*, vnde iura primae, secundae, tertiae relationis: in *Auspicando*, Cic. III. de legibus c. 3. 4. Conf. viri illustris Io. Iac. Masconii dissert. de iure auspicio apud Romanos, Lips. 1721. cap. 3.

Vol. 2.

K

ordine exposuit *Bartholomaeus Marlianus*. Rom. 1560. fol. Accuratius *Stephanus Vinandus Pighius* in annalibus magistratuum et prouinciarum S. P. Q. R. Antwerp. 1615. fol. et varii tom. XI. Graev. nec non *Onufrius Panuinius* in libris V. Fastorum a Romulo rege vsque ad imp. Carolum V. subiecta appendice in qua fasti imperatorum et consulum ordinariorum, a Caesare dictatore vsque ad Iustinianum Augustum, M. Verrii Flaccii Consularia et Triumphalia fragmenta, atque chronica *Cassiodori*, *Prosperi*, *Incerti* auctoris et *Marcellini Comitis*, Venet. 1558. fol. et Heidelbergae apud Commelin. 1588. fol. Exstant et fasti consulares ac triumphorum aetorum a Romulo vsque ad Imp. Tiberium illustrati commentario *Caroli Sigonii*, Venet. 1556. fol. et Tom. 1. Operum eius Mediolani 1732. fol. iunctim editorum. Alios fastos consulares vsque ad annum vrbis 1107. ex codice MS. Bibl. Caesareae vulgavit *Henricus Noris* ad calcem libri de anno et Epochis Syro-Macedonum Lips. 1696.4. Eisdem cum Norisii diff. ad illos fastos et illius epistola consulari, in qua ex antiquis inscriptionibus et aliis monumentis Onufrius⁸ subinde castigatur, habes etiam in tomo XI. thesauri Graeuiani. Non omittendi etiam fasti Liuiani *Eliae Constantini Trewenschroeder* ab vrbe condita ad annum vrbis 742. Gedani 1675. 4. et quae de consulum successione constituenda et ferie ac nominibus et praenominibus accurate exponendis monuerunt *Antonius Pagi* in diff. Hypatica siue de consulibus Caesareis Lugd. 1682. 4. *Baronius*, idem *Ragi* et *Samuel Basnage* in annalibus, *Tillemontius* in historia imperatorum, *Henricus Dodwellus* in chronologia Dionysii Halicarnassei, vt fastos ab Aegidio Bucherio, et cum chronico Paschali a Cangio editos, Io. Cuspinianum aliosque praetereamus. Nam de *Theodori Iansonii Almelouenii* fastis consularibus duplicibus, serie temporum et ordine alphabeti digestis instituto vtilissimo, Amstelod. 1705. 8. iam meminimus supra cap. VII. quales dedit etiam *Beniamin Hederichius Witteberg*. 1713. 8. sed annis vrbis conditae non adscriptis. *Christoph. Adami Ruperti* fasti consulares, quorum in Reinesii epistolis ad eum scriptis p. 663. mentio, non viderunt lucem. Neque praeter eundi sunt *Barthol. Marliani* Annales Consulium, Dictatorum Censorumque Romanorum vsque ad Tiberium Caesarem Romae 1560. fol. *Huberti Goltzii* Fasti magistratuum et triumphorum Romanorum ab V. C. ad Augusti obitum ex antiquis tam numismatum quam marmorum monumentis restituti. Item Catalogus Consulium post obitum Augusti vsque ad Iustinianum. Burgis Flandror. 1566. fol. et Antwerp. 1617. fol. *Petri Relandi* Fasti consulares in Codicem Theodosianum et Iustinianum, quos post Petri obitum vulgavit

⁸ Onufrium in praenominibus addendis saepius hallucinari, notauit etiam *Sirmondus* Tom. 1. Opp. pag. 856.

uit frater Hadrianus Relandus. Vltraiekti 1715. 8. De chronologia Consulium Romanorum confer M. Antonii Ferratii Epistolas, pag. 229 sqq. De Fastor. Romanorum formula, post Consulatum Chr. Gottl. Schwarzii dissertationem Altdorfii 1735 euulgatam. De diptychis eburneis, quibus Consulium nomina aureis inscribebantur litteris, quae cap. XIV. fusius recensibimus, vide praeter scriptores tum laudandos, Prosperum in peroratione libri de promissionibus Dei, Sirmondum ad Sidonii VIII. Epist. 6. et Henricum Noris de Synodo V. cap. 5. p. 23. Fastos eiusmodi *ὑπατάριος* vocat Chronicon Paschale pag. 381. De Consulibus honorariis et Codicillaribus, *καλουμένοις μένον*, quales sub Imperatoribus fuere ornamentis et praerogatiis aucti Consularibus, sine munere ac potestate, vide A. Pagi diss. Hypaticam pag. 70 sq. et Chr. Gottl. Schwarzium ad Plinii Panegyrii pag. 261. De potestate et regio Imperio Consulium (quorum ambo ad A. V. 388. Patricii, deinde alter e plebe Liv. VI. 42. Plutarch. Camillo pag. 151.) vide et quae post deperditos Marcelli et Vlpiani de officio Consulis viri docti ad Liuium IV. 2 et 3. Begerus ad Florum p. 87. Alexander ab Alexandro III. 3. Onufrius commentario ad lib. 1. fastor. pag. 57 sq. Petrus Iosephus Cantelius de Rep. Romana p. 248. De *Proconsulibus* confer Ioan. Nic. Funccii dissertat. de proconsulari dignitate in Conr. Ikenii symbolis litterariis Tom. II. pag. 581 sqq. et Christ. Henrici Haufotteri commentationem de eodem argumento Lipsiae 1748 editam.

XI. *Praefectos vrbis* Romae et CPoleos vsque ad A. C. 478. fastis suis Consularibus subiunxit laudatus *Almelouenius*, cum quo conferendus Catalogus, quem ex Mscto Bibliothecae Caesariae dedit Ioan. Georg. Eccardus in corpore scriptorum medii aevi T. 1. pag. 17. et Graeuus Tom. XI. thesauri A. R. p. 387. *Felix Constelorius*, Protonotarius Apostolicus, libro de praefecto Vrbis, Romae 1631. 4. recensus T. 1. thesauri Sallengriani p. 518. qui et ipse seriem praefectorum vrbis Romae addidit, eamque vsque ad A. C. 1630. produxit. De officio Praefecti vrbis, praecipue sub Imperatoribus, quales ex Maecenasii consilio apud Dionem LII. pag. 478. constituit Augustus, vide etiam Procopium historiae arcanae cap. 20. Sirmondum T. 1. Opp. p. 866. Guidonem Pancirollum notit. dignit. imperii occidental. cap. 3. Arnoldi Drackenbergii dissertat. de Praefectis vrbis, sub Petri Burmanni praesidio habitam A. 1704. et recusam Vltraiekti 1752. 8. et Ioan. Tobiae Krebsii commentat. de praefecto vrbis Romano. Lipsiae 1747. qui cum Graeuo ad Suetonii Augustum, cap. 37. contra Torrentium et Pancirollum affirmat, Praefectum Augusteum nouum fuisse magistratum, ab altero illo, Reipublicae liberae tem-

poribus creatum, longe diuersum. A Romulo vsque originem huius magistratus deriuat Tacitus Annal. VI. 11. De Praefecti vrbis iurisdictione in suburbicarias regiones⁹ intra centesimum milliarium de qua Cassiodorus VI. 4. Var. vide Salmasii Eucharisticam ad Sirmondum cap. 1. Praefectus vrbis iudicabat etiam de Senatorum et aliorum Romanorum caussis, quae in prouinciis mouebantur, Id. p. 23. In vrbe et agro Romano intra vicesimum milliarium habebat potestatem gladii, et merum imperium, extra urbem intra centesimum milliarium tantum pro iure magistratus poterat iubere iudicare. De Praefecto classis et orae maritimae confer Ezech. Spanhemium de vsu et praestantia numismatum T. II. pag. 183 sq. De Praefecto Praetorio consulatur Marci Antonii Surgentis Neapolis illustrata, vbi cum Vicerege Neapolitano confertur. Prodiit iste liber primum Neapoli 1597. fol. deinde ibidem 1602. sub hoc titulo: Aureus tractatus, Praefecti praetorio reliquorumque antiquorum magistratuum, cum Vicerege aliisque magistratibus nostri temporis comparationem instituens. Tum insertus est T. IX. Thesauri Italiae parti tertiae. Iac. Perizonii¹⁰ disquisitio de Praetorio, quum alibi, tum maxime in vrbe Roma eiusque praefecto. Lugd. Bat. 1696. 8. Iacobus Gutherius de offic. domus Augustae lib. 2. cap. 1 sq. Iul. Caesar Bulengerus de Imperio Rom. lib. 3. cap. 2. Laeuinus Torrentius et Isaacus Casaubonus notis ad Suetonium T. 2. p. 147 et 276. edit. Burmanni. Ioan. Henr. Boeclerus ad Herodian. lib. 1. cap. 9. p. 374. Petrus Faber Semestrium lib. 1. c. 1-3. Petrus Wesselingius lib. 2. variarum obseruationum capite vndecimo, et Ioan. Dan. Ritteri historia praefecturae praetorianae. Witteb. 1745. 4. Probe autem distinguenda est vocis Praetorii significatio, si de re urbana adhibetur ab ea quando de rebus prouincialibus vsurpatur. Priori enim sensu denotatur et locus, in quo Praetor ius dicit, et cohortium praetorianarum corpus; posteriori habitatio praesidium Romanorum in prouinciis. Vide Ioan. Tob. Krebsii libellum de vsu et praestantia Romana historiae in N. T. interpretatione. Lipsiae 1744. 8. p. 14. Prouincias Galliarum non nisi vnum habuisse praefectum Praetorio, qui dictus sit praefectus Praetorio Galliarum, et

⁹ Italiae regiones quatuor suburbicariae siue suburbanae fuerunt intra vicesimum lapidem, Piceni pars, Tusciae pars, Valeria, Latina; ceterae longinquae annouariae a Diocletiano, quae Vicario Italiae parebant, annonamque exercitibus conferebant, Picenum, Tuscia, Campanis, Samnium, Lucania Bruttiorum, Apulia, Calabria, Umbria, Flaminia, Venetia, Istria, Liguria, Aemilia, Alpes Cottiae, Rhetia prima et secunda, Sicilia cum Corsica et Sardinia.

¹⁰ Historia litis inter Vlicum Huberum et Iacob. Perizonium de origine et significatione vocis Praetorii agitatae recensetur in A. E. A. 1691. p. 327.

et quidem ita, vt sub vno hoc Galliarum nomine tres huius praefecti Praetorio dioeceses simul sint intellectae, Galliae, Hispaniae et Italiae, obseruat Celeberrimus Ioan. Casp. Hagenbuchius in epistola epigraphica de Diptycho Brixiano p. 67. Idem Vir Doctus p. 107. libri laudati disserit de praefectis Praetorio sub Marco Imperatore, et p. 112. de praefectis Praetorio sub Antonino Pio.

De *τυπταις* siue *Censoribus* populi Romani (quos binos ab A. V. C. 311. primum creatos fuisse constat) eorumque quinquennali per lustrum spatium durante potestate videndi Plutarchus in Paullo Aemilio p. 275. Onufrius ad lib. I. fastor. p. 87 sq. Iac. Perizonii dissertatio Lugd. Batav. 1697. 4. edita, quae recensetur in Ephemeridibus Parisiensibus anno 1698. p. 497. Gundlingiana Parte XVI. integra. Carolus Valesius de la Mare Tom. 1. Historiae Inscriptionum pag. 75 sqq. edit. Amstelod. M. Antonius Ferratius Epistol. pag. 102 sqq. De iisdem Censoribus agunt Alexander ab Alexandro III. 13. H. Dodwellus p. 627. praelect. Cambden. Georg. Eberlinus et alii ad titulum Pandectarum de origine iuris, Petrus Aerodius in Pandectis rerum iudicatarum, Christianus Thomassius in dissert. de censura morum cap. 2. Cuiacius XXIV. 7. Obseruat. et Ezech. Spanhemius T. II. de vsu et praestantia numismatum pag. 99 sqq. Addantur dissertationes Ioan. Mich. Dilherri, Ienae 1638. et T. 1. Eius dissertat. academicarum pag. 515 sqq. Ioan. Christfried Sagittarii. Ienae 1646. et in eius Otio Ienensi pag. 261. Petri Fontellii. Holmiae 1665. 8. Christi. Donati. Witteb. 1670. Laurentii Normanni. Holmiae 1686. 8. Magistratus fuit praecipuae auctoritatis, vt notauit Plutarchus in Flaminio p. 379. et in Camillo pag. 129. 135. Marcius Censorinus bis ea dignitate functus, inde lex ipso suatore lata, ne cuiquam illam plus quam semel capere liceret. id. Coriolano, sub init. (pag. 214. A.) Censoris perpetui honorem renuit accipere Augustus Dione teste LIII. pag. 521. (730. ed. Reim.) Postremi Censores e priuatis A. V. C. 732, fuerunt Paullus Aemilius Lepidus et L. Munatius Plancus. Idem ibid. Caesari minus honorificum fuit nomen Censoris, itaque a Senatu pronunciatum τῶν τρέπων ἐπιστάτης, Praejectus morum. Dio XLIII. p. 220. (350. R.) adde Spanhemium T. 2. p. 472 sqq. Idem placuit Pompeio. vide Pitiscum ad Suetonii Caesar. c. 76. Subcensores memorantur, Dioni Cassio LII. p. 478. (676. R.) Ad quem locum obseruat Cæl. Reimarus a Suetonio in Augusto cap. 37. sex eiusmodi censores commemorari, triumuiros legendi senatus, et triumuiros recognoscendi turmas equitum. In coloniis, Censorum officium obibant *Quinquemales*, vt obseruat Henrico Noris dissert. 1. Cenotaph. Pisan. cap. 5. De censoribus in coloniis videndus etiam est Spanhemius T. 2. de vsu numif-

matum p. 102. De *Censualibus*, qui fuerunt scribae publici, censuales tabulas conficientes, vide tit. 2. lib. 8. Codic. Theodosiani, et Herm. Conringium de studiis liberalibus vrbis Romae, p. 30 sqq. Praefecti morum apud Carthaginienfes memorat Nepos in Hamilcare cap. 3.

Primos siue Principes Senatus, qui proprie fuit is, quem Censor Senatum recensens primum legit, vide Plutarchum in Paulo Aemilio pag. 275. et Ernesti clauem Ciceronianam voce Princeps, refert Onufrius Panuinius lib. V. Faetorum pag. 96. ex quo patebit, falli Salmasium, qui de primatu Papae pag. 26. ait, Senatus principes censitos, qui nullum dum magistratum capefferant. Nulli enim senatus principes nisi censorii vel consulares. Augustus censuram gerens, *πρόκριτον τῆς γερουσίας*, appellari se passus est, Dio lib. 53. pag. 496. Similiter Tiberius; v. eundem pag. 607. et Pertinax Imperator, idem pag. 832.

De *Senatu Romano*¹¹, senatorumque diuerso pro diuersis temporibus numero, conuentibus; potestate, officiis et censu videndus *Paulli Manutii* liber Venet. 1581. 4. Colon. 1582. 8. et *Ioan. Sarri Zamoscii* libri 2. Venet. 1563. 4. Argentor. 1608. 8. Ambos Manutium et Zamoscium habes etiam T. 1. thesauri Graeuiani, et in Clausingii Iure publ. Rom. T. 2. p. 256. et T. 3. p. 1. His addi possunt *M. Antonius Maioragius* de Senatu Rom. Mediolan. 1516. 4. *Georgius Vauchopius* in laudato supra de magistratibus populi Romani opere. Auctor libri in Ephemeridibus Parisiensibus anni 1702. part. 2. pag. 218. et in Diario Londinensi The History of the Works of the Learned 1703. pag. 323. recensiti editique Gallice Paris. 1702. 12. sub titulo *le Senat Romain*, et recusi ibidem 1713. 8. sub titulo: *le Tableau de l'ancien Senat Romain*. Dissertatio de eodem argumento inserta memoriis Triuultinis anni 1703. mense Iunio pag. 425. *Petrus Danetius* in dictionario antiquitatum Graeco Rom. pag. 733 - 736. *Guilielmi Bellenden* Consul, Senator Senatusque R. e Cicerone descripti. Paris. 1612. 8. *M. Antonii Ferratii* Epistolae pag. 71 sqq. *Vertoti* Responsio ad difficultates ab illustri Stanhopio propositas, inserta secundae editioni Historiae reuolutionum in administratione Reipubl. Romanae, et separatim excusa Hagae 1721. 12. *Conyers Middletoni* liber anglice sub hoc titulo: *A Treatise on the Roman Senate*, Lond. 1747. 8. editus, qui germanice versus a Chr. Ern. a Windheim prodiit Gottingae 1748. 8. Italice Venetiis 1747. 8. et Gallice Amst. 1755. 8. *Thomae Chapmanii* liber itidem anglice sub hoc indice: *An Essay on the Roman Senate*, Cantabri-

¹¹ Velut Regum multitudo in vnum coacta, asyllum mundi totius, Valesius ad Ammian. Marcellin. XVI. 11. p. 129. In numis *ἱερά σύγκλητος*, *θεῖα σύγκλητος* apud Fustanifium pag. 128 et 97.

tabrigiae 1750. 8. editus. Observations¹² on 1. the Answer of M. P'Abbé de Vertot to the late Carl Stanhope's Enquiry concerning the Senate of ancient Rome, dated December 1719. 2. a Dissertation upon the Constitution of the Roman Senate by a Gentleman published in 1743. 3. A treatise of the Roman Senate by Conyers Middleton published in 1747. 4. An Essay on the Roman Senate by D. Thomas Chapman published in 1750. By M. Hooke. Londini 1758. 4. Dionysium Hookius scriptorem esse perhibet nulla fide dignum: ius enim creandi senatus primitus haud penes populum, sed penes Reges fuisse, quippe qui senatum legerint. Quam Hookii sententiam sub examen vocavit Anonymus edito hocce libello: A short Review¹³ of Mr. Hooke's Observations concerning the Roman Senate, and the Character of Dionysius of Halicarnassus. Londini 1758. 8. De relatione et sententia in Senatu dicenda consules Alexandrum ab Alex. IV. 11. Ioan. Frid. Gronouium lib. 1. Observationum cap. 22. et Octauium Ferrarium lib. 1. electorum cap. 10. Aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in sententias euntibus, plerisque verbo consentientibus, conditum est Senatus consultum. Vopiscus Aureliano cap. 20. Confer Laurentium Vallam libro IV. contra Barthol. Facium pag. 710. vbi illustrat illud Quintiliani in Declamat. *pedibus manibus tuimus in sententiam necessitatis*, et Chr. Gottl. Schwarzium ad Plinii Panegyricum pag. 376. Numerata suffragia, non ponderata, ita vt maior pars in sententiis valeret. Confer Iuretum ad Symmachi II. Ep. 36. Licuit senatoribus egredi relationem Consulii sententiam rogantis, et quod visum esset loco sententiae proferre. Vide Ioan. Frid. Gronouium Observat. I. 22. pag. 173 sq. De Senatus consulto per discessionem facto Fuluius Ursinus pag. 157. ad Caesarem post fragmenta Historicorum. De Scto. tacito Casaubonus ad Capiolini Gordianos c. 12. et Ern. Martin. Chladenius duabus dissertationibus Witteb. 1743. editis. De iis quae Senatus in religione decerneret, vel ad Pontifices reiceret, vide Iac. Gutherium lib. 1. de iure Pontificio cap. 33 sq. tomo V. thesauri Graeuiani. De censu senatorio, qui primo fuit octingentorum millium HS. deinde ab Augusto redactus ad quadringenta millia, tum ad decies millia, denique ad duodecies millia, vide Iac. Perizonii dissertat. de lege Voconia, et Graeuium ad Suetonium pag. 791. De aetate senatoria vide quae Viri docti ad Gellium XIV. 8. Senator siue Dominus vrbis magna fuit dignitas medio aevo. Vide Martenium T. 2. anecdotorum passim, et Christi. Guil. Franc. Walchii comm. de Senatore Romano medio aevi, Ienae 1753. 4. editam. De Patriciis, conscriptis, ascitis senatoribus con-

¹² Monthly Review Vol. XIX. pag. 187.

¹³ Monthly Review Vol. eod. pag. 310.

consule notas Ioan. Duiatii ad *Liuium* lib. V. cap. 12. De Patriciis sigillatim Ioan. Iac. Draconis de Patriciorum origine et iure libros III. Basil. 1627. 4. M. Antonii Ferratii *Epistolas*, pag. 92 sq. Octauiani Gentilii de Patriciorum origine, varietate, praestantia et iuribus libros IV. Romae 1736. 4. De Patriciis medii aevi egit Carolus Frideric. Pudor singulari dissertatione Lipsiae 1758 euulgata. Plures ex equestri ordine lectos notauit etiam Iosephus XIX. 1. p. 652. De ciuibus Romanis iniussu populi agere non poterat Senatus, vt docet *Liuius* XXVI. 33. vbi Plebiscitum: *Quod Senatus iuratus maxima pars censeat qui assidentis, id volumus censemusque.* Legatis externorum Principum Gentiumque Senatus dari solitus extra urbem in aedibus Martis vel Bellonae. Vide Dausqueium ad *Silium* pag. 274. De *Consilio Sapientum* quod in variis Italiae urbibus fuit veluti Senatus quidam inferioribus saeculis, videndus Felix Osius tom. 3. thesauri Antiquitat. Italiae Graeuiani p. 1040 sq.

De *Praetoribus* qui ius dicebant videndi Interpretes Pomponii in titulo Digestorum de Origine iuris. *Liuius* VII. 1. Alexander ab Alexandro II. 15. Wolfg. Lazius de Republ. Romana libro 2. Gerardus Noodt de imperio et iurisdictione, libro 1. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. p. 103 sqq. Ioannes Richey in vindiciis Praetoris Romani et iuris honorarii¹⁴ quas sub praesidio Gottl. Kortii Lipsiae 1730 defendit. M. Anton. Ferratius p. 105 sqq. *Epistolarum*. Caroli Gottl. Knorrii dissertatio de vsu practico I. R. de praetore et iudice pedaneo. Halae 1726 edita. De praetore peregrino consulatur Ioan. Henrici Mylii dissertatio Lipsiae 1732 euulgata. Franc. Carol. Conradi Parerg. p. 1 sqq. Comes de Guaasco Dissertat. historicopoliticolitterar. Tom. 1. diff. 2. De praetore *fiscali* commentat. edidit Carol. Acoluthus Ienae 1758. De *iurisdictione* Praetorum disserunt Car. Sigonius de antiquo iure P. R. I. 20 et II. 5. Ioan. Ern. Imm. Walchius ad Cellarii comp. A. R. p. 192 sq. et Corn. Maur. a Felde in diff. de iis, quae olim in iure apud praetorem peragebantur. Ultrai. 1749 edita. De iurisdictione sub Caesaribus Celebrerrimus I. A. Ernesti Excursu II. ad Suetonii Caesares. Cur actiones praetoriae *annales* sint disquisiuit Car. Ferd. Hommelius in commentatione Lips. 1756 in lucem emissa.

De *Tribunis plebis* eorumque annua potestate conferantur Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 3. et ibi Tiraquellus. Henr. Dodwellus Praelection. Camb-

¹⁴ Heineccium quum refutasset Richeius affirmantem *Histor. Iur. I. 69 sq. et Antiq. Iur. P. I. pag. 51.* Praetores edictis suis leges sub specie aequitatis eueritisse, ille in repetita editione *Historiae iuris* ad §. 70. et in *Historia Edictorum* pag. 100. Opusc. postumorum, Cortio qui iam in vitis esse desierat et Richeio summa cum iracundia respondit, castigatus a Rittero ad dictam H. I. paragraphum.

Cambden. pag. 417 sq. p. 573 sq. p. 680 sq. Iustus Lipsius lib. II. Elector. cap. 13. Ian. Vinc. Grauna de ortu et progressu iuris civilis lib. I. cap. 27. Onuphrius Panvinius de ciuitate R. cap. 69. Franc. Hottomannus lib. I. de magistr. Rom. T. II. Thesauri Graev. p. 1888. M. Anton. Ferrarius Epistol. p. 112 sqq. et Ioan. Nicol. Franckii dissertatio de Tribuno plebis. Jen. 1668 edita. Sicut legem de prouocatione ab omnibus Magistratibus ad populum tulit Valerius Publicola Consul, de qua vide notas ad Aurelium Victorem p. 91. edit. Clarissimi Pitisci, ita ab omnibus Magistratibus (excepto Dictatore) etiam ad tribunos erat prouocatio, quae tamen non longius valebat ab vrbe mille passuum, teste Liuius III. 20. neque tribuno moenibus vrbs egredi aut vna nocte abesse licebat. Vide Dionem lib. 49. pag. 284. Appianum lib. 2. Ciuil. p. 447. Ius intercessionis etiam Sulla iis reliquerat, teste Caesare I, 5 et 7. de bello ciuili, qui tamen potestatem eorum circumscriptis, et omnibus alijs rebus nudauit. Vide vitor. doctor. notas ad Vellei. Patere. II. 30. 4. sed restituit tribunos Pompeius in consulatu suo. Vide Plutarchus pag. 630. Appianus lib. I. Ciuil. p. 413. et lib. 2. p. 445. et Dio pag. 78. Quamuis vero a Dictatore prouocare non licebat, quam rem maximi momenti notat Plutarchus in Camillo p. 137. tamen idem in Antonio pag. 919. et in Fabio p. 179. docet etiam sub Dictatore sacrosanctam perinde vt alio tempore ¹⁵ ceteroqui fuisse tribunorum potestatem. De auctoritate tribunorum aduersus Pontifices adeundus Gutherius II. 10 sq. de iure Pontificio rom. V. Graev. vno autem tribuno plebis vetante, reliqui perferre nihil poterant, vt iterum docet Plutarchus in Graccho p. 828. A tribuno fas erat Consulem, nedum alios in carcerem mitti, vt eodem auctore constat p. 831. Appiano lib. 4. Ciuil. p. 598. et Dione p. 52. C. vnde *δημαρχίαν ἀναίρεσιν ὑπατισίας* vocat Coriolanus apud eundem p. 221. Fuerunt tribuni duo primum ab A. V. 261. tum quinque, id. p. 216. denique decem. (Liv. III. 30. et Diodor Sicul. XII. pag. 300.) IV Idus Decembris (non Calend. Ianuar. vt alii magistratus) dignitatem ingrediebantur teste Dionysio Halicarnassensi. Antequam munus suum deponerent, alios in proximum annum creare debebant, ἢ τοῦτο μὴ πρῶξαντες ζῶντες κατακαίειναι. Diod. Sicul. I. c. Ex eodem Plutarcho p. 829. 831. nouimus XVIII. tribuum (quae in vniuersum fuere XXXV.) suffragiis potuisse tribuno abrogari Magistratum, quod tamen ante Ti. Gracchum nunquam factum fuit. Porro falli eundem Plutarchum, quando Quaest. Rom. p. 283. Tribunos plebis Magistratibus accensendos negauit, quod praetexta et licioribus non vterentur, neque in sella curuli ius dice-

¹⁵ Tamen Tribuni plebis in carcerem ducti meminit Dio p. 141. D.

dicerent, docuit Io. Rualdus in observationibus ad illum scriptorem p. 128 sq. De iudiciis tribunorum plebis exstat commentatio Iusti Christi. Stuffii, Gotingae 1747. euulgata. De Tribunis plebis e Senatu lectis Lipsius II. 13. electorum, Vossius ad Velleii lib. 2. cap. 3. et H. Dodwellus praelect. 12. Cambden. et 19. vbi etiam de tribunatu Caesarum Augustorumque. Vide et A. Pagi criticam Baronianam tom. 1. pag. 104. Consuli quoque merentur de ista Augustorum Caesarumque tribunitia potestate, quam die, quo auspiciabantur imperium, suscipiebant, et anniuersario illo die recurrente iterum renouabant Imperatores, Christi. Gottl. Schwarzii dissertatio, Altorfii 1715. Eiusdemque dissertationes de numeranda tribunitia potestate Augustorum Caesarumque Romanorum; ibid. 1721. et de antiqua numeri senarii nota *ἐπίσημος* dicta. ibid. 1723. in qua duae exhibentur tabulae, in quarum altera numeri tribunitiae potestatis et consulatum M. Vlpii Traiani Imperatoris, altera T. Aelii Antonini Aug. Pii secundum fastos veteres sunt digesti. Adde Ezech. Spanhemium de vsu numismatum T. 2. pag. 424 sqq. et p. 430 sq. vbi Harduini commentum de duplici Imperatorum tribunitia potestate, in exercitiis et prouinciis, refellit.

De *Quaestoribus urbanis, rariis*, (qui primus Magistratum gradus obiri legitime poterat anno aetatis XXV.) idem Alexander agit II. 2. et Franckensteinus in dissert. de aerario populi Romani pag. 668 sq. in Syntagmate Graeuiano: Scaliger ad Festum in *Quaestor*, vbi etiam de quaestoribus paricidii, qui capitales res quaerere poterant. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum p. 169 sqq. vbi etiam de Quaestoribus siue Propraetoribus prouincialibus et Proquaestoribus p. 166. Henric. Dodwellus Praelection. Cambden. p. 362. Franc. Hottomannus lib. 1. de magistr. Rom. T. 2. thes. Graev. p. 1884. Claudius Praenotius de magistr. Rom. p. 1884. M. Anton. Ferrarius pag. 112 sqq. Epistol. Erh. Reuschii dissert. de P. R. quaestoribus et potissimum aerariis. Helmst. 1725. Et Lipsius ad Taciti XII. Annalium, vbi etiam de constitutis in eorum locum ab Augusto praetoribus aerarii, de quibus vide ad Alexandrum II. 15. Confer et Procopium Historiae arcanae cap. 20. pag. 59. A. V. C. 716. primum Consules singuli binos Quaestores habuerunt, vt notat Dio XLVIII. pag. 383. A. Nam quod A. V. C. 334 fuerat relatum, vt praeter duos Quaestores urbanos crearentur duo alii, qui Consulibus ad ministeria belli praesto essent, res illa tunc est omissa, quia tribuni plebis partem ex plebe fieri volebant. vide Liuium IV. 43. De Quaestoribus *candidatis*, qui epistolis principis, in senatu legendis, praerant confer Guid. Pancirollum in Notitia dignitat. Imperii orientalis c. 73.

AEDILES, VIGINTI VIRI, DICTATORES. 718

De *Aedilibus* siue ἀγορευόμεοις et ἀξυνόμοις Romanorum, viri docti ad Pomponium de origine iuris et Tiraquellus ad Alexandrum ab Alexandro libro IV. cap. 4. Lipsius ad Senecam de vita beata cap. 7. Casp. Zieglerus de edicto aedilitio pag. 773 sqq. dissertationum selectarum. Ioan. Augusti Olearii diss. de Aedilibus Romanorum, Lipsiae edita A. 1692. et Euerardus Otto libro erudite de Aedilibus Coloniarum et Municipiorum, Francof. 1713. et Ultra. 1732. 8. quo in libro pleniorē insuper Aedilium qua plebetorum qua Curulium Historiam promisit, vna cum vberiore tituli Digestorum de edicto Aedilitio explanatione. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. pag. 143 sqq. Io. Christ. Gott. Heineccii florū sparso ad edictum aedilitium. Halae 1738. 4. Incendiorum, vt et ludorum atque spectaculorum curam ad aediles spectatē constat ex Dione pag. 513 et 514. Aediles *cereales* a Iulio Caesare instituti fuerunt, teste Dione lib. 43. pag. 239. vt frumentū praecessent, iisque cura ponderum et mensurarum, ne qua fraus in iis esset, demandata est.

De *viginti viris* quibus maiores in Senatu honores patebant, triumuiris capitalibus, triumuiris monetalibus, quatuoruiris viarum curandarum, et decemuiris quos iudiciis centumuiralibus praefectos memorat Dio LIV. p. 540. vide Io. Massonum in Ouidii vita p. 56 sq. qui vigesimo iam aetatis anno vigintiuiratum datum obseruat.

XII. Inter Magistratus maiores extra ordinem constitutos summus erat *Dictator*, de quo Alexander ab Alexandro lib. 1. c. 6. Ioan. Ienius in ferculo litterario cap. 8. pag. 112 sqq. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. pag. 171 sq. Viri docti ad Velleii H. 28. et dissertationes Io. Christfr. Sagittarii, Ienae 1648. rec. in eius Otio Ienensi pag. 346. Godofr. Straussii. Witteb. 1667. Ioan. Roeferi, ib. 1668. Io. Olearii Lips. 1669. Christi. Hoffmanni, Ienae 1670. Vir. Obrechtii. Argent. 1677. rec. in eius dissertat. academic. p. 388. Io. Paulli Felwingeri. Altorf. 1678. Ioan. Jac. Mülleri. Ienae 1682. Causae, ob quas creatus est dictator, annotantur a Goltzio pag. 164 sq. thesauri rei antiquariae: octo Ienius loc. cit. obseruat 1) *rei gerendae*, vnde eum ἀυτοκράτορα πολέμων vocat Diodorus Siculus XIX. p. 713. 2) *comitiōrum habendorum*, 3) *quaestionum exercendarum*, 4) *clausi figendi*, 5) *serlarum constituendarum*, 6) *explendi senatus*, 7) *sortiarum Latinarum*, 8) *ludorum*. Primam, secundam, quartam et octauam iam Nicol. Gruchius lib. 1. de Comititiis cap. 2. obseruauerat. Dictus olim *Magister populi* teste Festo in optima Lex, et Seneca Ep. 108. Et vere Magister non populi modo, sed etiam Senatus, ac sine prouocatione fuit, omnibus interim Magistratibus

nibus cessantibus, nisi quod tribunorum tamen potestas sub eo etiam sacrosancta, ut iam ex Plutarcho notavi, et Sacerdotes sacrificiorum causa ipsum si Roma abesset in urbem revocare poterant, ut idem Plutarchus docet in Fabio p. 176. De primo dictatore omnia incerta, ut faterur Livius II. 18. ad annum urbis 253. Inscriptio vetus reperta Aretii: *M. Valerius Volufi F. . . Maximus Dictator Augur primus &c.* Vide *Memorias Treuultinas* 1721. p. 540 sqq. Camillus quinque dictator, et qui quatuor vicibus triumphavit, Consul tamen nunquam fuit. Plutarch. in eius vita f. 129. neque fuit ante Camillum Dictator ullus ultra sex menses id. f. 144. F. Nec Dictatori licebat equo vehi populi iniussa. Liv. XXIII. 14. et Plutarch. Fabio 175. Consulem ipsi sine lictoribus fascibusque oportebat occurrere, et ipse procedebat cum XXIV. fascibus. id. pag. 176. Magistrum equitum ipse dicebat, quem poterat indicta causa in carcerem mittere et supplicio afficere p. 179. Bis tamen factum ut Dictatoris et Magistri equitum auctoritas sequeretur. Id. Antonio p. 919. Non a populo autem nec Senatu, sed a Consule vel Praetore siue Stratego Dictator dicebatur siue eligebatur. Quod si Consules de dictatore creando dissiderent, plebiscito res definitur. Plutarchus Marcello pag. 312. Prodictator creatus bello Punico secundo, absentibus Consulibus, Q. Fabius Maximus. Livius XXII. 8. De Dictatore municipali observationem Casp. Barthii e MScro edidit Christi. Schoetgenius. *Dresdae* 1738. 4.

De *Decemviris* Legum ferendarum, qui itidem sine provocazione erant, sed post biennium abrogati sunt, vide *Livium* III. 39. *Dionysium Halic.* lib. X. sq. *Onufrium* ad fastos anni urbis 303. *Georg. Goezii* dissertat. de *Decemviratu* legibusque decemviralibus Romanorum. *Ienae* 1670. *Io. Nic. Funccii* de *Decemvirum a Romanis creandorum* diuersa ratione, quae legitur pag. 309. *Eius* dissertat. *academic. Lemgoviae* 1746. 8. edituram, et *Caroli Ludov. Vossharti* *historiae decemviratus* *ἑπονομαστικῆς* quaedam ex *Livio* et *Dionysio*. *Lips.* 1736.

Omnia alios Magistratus sigillatim commemorare, de quibus laudati §. IX. scriptores consuli possunt. De *Praesidibus Prouinciarum* et qui illis adiuncti erant, videndus *Onufrius* in *Imperio Romano* et *Carolus Sigonius* libro secundo de iure prouinciarum, ille primo, hic secundo tomo thesauri *Graeuiani*; *Bergierius* lib. IV. de viis Imperii Romani cap. 17. et 28. *T. X. Graev.* *M. Antonius Ferratius* *Epistol.* pag. 126 sq. *Wilh. Henr. Brukneri* dissert. de *Praesidibus prouinciarum apud Romanos*. *Ienae* 1698. et *Guilielmi te Water* dissert. de consilio Praesidum in Prouinciis, inserta T. 2. *Miscell. Duisburgensium* p. 51 sqq. De *Proconsulibus* et *Praesidibus* differentia

videatur Cuiacius XX. obf. 37. De Procuratore Caesaris exstat Gottfr. Mafcouii dissertatio Altorfii 1724 edita. De Correctoribus Imperii Romani Sigism. Frid. Drefigii commentatio, Lipsiae 1739 euulgata est. De *Duumviris Coloniarum* Aedilibus, Quaeſtoribus, Decurionibus Henricus Norifius Cenotoph. Pifan. diff. 1. cap. 3. qui etiam de Coloniarum Patronis videndus diff. 2. cap. 7. De *Decurionibus* figillatim differit Scipio Maffei P. I. Veronae illustratae pag. 169. et Ioannes Lamius in obseruationibus in antiqua tabulam aeneam Decurionum nomina et descriptionem continentem. Florentiae 1745. fol. in quas stricturas euulgauit Anonymus in *Lettere critiche scritte da un Accademico Fiorentino à un Accademico Etrusco sopra l'osservazioni fatte à una Tavola di Metallo, che si conserva in Firenze nel Museo Riccardiano.* Luccae 1745. 4. De ornamentis Decurionalibus disseruit Christian. Ludov. Scighitz in Epistola ad Christi. Guil. Küstnerum Lipsiae 1743. 4. aduersus Pancirollum ostendens, ad illa quoque ius conuiuia publica municipiorum frequentandi esse referendum. Magistratus municipales Graecis scriptoribus dicuntur *ἀρχοντες* et *στρατηγοί* vt notauit Valesius ad Ammiani lib. 31. De magistratibus colonicis et municipalibus accurate commentatus est Onufrius Panuinius II. 12 et 31. Antiquitatum Veronesium. Fuere illi: *Duumviri, Duumviri quinquennales, Decuriones, Patroni, Decuriones quinquennalicii, ab lecti, duumviralicii, Quaeſtoricii, Pedani, Praetextati, Quinquoprini, Vingtuprini, δεκάπρωτοι, ἐκκοτάπρωτοι, τριπύχοι, Quinquennales;* vide Abbatis Damadeni expositionem tabulae veteris Canusii repertae, quae exstat T. IX thesauri Italiae parte V. Ipsam tabulam exhibet Sponius Misc. p. 280. Adde Fulv. Ursinum pag. 195 sq. ad Caesarem post fragmenta Historicorum. *Iuridicos conuentus* in vna prouincia Baetica Romani habuere quatuor teste Plinio III. I. H. N. in citeriore Hispania conuentus septem, III. 3.

XIII. De inauguratione et vnctione Regum Hebraeorum praeter Schickardum in iure Regio fufe et ex instituto agit *Fortunatus Scacchus* in Myrothecio praecipue tertio, *Balthasar Scheldius* de oleo vnctionis sacro ex Hebraeorum antiquitatibus, Argentorati 1665. 4. *Simeon de Mujs* ex Abarbanele ad Exod. XXX. *Ioan. Buxtorfus*, Nepos, in dissert. de vnctione regia, p. 45. Dissertationum varii argumenti. *Dan. Weimarus* in dissert. de vnctione sacra et inaugurali Hebraeorum. Ienae 1677. *Ioan. Palmroot* de sollemni inauguratione Regum Hebraeorum. Vpsal. 1699. *Dan. Lundius* in dissertat. de vnctione Regum Hebraeorum. Vpsal. 1707. 8. *Ioan. Hagerus* in dissertat. de vnctione Regum. Witteb. 1716. *Ioan. Conr. Clasingii* *Vnctione* vsus de vnctione sacra typicoumbatili. Lemgov. 1718. 4. *Ioan. Meyeri* animaduersiones

ad illam *didoneſm*. Harderonici 1718. 4. *Clafingit* vindiciae, quae infertae sunt Relationibus innoxiiis 1719. p. 866. *Ioan. Vdalrici Trefenreuteri* diſſertatio epiftolica de ritibus in regibus Hebraeorum inaugurandis adhiberi ſolitis; quae exhibetur p.96. memoriae Trefenreuterianae, a Io. Paulo Roedero Norimb. 1745. 4. editae, et Bibliotheca Bremeniſis T. 1. pag. 936 ſqq. Nec Prophetarum, qua Prophetarum ſed Sacerdotum hoc fuiſſe officium, ex aliarum gentium uſu probat Scacchus c. 49 et 50. Oleumque ſacrum cuius effuſione operto capite inaugurati ſunt, diuerſum fuiſſe ab eo quo conſecrati ſunt Sacerdotes, id, cap. 47 ſq. Prophetas non eſſe vnctos, licet ex 1 Reg. XIX. 16. id voluerint quidam probare docet *Georg. Chriſto. Dachſelt* in diſſert. de vnctione Eliſaei et reliquorum Prophetarum, Lipſiae 1708 edita, et praemiſſa Eius Bibliis Hebraicis accentuatis pag. 43 ſqq. Apud Perſas perinde vt apud Romanos inaugurationem factam ſollempni ritu in templo, idem Scacchus, ibid. cap. 31. De vnctione Regum in genere vide diſſert. *Ioan. Ioach. Zentgrauii*. Argentor. 1688. et *Nicol. Hennelii* commentat. de vnctionis ritu in Imperatorum ac Regum inaugurationibus, quae caput XIV. abſoluit Otii eius Vratiſlauenſis. De Chriſtianorum Principum inauguratione et coronatione *Iac. Goar* ad Euchologium pag. 294 ſq. *Grotſerus* III. 12. ad Codinum, *Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. et *Ioannes Morinus* pag. 243: de ſacris Ordinarij, vbi morem vngendi Reges apud Graecos Imperatores ſerius receptum obſeruat. De coronatione Imperatorum Graecorum *Ioan. Cantacuzenus* lib. 1. cap. 48. et ex illo *Codinus* cap. 17. de officiis aulae CPol. De ritu gentium quarundam Principem recens creatum ſcuto imponendi atque ita ſublimem ferendi, *Frid. Lindbrogius* ad Paulli Diaconi Hiſtoriam Longobard. et ad Ammiani XX. 4. *Chriſti. Gottl. Schwarzii* in diſſert. de ritu eleuandi Principes inaugurandos et de quibusdam ſacris formulis et eleuandi ritibus. Altorfii 1730. et *Io. Ludov. Levinus Gebhardi* in Programmate de ficto quodam Caesarum eleuandorum ſcuto. Lüneb. 1750. fol. Multa etiam de inaugurationibus Principum, recentioris praefertim aetatis *Io. Chriſtoph. Becmannus* in notitia dignitarum illuſtrium diſſ. V et VI. cui iunge ſi placeat *D. Ioannis Franciſci Buddei* diſſ. de eo quod decet circa ſollempnia Principum, Halae Sax. 1712. 8. ſubiectam eius commentationi de Concordia Religionis Chriſtianae ſtatusque ciuilib. De variis tradendi ius et poſſeſſionem ſymbolis, et inueſtiturae modis ritibusque *Cangius* in Gloſſario. *Le Comte* T. 4. Annal. pag. 116 ſq. *Ioan. Nicolai* in libro de chirotheis c. 14. et *Ioan. Georg. Eſtor* de inaugurationibus beneficiariis, harum ſymbolis ac ritibus, itemque de Inueſtitura ſive litteris inueſtiturae. Marp. 1744. et ſuſt. ibid. 1746. 4. De inueſtitura per *Birretum* vide *Lud. Mart. Kellii* diſſert. Göttingae 1749. rec.

T. I. Eius Opusculor. per *gladium* Christi. Gottl. Buderum pag. 113. amoenitat. iuris feudalis: per *Scepterum* Gottl. Sam. Treuerum in dissert. Göttingae 1741 edita. De *investitura Episcoporum per baculum et anulum* vide Seldenum ad Eadmeum pag. 104. ad calcem Anselmi Cantuariensis, et dissertationes Dieter. Herm. Kemmerichii, Ienae 1750. et Otton. Christi. de Lohenschield. Tubingae e. a. euulgatas.

Quod ad tempus ineundi apud Romanos Magistratus attinet, in illo valde pro diuersis temporibus variatum, vt docet Martinus Lipenius in strenuarum Historia, tomò 12. thesauri Graev. pag. 429. Laurentius Arrhenius in dissert. de anno petendi magistratus apud Romanos. Vpsal. 1728. 8. et Ioan. Hermansson in dissert. de aetate magistratum Romanorum legitima. Vpsal. 1736. Tribuni plebis inibant Magistratum die decimo Decembris. H. Dodwellus praelect. Cambden. pag. 428. Quaestores Nonis Decembris, id. p. 385. et Ezech. Spanhemius p. 706. de vsu et praestantia numismatum: Vel etiam die XXII Ianuarii. Dodwellus pag. 387. Tempus quo Regnum et Consulatus vacabat Romae, a Liuiò et aliis vocatur *interregnum*. Graeci vt Plutarchus appellant *μυσοβουσιδιαν* et Interregem *μυσοβουσιδα*. Sic Baronius vocat *Interpontificium* tempus quo vacat sedes Episcopi Romani. De ritu spargendi sub auspicio magistratus flores, stipem et pecuniam inter populum consulatur *Cerda*. c. 175. aduersarior. p. 458 sqq. *Henricus Gansher Thulemarus* in libro de oratoratu cap. 28. *Congii* Glossarium in *ἐπιχώμια* et *ὕμνα*. *Conr. Samuelis Schurzstetschil* dissertatio de ritu spargendi flores. Witteb. 1691. et *Henrici Theodori Pagenstecheri* oratio inauguralis de missilibus spargi solitis Calendis Ianuarii a nouis magistratibus edita Lingae 1722. 4. Huius sollempnitatis prodigensiaeque veritatem imitatus est Corippus de laudibus Iustini IV. 105 sqq. vide Clariss. Saxjum ad Diptychon Magni Consulis pag. 35. De adoratione sacrae purpurae Philippus Rubenius libro 2. electorum, capite 30.

Insignia Regum, Principum, Magistratumque etiam paucis attingenda, et de Coronis quidem ac Sceptro aliisque eiusmodi consulendus Seldenus in titulis honorum cap. 8. Barnabas Brissonius III. 14 sqq. antiquitatum iuris. Andreas Cirinus lib. de vrbe Roma c. 40. T. II. thesauri Sallengriani. Claudius Salmasius ad Trebellium Pollionem de Terrico iuniore cap. 25. Coelius Rhodiginus XXL 16. antiquar. lectionum. Alexander ab Alexandro I. 28. dierum gemialium, Io. Michael Heineccus de Sigillis p. 86. Io. Harduinus p. 413. de numis vrbium, vbi etiam de scepro eburneo Roman. cum imposita aquila, Casp. Barthius lib. XXIII. aduersar. c. 2. Adrianus Turnebus aduersar. lib. XXIII. cap. 12. Ioan. Christoph. Bemannus in notitia dignitatum illu-

illustrium diff. VII et VIII, vbi etiam de ritibus cultus Principum ac venerationis: Ioan. Henr. Boeclerus pag. 187 sq. tom. 1. dissertat. Ioan. Georgius Roesslerus diff. de sceptris Principum, Francof. ad Viadrum 1690. Ern. Frider. Cobii dissertatio de sceptrorum origine. Witteb. 1722. Frider. Henr. Jacobs de sceptro. Ienae 1704. Christi. Godofr. Hoffmanni de origine et iure sceptrorum. Frfti ad Viadr. 1724. Ioan. Casp. Struuii de sceptro regiminis eminentioris symbolo. Helmstadii 1728. Henrici Theodori Pagenstecheri dissertationum trias, Lemgouiae 1739. 4. edita, quarum prima agit de sceptro maiestatis insigni. Ioannis Christophori Strodtmanni dissert. epistolaris de sceptris veterum. Guelpherbyti 1744. De hastae vsu pro sceptro vide Trifstanum I. p. 254. cum sceptro, Heineccium lib. laud. p. 116 sq. et Chronicon Gotwicenfe T. 1. pag. 108 sqq. De sceptris Regum Francorum, iter secund. litterarum duorum monachorum Benedictinorum pag. 36 et 37. De sceptris Rectoralibus academicis Carol. Arndius T. IX. misc. Lips. pag. 59 sqq. De solio siue throno, Pineda III. 5. de rebus Salomonis, Scacchus Myrothec. III. 64 sq. pag. 1138 sq. et Valentinus Chimoncellius de honore bisfelli c. 13 et 19. T. 7. thesauri Graeuiani. De *Diademate Regum Hebraeorum* agit Scacchus in Myrothecio tertio c. 38 sq. *Imperatorum Romanorum* Ezech. Spanhemius de praestantia numismatum T. 2. p. 385 sq. Fuit autem diadema fascia quaedam alba, qua caput vel pileus circumdabatur, interdum pura interdum *ἀσφαλλήτος* siue gemmata; vide Ioan. Braunium lib. 2. de vestibus Hebraeorum, cap. 4. §. 8. Alexandrum ab Alexandro lib. 1. cap. 28. Carol. Paschallium lib. 9. de coronis cap. 3. Ioan. Pierium Valerianum lib. 41. Hieroglyphicon, cap. 3. Sollerium (siue qui sub hoc nomine laet Theophilum Raynaudum) libro de pileo §. 9. Martinum Schmeizel Coronaa - Transiluanum erudita commentatione de coronis tam antiquis quam nostrae aetatis Ienae 1712. 4. p. 139 sq. et quae viri docti notant ad Gellium V, 6. Icones varias coronarum ex veteribus sigillis exhibet L. M. Heineccius p. 208. libri saepius laudati. I. A. Rudolphus in Heraldica curiosa pag. 202. et Ioan. Jac. Chiffetius pag. 104. Operum historicorum. De corona Regum veterum Hiberniae vide A. E. 1724. p. 432. De cidari apud Persas videndus Briffonius libris de regno Persarum et Pitiscus ad Curtium, et, si nostrae aetatis Regum Persarum coronam lustrare placet, Engelbertus Kaempferus in amoenitatibus exoticis pag. 37. Praeterimus quae de aliis Coronis ¹⁶ et diuerso coronarum, sum etiam fertorum vsu collegerunt Anton. Thylesius libro de Coronis, Guil. Stu-

¹⁶ Glyceram ingentem corollarum vocat Plinius lib. XXXV. 11. ita enim libros MSS. constanter legere restatur Harduinus, licet Salmatius p. 246. male *visticem*, *ενοφανηλέ* ¹⁷⁷, quae corollas viceret. De eadem Glycerā coronaria vide eundem Plinium XXI. 2.

Stückius III. 16. Antiqu. Continuual. Ioan. Andreae Bosii *επιφανεσσοεια* seu de Coronarum gestatione Ienae 1669. 4. et Carolus Paschalius qui prae ceteris hoc argumentum per decem libros illustrandum sumisit Paris. 1610. 4. et Lugd. Batav. 1671. 8. quanquam Ampliff. Cuperus ad apotheosia Homeri p. 218. cum late quidem de hoc argumento sed non accurate scripserit atque cum iudicio ubique fere legendum esse affirmat, tum Gatakerus pag. 265. Aduersariorum notat *πολυμαθέστατον* hunc operis coronarii auctorem in vocabula Hebraica inquirere, linguae forsan minus scientem, prorsus neglexisse. Post Paschalius commemorandus venit Ioan. Meursii Filii liber de Corona, Sorae 1643. 4. et Hafniae 1671. 8. cum Caii Riccii discepti de coronatione Regiae eiusque rituum rationibus. Ludouici Moscardi Museum parte 2. p. 429 sqq. Germanici (Germain) de Caen *Traité de l'origine des Couronnes et de leurs especes*, qui exhibetur in diario gallico, l'extraordinaire du Mercure galant A. 1682. T. XVIII. p. 235. T. XX. pag. 3. A. 1683. T. XXI. pag. 313. T. XXII. pag. 3. T. XXIII. pag. 276. T. XXIV. pag. 230. Beneton de Ferrins in dissertatione de coronis earundemque originis et formae quae inserta est Sallengrii Continuation des Memoires de Litterature T. X. p. 357 sqq. De *coronis aureis* quae libera Rep. victoribus mittebantur in honorem triumphii, et de auro coronario ab Imperatoribus subinde indulto, vid. de Henricum Valesum ad Ammiani XXV. 4. et Io. Alb. Fabricium ac H. S. Reimarum ad Dionem Cassium passim. De coronis aureis oblatiis a Provincialibus ob imperii primitias, et in Quinquennialibus, Decennialibus etc. Valesius ad Euseb. p. 276. De *laurea* Banduritis ad Antiquitates CPol. p. 477. et Ioannes Franc. Madrius de lauro, eiusque vario usu apud antiquos, in diario Italico, Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici, T. IV. p. 272 sqq. De coronis *militaribus* ciuica, triumphali, obsidionali, murali, castrensi, siue vallari, rostrata, siue nauali et exploratoria, quibus donabantur qui bene rem in bello gesserant, omniumque nobilissima praemia, quam Imperatori dabat exercitus seruatus vide Plinium H. N. XXII. 3. sqq. Alexandrum ab Alexandro IV. 18. et ibi Tiraquell. atque Stewechium ad Vegetii lib. 2. Forestum Foresti in libro italico Brixiq. 1745. 8. edito, *Trauttato delle gentilizie insegne, uolgarmente delle arme: deglie Famiglie*, ubi quoque de coronis triumphalibus, oualibus et ciuicis Romanorum exponit. Ioachimus Ioannes Maderus Vir doctus et de Antiquitatis studiis insigniter meritus in libro suo de Coronis sacris pariter et profanis, qui Helmstadt prius 1660. in 4. excusus et tomo VIII. antiquit. Romanarum Graeuiani thesauri insertus est, copiose etiam agit de *Coronis nuptiarum*, quae Iudaeis etiam usitatae ut notum ex Esaiæ LXI. 10. tum a Christianis primum quidem propter Echnicorum

superstitiones reiectae, postea tamen eidem admittae ut notauit Sirmundus ad Sidonii lib. 1. Epist. 5. tomo 1. pag. 852. quod argumentum etiam persequutus est Christoph. Ziegenhals in dissert. de coronis nuptialibus; Annaeb. 1713 edita. De corona *caesarea*; Lambecius II. de Bibl. Vindob. pag. 729. De coronis *conuiuialibus* consulatur Iosephi Lanzoni exercitatio de coronis et vnguentis in antiquorum conuiuuiis, T. III. thesauri Sallengriani p. 669. Io. Grefsi dissertatio de coronis epularibus. Lipsi. 1670. et Frid. Gotthilf Freytagii dissert. de coronis conuiuialibus veterum. ibid. 1712. De *corona Postarum* ¹⁷ primo tributa Albertino Mussato, Mapheus Vegius IV. 1. de educat. liberorum tomo 26. Bibl. PP. p. 658 sq. Frid. Rappokus ¹⁸ singulari diss. Paschalius libro de coronis p. 60 et p. 317-329. D. Henelius in otio Vratislauenfi cap. 13. Scaliger lib. 1. lectionum Ausonian. c. 10. Aegidius Menagius in miscellaneis italice editis p. 294 sqq. Iac. Thomasius in obseruationibus Halensibus tom. 6. obs. 7. et Michael Piccartus oratione XI. quas est de commissionibus et coronatione veterum Poetarum. De *coronis Oratorum* Ioan. Georg. Walchius s. 14. 15. dissert. de veterum Sophistarum, Rhetorum atque Oratorum praemiis.

Diademate uti voluit Caligula teste Suet. cap. 22. at primus vsus est inter Imp. domi Elagabalus, publice Aurelianus. Vide Tillemont. Hist. Imperatorum tomo. 3. p. 531 sq. Diademate vsae etiam sunt Reginae, ut ex Cleopatrae numo probat C. A. Rupertus in Oratore historico pag. 793. Eodem etiam vsos supremos militiae duces dubitat Begerus I. thesauri Brandenburgensis p. 288. adde p. 293. De triplici Corona Imperatoris Romani, Germanica, Lombardica atque Romana, prima Aquisgrani argentea ab Archiepiscopo Colonienfi, secunda Modoetiae ferrea, tertia aurea a summo Pontifice, Martene III. 9. de antiquis Ecclesiae ritibus, et T. 2. thesauri anecdotorum p. 488 et 497. exstat Ioachimi Felleri, *τὸ ὑμαναξίτον* dissertatio A. 1662. Lipsiae edita. Horatii Blanci dissertatio de tribus coronis Longobardicis ad Paullum Diaconum apud Muratorium T. 1. scriptor. vet. Italiae pag. 460 sq. Ioan. Iac. Mascouii dissertatio de Regali Imperialique Augustorum Germaniae Augustarumque coronatione Lipsiae 1723 euulgata. Christi. Weidlingii Progr. de triplici Imperatoris coronatione, longobardica, romana et germanica.

¹⁷ Bene Conradus Celtes in lauream suam, quam ab ipsa Imperatoris manu acceperat:

*Si me non pietas, virtus, doctrina coronant,
Equid proderis haec nexa corona mihi.*

¹⁸ Ex hac sub Rappolti praesidio habita dissertat. Heckesius, Respondens; postea libellum confecit de Poetarum coronis, Cygnae 1672. 12. editum.

manica. De corona *argentea* vide Guadlingiana XX. 3. ubi et de eo, an Henricus VII. corona Imperii Germanici Aquisgrani fuerit coronatus. De ferrea illa corona, aurea quidam, sed ferreo circello interius et clavis crucis Christi subtextis, consulendi sunt V. C. Ludov. Antonis Muratorius T. 2. Anecdoton Bibliothecae Ambrosianae A. 1698. 4. edito. p. 267 fqq. Iustus Fontaninus in dissertatione de corona ferrea Longobardorum, Rom. 1717. 4. edita, et cum Muratorii commentario recusa Lipsiae 1719. 8. Bartholomaeus Zaccchius in historia coronae ferreae Italicae edita, et Bzouius ad A. 1431. p. 19. num. 49. De Imperatorum CPolitanorum coronis vide Cangium dissert. 24. ad Ionuillam. Ordo ad benedicendum Imperatorem quando coronam accipit obuius est apud Mabillonium T. 2. Musei Italici p. 215 fqq. De coronatione reginae, idem ib. p. 404. regis, pag. 407. Liturgiam coronationis Mediolanensis, Henrici I. deprehendes apud Muratorium T. 2. Anecdot. pag. 328 fq. De triplici corona Pontificis Romani B. D. Mayerus libro de electione Pontificis Romani. R. D. Henricus Pippingius in dissert. de corona illa Lipsiae vulgata et in eius dissertationibus iuuenilibus recusa. Vide etiam, si placet, Theoph. Raynaudum de corona et mitra triplici Papae, tomò X. Operum, D. Ia. Wolfg. Isegeri Hist. Eccles. saeculi 17. Decade 1. p. 150 fq. Mathiam Zimmermannum de montibus pietatis pag. 371 fq. et Jacob. Basnagium ad Canisii lectiones antiquas tom. IV. pag. 174. Ceterum Choisio in historia Philippi Valesii et Ioannis Galliae Regum, Gallice edita lib. 1. §. 11. recte obseruatum est, a Ioanne XXII. primum coronam Papatum fuisse triplicatam, ¹⁹ quum veteres Pontifices mitra Phrygiae fere simili vsi fuissent, Hormisda datam sibi a Clodoveo Galliae R. coronam auream primus gestasset, et Bonifacius octauus eam duplicasset, saeculare ²⁰ non minus quam Ecclesiasticum siue spirituale ius atque imperium suum indicaturus. De mitra Pontificis conferatur Cangius in *Camelucictum*, et Angelus Rocca in thesauro antiquitatum sacrarum T. 1. p. 7 et 8.

De praelatione fascium, securis, ignis, aliorumque eiusmodi consulendus Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 27. I. G. Beckmannus diff. 8. notitiae dignitatt. illustrium, et D. Frid. Rappoltus diff. de insignibus principatus

M 2

patus

¹⁹ Ad Bonifacium vsque simplex, ad Vrbanum V. duplex, inde triplex corona. Vid. de Franc. Pagi praef. ad vitas Pontificum pag. 18.

²⁰ Angelus Rocca in Bibliothecae Vaticanae descriptione pag. 5. *Quam Pontifex coronatur, capiti eius tiara, quam regnum mundi vocant, imponitur, tribus constans coronis, tres potestates, b. e. imperatoriam, regiam et sacerdotalem, plenariam scilicet et vniuersalem totius orbis auctoritatem representantibus.* Innocentius III. Romanus Pontifex in signum imperii utitur regno (corona) et in signum pontificii utitur mitra: sed mitra semper utitur et ubique, regno vero nec ubique nec semper. Vide Cangium in *Regnum*.

parus ac potestatis quo etiam referenda est praelatio Crucis; Episcopi et Pontifici fieri solita. Regibus XXIV. fasces cum securibus praelati; Consulibus singulis in vrbe duodecim, extra urbem etiam securis; Praetoribus sex; Dictatoribus fasces et securis XXIV. Vide Ezech. Spanhemium de usu numismatum dissert. decima. Non uterque sed tantum alter consulum duodecim fasces habebat per mensis vices; vide Benedicti Aueranii dissert. us. ad Livium T. 2. p. 61. Formam fascium sellarumque curulium quae utraque ab Aetruis Romani acceperunt teste Diodoro Saeculo V. pag. 219. ex veteribus numis exhibent Moscardi museum, et Graevius atque Begerus ad Flori lib. 1. c. 5. De fascibus consuli potest Fabiani Toernerii dissertatio Vpsal. 1722. 8. edita. De fascium submissione Iac. Sponius rei antiq. sel. quaest. dissert. 13. I. Lipsius Elea. lib. 1. cap. 23. et Ioan. Matthiae Gesneri dissertatio de presentatione, osculo, fascium et signorum in manibus submissione. Goettingae 1745. edita. De sella curuli praeter Chimentellum supra laudatum Ioannes Schefferus de re vehiculari lib. 2. cap. 16. pag. 199. Ez. Spanhemius de usu numismatum diss. 6. p. 584. Isaac. Casaubonus ad Suetonium p. 200. et Henr. Norisius de numo Diocletiani, T. 1. thesauri Sallengriani. De igne Afiaticis Regibus et Romanis Augustis praelato Gotelarius ad Clementina IX. 4. p. 680. Andreae Christiani Eschenbachii diss. pag. 519 sq. Paulus Voetius ad Herodianum p. 114. 198 sq. et Christianus Franc. Paullini P. III. der zeitlichstehenden erbautlichen Lust p. 143 sqq. De caeda Imperatoribus et Patriarchis praestari solita, Cangius Glossar. in *διδυμβουλον* et Petrus Possinus ad Pachymerem T. 1. p. 446 sq. et T. 2. p. 470 sqq. Aquila praelata Clearcho Iustin. XVI. 5. Ignis praelatus Regibus Persarum, Lips. excursu 1. ad Tacitil Annales. Varia insignia illustribus officialibus in regno Iaponico praeferi solita vide in Kaempferi Iaponia tab. XXX. De ornamentis et honoribus Augustarum librum singularem edidit Rudolphus a Bunau. Lips. 1733. 4. Angeli Roccae commentarius de SS. Christi corpore Pontificibus iter facientibus praeferendo Rom. 1599. 4. et Augustini Molari Finizanensis Ordinis S. Augustini de antiquitate et causis rursus praeferendi S. S. Eucharistiae Sacramentum summo Pontifici extra urbem proficiscenti, et de ritu SS. Crucis Rom. Pontifici praeferendae commentarius Romae 1592. 4. et Andreae du Saussay de sacro ritu praeferendi crucem maioribus Praelatis Ecclesiae Parisiis 1628. 4. De insignibus Sacerdotum et Episcoporum, mitra; baculo, annulo etc. Christian. Falsterus T. 2. amoenitat. philolog. p. 111 sqq.

De *Titulis* Honorum Opus Io. Seldeni ex editione tertia Anglica anni 1672. Latine versum est a Simone Ioanne Arnoldi, Antistite praefecturae

Son-

Sonnenbergensis, Francf. 1696. 4. Cui iungendum Io. Christophori Beckmanni syntagma dignitatum illustrium civilium, sacrarum, equestrium, ibid. et eodem anno excusum, Danielis Morhofii dissertat. de diuinitate Principum p. 83 sqq. eius diss. iunctim editarum. D. Adami Rechenbergii diss. de titulorum indole et natura part. 1. diss. historico-polit. pag. 134 sq. Gerh. Feltmannus de titulis honorum, Antonius Matthaeus de nobilitate. Guidonis Pancirolli Trattato dei Titoli dignita, con annotazioni del P. Stanislao Santinelli, qui exstat T. 2. supplem. al Giornale de' Letterati d'Italia p. 344 sqq. Augustini a Leyfer dissertatio de titulis honorum. Witemb. 1748. Georg. Casp. Kirchmaieri commentatio titulos aliquot honorum ex antiquitate erutorum exhibens, recusa Ienae 1752. De titulis *viri illustris, spectabilis, clarissimi, magnifici, excellentissimi et amplissimi*, olim aulicis nunc scholasticis, confer Gottfr. Leonh. Baudisii dissertationem, Lipsiae 1706 editam. De titulo *Domini* Ant. Borremansii Vesperas Gorinchemenses cap. 1. et Frider. Caroli Moseri commentarium de titulo Domini moribus aevi et saeculi accomodato. Lips. 1751. De titulo *serenissimi* Christo. Aug. Heumanni Poecile T. 3. p. 484 sqq. De titulo *Nos Dei gratia* Friderici Geilleri dissertationem Lipsiae 1677 auulgatam. Barth. Tilefii comment. de sensu tituli: *Nos Dei gratia*, Regiomonti 1751 editam, et Anonymi Anmerkung vom Titul: *vom Gottes Gnaden*, quae exhibetur P. 3. der auserlesenen Anmerkungen über wichtige Materien und Schriften, p. 248. De titulo *Excellentissimi* Frid. Carol. Moseri kleine Schriften Vol. secundo, et Ioan. Gottl. Bidermanni Aeta scholastica, Vol. 1. p. 409 sqq. et 427 sqq. De ambitu antiquo et hodierno liber Menteti Kerwig, excusus Bremae 1695. 8. De candidatis et de ambitione ac blanditiis candidatorum apud Romanos consulantur Benedictus Aueranius ad Ciceronem diss. XXXVIII. T. 2. Opp. p. 370. Lipsius Elector. L. 1. c. 13. Ferrarius de re vestiaria P. 1. L. 1. c. 21. et L. 3. c. 2. Bosius de Toga cap. 13. Schwarzius ad Plinii Panegyricum pag. 348. et dissertationes Georg. Henrici Goezii. Witteb. 1687. Fabiani Toernerii Vpsal. 1712. et Christi. Frid. Georg. Meisteri. Goettingae 1740.

XIV. Paulli Manutii liber de ciuitate Romana post editionem Romanam 1585. 4. exstat tomo 1. miscellaneorum Gaudentii Roberti, et tomo 1. thesauri Graeuiani, in quo tomo occurrit etiam Onustrii Panuini opus praeclarum de Ciuitate, Imperio et Republica Romana, ex editione recognita Paris. 1588. 8. nec non Caroli Sigonii libri eruditi de antiquo iure ciuium Romanorum, et prouinciarum. Scipionis Gentilis liber de iure publico populi Romani recusus est in Io. Poleni supplementis T. 1. p. 1125. Vt ab eodem

Manutio profixius demonstratum est, sub Romulo ²¹ primum populus diuisus fuit in Tribus tres, quarum singulae mille peditum et centum equitum erant, diuisae iterum in Curias 10. quarum singulae in decurias diuisae constabant ex 100 peditibus et equitibus 10. His praecerant Tribuni, Curiones et Decuriones. Postea quum Sabinis ciuitas data esset, eadem tres tribus, quas Romulus instituerat, et Rhamnensium, Tatientium, et Lucerum nomine appellauerat, seruatee sunt, sed ita vt singulae iam essent peditum bis mille, equitum ducentorum. Sub Tullo Hostilio 300 equitibus, tribus ac millibus peditum; sub Tarquinio Prisco equitibus sexcentis, et sexies mille pedibus vnaquaqueque tribus constitit. Sub Seruio Tullio ²² sex Tribus introductae sunt, primi et secundi Rhamnenses, primi et secundi Tatientes, primi et secundi Luceres. Ab eo tempore Tribuum numerus auctus in vndeicesimum, ita vt 4 vrbanae essent Palatina, Esquilina, Suburbana et Collina, et 15 rusticae seu eorum, qui agros possidebant. Post electos Reges aliae 16 tribus additae, vt simul essent 35. Post ciuitatem Italicis datam additae tribus octo. Vide Velleium II. 20. et Sigonium III. 1. de antiquo iure Italiae, et quae de tribubus illis diligenter disseruerunt Paullus Manutius ad Ciceronis Epistol. ad diuersos lib. VIII. 8. Didacus Couarruias lib. 4. variarum resolutionum cap. 1. T. 2. Oper. pag. 313 sqq. Onufrius Panuinius de ciuitate Romana libro secundo, Andreas Schottus ad calcem antiquitatum Roman. Ioannis Rosini, et Boindinus in dissertatione de tribubus Romanis, cuius pars prima, exstat T. 2. memor. academ. Inscriptionum p. 91 sqq. secunda, T. 7. p. 88 sqq. et tertia, ibid. p. 118 sqq. Nomina ex prisca inscriptionibus ordine alphabetico collegit Goltzius p. 206. thesauri rei antiquariae. Ante pulsos reges totus populus distinguebatur in Patricios et Plebeios, ex Patriciis alii erant Senatores (ducenti primum a Romulo lecti, nouis aliis centum, qui minorum gentium appellabantur, a Tarquinio Prisco adscitis, teste Aurelio Victore cap. 6.) alii Equites, alii Patricii simpliciter sic dicti. Ad illos spectabat, sacra administrare, Magistratus et iudicia exercere, publicis de rebus deliberare et similia. Plebeiorum erat colere agros, pecus alere, quaestuiarias artes et officia exercere, quod postremum an ciuium fuerit disputat Octavius Ferrarius p. 539 sq. et frequenter memorata in veteribus collegiorum opificum mentio dabitare nos haud finit. Confer Ioannis Hermanssonii dissertationes binas de ordinibus Romanorum. Vpsal. 1722. 8. et Ioan. Adolphi Falckii Epistolam de antiquissimis ciuium Romanorum diuisio-

²¹ Vide Rupertum ad Florum p. 117. et Andreae Cirini librum de vrbe Roma c. 41.

²² Populum a Seruio Tullio in quinque classis tributum scribunt Tubero apud Gellium X. 28. Arnobius, Charisius et Festus. Vide Meursium parte 2. exercit. critic. p. 206 sq.

visionibus. Ienae 1750. 4. editam. Post pullos reges, patriciorum ordinis paullatim minus semper habita ratio, ita ut Equites, ac Senatores quoque, quin etiam Consules ex plebe creari possent, praeter Senatores vero et equites, omnes essent plebei. Hinc Manilius lib. 5.

*Vtque per ingentem populus describitur urbem
Praecipuum patres retinent, et proximum equester
Ordo locum, populumque equiti, populoque subire
Vulgus iners videas, etiam sine nomine turbam.*

De *Patriciorum* origine et iure conferantur libri III. Ioannis Iacobi Draconis, editi Basil. 1627. 4. in quibus aliarum etiam gentium similis distinctio confertur cum Romana. Octauiani Gentilii libri 4. de Patriciorum origine, varietate, praestantia et iuribus. Romae 1736. 4. et M. Anton. Ferratius Epistolar. pag. 92 sqq. De Patriciis *medii aevi* exstat dissertatio Caroli Frid. Pudoris, Lips. 1758 edita. De *Graecorum* Patriciis vide Pfeifferum pag. 189. antiq. Graec. et Lakemacheri antiquitates Graec. sacras pag. 265. Sub Constantino M. Consilarii Imperatoris Patriciorum nomen acceperunt: v. Schwarzium de vetusto quodam Diptycho consulari et ecclesiastico, p. 32 sq. De *Patriciis Germanicis* consule Ioachimi Meieri diatribam Goetting. 1698. 4. editam. Ioan. Schilterum de sublimi Patriciatus honore. Ienae 1673. Alb. Christi Gjelbelii disputat. de iuribus patriciorum singularibus iisque supereminentibus. Erford. 1709. et Polyearpi Leyseri obseruata diplomaticohistorica de origine patriciorum Germaniae. Helmstadii 1727. De *ordine equestri veterum Romanorum* confer dissertationem Christiani Wilhelmi Eybenii Francofurti 1684. fol. primum editam, et deinde recusam cum patris Huldrici Eybenii scriptis Argentorati 1708. fol. et in Sallengrii thesauro T. 1. p. 1089. M. Anton. Ferratium p. 77 sqq. Epistolarum. Ioan. Frid. Gronouium III. 25 Obseruat. Io. Harduinum in numis illustratis pag. 428. Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro II. 29. et Christi. Gottl. Schwarzii exercitationem de insignibus ordinis equestris veterum Romanorum. Alsdorfii 1715. euulgatam. De annua equitum transuentione consuli possunt Franc. Mediobarbus in numismat. imperii pag. 83. Laurent. Begerus comm. in Florum pag. 66. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. pag. 101. et Ioan. Erh. Kappii dissertatio Lipsiae 1734 habita. De nobilitate veterum Romanorum videndi idem Tiraquellus opere eximio de Nobilitate, quod operum eius Francofurti 1574. fol. editorum Tomum primum constituit. Stanislaus Santinellus in dissert. de Romanorum veterum nobilitate Venetiis 1717. 8. recusa in eius dissertationibus, orationibus, epistolis et carminibus, iunctim editis

Venetis 1734. 4. p. 1 sqq. Nic. Hieronymus Gundlingius P. XXX. Gundlingian. pag. 470 sqq. De iure imaginum Io. Sam. Luppii dissertatio Wittebergae 1712 edita, et Ioan. Nic. Funccius p. 409. dissertationum academicarum, et memoriae Trevultinae A. 1708. p. 494. ex dissert. Abbatis le Roy. Noui homines, ἀφ' ἐμαυτῶν ἐν τῶν προγόνων γνώριμοι, nobilitas etiam in plebe. Desiderius Heraldus IV. 1. animaduers. pag. 273. Graecis quinam εὐγενεῖς, γνώριμοι, ἐνπατριδαί vide apud Desider. Heraldum animaduersion. in Salmasium III. 15. pag. 250 sqq. εὐγενεῖς, Horatio *claris patribus orti* IV. Ode 6. v. 31. Edmundus Chishull pag. 163. antiquitat. asiaticarum. De Nobilibus apud Iudaeos videatur Grotius in 1 Corinth. 1. 26. et Campegius Vitringa obs. sacr. p. 495. De Nobilitate veterum Germanorum consule Philippum Knipschild in libro de Nobilitate speciatim Germanorum. Campoduni 1693. fol. *Neueröffnete Bibliothek* p. 485 sqq. Caroli Gottlieb Knorrii diss. de differentiis iuris Romani et Germanici in Nobilitate adoptiua. Halae Sax. 1721. Ioan. Georgii Estor commentarios de ministerialibus, in quibus Nobilium hodiernorum verae origines, eorumque status, iura, differentia a Comitibus, selecta de Ministerialibus regni, eorumque muneribus, ac de Nobilitate Germanorum vera, et differentia eius a Romana euoluuntur. Argentorati 1727. 4. et Auctores, quos citauit Lipenius *Bibl. Iurid.* Tom. 2. p. 71 sq. et Struuius *Bibl. Iurid.* p. 788 edit. Buderianae.

De iure Romano seu ciuitatis Romanae; quo aditus patebat ad officia publica vrbis, vel sine vel cum iure suffragii in electione Magistratum: de iure Latii, Quiritium, Italico, siue immunitate tributorum tam capitis quam soli (Valef. ad Sozomeni VII. 2.) Prouinciarum, Coloniae, Municipii, Praefecturae, Foederatae Ciuitatis, et Fori, compendio bene differit Petrus Iosephus Cantelius S. I. in libello de Republica Romana pag. 208 sq. H. Dodwellus pag. 194 sq. praefect. Cambden. Pluribus hoc argumentum persequuti sunt, Onuphrius de Imperio Romano, cap. 5 sq. Alexander ab Alex. IV. 10. et ibi Tiraquellus, Wolfgangus Lazius de Republica Romana, Carolus Sigonius libris duobus de antiquo iure prouinciarum nouissime cum eius libris XI. de antiquo iure populi Romani excusis Halae Saxonum 1715. 8. Nicolaus Bergierius lib. 4. de viis Imperii Romani. cap. 7 sq. Henr. Christ. Henninius in notis ad Bergierium latine a se redditum p. 742. Illustris Vir Ez. Spanhemius in exercitationibus duabus ad Legem Antonini Caracallae, (qua vniuersis ille Imperio Romano subiectis ciuitatem concessit teste Triboniano lege 17. D. de statu hominum) quae tom. 11. antiquitatum Romanarum, primum in lucem editae, ac deinde sub titulo *Orbis Romani* Londini 1703. 4. et cum praefatione Io. Gott. Heinzeii Halae Saxon. 1728. 4. longe locuple-

pletiores recusae sunt. Idem Heineccius Antiquitatum Romanar. iurisprudentiam illustrantium syntagmate, p. 262 sqq. et Alb. Dieter. Trekell parte prima selectarum antiquitatum Romanarum, supra pag. 95. laudatarum, in qua potissimum agitur de iure ciuitatis, Quiritium, Latii, Italico, coloniarum atque municipiorum. Vide et Seldenum II. de Synedriis p. 62 sq. et Tillemontium in Historia Imperatorum, vita Caracallae, tomo 3. Artic. 8. De iure Quiritium sigillatim vide Io. Frider. Christium Noctium Academic. II. 6. Vonckii obs. p. 101. Onufrium Panuinium II. 18. antiquit. Veronensium. Ioan. Henr. Mylii dissertationem, Lipsiae 1732 editam, recusamque in eius Opusculis Lugd. Batav. 1738. 8. editis p. 81 sqq. et Franc. Car. Conradi dissertationem de iure Quiritium a ciuitate Romana non diuerso, Helmstadii 1742 editam. De iure Italico Christiani Gottlieb Schwarzii Specimen iurisprudentiae antiquariae de iure Italico. Altdorfi 1720 editum. Coloniae a Romana veluti ciuium examinibus conditae quadruplicis generis erant quoad immunitatem, aliis remittebatur tributum capitis, aliis solum immune erat (vt Coloniae iuris Italici) aliis vtrumque, aliae denique erant Coloniae salutis tributis, quibus neutra remittebantur: Confer Onufrium Panuinium II. 13. antiquit. Veronensium. Sam. Petium II. 4. Obs. et Val. Alberti dissertat. de coloniis. Lipsiae 1671 habitam. Colonias Romanas LIII. ordine temporis quo deductae sunt, refert Sigonius ad Liuii XXVII. 9. Plures ordine alphabetico Goltzius p. 236 sqq. thesauri rei antiquariae. Michael Antonius Baudrand et ex eo Io. Jac. Hofmannus in Lexico, voce Colonia. Prima extra Italiam colonia Carthago condita est Gracchanis legibus. Velleius Paterculus II. 15. De Coloniarum ratione post Lipsium de magnitudine vrbis Romae, et Sigonium de antiquo iure Italiae erudite M. Velferus libro IV. rerum Augustanarum, et Ioan. Georg. Scherzium in dissert. de Coloniae. Argentorati 1711. Vide etiam Andream Schottum notis ad Velleium, et ad Frontinum de Coloniae. De reuerentia Coloniarum erga urbem matrem, Rupertus pag. 98. ad Florum, qui et de utilitate earum videndus p. 102 sq. De Patronis Coloniarum agit Petrus Polydorus T. VII. Opuscul. scientificor. pag. 417 sqq. De coloniis Graecorum in Asia locus insignis est apud Vitruuium IV. 1. Adde Tristanum II. p. 204. De eruditione Graecorum per colonias eorum propagata vide Lamberti Bosii orationem inauguralem habitam Franequerae A. 1704. In numeris Coloniae plebeiae aratro, militares signo militari communiter denotantur. Quae aratrum et signa iungunt, indicant primam deductionem e ciuibus; supplementum e veteranis militibus fuisse, vt notat Raph. Fabretus ad Columnam Traianam p. 10 sq. De Coloniae *militaribus* quae militibus veteranis dabantur a Sylla primum, deinde a Caesare et aliis

(vide Coloniae *Lullanae*) vide H. Noris Cenotaph. Pisan. dissertat. 1. c. 22. *Praefecturae* ²³ nullos habebant ipsae Magistratus, sed ius ibi dicebatur a Praefecto Roma missio. Vide Festum in *praefectura*. Talis post expugnationem Capua, de qua Livius XXVII. 16. *Municipia* suis moribus legibusque vivebant ut notum vel e Gellii XVI. 12. Melior igitur fuit eorum conditio quam coloniarum, ut recte observavit Iustus Vicecomes siue Mazzuchellus in coloniae Ticinae commentò exfufflato: vide Giornale d'Italia T. 13. p. 379 sq. et T. 14. p. 141 sqq. 148 sqq. Confer de municipiis Maffeiium Veronae illustratè Part. 1. pag. 161 sqq. Ioan. Dan. Schoepflinum Alsatiae illustratae T. 1. p. 285. Iac. W. Schlicheri dissert. de iure municipum et municipiorum. Lugduni Batav. 1714. et Ioan. Guil. Waldschmidt dissert. de differentiis municipiorum Romanorum et urbium Germaniae mediatarum. Marb. 1729. *Municipia* ex numis et inscriptionibus ordine alphabetico refert Goltzius p. 242 sq. thesauri rei numariae. De magistratibus municipalibus vide Guidonis Pancirolli tractatum, Notitiae dignitatum utriusque imperii adiectum, et recensum T. III. thesauri Graeviani; Euerh. Ottonis librum de aedilibus coloniarum et municipiorum, editum Francof. 1713. 8. et recensum Lipsiae (Ultraiecti) 1732. 8. De Patronis municipiorum Philippus a Turre P. 1. cap. 11. ad monumenta veteris Antii. Quanam differentia fuerit inter Colonias, municipia sine et cum iure suffragii, civitates Latii donatas, libertate, foedere, et stipendiarias exponit Ioan. Harduinus ad Plinium T. 1. p. 389. edit. in forma quadripartita, et Onufrius Panvinius II. 9 sqq. antiquit. Veronensium. Univerſae Hispaniae ius Latii tribuit Vespasianus, Plinius H. N. L. III. c. 3. p. 108. De ritu depalandi atque aratro pomoeria novae civitatis condendae determinandi, Philippus Rubenius in electis, libro et capite primo, et Andreas Cirinus de vrbe Roma cap. 1.

Ex prouinciis, quanam consulares, proconsulares, praesidiales, praetoriae, vide quae notant Lipsius ad Tacitum, Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 27. Wolfg. Lazius in Commentario de Republica Romana; inprimis vero Onufrius et Sigonius in libris quos modo laudauimus. Ductu Pompei M. terminus Romani Imperii Oruros in Mesopotamia, vide Plin. VI. 36. T. 1.

XV. De variis Magistratibus officiisque in aula Imperatorum et Prouinciis Imperii quum Orientis tum Occidentis, per Media ac sequiora saecula, edire licet notitiam dignitatum utriusque Imperii commentario Guidonis Pancirolli illustratam, de cuius editionibus variis dixi in Bibliotheca latina lib.

²³ In numis *ἡγεμονίας ἀρχαγογῶν*. Vide Harduinum de numis urbium p. 400.

lib. IV. cap. 5. §. 6. Tum notitiam dignitatum siue administrationum tam ciuilium quam militarium in Partibus Orientis et Occidentis, quam ad illustrationem Codicis Theodosiani confecit Iacobus Godofredus tom. 6. post pag. 312. His addendus idem Godofredus in Commentariis ad eundem Codicem Theodosianum, Valesius ad Ammianum Marcellinum, Reinesius ad inscriptiones veteres, Iac. Gutherius in praeclaro opere tribus libris distincto de officiis domus Augustae publicae ac priuatae Paris. 1628. et Lipsiae in 8. Georg. Codinus de officiis et officialibus Curiae et Ecclesiae Constantinopolit. cum notis Franc. Iunii, Iac. Gresseri et Iac. Goari. Constantinus Porphyrogenetus libris duobus de caerimoniis aulae Byzantinae, cura Ioan. Henrici Leichii et Ioan. Iac. Reiskii Tomis duobus editis Lipsiae 1751 et 54. folio. Ioan. Meursius in glossario, et Cangius in glossario utroque Mediae Latinitatis et Graecitatis. De differentia inter Proconsules, Legatos, Propratores et Procuratores, eorumque duplici genere exponit Io. Dan. Schoepflinus T. 1. Afsatiae illustratae p. 269 et 270. qui etiam ibid. p. 274 sqq. Caesar. praesid. Afsat. recenset. De Procuratoribus *Dacemartii* Scaliger in Manil. pag. 166. Casaubonus et Salmasius ad Capitolinum in Pertinace, Rigaltius ad Cypriani Epistol. 67. p. 174. et Pearsonius ad Symbolum Apostolicum. Praefectura praetorii *vertex omnium dignitatum.* Ammianns. *ἡ πρώτη καὶ κορυφαία τῶν ἀρχῶν.* Euagrius III. 39. De *Perfektissimorum* dignitate Pancirollus ad notitiam Imperii c. 3. Gothofredus ad Codic. Theodosian. VI. 37. Fabretus ad Inscriptiones veteres p. 277 sq. Fontaninus lib. 1. de antiquitatibus Horae Coloniae c. 3. §. 8. 9. De *Comitibus. Consistorialibus* tractatum edidit Ioannes Filleau, Parisiis 1638. 8. Historiam Comitum Consistorianorum in Imperio Orientis singulari dissertatione persequutus est Iustus Christ. Thorschmid. Witteb. 1720.

XVI. Claudemus hoc caput breui recensione quum eorum, qui quum humili loco nati vel vltimae fortis homines essent, propter qualemcunque oris similitudinem principis alicuius personam sibi imposuere, et per aliquod tempus hominum credulitati illuserunt, publica calamitate plerumque suoque ludibrio; tum plerarumque Rerumpubl. commentitiarum, quae siue a veteribus siue a Recentioribus excogitatae sunt, et pro ingenia ipsorum ita descripuae, vti optari fortassis quaedam ex parte, aliae ne optari quidem, sperari certe non possunt, et nusquam gentium reperiuntur. Prioris argumenti exempla collegerunt ex antiquioribus *Valer. Maximus* IX. 15. e recentioribus *Gregorius Richter* axiomat. oeconomic. CCXIII. p. 328-343. *Io. Bapt. Rocolesus* in libro Gallice edito. cui titulus: les impostures insignes, ou histoire des plu-

fieurs hommes de neant de toutes nations, qui ont vſurpé la qualité des Emperours, Roys et Princes et de guerres, qu'ils ont cauſées. Paris. 1679. et auſt. Amſtelod. 1682. 12. et Bruxellis 1728. 8. *Baptiſta Fulgoſus* lib. .9 memorabil. capite vltimo. *Io. Schmidius* in diſſert. de Pſeudoprincipibus. Lipſ. 1695. *Ioannes Vpmarckius* in diatriba de perſonariſ Regibus, Vpſal. 1703. 8. vulgata. *Erneſtus Salomo Cyprianus* de Regibus ſubditis, in eius Programmatibus ſelectis Coburgi 1708. 8. editis p. 96 ſqq. *Martinus Lipenius* in libro inedito, quem de hoc argumento composuit et Lubecae aſſeruant haeredes. Idem argumentum tangunt etiam *Adrianus Bailletus* des auteurs deguiſez p. 4. c. 2. *Henricus Stephanus* praefatione ad Apologiam Herodoti gallice ſcriptam. *Ioan. Burch. Menckenius* in diſſertationibus litterariis pag. 192 ſqq. *Ioannes Hildebrandus* in Pſeudó Friderico, ſiue comoedia de impoſtore Fridericum II. Caſarem ſe ementito molitoque factionem, quam diſſipauit Rudolphus I. Imperator. Tubingae 1598. 8. *Chriſtianus Flottwell* diſputationibus binis de Pſeudoprincipibus. Regiomonti 1706. et *Chriſti. Iunckerus* in programme, quod praemiſit actui oratorio Iſenaci 1708. folio. de conatibus pſeudoprincipum in Republica ad Velleii lib. 1. c. XI. 1. In illo Programme Iunckerus diſſerit de impoſtore, qui A. 1502. quum eſſet acupictor (*Gendens ſtifer*, ita B. Lutherus T. 8. Altenb. p. 8. licet Cyriacus Spangenberg p. 247. Chronici Hennebergensis ferat fuiſſe carnificem) venditauit ſe Comitem Hennebergensem, et ab Erfurtensibus Academiae Reſtor honoris cauſa eſt creatus. De ſuppoſitio partu pro principe venditato Chriſtoph. Gottl. Wenzelius in commentatione de periculo ex partu ſuppoſitio familiis ordinumque dignitatibus metuendo, quae exſtat Tom. 3. miſc. Lipſ. pag. 179. Poſteriorius argumentum perfequuti ſunt Georgius Paſchius *ó μακροβρύτος* diatriba de fictis Rebus publicis edita Kiloniae 1704. Carolus Arndius in Bibliotheca Heraldica Roſtoch. 1705. 8. p. 400 ſq. et Ioan. Georg. Iochius in diſſert. de politicis idealibus. Notiffima e Veteribus eſt Respublica *Platonis*, cuius Politia decem deſcripta libris etiamnum exſtat, licet quae Zenó Stoicus contra ſcripſerat, et quae Cicero libris 6. de Republica ex Platone magnam partem expreſſerat, iam pridem interciderint. Ad Platonem reſpicit Liuius XXVI. 22. *Non equidem, ſi qua ſit Sapientum Ciuitas, quam docti ſequuntur magis quam norunt.* Ex recentioribus *Thomas Mori* Vtopia huc pertinet, primum Louanii 1516. 4. edita ²⁴ et deinde ſaeptius recuſa, atque etiam in Operibus eius Louanii 1566. fol. et Francof. 1689. fol. editis obuia, libris duobus pulcherrimum reipublicae ſtatum exponens, et in germanicum ſermonem verſa Lipſiae

²⁴ Vide S. I. Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern, Vol. 1. d. 548.

phae 1612. 8. ²⁵ a. Guili. Burneto in Anglicum, a Guedeuillio nuper, et pri-
dem a Sam. Sorbierio et ante eum a Ioanne Blondo et Barthol. Anello ²⁶ in
gallicum, atque a F. von Hoogstraten in Belgicum sermonem ²⁷ versa,
lectuque iucunda ²⁸, atq; vocabulum *Vtopiae* male Graecum videtur Iuoni
Villiomaro siue Ios. Scaligero X. 9. ad locos Rob. Titii et Rich. Simoni III. 14.
Epist. select. pag. 86. pro quo *Vdeposiam* dixit Guil. Budaeus. Huic succentu-
riatur alterius Angli *Baconis Verulamii* Noua Atlantis, ²⁹ quae non modo
Anglice et Latine saepius excusa est, sed et 1702 Gallice translata, et quum
ab Auctore imperfecta relicta esset, continuata ab Interprete, additis de
academia Regia vtraque Parisiensi obseruationibus. Parisiis 12. *Christ. Aug.*
Heumannii Vtopia literata, cuius specimen edidit in Poecile. *Iosus* quoque
Glanuilius, pariter Anglus, Baconis exemplo rempublicam finxit, et cum
Atlantide Anglice edidit, quam appellauit Antisanaticam. Satis etiam super-
que nota est Ciuitas Solis *Thomae Campanellae*, ³⁰ vt Terram Australem *Mer-*
curii Britannici, siue librum Alberici Gentilis cui titulus *Mundus alter et idem*,
Ioan. Bisselii *Icariam* 1667. et *Vtopiam Didaci Bernardini*, siue, qui sub illo
nomine latet, *Iacobi Bidermanni: Casparis Striplini* Eudaemonensium Rempu-
blicam, Melchiorisque Inchoferi sub *Lucii Cornelii Europaci* nomine editam
Monarchiam Solipforum, Iesuitas Satyrice perstringentem: et Rempublicam sub
Monarchia vel Aristocratia quadam vniuersali Christianam, cuius summas lineas
ducit in memoriis suis *Sullius*, nostraque aetate variis scriptis *Abbas de Saint*
Pierre, praetereamus. Ingeniosissime vero conficta est exceptis quibusdam
locis in quibus parum Christiane nonnulla tradere et per cuniculos petero
sanctissimas de miraculis narrationes videtur *Historia Senerambium*, quae
N 3 Gal-

²⁵ Baumgartenius ibid. p. 336.

²⁶ Antonii Verdierii Bibliotheca Gallica p. 111 et 653. Clerc Bibliothecque ancienne et moderne T. 7. p. 211.

²⁷ Mandelyk Uittrecksels 1701. p. 487.

²⁸ Nomina peregrina quaedam in hoc Mori-scripto occurrentia illustrat G. I. Vossius Epistola 348. ad Sam. Sorbierium.

²⁹ Desinit illa in descriptione Collegii Salomonii, siue operum sex dierum, inuesti-
gandis naturae miraculis atque in vsus humanos promouendis: Cui geminum commentum
de sodalitatibus Fratrum Rosae Crucis, de quibus Morhofius lib. 1. Polyhistor. cap. 13.
Reip. Litterariae festius descriptio occurrit in Vignolii Marullii Miscellaneis Historicolli-
terar. editis Gallice Tom. 2. p. 61 sq.

³⁰ Vide unpartheipischen Bibliothecarium p. 709 sq. et Iacobum Echardum T. 2. scri-
ptorum ordinis Dominicanorum p. 516.

Gallice, Italice, Anglice, Germanice et Belgice existat, atque ita scripta est ab auctore, siue illustris Sidneyus ille sit, siue Allasius; siue Veirasius ³¹ denique, vt lector incautus facile crediturus sit veram se historiam legere: Non est cum hac luobratione conferenda, quatenus et ipsa hinc inde ingenium atque acumen Auctoris demonstrans. *Historia Terrae Australis, Gallice scripta a Jac. Sadero* siue qui sub illo nomine latet, *Gabr. Foignio*, ex Franciscano, ac Germanice etiam edita Dresdae: 1703. 12. sub titulo *nevents dectes Sübländ*. De quo libro Clariss. Baelius in Lexico vbi de Sadero differit, videri potest. Tum alius qui existat sub titulo *Ides d'un regne doux et heureux, ou relation du Voyage du Prince de Montberaud dans l'Isle de Naudely* 1703. 12. Qui recensetur in Nouellis Reipublicae litterariae mense Sept. anni 1704. pag. 334. et Detleui Cluerei *historischen Anmerkungen* A. 1706. p. 222 sq. *Relation du Royaume de Coqueterie* par Mr. Hedelin. Paris. 1689. Vide *Memoires de Litterature* A. 1715. p. 296 sq. Eiusdem Hedelini *Macaraise, ou la Reine des Isles fortunées, histoire allegorique contenant la Philosophie morale des Stoïques*. 1664. Eadem memoriae a. e. pag. 303. *Songe de la Reformation d'un Etat* par Mr. Cordemoy, pag. 155 sqq. eius *Operum* iunctim Gallice editorum Parisiis 1704. 4. *La Decouverte de l'Empire de Camahari*. Paris. 1730. 12. Vide *Journal des Savans* A. 1731. mense Septembr. p. 68. *Respublica Babinensium* ³² siue stultorum, cuius descriptionem habes apud *Stanislaum Sarnicium* *Annali VIII. de rebus gestis Polon. et Lithuanor.* p. 395. et in *Bernardi Connorii Beschreibung des Königreichs Pohlen* pag. 102 sqq. *Tanii Nicii Erythraei Eudemiae* libri X. primum Lugd. Batav. 1639 editi, deinde Coloniae Vbiorum 1645. et denique ibid. (siue potius Ienae) 1740. 8. recusi, et Naudaeo *Epistola* 93. vehementer probati, et *Iacobi Harringtoni Oceana*, de quo ingenioso libro *Acta Eruditorum* A. 1705. pag. 45 sq. et *Nouvelles de la Republique des Lettres* A. 1700. Tom. 2. pag. 253. Alteriusque *Angli Noua Hierosolyma*, Clariss. Paschio pag. 20 memorata. *Jonathanis Swiftii* Dublini anno 1745. anno aetatis septuagesimo octauo denati

³¹ Clericus T. XXV. Bibl. selectae p. 402. *Mr. Heumann attribue l'Histoire de Severambes à un nommé d'Allais. Ce livre à été composé originaiement en François par un Provençal, nommé Veiras, que feu Mr. Locke avoit connu particulièrement, et ensuite il à été traduit en diverses langues. L'auteur avoit mis au titre, traduit de l'Anglois, pour de passer les lecteurs; finesse que Mr. Bayle a imité depuis dans son Commentaire Philosophique, adde T. XXVI. p. 460. 461.*

³² Vide Christophor. Hartknochium de Republica Polonica lib. 1. cap. 2. pag. 86 sq. D. Sam. Schelwigii *Bibliosophista Gedanensis* p. 78 sq. et *gelehrten Criticum* Centur. 3. quaest. 23.

nati ³³ liber anglice sub titulo: *Tale of a Tub*, Londini editus, et in gallicum germanicumque sermonem conuersus; eiusdem iter in Cacklogalliniam, anglice editum, et in varios sermones itidem conuersum; eius *Travels into several remote Nations*, qui liber sub ficto Lemuelis Guiliuerii nomine editus, et itidem in varias linguas translatus est; denique iter Lulliputtianum, quod etiam in varios sermones est conuersum. *Bernhardi de Maindeuille* fabula apum, quae primum anglice 1706. ³⁴ ligato sermone prodit, deinde ve-

ro

³³ Vide London's Magazine 1745. p. 564. vbi quoque stipendii 12000 librarum, quod in usum posocomii, in quo homines mente capti alantur, conuerti voluit, mentio fit. Ipsum, quod condidit, testamentum germanice versum exhibetur in *ben bremischen Beyträgen* p. 255 sqq. Quod ei positum est epitaphium recensetur in *Gentleman's Magazine* A. 1745. p. 663. quod, ut hic repetamus, haud inuicundum fore lectoribus credidimus:

Hic iacet

Democritus ille neotericus,

Rabelaeus noster,

Jonathas Swift, S. T. P. ecclesiae huius cathedralis:

Nuper Decanus;

Momi, *Musarum*, *Mineruae*

Alumnus perquam dilectus,

Insulis, hypocritis, theomachis

Iuxta exosus;

Quos tributum summo cum lepore

Derisit, denudauit, debellauit.

Parriae infelicis

Patronus impiger et propugnator.

Primores arripuit populumque interritus,

Vni scilicet aequus virtuti.

Hanc fauillam

Si quis ades, non penitus excors viator

Debita sparges lacryma.

Opera Swiftii iunctim edita sunt Londini 1751. vndecim voluminibus in 12. Vide *Journal Britannique* T. V. p. 324.

³⁴ Baumgartenii *Nachrichten von einer hollischen Bibliothek* Vol. 8. p. 62. et eiusd. *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* Vol. 8. p. 445.

1714 auctior est recusa; cui deinde pars secunda 1729 addita est. Haec gallice versa, adiectis nonnullis aliis Maindeuilli scriptis, quatuor in forma octopartita voluminibus, euulgata est Londini 1740. Non sine plausu excepta est *Iosephi Aurelii de Ianuario* Respublica Iureconsultorum, in qua iter nonnullorum iuuenum describitur, in insulam quandam susceptum, in quo Iureconsulti, facti functi, tanquam ciues, optimam condunt rempublicam. Haec prodiit Neapoli 1731. 4. et cum Frider. Ottonis Monckenii ad auctorem epistola recusa est Lipsiae 1733. 8. Hisce ex Germanis nostris addentur confictae eiusmodi Respublicae Platonicae quatuor, quarum prima Latine scripta est a *Magno Daniele Omeisso*, Profess. Altorsino τῷ μακροτέρῳ, sub titulo Insulae fortunatae, de quo libro adeundus V. C. Ioan: Georg. Eckartus in excerptis mensuris Ianuar. 1708. p. 76. Reliqui tres Germanice scripti sunt, atque primus ex illis, inscribitur, nescio quo Auctore, *Ophitischen Staat* 35 de quo idem Eckartus p. 18. secundus, *die allerglücklichste und volkkommenste Regierung*, Auctore Cordesio a Verimund, siue Treuherz von Wabermund, sub quo nomine personato latet *Iacobus Dornkrell ab Eberherz*, edita Harmonia Biblica et aliis scriptis non ignotus, atque anno 1704 defunctus. Tertius inscribitur Constantini von Wahrenberg 36 *glücklichste Insel, oder das Land der Zufriedenheit*. Regiomonti 1723. 8. E Danis notari meretur Ludouicus Holbergius, qui et elegantissimis acuti ingenii foetibus, et illustri in academiam equestrem Soranam 37 liberalitate nominis immortalitatem consequutus est. Is enim sub ficto Nicolai Klimmii nomine edidit iter subterraneum, in quo perfectae reipublicae formam delineauit, adeo auide, vt omnia Viri acutissimi scripta, arreptum, vt in varias conuerteretur linguas.

35 Hic liber recusus est Nordhusae 1723. 12. sub titulo: *Vorschlag zu einer wohl eingerichteten Landesregierung*.

36 Sub Wahrenbergii nomine laet Celeberrimus ille, scriptisque theologicis et politicis notissimus, Phil. Bartholdus Sinold, dictus Schütz, cuius vitam recenset Ern. Frid. Neubauerus in Lexico Theologorum Lutheranae Reformataeque religioni addictum P. II. pag. 1119. vnde discas, libellum hunc sub ascitio illo, quo saepius Schürzius est, Ludouici Ernesti a Faramond nomine Franc. 1732. 8. esse recusum.

37 Vide Formei nouam Bibl. germanicam T. XV. p. 90.

CAPVT XV.

Scriptores de Legibus, Comitibus, Iudiciis, Poenis,
Seruisque Hebraeorum, Graecorum, Romanorumque: Et de
Sanctionibus et Iudiciis Christianorum Canonicis
atque Synodicis.

*De septem Præceptis Noachi. 1. Legibus Mosais. 2. 3. 4. 5. Legumlatores
Gentium 6. Leges Atticae et Laconicae. ibid. Aegyptiorum. 7. Roma-
norum. 8. Conuentus et Comitibus. 9. Iudicia Hebraeorum. 10. Graeco-
rum. 11. Romanorum. 12. Christianorum Concilia et Canones Ecclesiasti-
ci. 13. Poenae Hebraeorum. 14. Excommunicatio Ecclesiastica. 15.
Poenae Graecorum, Romanorum et aliarum Gentium. 16. De Seruis et
eorum manumissione. 17.*

I.

De legibus Patriarcharum antemosaicis, tam ante quam post diluuium vi-
deatur Richardus Cumberland in appendice. Latine addita ad opus po-
stumum Anglice a S. Payne editum de originibus gentium antiquissimis, Lon-
dini 1724. 8. Celeberrimus Herm. Samuel Reimarus in dissertatione de le-
gibus Mosais ante Mosen. Hamb. 1741. et Conr. Ikenius in dissertationibus
binis de institutis et caerimoniis legis Mosais ante Mosen. Bremæ 1751 edi-
tis. De septem præceptis quae Noacho data esse perhibent et a proselytis
etiam domicilii obseruari volunt Iudaei, copiose atque erudite egit Ioan. Sel-
denus in opere de iure naturae et gentium secundum disciplinam Hebraeo-
rum, Lond. 1640. fol. Argent. 1665. 4. quod iustos veluti commentarios in
illa exhibet: breuiter Melchior Leydeckerus de Rep. Hebraeorum pag. 28,
aliique in codice pseudipographo Vet. Testamenti pag. 269 a me allegati.

II. Leges Mosais exponunt interpretes Pentateuchi, tum Philo Iudaeus
in plerisque scriptis; et Eduardus Bernhardus ad Iosephi librum 3 et 4.
antiquit. Iudaicarum: ne de Talmudicis iam dicam, per traditiones suas
legibus Mosais dubium plusne lucis an tenebrarum et dubiorum afferenti-
bus. Distinguuntur leges Mosais in morales, מוסר, *προσάγματα* siue

¹ Ignoram fuisse Philoni, antiquis Iudaeis et Maimonidi hanc distinctionem, obseruat
Ericus Benzelius in notitia litteraria sect. 1. parte 3. p. 48 sq.

ἐντολαίς, Forenses siue Civiles, **ΠΡΑΕΠΤΑ**, κερματτα, (praecepta Noachidarum) et Caerimoniales seu Leviticæ, **ΔΙΚΑΙΟΛΟΓΙΑΙ**, νόμιμα, (statuta Iudæis peculiaris².) Ad moralium illustrationem faciunt innumeri scriptores morales atque catechetici, quos recensere ab instituto nostro est alienum. Ad forenses leges Mosaicæ illustrandas non prætereundi, qui easdem cum legibus aliarum gentium contulerunt, ut fecit auctor collationis legum Mosaicarum et Romanarum, a Petro Pithoeo editus, siue Licinius Rufinus siue iunior aliquis I. C. Christianus, aut si Marquardum Freherum libri 1. *παρέργων* iuris cap. 9. audimus, Iudæus, qui quum videret laborare sectam suam invidia, quod disciplina iureque, a Romanis diuerso vti nosceretur, amoliri eam studens, demonstravit non vsque adeo multum legibus Iudæicis et Romanis inter se disconuenire, atque adeo ex patriis suis legibus fluxisse Romanas. Vide si iuuat quae de hac collatione dixi in Bibliotheca Latina lib. IV. cap. 9. vbi etiam plures recentes scriptores eiusdem argumenti laudo, quibus addendus Wilhelmus Zepperus in legum Mosaicarum forensium explicatione. Herbornae 1604. 1614. 8. et cum Ioan. Henrici Schrammii notis. 1714. 4. Laelius Mancinus de triplici iuris collatione ac consensu. Patavii 1648. fol. Claudius Kloot in synopsi causarum criminalium, qua collationem iuris Divini, Suecici et Romani instituit; et Ioan. Franc. Buddeus in legum Solonis cum Mosaicis collatione. Halae 1699. Leges forenses Mosaicæ ad decalogi praecepta refert Bened. Pieterus lib. IX. Th. Christi. c. 10. Ceterum leges celebres Ethnicorum ac Philosophos leges praeceptaque sua a Mose sumfisse, merito negat Augustinus Calmer in diss. praefixa commentario suo in Prouerbia, licet aliud videatur Ehregott Daniel Colbergio in legislatoribus Graecorum et Romanorum Mosaicantibus.

III. Quod ad leges caerimoniales Mosaicæ attinet, earum Originem ab Aegyptiis repetunt Angli duo eruditi Io. Spencerus in opere de legibus Hebraeorum ritualibus³, Cantabrigiae primum 1685. in fol. et deinde 1686. 4. Ha-

² Drosius ad Sulpitium Seuerum p. 106. et Herm. Witfius Misc. sacr. T. 2. p. 482 sq. Aliter Geierus ad Psalm. LXXXIX. 32. et Relationes innoxiae 1702. p. 325 et 326.

³ Nonæ editio ex Msscripto Spenceri Cantabrigiae prodit 1727. fol. duobus voluminibus cura Leonhardi Chappelsoni, Arabicae linguae Professoris Cantabrigientis, addito etiam quarto auctoris libro de ritibus et consuetudinibus Hebraeorum repetitis ab vsu ethnicorum nec a Deo præceptis, et dissertationibus de natura et origine phylacteriorum Iudaicorum, de ratione legis vsuram prohibentis, et tertia ad locum Martialis XI. 95. Quae editio repetita est Tubingae 1732. fol. cum C. M. Pfaffii dissert. præliminari; in qua scripta Antispenceriana recensentur; quibus adde. Ioan. Langii Spencerum *λογισμολογία*, in eius opere Germanice edito Halae Saxon. 1732. fol. *Mosaisches Licht und Nacht*.

Hagae Comitris et Lipsiae 1705. in 4. recufus; et Io. Marfhamus in chronico eanone. Lond. 1672. fol. Lipsiae 1676. 4. et Amft. 1698. 4. Idem praeter typicum refpectum ad Chriftum (ad quem omnia antiqui foederis facrificia collineabant teftè fcriptore facro epiftolae ad Hebraeos) alias plerumque rationes ad Ethnica facra Aegyptiorum vitanda vel imitanda pertinentes vrgent, impugnati, ne interpretes Leuitici et aliorum Moſis librorum fcriptoresque de facrificiis et typis facris, fupra laudatos iam memoremus, ab Hermanno Wittho in Aegyptiacis Amftel. 1683. 1696. 4. Claudio Freffenio lib. 1. diſquiſit. Biblicarum cap. 4. ſq. Natali Alexandro in aetate 4. Teftamenti Veteris, Ioanne van der Weyen in variis facris, Ludouico Ferrando in parte r. obferuationum de religione Chriftiana Gallice editarum, a Jac. Triglandio in diſſ. de origine et cauſis rituum Moſaicorum, Lugd. Bat. 1702. 4. et a Ioanne Friderico Weidlero diſſert. de corruptis legum Hebraearum rationibus apud ipſos Hebraeos (Maimonidem praecipue) deprehendiſſis Witteb. 1713. Leges caerimoniales ad Decalogi praecepta refert Chriſtoph. Sonntagius in Decade theologica ſiue *deiyuocci* de moralitate legum caerimonialium et forenſium. Altorfii 1708. 4. Quod lex caerimonialis poſt aduentum Chriſti ceſſare debuerit adeoque a Chriſtianiſ reſte fuerit abrogata, oſtendunt praeter Iuſtinum Martyrem, et alios Veteres Robertus Groſſereſt, Epifcopus Lincolnienſis circa A. C. 1240. clarus in libro de ceſſatione legalium, cuius vix tertia pars edita eſt Lond. 1658. 8. Iacobus Altingius in Schilo libro 5. cap. 4. vſque ad 10. Wagenſeilius in Telis igneis Satanae pag. 544 ſq. Philippus a Limborch in collatione cum erudito Iudaeo Iſaaco Orobio Hiſpano, p. 372 ſq. et Iſaacus Iaquelotus in diſſ. de Meſſia, Gallice editis p. 250 ſq.

IV. Leges vniuerſas Moſaicæ in quatuordecim claſſes digerit et illuſtrat Maimonides in Moreh Neuochim P. 3. cap. 35-39. Alia eas methodo in certas claſſes titulosque digeſſit et ex toto Pentateucho excerptit Theodorus Beza, cuius liber et forſim et inter opera eius excuſus eſt: tum Melchior Leydeckerus de republica Hebraeorum libro V. Iudaei numerare ſolent praecepta legis per Moſen data 613. Ex quibus 248. 4. affirmatiua, imperia ſiue iuſta, *παραινέσεις*, reſpondentia numero oſſium membrorum hominis; et 365. negatiua, vetita ſiue *ουδενήσεις* reſpondentia numero dierum ſolis, vel vt alii, venarum hominis, quod tamen explodit Mottanus Vayerus T. 12. operum p. 258 ſq. Vniuerſa haec praecepta 613. aiunt Dauidem Pfalm 15. redegiſſe ad praecepta vndecim: Eſaiam cap. XXXIII. 15. ad praecepta ſex?

O 2

Mi-

* Quotque hominis ſunt membra, dies quot computat annus
Tot praecepta dedit - - - Gilb. Gaulmin.

Micham VI. 8. ad Arie: *Estiam iterum* LVI. 1. ad duo; Amosum denique V. 6. et Habacucum II. 4. ad vnum. Vide Cartwrightum in Mellificio Hebraico lib. 1. c. 4. Coccenium ad codicem Maccoth, p. 435. Grotium ad libros de veritate religionis p. 224. et ad Matthaei XXII. 40. et Bibliothec. Lubec. T. 2. p. 199. Praecepta illa 613. illustravit e Iudaeis R. David Vidal, de quo clarissimus Wolfius T. 1. p. 296. praeclearae suae Bibliothecae Hebraicae. Moses Maimonides in ספר מצות (Wolfius T. 1. pag. 860.) Moses Chagis (Wolf. T. 3. p. 754.) Salomo ben Elieser in עכירת הלוי (Wolf. Tom. 4. p. 974.) Moses de Kotzi (Baroloccius Bibl. Rabb. T. 4. p. 75.) Ichuda Lebh ben Hillel in libro לה חכמה, qui cum versione latina editus est a Carolo Schulten, Holmiae 1781. 4. Hispanica lingua Isaac Athias, Venetiis 1627. 4. et postea Amstelod. 1694. 4. Hebraice et Latine post *Sebast. Münsterum* edidit *Io. Leusdenius* Ultrai. 1686. 4. et ad calcem Philologi Hebraei primae editionis. Latine *Iosua Arndtus* in Manuali LL. Mosaicarum, *Ioannes a Lent* in Theologia Iudaica, *Simon Episcopus* lib. 3. institutionum Theologiarum. *Leydeckerus* V. 10. de republica Hebraeorum. *Gilbertus Genebrardus* ad calcem chronici (edit. A. 1600. fol.) p. 84 sq. *Ioan. Pistorius* in scriptoribus Cabbalisticis, Basil. 1587. fol. et *Benedictus Arias Montanus* generationis Adami libro quarto p. 225 sqq. Antwerp. 1593. 4. Anglice *Ioannes Owenus* in epistolam ad Hebraeos Tom. 1. Exercitatione XX. p. 275 sq. Ex his DCXXII praecceptis ipsi non dissententur Iudaei negligi a se praeccepta CCXCVII. Vide *Ioan. Henr. Maii* synopsis theolog. Iudaicae p. 208. sexaginta praeccepta necessaria esse fatentur. vide *Iosephum de Voësin* ad *Raymundi Martini* pugionem fidei p. 91. De abrogatione legis Mosaicae idem adeundus p. 141 sqq.

V. Non praetereundus etiam Constantini l'Empereur de legibus Hebraeorum forensibus liber, siue commentarius ad tractatum Talmudicum Bava Kama. Lugd. Bat. 1637. 4. et in opere Mischnico Surenhusiano tomo 4. R. Aaron in חכמה, v. Wolfius T. 1. B. H. p. 123. R. Elias Byzantius, de quo idem ibid. p. 149. R. Elieser Metensiq, Wolf. ibid. p. 179. et R. Elieser ben Nathan, de quo idem ibid. p. 180. Tractatum Talmudicum חוריות de statutis Latine vertit Christianus Ludouici, Lipsiae 1696. 1712. 4. Ioan. Henr. Hottingeri ius Hebraeorum siue Nomothesia Mosaica Tiguri 1656. 4. cui addes *Nehemiam Grew*, Anglum in Cosmologia sacra lib. 4. cap. 8. vbi agit de rationabilitate, respectu et vsu legum Mosaicarum. Commemorandi quoque sunt ii, qui de vna alteraue lege Hebraeorum scripserunt, vt *Ioan. Ioach. Zentgravius* dissertationibus 4. de legibus Hebraeorum forensibus contra Magiam et idololatriam, Argentor. 1693. *Theodorus Dassonius* de iure finium.

Enium. Witteb. 1626. de modis seminandi. diuersa semina. ibid. 1695. de rebus in agris relictis. ibid. 1696. de vidua Hebraea. ibid. 1699. *Ioan. Christoph. Wagenseil* de eo, quod secundum legem Diuinam e terrae prouentu pauperibus debetur. Altorfii 1700. *Ioan. Andr. Danzius* de iure talionis. Ienae 1700. et de animalibus esu interdictis. ibid. 1688. *Gotthofr. Valand* de lege connubii. Erf. ad Viadr. 1682. *Gust. Georg. Zeltner* de genuino coniugiorum prohibitorum fundamento. Alt. 1717. *Ioan. Dav. Michaelis* in der Abhandlung von den Ehegesetzen Moses, welche die Schratzen in die nahe Freundschaft versagen. Lipsiae 1755. 4. *Ioan. Car. Beheim* de diuortio Iudaeorum nunquam a Deo praecepto, neque etiam legaliter permisso. Alt. 1729. *Ioan. Dav. Michaelis* ad leges diuinas de poena homicidii. Goettingae 1747. 4.

VI. Legumlatores gentium celebres longe plurimos referre me memini libro 2. Bibl. Graecae cap. 14. De legibus Atticis agunt *Pandulphus Prateius* in iurisprudentia veteri Draconis et Solonis cum Romano iure legum regiarum ac Decemuiralium (sive legibus XII. tabularum) diligenter collata Lugd. 1559. 8. de quo libro vide sis obseruationes selectas Hallensium tomo 1. pag. 83 sq. Egregius quoque est *Samuelis Petiti* ad leges Atticas commentarius Paris. 1635. fol. (non 1651. vt excusum in Bibl. mea Graeca pag. 526. nec 1653. vt in G. Beyerii specimen III. auctorum iuridicorum pag. 48. vbi etiam praeter rem vt opinor traditur hoc opus recusum A. 1642. 4.) editus, et cum animaduersionibus Iacobi Palmerii, A. M. Saluini, C. A. Duckeri et Petri Wesselingii recusus T. 3. Iurisprudentiae Romanae et Atticae, Lugduni Batav. 1738 sqq. euulgatae. Ex hoc Potterus lib. 1. cap. 26. Archaeol. Atticae leges Atticas in octo libros distinctas Graece et Latine descriptas integras exhibet. Tomo 12 thesauri Gronouiani p. 127 - 194. *Ioan. Meursii* Solon, sive liber de Solone eiusque legibus Hafniae 1632. 4. et Themis Attica, seu libri 2. de legibus Atticis Ultraiect. 1685. 4. etsi in his passim etiam fictae in Rhetorum Graecorum declamationibus leges afferuntur, a quo diligenter sibi et recte cauit Petitus. Recusa sunt haec Meursii scripta, vna cum eius libro de fenatu Areopagitico Lugd. Bat. 1624. 4. primum vulgato, tom. 5. thesauri Gronouiani. *Iosephi Scaligeri* collectionem legum Atticarum ineditam occurrere in Bibliotheca Academiae Leidensis testatur Salmasius p. 272. epistoliarum, et vsum se eadem testatur Grotius epist. 357. Eiusdem *Salmasii* obseruationes ad ius Atticum et Romanum aduersus *Desiderii Heraldi* obseruationes Parisiis 1640 editas, lucem adspexere Lugd. Batauor. 1645. 8. quibus Heraldus respondit in septem libris animaduersionum ad Salmasium. Parisiis 1650. fol. *Pandulphus* quoque *Prateius* ante nobis commemoratus ad calcem

librorum de iurisprudentia media Lugd. 1561. 8. subiunxit XII. leges Solonis quas in priore commentario praetermiserat. Praeterimus *Valentini Wilhelmi Forsteri* additamenta ad Solonis leges latine versas Witteb. 1616. 8. *Godofredi Schmidii* diss. de Solone legislatore Lips. 1688. 4. *Frieder. Menzél* dissert. de Solonis legibus. Lips. 1701. 4. atque *Christiani Woldenbergii* principia iuris Romani Rostoch. 1688. 4. qui etiam recudi curavit *Philippi Melanchthonis* collationem actionum forensium Atticarum et Romanarum praecipuarum, quae seorsim prodierat Witteb. 1546. 8. *Antonii Thyssi* denique collationem legum Atticarum et Romanarum, recusam eodem tomo 5. thesauri Gronouiani. Non mediocriter etiam ius Atticum-illustrant Harpocratio in Lexico Rhetorum, et Philippus Iacobus Maussacus, atque Henr. Valesius in eruditis ad Harpocratiorem obseruationibus, et Vir. Graecè doctissimus Ioan. Taylor in lectionibus Lysiacis, atque eruditissimis in Demosthenis orationes notis.

Plato Atheniensis ab Arcadibus, Cyrenaeis et Thebanis rogatus, leges ferre illis noluit. Vide Menagium ad Diog. Laërtium p. 148. b. nihil tamen celebrius eius duplici opere de Republica libris X. et de legibus libris XIII itemque *Epinomide*. Arque a profanis quidem scriptoribus passim laudibus fertur in coelum, ab Eusebio autem et Theodorito et aliis Christianis propter leges improbables reprehenditur. Praecipue vitio ipsi datum est quod communionem vxorum haud est detestatus, quo nomine in Socratem Platonemque inuehitur praeter alios Saluianus lib. 7. de prouidentia p. 257. Chrysostomus homil. 1. in Ioannem p. 11. et in acta p. 482. vt alios in praesenti omittam. Qui Platonem excusant, aiunt eum hoc neutiquam censuisse admittendum in *νεοσηκúαις πόλεσι*, quales sunt ipso etiam iudice quae sunt fueruntque vniuersae, sed in ideali sua Republica. Confer Alcinoium c. 33: et scriptores laudatos a me lib. 3. Bibl. Graecae c. 1. *Aristotelis* 1. τὰ ἐν τῶν νόμων Πλαίτωνος, siue tribus (vt Laërtius V. 22.) siue duobus libris opus constitit (vt Anonymus a Menagio editus in Aristotelis vita) iam pridem intercederunt, perinde vt *Theophrasti* libri quibus Graecorum barbarorumque leges teste Cicero descripserat. De legibus Lacedaemoniorum latis a Lycurgo videndus Nicolaus Cragius libro 3. de Republica Lacedaemon. T. 5. Gronov. et quae pridem notauit lib. 2. Bibl. Graecae c. 14. vbi et de legibus Charondae, Zaleuci, Zamolxis et aliorum. De Lycurgi legibus, quas Lacedaemone de puerorum educatione tulit, exstat Abrah. Krigelii dissertatio Lipsiae 1726 edita.

VII. Legumilatores et leges Aegyptiorum, persequitur Diodorus Siculus lib. 1. histor. cui ex recentioribus addendi sunt Kircherus T. 1. Oedipi Aegypt. p. 113 sq. Marshamus, Spencerus, Witfius libris supra laudatis, et Ioannes Nicolai tractatu de Synedrio Aegyptiorum, illorumque legibus insignioribus, Lugd. Batavor. 1706. 8. Ioan. quoque Ludouicus Praschius designauit collectionem legum Aegyptiacarum, eamque Argentorati sub Boecleri praesidio in argumentum disputationis publicae proposuit, vnde inter Boeclerianas dissertationes legitur tom. 2. p. 665 sq. Argentor. 1740. 4. De legibus vetustis Noruegicis eruditum tractatum edidit M. I. Paus. Hafniae 1751. 4.

VIII. De legibus Romanorum, Regiis, Decemviralibus, Tribunitiis, nec non de SCtis, Edictis, atque Imperatorum legibus ac rescriptis scriptores laudauit lib. IV. Bibl. Latinae c. 9. vbi etiam de responsis Prudentum, Iurisconsultis antiquis et omni iuris Romani historia. Pro seueritate legum Decemviralium siue XII tabularum pulchra Apologia apud Gellium XX. 1. relata legitur ex ore Sexti Caecili. Plebiscita sine auctoritate senatus non habebant vim legis, vt praeter alios notat Plutarchus, Coriolano pag. 247. Iis, qui leges Romanorum Regias etc. illustrarunt, scriptoribus, in Bibliotheca Latina commemoratis, iungendi sunt e recentioribus S. H. van Idsinga variorum ius ciuil. liber singularis, quo leges quaedam regiae et decemvrales, tum Pandectar. tum Codicis illustrantur, explicantur. Harlingae 1739. 8. Christi. Henrici Hausotteri Historia legum Romanarum. Lipsiae 1751. 8. Io. Nicol. Funccii leges XII. tabularum suis, quotquot reperiri potuerunt, fragmentis restitutae et obseruationibus criticoantiquariis illustratae, Rintelii 1744. 4. Aloysii lib. Baron. a Locella tria tentamina ad illustrandas leges XII tabularum. Viennae 1754. 4. Io. Ludov. Conradi Commentatio de legibus tabellariis. Lips. 1756. 4. Io. Aug. Ernesti, Theologi atque Philologi Praestantissimi, Index legum, quarum in libris Ciceronis nominatim fit mentio in eius Clauis Ciceroniana obuius. M. Antonii Ferratii Epistola de Senatusconsultis, pag. 176. Eius Epistolarum. Ern. Martini Chladenii dissertationes binae de Senatusconsulto s. tacito. Viteb. 1742 et 1743. Io. Gottl. Heinneccii Historia edictorum⁶, quae comparet in eius Opusculis postumis a Ioan. Chri-

⁵ Dubia contra Chladenii de SCto tacito sententiam mota obuia sunt in Nouis Litterariis Lipsiae anni 1743. p. 63.

⁶ Edicendi siue edicta proponendi facultas, vti ad magistratus auctoritatem pertinet, ita Romae concessa Regibus, Consulibus, Censoribus, Dictatoribus, Praetoribus, Tribunis Ple-

Christi. Heineccio editis Halae 1743. 4. Laur. Andr. Hambergeri disputatio de Edicto perpetuo, quae existat pag. 251 sqq. eius Opusculorum Francof. et Lipsi. 1745. 8. euulgatorum. Io. Aug. Bachii Programma de Edicto perpetuo prouinciali. Lipsi. 1752. 4. Io. van der Wayen de aedilitio edicto. Lugd. Batav. 1720. 4. Io. Christi. Gottl. Heineccii ad edictum aedilitium florum spatioso. Halae 1738. 4. M. Antonii Ferratii Epistola de legibus iudicialiis, p. 1, eius Epistolarum. Leopoldi-Antonii Guadagni Lettera delle Leggi Cenforie, quae inserta est diario-italico: *Novelle della Republ. delle Lettere dell'anno 1731.* Friderici Platneri libellus de legibus sacratissimis Romanorum. Lipsi. 1751. 8. Eiusdem dissertatio de legibus Romanorum sumptuariis. ibid. eod. Omittimus, ne vel nimis exerceat commentatio nostra, vel messem in alienam falcem immittere videamur, scriptores, qui de singularibus legibus Romanorum commentati sunt, in Struuii atque Lippenii, accessionibus Ienichii aucta, Bibliotheca Iuris euoluendi. De more leges tabulis inscriptas vel lapidibus insculptas in porticibus Ecclesiarum proponendi, Frid. Lindenbrogii ad Codicem legum antiquarum p. 1426. et Almeloueenius p. 15. amoenitatum theologicophilologicarum.

IX. Conuentus populi, et Comitija relata siue indicta apud Romanos fuere, ut apud Arnobium lib. 2. p. 91 traditur, triplicia *urbana, militaria et communia*, hoc est, vel *Curiata*, (*ἐκκλησία τῶν κουριῶν*, Appianus 3 Ciuil. p. 586.) vel *Centuriata* (*λοχίτης*) vel *Tributa* (*Φυλῆτις*, Appianus 3 Ciuil. p. 545. et 4. p. 642.) In *Curiatis*, rem militarem continentibus, suffragia ferebant qui in vrbe habebant domicilium, adeoque adscripti essent vni e tringinta curiis quas Romulus instituit, et omnis deinde aetas seruauit. In *Centuriatis*, *κατὰ λόχους*, auctoritate senatus auspicato conuocatis ad Magistratus maiores creandos in Campo Martio extra urbem presente exercitu suffragia ferebat populus omnis ciuium, siue in vrbe siue extra urbem habitantium et in classes descriptorum per classium Centurias a Seruio Tullio 7 institutas: in *tributis* denique *κατὰ Φυλῆτις*, etiam conuocatis sine sacrificiis 8 et sine Senatus auctoritate idem omnis populus diuisus in tribus XXXV. quibus deinde aliae nouae additae sunt, quum post bellum sociale ciuitas Italicis data

Plebis, Aedilibus, Praefectis Praetorio, Praefectis vrbi, Praefectis aerario, Proconsulibus, Praesidibus, Ducibus bellicis, Pontificibus maximis et Decemuiris Sacrorum, ut probatum dedit Ioan. Gottl. Heineccius in praefatione ad Ezech. Spanhemii Orbem Romanum.

7 Appianus 1 Ciuiliu p. 386.

8 Dionysius Halycarnessensis lib. IX. p. 598.

data effect. Vide Appianum 1. Ciuil. p. 610. 641. 645. 646. 654 sq. Centuriatis comitiis exercitus imperatus siue exercitus omnis vrbani ciuium classicorum conuocatus est a Censore, vel Consule aut Dictatore, vel Interrege vel etiam Pontifice. Remittebatur exercitus, quum comitia dimittebantur. Vide Io. Frid. Gronouium Observ. lib. 1. c. 1. In tributis plebs plurimum valebat, in centuriatis nobiles. Priuatis, quo liberius possent ferre sententiam, concio et dicendi potestas in comitiis dabatur ante magistratus, teste Dione lib. XXXIX. p. 106. (207. R.) De Patrum in comitiis auctoritate vide eundem Gronouium obseruationum lib. 1. c. 25. Centuriam pro tribu ac vicissim tribum pro Centuria aliquando ponit Lilius, notante Gronouio ad lib. 26. 18. vbi de *confuso suffragio*. Graeci ita distinguunt: *κατὰ λόχους ἀλλὰ κατὰ φυλάς γίνεσθαι τὴν ψηφοφορίαν*, *suffragia ferri non centuriatim sed tributim*, Plutarch. Coriolano fol. 223. De vniuersa illa comitiorum ratione praeter *Onofrium* libro de ciuitate Rom. c. 6. 53 et 69. tom. 1. thesauri Graeuiani videndus imprimis eruditus vir *Nicolaus Gruchius* 9, cuius libri 3. de comitiis Romanorum omne punctum tulerunt, prodieruntque Paris. 1555. fol. Venet. 1559. 8. et vna cum scriptis *Caroli Sigonii* Hanov. 1604. fol. ad cuius binas reprehensiones, et disputationem de binis Magistratuum Romanorum comitiis et lege curiata responsiones eiusdem Gruchii, Paris. 1565. 1567. 8. seorsim editae, et recusae sunt vna cum libris de comitiis, tomo 1. antiquitatum Romanarum Graeuii. Quemadmodum et *Sigonii* de binis comitiis et lege curiata posterior cum Gruchio disputatio A. 1566, recusa Tom. 1. Graeuii p. 731. et emendatio lib. 3. de iure prouinciarum: *Gruchii*que ad posteriorem *Sigonii* disputationem refutatio A. 1567. inserta T. 1. Graeuii p. 634. tum *Sigonii* de lege Curjata Magistratuum et Imperatorum et Iure eorum liber ad Gruchium. Venetiis 1569. 4. Conferendae etiam *Latini Latini* ad Gruchium obseruationes pag. 30 sq. Bibliothecae profanae et quae post Gruchium scripsit *Otto Aicher* libris tribus de comitiis Romanorum, Salisburgi 1687. 12. quibus et quartum de comitiis 10

impe-

9 Nicolai Gruchii tres libri de Comitiis, vna cum Pseudo Fenestella et Pomponio Laeto de magistratibus et sacerdotiis et eiusdem Laeti de Iurisperitis et legibus, Valerio Probo de notis antiquis siue litteris, Iusti Lipsii diatribis ad antiquitates R. spectantibus, de magistratibus P. R. de vetere Latinorum scriptura, de vet. Romanorum pecunia, nominibus, conuiuio, de supplicio crucis, censura et censu, nec non de anno eiusque ratione et intercalatione, et Alexandri Sardi libello de numis recusi sunt, sed perum emendate, in Ioan. Godofr. Clausingii iure publico Romanorum.

10 De his Linnaeus IX. 1. Schwederus part. 1. c. 30. et alii scriptores iuris publici, ac singularibus scriptis Arguacius, Conringius, Bernh. Bertramus aliique;

imperii Romano-Germanici subiunxit. Exstat et *Pauli Manuttii* de hęc argumento libellus Bonon. 1585. 4. et tomo 1. thesauri Graeuiani nec non *Pauli Merulae* commentatio de comitiis Romanorum quae Lugd. Bat. 1675. 12. et inter eius postuma scripta prodiit Lugd. 1684. 4. *Bartholomaei Beuerini* de Romanorum comitiis, vna cum eius de ponderibus et mensuris syntagmate, Lips. 1714. 8. *M. Antonii Ferratii* epistola de comitiis, p. 150 sqq. eius epistolarum, et de binis Comitibus, ibid. p. 162 sqq. *Ioachimi Friderici Schmidii* et *Laur Normanni* dissertationes de comitiis Romanorum, Stargardiae sine mentione anni et Vpsaliae 1674 editae, vt omittamus Petrum Nannium Misc. LIX. cap. vltimo, et Alexandrum ab Alexandro Genalium dierum lib. 4. cap. 3. De comitiis tributis ante centuriata habitis, quibus Candidati Senatus populo commendarentur, multa disputat Nic. Abrahamus S. I. in commentar. ad orationem Ciceronis pro Milone cap. 9. sed quae nullius pretii esse notat Graeuus p. 828. suae editionis. De Ecclesiis siue Conuentibus publicis Atheniensium Petrus ad leges Atticas pag. 234 sq. Ioan. Potterus Archaeol. Attic. lib. 1. cap. 17. Vbbo Emmius descript. Reipubl. Atheniensium pag. 78 sqq. Car. Sigonius de Republ. Atheniensium II. 4. Franc. Rousius Attic. antiquitat. lib. 2. cap. 4. et Eduardus Corfinus Factor. Attic. dissert. sexta, quae agit de Atheniensium senatu et ecclesiis, de prytanibus, proedris ac epistatis illorumque muneribus ac varietate. De comitiis veterum Germanorum antiquis exstat commentatio Io. Iac. Sorbierii, cuius Vol. I, prodiit Jen. 1745. 4. II. Franc. 1749. 4. De campis Roncaliae consulatur Christi. Gottl. Schwarzii commentatio; cum Christoph. Iac. Waldstromeri oratione de curiis regiis comitiisque ante sanctionis Carolinae tempora Noribergae celebratis, Altd. 1723. 4. edita, et Ern. Ant. Heiligeri dissertatio de campis Roncaliae habitisque ibi curiis sollempnibus, Gottingae 1751 euulgata, et recusa Lips. 1752.

X. De Hebraeorum iudiciis praeter ea quae superius cap. XIV. §. 2. diximus, consulendus Philonis liber de iudice, seorsum editus cum Conradi Ritterhusii orationibus 2. de iudiciis Francof. 1602. Tho. Goodwinus in Mose et Aarone libro 5. Io. Gottl. Carpzouius ad Goodwinum. Ioan. Owmanus in notis ad codicem Iadaiim p. 110 sqq. Melchior Leydeckerus de Republica Hebraeorum lib. 7. cap. 9. pag. 467 sqq. Augustinus Calmet in dissertatione de politia, siue ratione iuris dicendi apud Hebraeos, quae exstat T. 1. eius dissertationum a Mansio latine conuersarum. Moses Lowmann in libro anglie edito: *A dissertation on the Civil Government of the Hebrews.* Londini 1740. 8. cap. X. p. 177. Quare assessores Synedrii vocentur Crethi et Plethi, disquirunt Talmudici in Berachot cap. 1. pag. 22. edit. Clarissimi Edzar-

Edzardi. Conferri possunt de Crethaeis et Methaeis Scacchi Myrothecium III. 15 sqq. Ioan. Gothofr. Lakemacherus obseruat. philologic. P. II. Hillerus syntagm. sacr. pag. 190. et dissertationes Ioan. Bened. Carpzouii. Lips. 1671. et in eius disputationibus academicis p. 187 sqq. Henrici Opiitii. Kilon. 1672. recusa in Thomae Crenii fasciculo 1. dissertationum historico-critico-philologicarum. Roterod. 1692. 8. Dauid. Lundii, Vpsal. 1690. et Daniel. Lundii. ib. 1707. 8. De more ius dicendi in portis vrbis vel sanctuarii vide L.C. Wichmanshausen in philologematis octo selectioribus. Witteb. 1715. §. 3. Franciscus Moncaei in lucubrationibus ad Canticum Cantorum. Paris. 1587. 4. pag. 88 sqq. Wilh. Frider. Pistorius amoenitatum historicoiuridicar. dissertat. 2. §. 47 sqq. De portis ciuitatum Iudaeae, iis maxime, quae *Batrabim* Hebraice vocantur, et de fori iudiciorumque in iis exercendorum antiquo more rebusque aliis ad portarum in vniuersum historiam spectantibus S. Hieronymus lib. 2. in Amos. p. 1413. *In porta, iuxta veterem iudaici morem populi fuisse iudicia et saepe legimus et crebro interpretati sumus, ut nec agricola ad causam veniens frequentia ciuitatis et nouo terre-retur aspectu, nec vrbis habitator longe ab orbe properaret et subuectionem quaereret iumentorum.* Porta etiam pro aula adhibetur, vt *Porta Ottomanica*. Eodem sensu *עַרְשׂ* Hebraeis et Xenophonti *βύρα*. Vide Henrici Stephani annotationes in Xenophontem, et Lakemacheri obseruationes philologicas, p. 331. Apud Iudaeos in conuocandis litigatoribus ad comparandum coram tribunali cornu adhibitum esse ostendit Castus Innocentius Ansaldo in commentario de forensi Iudaeorum buccina. Brixiae 1745. 4. edito.

XI. De supremo Graeciae tribunali *Amphyktionico* Thermopylis celebrari solito a Pylagoris seu iudicibus nomine ciuitatum Graeciae delegatis et bis per annum conuenientibus, videndus Strabo IX. pag. 420 et e recentibus Seldenus ad Marmora Oxoniensia pag. 122 sq. editionis Prideaufii, praeterea Boecleri, Hackiique dissertationes, rum Ioannes Potterus lib. 1. cap. 16. Archaeol. tom. 11. Erasmi Vindingii Hellen p. 301 sq. tomo 11. Gronov. Antonius van Dale in antiquitatibus ex marmoribus illustratis dissertatione sexta. Vbbo Emimius Graeciae veteris T. 3. pag. 338. et Tom. 3. thesauri Gronouiani p. 587. et Carolus Valois de la Mare in dissert. de amphyktionibus, cuius pars prima exstat T. 4. p. 265. pars secunda Tom. VII. pag. 64 r. Memoriar. Acad. Inscriptionum. De iudicio et senatu Atheniensium *Arcopagitico*, qui iam ante Solonem fuit, vt docet Aristoteles lib. 2. Politic. quam a Solone primum institutum scribit Cicero lib. 1. de officiis, cap. 22. sed a Cecrope institutus est, vt notat Syncellus pag. 153. et in tenebris ius

dicebat teste Luciano tom. 1. pag. 553. agit Mearsius libro singulari, recuso tomo 5. antiquit. Gronov. Seldenus II. 4. de Synedr. pag. 136 sq. Lydiatus ad Marmora Oxon. II. p. 108 sq. Sam. Petitus ad leges Attic. pag. 241 sq. Marshamus canone chron. p. 650 sq. Andreas Dinnerus tractatu de Areopago Norimb. 1622. 4. Io. Schedii dissert. Witeb. 1677. 4. Ioan. Mich. Dilherri, Ien. 1640. 4. Chr. Frid. von Houen. Hafn. 1708. Pfeifferi antiqu. Gr. pag. 271 sq. Potterus lib. 1. Archaeol. cap. 19. a quo etiam alia fora et iudicia Atheniensium, et actiones tam publicae quam priuatae exponuntur. Humphredus Prideaux marmor. Oxon. pag. 348 sqq. Franc. Roufius atticar. antiquit. lib. 3. cap. 3. sect. 2. pag. 114 sqq. Elias Blancardus tomo 4. Histor. Acad. Inscript. pag. 79. et Stephanus de Canaye Memor. Academ. Inscript. Tom. 10. pag. 276. sqq. Decisionum Areopagiticarum siluulam collegit Marquardus Freherus, Francofurti ad Oderam 1672. 4. et tomo 5. thesauri Gronov. Duo autem in Areopago concilia, vnum e quingentis qui annuatim deligebantur, et perpetuum alterum, vide Apostolium VII. 80. Prouerb. De Palladio iudicio idem VII. 42. de Amphictionibus III. 4. De iudicio Prytanei, siue foro ciuiliu caussarum; et de iudicio Heliastico sub dio ¹¹ *Amphyctionico* et *Arcopago*, in quibus crimina capitalia et publica cognoscebantur, videndus Ioachimus Stephanus, Pomeranus, I. V. D. de iurisdictione Graecorum Tom. 6. thesauri Gronouiani, quod integrum recudi esset operae pretium, vulgato Francof. 1604. 8. de iudicio Iudaeorum, Graecorum, Romanorum et Ecclesiasticorum. De publicis et priuatis iudiciis atque actionibus apud Athenienses consulendi Rhetores Graeci et quae Viri docti ad Harpocracionem, Ioannes item Potterus Archaeol. Attic. lib. 1. cap. 23. sq. et Franc. Roufius Attic. antiq. lib. 3. cap. 3. sect. 5. De Lacedaemoniis qui nullos patronos caussarum admittebant, Cragius IV. 7 sq. De *προσώτοις*, qui inquilinos et peregrinos apud Athenienses defenderunt, vide Iacobi Ellneri obseruationes sacras p. 66. De *testibus* et *testimoniis* in iudiciis Graecorum consulatur Desid. Heraldus VI. 9. 11, et 16. pag. 436 sq. 458 sqq. 487 sqq. animaduersionum.

XII. De iudiciis Romanorum exstant libri 3. Caroli Sigonii de Romanae iurisprudentiae iudiciis. Bonon. 1574. fol. vna cum aliis ipsis scriptis, et Lugd. 1576. fol. Francof. 1593. fol. Hanov. 1609. fol. atque Halae Saxonum 1716. 8. curante Christiano Thomasio recusi, et T. H. Antiquitatum Romanarum. In eodem tomo occurrunt Sibrandi Tetardi Siccamae libri duo de iudiciis centumuiralibus pridem editi Francof. 1596. 8. Francisci vero Polleti

¹¹ Vide Scholiasten Aristophanis ad Neph. v. 860.

leti *Diacensis* I. C. *historia fori Romani cum auctario Phil. Broidae Arienfis*, eius generi, lucem aspexit Frftii 1676. 8. et quaecunque ad hoc argumentum spectant non incuriose persequitur, cui addenda sunt, quae observauit Barnabas Briffonius lib. 2. *antiquit. iuris c. 1 sq.* Petrus Aerodius, in libro de publicorum iudiciorum ordine, et in *Pridestis rerum iudicatarum*, tum Calp. Zieglerus, *Wittebergenfis quondam Academiae decus*, in sua *Dicasticæ et Rabulistica*. Carolus Bretus item in ordine perantiquo iudiciorum ciuilium, Parisi 1604. 4. edito et recuso T. 2. *thesauri Salengriani*. M. Antonius Ferratius p. 4 sqq. *Epistolarum*, ubi de forma iudiciorum Romanorum agit. Ioan. Rudolphi Hefelii *breuis Romanorum iudiciorum historia*. Basil. 1722. 4. Christoph. Cellarii *dissertatio sistens processum I. R. antiquum*. Halae 1698 habita, et ibid. 1705. eum augmento recusa, et Fabiani Toernerii *dissert. de iudiciis public. vet. Romanorum Vpsal.* 1722. 8. Ioan. Georg. Graeuii *praelectiones de iudiciorum Romanorum ordine*, quas edi oprat Ioan. Philippus Slenogrus in erudita *diff. de in ius uocatione antiqua et noua Ienae* 1705. 4. nec dum, quod dolendum, viderunt lucem. *Iudicia equitibus restituit Pompeius in consulatu suo*; Plutarchus in *Pompeio* p. 630. A. De iudicium Romanor. *decuriis* *dissertationem euulgauit* Ioan. Tob. Krebsius *Lipsiae* 1744. *Sententiae in iudiciis ferebantur vel voce vel discessione vel sublata manu*. Vide Lipsium ad *Senecam de vita beata cap. 2.* *Iuratum ad Symmach. lib. 2. Epist. 36.* De *formulis sententias ferendi* idem Lipsius ad *Senecae cap. 3.* Ioan. Gottl. Heineccius in *oratione de iurisprudencia veterum Romanorum formularia, ritibusque, quibus negotia ciuilia explicabant sollempnibus*, *Franeq.* 1724. 4. edita, et inserta eius *opusculis variis*, Halae 1735. 4. euulgatis; p. 431 sqq. et Io. Sal. Brunquellii *Progr. de sollempnibus in exequutione sententiarum a Romanis adhibitis*. Ienae 1733. *Latina lingua sola in iudiciis Romanis adhibita, vt notat Valerius Max. lib. 2. c. 2. §. 2.* De *iure extraordinario* *Pancitrollus III. 30. Var. lectionum.* De *iure Vindiciarum apud Romanos* existat *dissertatio Georg. Wilh. Ioecheri Lipsiae* 1723. edita. De *ritu vindiciarum* vide Ioan. Frid. Christii *Noctes academicas*, pag. 171 sqq. De *vocabulo ex iure manu confertum* vide Eundem ibid. pag. 180. et *Adriani Deodati Stegeri vindicias manibus confertis sumendas ex lege XII tabularum*. *Lips.* 1737. 4. De *actoribus, subscriptoribus, delatoribus* videndus *Heraldus animaduers.* VII. 16. pag. 549 sqq. et *Chr. Gottl. Schwarzzius ad Plinii Paneg.* pag. 127 et 132. de *popularibus actionibus*, idem *Heraldus VII. 26. p. 621 sqq.* De *advocatis, tabellionibus, pragmaticis*, idem VI. 10 et 12. pag. 452 sqq. 463 sqq. et VII. 17. p. 557 sq. et *M. Antonius Ferratius Epist.* pag. 22 sqq. et 144 sqq. De *origine et conditione Procuratorum iure Romano*

mano et Canonico, nec non eorum progressu in forum Romanum confertur Christi. Godfridi Hofmanni dissertatio Halae 1716 edita. Historiam prouocationum et appellationum apud veteres Romanos exponendam sibi sumsit Christi. Wilh. Küstner, cuius specimen primum prodit Lips. 1740. Cui iunge Franc. Car. Conradi ius prouocationum ex antiquitate R. erutum. Lips. 1732. 4. De usu picturarum in iudiciis apud Romanos coniecturae eiusdem Conradi insertae sunt. Misc. Lips. nouis Vol. 6. pag. 511 sqq. De conciliis, conuentibus et foris Romanorum in Italia et Prouinciis consulatur Onufrius Panuinius II. 20 sqq. antiquit. Veronensium. De more testes per aures trahendi, Fridericus Lindenbrogius ad codicem legum antiquarum pag. 1360 sq. Ioan. Frid. Christius Noct. Acad. pag. 280 sqq. et Iac. Henr. Born in dissert. de antestipone in ius vocantium apud Romanos. Lips. 1737. Adde Io. Phil. Sleuogtii diss. de in ius vocarione antiqua et noua. Ien. 1705. De comperendinatione consule M. Ant. Ferratii Epistol. pag. 36 sqq. et Ioan. Alb. Spiesii dissert. Lips. 1728. De commentariis actorum veterum in foro litigantium Christi. God. Grabneri dissert. Lips. 1738. De tribunali videndus Chimentellus de honore bifellii. Polletus lib. cit. c. 6. Quod Vitruuius commemorat tribunal ab eo, quo magistratus uterentur, diuersum esse, monet acutissimus Ernesti in clauis Ciceroniana, voce *Tribunal*. De sportulis iudicum Polletus lib. 5. cap. 11. et Frider. Aug. Iunius in antiquitatibus sportularum apud Romanos quotidianarum. Lips. 1745. 4. §. 6. pag. 14. De supplicum signis apud veteres Io. Paullus Reinhard. Erlangae 1744. Scriptores de iudiciis veterum Germanorum plenis calathis attulit V. C. Gottlob Aug. Ienichen P. 1. Bibliothecae iuridicae Lipenianae p. 676.

XIII. De primis Christianis iudicia Ethnicorum magistratuum ex consilio Pauli Apostoli fugientibus videantur interpretes ad 1 Cor. 6. Io. Selde-
 nus lib. 2. de Synedriis Ebraeorum cap. 7. Christoph. Wollius de tribunali-
 bus profanarum gentium Christo eiusque legatis merito odiosis. Lips. 1731. 4.
 et Christiani Weismanni dissertatio de compromissis Christianorum foro gen-
 tili praeferendis. Tubingae 1732. Iudices itaque Christianorum erant Epi-
 scopi, norma siue regula iudiciorum Ecclesiasticorum sacrae litterae, aequitas
 naturalis et deinde canones atque concilia. Canonum collectio antiquissima est,
 quae vulgo sub canonum Apostolicorum nomine fertur, et constitutiones aposto-
 licae, vt vocantur vulgatae sub nomine Clementis Romani, quae nouissime cum
 notis Corelerii et Clerici recusae sunt in eiusdem Corelerii Patribus Apostolicis,
 Amstelod. 1724. fol. Vol. 1. p. 201 sqq. Alias canonum collectiones editio-
 nesque

nesque conciliorum et scriptura iura Graeca, Romani et instituto recensui libro sexto Bibliothecae Graecae, quibus addenda est collectio conciliorum, quae Venetiis 1728. Tomis 21. folio, prodit, cui accesserunt duo tomi apparatus, ib. 1733. fol. Editionem omnium conciliorum locupletissimam se parare significavit Antonius Zappi in conspectu nouissimae ac omnium locupletissimae sacrorum conciliorum editionis, quae societatis more aggreditur, euulgato Venetiis, 1758. 8. Consilium edendae collectionis conciliorum Germaniae singulari programme, quod recensetur in Nouis Litterariis Lipsiensibus 1757. p. 782. aperuit Iosephus Hartzheim. Concilia de Ecclesiasticis Synodis recte dici, aduersus Polletum probat Georgius Henricus Vrsinus obseruationum philologicarum capite quarto.

XIV. Apud Hebraeos quatuor in vsu fuisse suppliciorum capitalium ¹² genera feruntur, viuicrematio, lapidatio, strangulatio et poena gladii, quam putabant esse turpissimam. Confer codicem Talmudicum Sanhedrin cap. 7. T. 4. Mishnae Surenhusii p. 237 sqq. Io. Seldenum de iure naturae et gentium p. 857. et lib. 2. de Synedr. cap. 13. D. Carpzonium ad Schickardum Regium Hebr. p. 259 sq. Io. Hornbeckium in Miscell. Sacris cap. 15. p. 384 sq. Math. Zimmermannum in Analectis p. 405 sq. Petrum Iurieu in historia critica p. 389. H. Kippingium Exerc. 1. de Cruce. *Christianum Stockium* in dissertationibus quinque de poenis capitalibus Hebraeorum. Ienae 1702. *Christoph. Borstorsii* dissert. de poenis capit. Hebraeorum. Aboae 1696. 8. *Ioan. Leusdenii* dissert. 47. Philologi Hebraeomixti, quae agit de poenis capitalibus Hebraeorum. *Augustini Cabnet* dissert. de poenis et suppliciis, quorum in sacris litteris fit mentio, quae exstat ante commentarium in Deuteronomium, T. 1. p. 387 sqq. *Io. Frischmuthi* dissert. de sepimento legis, Ienae 1674. cap. 3. *Io. Ern. Bornitii* de poenis capitalibus Hebraeorum ordinariis Witteb. 1643. 4. *Otonis Christoph. Dieterici Fischeri* de suppliciis Hebraeorum in Pentade dissertationum stipendii Velthemiani, quae curante Ioan. Andr. Schmidio prodit Helmst. 1717. 4. *Ioan. Georg. Abichtii* de suppliciis reipublicae Iudaicae. Lips. 1708. *Christi. Bened. Michaelis* de poenis capitalibus in sacra scriptura commemoratis, in primis Hebraeorum. Halae 1730, et auctior. ibid. 1748 et B. D. Mayeri dissert. selectas Kilonienses p. 245 sq. vbi sigillatim agit de lapidatione Stephani et pag. 275 obseruat lapi-

¹² Non ademptum fuisse Iudaeis tempore Christi ius omne suppliciorum capitalium, docent Otto in Lexico Rabb. p. 634. Salomo Deylingius II. 33. obf. sacrarum, et alii quos laudavi. ad. codicem Apocryphum Noui Testamenti pag. 245. Contrariam qui tuentur sententiam, eos laudauimus supra p. 692.

Dredianus in *apologia medica* (ubi et de eo quod non siccantis annis Roma exfulauerit) et Sponius misc. pag. 144 sq. Vide Iulii Caroli Schlaegeti historiam litis de medicorum apud veteres Romanos degentium conditione. Helmstadii 1740. 4. De medicis Graecorum eorumque honoribus, et quod liberi, non autem seruis conditionis fuerint, de qua mulieribus medicina Graec. confer C. M. Schmedbauerum de re medica veterat Graecorum. Altdorfi 1746. De feminis ex arte medica claris existat dissertatio Polycarpi Friderici Schocheri. Lipsi. 1748 edita. De feminis servat, *μυροδολος τῶν ἀγγέλων*; Valesius ad Sozom. IX. 17. De mansuetis aliisque seruis apud Longobardos V. C. Iustus Fontanini in libro edito Italice Venet. 1698. 4. qui recensetur in actis eruditorum. tomo 3 supplementi pag. 282 et germanice: versus a Ioan. Georg. Biltore insertus est P. 2. eius auserlesener *kleiner Christen*, p. 294 sqq. et L. A. Muratorius T. 1. antiq. Italiae p. 156. De seruis veterat Germanor. Phil. Cluverius lib. 1. antiquae Germaniae cap. 15. pag. 98 sq. Variis eorum genera refert Lindebrogius ad codicem legum antiquarum pag. 1477. *Scale*, Ierus. id. p. 1348. De seruis apud Germanos medii aevi nonnulla praecelara nonnet dissertatio Ioan. Nicolai Hermi *de iure de hominibus propriis* 24, quae recensetur in observationibus Halensibus tomo 4. p. 191 sq. et inserta est eius opuscul. Vol. 1. T. 2. N. 4. Vide et Cangii glossarium in *basileus*. Ioannis Hermi *Stamm* libros tres de seruitute personali, quorum primus persequitur veteris et recentis aevi iura circa *seruos*, secundus de *famulis* tractat, tertius de *hominibus propriis*. Frfti 1625. 8. Ioan. Frid. Hufani librum de hominibus propriis. Hamb. 1590. 8. I. G. Estor in specimine iuris germanici de hominibus propriis, Germaniae, in Westphalia praesertim supersticibus, quod exstat P. V. eius auserlesener *kleiner Christen* p. 114 sqq. Hermannii Ad Meinders dissertationes binas de origine, natura et conditione hominum propriorum et emphyteuticorum, nec non de manumissionibus et redemptionibus hominum propriorum, quae subiunctae sunt eius dissertationi de iurisdictione colonasia Lemgoviae. 1713. 4. Christiani Thomasiae dissert. de hominibus propriis et liberis Germanorum. Halaë 1701. Iusti Henningi Boehmeri dissert. de iure et statu hominum propriorum, a seruis Germaniae, non Romanis, deriuando, Halaë 1716. recusam in eius Exercit. ad Pandectas

T.

24. De his etiam fufe in C. H. S. theatro seruitutum, edito germanice Noritbergae A. 1709. 4. Ceterum falli Ioannem Bodinum, qui lib. 1. de republica capite 3. scripsit omnem seruitutem inter Christianos sublatam fuisse A. C. 1215. docet Christianus Thomasia ad institutiones, p. 14. Iure seruitutis in res publicas Christianas reduci optat Ioan. Petrus Ludewig de iure clientelari Germanorum. Halaë 1717. 4. p. 148 sq.

; Vpl. 2.

S

F. 1. p. 736. Idem Boehmerus lib. 4. tit. 9. iuris ecclesiastici Protestantium T. 4. pag. 77 sqq. agit de coniugio seruorum, quorum alii *Casari* siue glebae addicti, alii ministeriales *Gasindi* dicebantur. Consultanda quoque sunt, quae de seruis Germanorum mediæ aevi in medium attulerunt Ioan. Guil. de Gœbel cap. 1. libri de iure et iudicio rusticorum in foro germanico. Helmstadii 1743. 4. edini, et Henr. Christi. Senckenberg. Schatzkammer libræ vnico, fasciculo sexto. Praecipuus vero commendandus est Ioschimus Förgieserus, Tremonienfis, in libris tribus de conditione seruorum apud Germanos tam veteri quam noua, qui primum prodire Coloniae 1707. 8. deinde multis accessionibus aucti atque ita immutati, vt nouum plane opus videri possit, recusi sunt Lemgouiae 1736. 4. De seruorum coniugijs, Ioach. Vadiani ad Ioan. Zwickium epistola, ad calcem scripturarum veterum Alamanicarum Goldasti, tomo 3. De manumissione seruorum apud Germanos, praeter eundem Förgieserum libro tertio, videndus Christianus Thomafius notis ad institutiones pag. 19. et Goldastus ad paræneticos veteres pag. 433 sq. qui pag. 437. singularem hac de re tractatum promittit. Formulas manumissionis apud Anglo-Saxones vide in Hickefi dissertat. epistolar. pag. 14. 23. In Africa fuit *ἑλάνη πάλις* in qua vnicus ingenuus Dianae sacerdos. Vide Schottum ad proverbia p. 296. De festo seruorum Hesych. in *οὐκεία*.

CAPVT XVI.

Scriptores de rebus, censu, decimis, primitiis, vectigalibus, aerario, salariis, immunitate, testamentis, nundinis, auctionibus, numis, vfura, abaco, mensuris ac ponderibus.

De aerario et rebus regum Israelis. 1. De decimis ac primitiis apud Iudaeos et alias gentes. 2. De rebus et vectigalibus Graecorum, Persarum etc. 3. De Romanorum vectigalibus, aerario, censu, et rationarijs Imperatorum. 4. De immunitate, largitionibus, salariis. 5. De testamentis. 6. De nundinis auctionibus, tabulis nouis etc. 7. De commercijs et nauigatione veterum. 8. De numis veterum. 9. Hebraeorum et aliorum Orientalium. 10. Graecorum. 11. Romanorum. 12. Germanorum, Gallorum etc. 13. Historiae numismatice. 14. Siglae in numis et antiquis inscriptionibus. 15. De abaco. 16. Vfuris. 17. Mensuris et ponderibus. 18.

I.

De aerario et redditibus regum Israelis magnum est apud Iudaicos et Christianos scriptores silentium, praeter pauca illa, quae notant Villalpandus ad Ezechielem 10m. 2. parte 2. pag. 509 sq. qui redditus regis Salomonis annuos computat 57876 talenta Attica (adde pag. 553.) eaque confert cum redditibus regum Assyriorum, Persarum, Graecorum, Romanorum: Bertramus cap. 15. de republica Hebraeorum pag. 271 sq. editionis Constantini Imperator et Schickardus de iure regio pag. 211 sq. et 275 sq. editionis Carpzov. et 269. ubi de Decimis¹ regi tribuendis. Vide etiam sis interpretes ad IV. Regum XVIII. 15. et XX. 13. 17. De sacro aerario per annum ficti, mense Adar offerendi, solutionem augeri et conseruari solito, adi Talmudicos in tractatu Seckalim quem illustravit Ioan. Saubertus, Ahdorfii 1680. 4. Seldenum lib. 4. de iure nat. et gentium cap. 5. et lib. 3. de Synedrui cap. 10. et Ioan. Heinr. Parreidt. dissert. de auro iudaico. Lips. 1743.

II. Sacerdotes alebantur ex sacrificiis, decimis, primitiisque. Ac de decimis quidem frugum, fructuum, pecorum et armentorum videbis interpretes ad Num. XVIII. 21. Tob. I. 6. De decimis secundis ad Deut. XIV. 24. Tob. I. 7. et Eduardum Bernhardum pag. 287. ad Iosephum, Mishnam Surenhusianam tom. 2. pag. 108. De decimis tertiis denique interpretes Deut. XIV. 28. XXVI. 12. Tob. I. 8. Spectant ad hoc argumentum codices Talmudici *דמך* de re dubia tomo 1. edit. Surenhus. pag. 76. *מעשר*² pag. 245. *מעשר* pag. 263. et *עלה* pag. 306. de arborum praeputiis. Mosia Meimonidis Jad. chafakah lib. 7. tr. 3 et 6. Guil. Guisus ad Berahot VII. 1. Iosephi Scaligeri dissert. de Decimis inter eius opuscula, D. Augustus Varenus in suo trifolio, Sixtinus Amama ad calcem Antibarbari Biblici et post Drusium in loca Iosuae, Iudicum et Samuelis. D. Carpzov. ad

S 2

Schi-

¹ Apud alias etiam gentes morem illum Decimarum civilium principibus pendendum receptum fuisse docent Plutarchus in quaestionibus romanis ubi de decimis Herculi datis pag. 238. Iulius Pollux pag. 6. Suidas in *Μεγας*, et e recentibus Seldenus ad marmora Oxon. pag. 45. Huetius Alnetanis quaest. pag. 323. Balengerus de vestigialibus cap. 8. tomo 8. Graenian. pag. 846 sq. et Paganinus Gaudentius de saeculi Iustiniani moribus p. 30. 32. Ac sub initium huius saeculi regi Christianissimo Decimas huiusmodi loco omnium aliorum tributorum exigere suavit, cui tot munitissima castella debet Francis, Sebastianus de Vauban in libro *projet d'une dixme Royale* anno. 1707. 12.

² Uterque codex etiam latine versus a Ioanne Vilmanno existat in eius centuria prima deliciarum ruralium in loca difficiliora V. T. pag. 127 sqq. Argentorati 1705. 8.

Schickardi ius regium Hebr. pag. 270 sq. Ioan. Seldenus opere ³ anglie edito de Decimis, Lond. 1618. 4. et in eius operibus Vol. 3. pag. 1060 sqq. cuius tria primorum capita latine a se versa Ioan. Clericus V. Q. subiunxit commentario suo anno his edito in Pentateuchum... Franc. Gomarus T. 1. Opp. p. 643. David Clericus Quaest. sacr. pag. 2 sqq. Io. Spencerus III. 10. de legibus Hebraeorum. Samuel Basnagius anal. politico- ecclesiastic. Tom. 2. p. 504 sqq. Salomo Deylingius observ. sacr. P. 3. p. 209 sqq. et 271 sqq. Ioannes Prideaux oper. theolog. p. 360 sqq. Paullus Fagius in Onkelosi Paraphrasin Deut. XIV. Bernh. Seb. Crömerus Antiquitatum Mosaicorumpicarum Tom. 1. p. 115 sqq. Petrus Zornius ad Hecataei Abderitae Eclogas p. 17. Georg. Ludov. Oederus in centuria coniecturarum de difficilioribus S. S. locis p. 110 sq. et I. G. Carpzouius ad Goodwinum p. 619 sqq. His addendus Io. Conradus Horringerus dignus Henrici nepos, cuius commentarius philologicus sive exercitationes X. de Decimis Iudaeorum cum epistola doctissimi Viri Hadr. Relandi anno 1712. prodierunt Lugduni Batav. in 4. et dissertationes Alb. Gunzelii. Witteb. 1641. Io. Frischmuthi, Ienae 1657. Gustavi Peringeri. Vpsal. 1685. Dan. Mülleri. Iense 1692. Ioan. Kaerup. Hafniae 1707. Similiter in veteri Ecclesia Christiana Clericis Decimae dantur, vel loco illarum liberae oblationes tanquam decimae, ut loquitur S. Cyprianus Epistola 1. Confer M. Antonium de Dominicis IX. 2. Cotelierum ad constitut. Apostol. II. 35. Petrum de Marca IV. 10. de Concordia Sacerdotii et Imperii, et VI. 12. vbi de eo, quo iure Decimas reddituum Ecclesiasticorum sibi arroget Episcopus Romanus. Iosephum Binghamum lib. V. Orig. ecclesiastic. c. 5. Iust. Henning. Boehmerum T. 3. iuris ecclesiastici Protestantium. Christ. Thomassii observ. de Decimis, quae exstat T. X. observ. Halensium p. 221 sqq. et Misanders (Ioan. Sam. Adami) curieuse Gedanken vom Decem. Dresd. 1704. 8. Iure diuino decimas ecclesiasticas deberi disputat Franc. Suarez libro de diuino cultu c. 9 sqq. p. 71 sqq. Aduersus Seldenum⁴, cui postea

³ Titulus operis est: *History of tithes, that is the practice of payment of them, the positive lawes made for them, the opinions touching the right of them.*

⁴ Seldenus coactus est A. 1618. 18 Ianuarii Archiepiscopis et Episcopis satisfacere hac epistola retractoria, quam in Historia ecclesiastica Angliae refert Ieremias Collierius et Richardus Tillesley praefat. ad animaduers. in Seldenum B. 4. *My good Lords. I most humbly acknowledge my error, which I have committed in publishing the History of Tithes, and specially in that I have at all by shewing any interpretation of holy Scriptures,*
by

postea assensus est Miltonus, pugnant Rich. Montacutus in Decaroticis, siue diatribis upon the first part of the late History of tithes. Lond. 1621. 4. et apparatu ad Origines Eccles. pag. 254 et tom. 2. Originum pag. 210. Iacobus Sempie libro de sacrilegiis, Georgius Carletonus, Cicestrienfis Episcopus, et Cornelius Burgesius alique scriptores Angli de Decimis. Richardus praecipue Tillesley animaduersionibus ad Selden Historiam decimarum Anglice editis Lond. 1621. 4. quibus praemissus est Catalogus LXXII. scriptorum qui ante A. C. 1215. fuerunt, et ius Diuinum decimarum agnoscunt. De origine et iure Decimarum in Germania prodiit dissertatio Georg. Ludov. Boehmeri. Goettingae 1749. Hermanni Adolphi Meinders dissertatio de origine et iure decimarum in Germania subiuncta est eius operi de statu religionis et reipublicae in Westphalia. Lemgouiae 1714. 4. Laicis decimas percipientibus concessa facultas fuit a S. Ludouico Galliae Rege eas ecclesiis cedendi, vide Martenium tom. 1. Anecdotorum pag. 126. a Bonifacio VIII. permissum, decimas per biennium colligi ex bonis ecclesiasticis in regni Galliae subsidium; idem ibid. pag. 1286 et 1290. De *nonis et decimis* sub Carolo M. et posteris frequens mentio. Videatur le Cointe tom. 4. p. 659 sq. et tom. 7. p. 726. Nonae iure colonario, decimae iure ecclesiastico soluebantur. Vide Cangium in *Nonae*. De decimis ecclesiasticis in gratiam pauperum impositis agit Ioan. Launoius tom. 2. Opp. parte 2. pag. 592 sqq. Decimas soluere etiam plus simplici vice in Alcorano iubet Muhamedes. De Decimis apud gentes persolutis vide Spencerrum III. 10. de legibus Hebraeorum.

by meddling of Councils, Fathers or Canons, or by what else soeuers occurs in it, offered any Occasion of argument against any right of maintenance, Iure Diuino, of the Ministers of the Gospel: beseeching your Lordships, to receive this ingenuous and humble acknowledgment, together with the unfeigned protestation of my Grief, for that through it I have so incurred both his Majesty and your Lordship's displeasure, conceived against me in the behalf of the Church of England. Tomo tertio nouae editionis operum Seldeni Londini 1726. tribus voluminibus in folio curante Dauide Wilkinso excusae, exstat Anglice the history of Tithes with a Review ex edit. Londin. 1618. 4. an admonition to the Reader of Sir James Serapil's appendix, and of Dr. Tillesley's animaduersiones upon the history of Tithes: (quam responsionem edi prohibitam queritur T. 3. 1706.) a Letter thro the Marquess of Buckingham. Legitur etiam in eodem volumine tertio p. 1455 sqq. dissertatio de scopo historiae decimarum ad Regem Iacobum. Historiam carceris sui ipse texit Seldenus in iudiciis maria stansi T. 2. opp. pag. 1421 sqq. vide quoque pag. 1697 et 1699, vbi de prima editione libri suppressa.

De primitiis frugum, fructuumque et primogenitis apud Iudaeos in Templo offerendis, quas *πρωτογενήματα* vocat Philo de sacrificiis p. 172. Vol. 1. edit. Mangeianae. *ἀπαρχαῖς τῶν πρωτογενήματων* p. 177. et *πρωτότοια* p. 180. idem Philo de praemiis, Vol. 2. p. 233 sq. Varenius in trifolio sacro, Rost. 1646. 4. Buxtorfius Lexico Rabbinico pag. 2650 sq. Scriptores memorati supra pag. 434. vbi de festo messis: Talmudici in tractatibus **בכורות** et **בכורות** tom. 1. edit. Sarenhus. pag. 320. et tomo 5. pag. 155. e quibus priorem etiam cum versione magis perspicua et notis suis edidit Vir Clariss. Christianus Ludouici 1696 et Lipsi. 1712. 4. Maimonides in tractatu de primitiis, quem ex parte Gustauus Peringerus. Vpsal. 1694. integrum vertit et edidit Ioan. Rudolph. Cramerus. Lugd. Batav. 1702. 4. Abarbanel capite tertio Exordii in Leuiticum; Ioan. Lightfootus Decade chorogr. Marco praemissa c. 4. 5. 6. Ioannes Rudolphus Grunerus in diatribe de primitiarum oblatione ac consecratione. Lugd. Batav. 1739. 8. Bernh. Sebastianus Cremerus antiq. Mosais. aegypt. tom. 2. pag. 165. Paullus Fagius in Onkelosi Paraphrasin in Deu. XXVI, 2. Outmannus in codicem Iadaiim pag. 53 et 184 sqq. I. G. Carpzonius ad Goodwinum p. 611 sqq. Interpretes ad Exod. XXIII. 19. XXXIV. 19. 26. Leuit. XIX. 23. XXIII. 10. Num. XV. 20. Tob. I. 6. et dissertationes Danielis Lipstorpil. Bremæ 1693. Danielis Lundii. Vpsal. 1703. Io. Henr. Hottingeri Marpurgi 1711. et Danielis Gerdesii. Duisburgi 1730. De primitiis lanae detonsae speciatim vide scriptores apud Lundium pag. 881. §. 21. Sio primitias etiam in Ecclesia Christiana veteri offerendi morem obtinuisse affirmant Beueregius ad Can. IV. Apostolicum et in codice canonum vindicato pag. 191 sq. Goarus ad Euchologium pag. 656. Nouarinus in schediasmatibus sacro profanis lib. 5. c. 13. Petrus Canisius de decimis, primitiis, oblationibus, Ingolstadt. 1609. 8. Sed negat Celebrerrimus Io. Georg. Walchius Histor. Ecel. N. T. pag. 782. ostendens, primitiarum nomine ab Irenaeo, ad quem in primis prouocant aientis sententiae patroni, non nisi panem et vinum eucharisticum esse significatum. Similem Aegyptiorum, Graecorum, Romanorum aliarumque gentium vsum obseruarunt Grotius ad Exod. XXIII. 19. Spencerus III. 9. de legibus Hebraeorum, Lindenbrogius ad Censorinum pag. 6 sq. Meursius in Graecia feriata pag. 117. vbi de primitiis Vestae oblati, et Tho. Crenius in Museo philologico historico pag. 8 sq. Praedae quoque primitias diis esse oblatas ostendit Eustathius ad Odysseam p. 692 edit. Basil. 1560. et Suidas in *ἀρχοθία*, quibus iunge Elsnærum ad Hebr. VII. 4.

De beneficiis et redditibus Ecclesiasticis scriptores laudauimus supra p. 679. cap. 13. §. 23. quibus addenda quae supplementi loco ad librum de hoc argumento

mento sub Hieronymi Acosta nomine editum notat Rich. Simon tomo 3. Bibl. criticae cap. 32 sq.

III. Antiquissimis temporibus dona oblata regibus, ut narrat Herodotus III. 89. Primus Darius Hystaspis Persarum rex tributa stans imposuit, unde dicitur *καθηλας*. Eius reditus annui 14560 talenta. De Graecorum aliarumque gentium censu, reditibus, vectigalibus, tributis agunt Christophorus Besoldus, Casp. Klockius et Jacobus Bornius in libris de Aerario et Gregorius Tholosanus in synagmate iuris uniuersi lib. 3. etsi operae pretium esset hoc argumentum quod ad celeberrima regna et republ. Graeciae et Asiae attinet, diligentius et ex instituto a viro aliquo erudito pertractari. De Atheniensibus tamen vide Potterum lib. 1. Archæok cap. 14 sq. de Lacedaemoniis Cragium IV. 1 sq. Apud Persas hoc peculiare, quod et hodie etiam ab illis obseruari notat Ioan. Chardinus tomo VI. Descript. Persiae cap. 7. ut certis regionibus iniunctum esset per certam partem anni regem eiusque aut lam vel exercitum alere, aut certum genus rerum necessariorum aut ad commoditatem vel luxum etiam et splendorem facientium suppeditare, ut et Herodoto et Strabone notat Briffonius lib. 1. de regno Persar. pag. 163. Ita reginis in singulas mundi muliebris partes integrarum prouinciarum vectigalia addita fuisse e Platonis Alcibiade 1. notauit Muretus. XV. 10. Var. lect. Etionum. In regium fiscum illata fuisse Herodotus scribit talenta annua 14560. Iustinus 30000. Chardinus tomo 6. p. 147. ait regi Persiae quotannis redire tricies et bis millea millia librarum Gallicarum: Adamus Olearius octies millea thalerorum millia, quorum singuli tres valent libras Gallicanas. Confer Barnabam Briffonium de regio Persiarum principatu lib. 1. p. 252 sqq.

IV. De reditibus, aerario, fisco et tributis ac vectigalibus veteris Romae videatur Onuphrius Panuinius in imperio romano cap. 22. tom. 1. thes. Graeciani pag. 441 sq. Iul. Caes. Bulengerus lib. 9. de imperio romano (tomo 8. antiq. Roman.) et quae libro tertio habet de aerario, fiscoque. Eiusdem Bulengeri liber de tributis ac vectigalibus populi romani prodit Tolosae 1612. 8. et subiectus est vtrique editioni tractatus Christophori Besoldi de aerario publico, Tubingae 1618. et auctius Francof. 1620. 4. His addendus Nicolaus Bergierus lib. 1. de publicis imperii romani viis tom. 10. Graev. lib. 1. sect. 12. et sq. et sectione 21. vbi de pecunia manubiali. Christianus

Paulum Manutium, qui triplex aerarium fingit, vnum triumphale de spoliis et manubiis, sanctius alterum, in quo aurum vicissimarium, et tertium in quo annuae vectigalium pensiones repositae fuerint, refellit Philippus Rubenius lib. 1. electorum cap. 24.

*Stianus Fridericus Fränckenstein in observationibus de aerario, quae seorsum primum editae Lipsiae, deinde curante Io. Georgio Graevio recusae Ultraiekti 1701. 4. in syntagmate variarum dissert. pag. 632 sq. Ratbodus Hermannus Schelius in dissertatione de tributo et aerario, recusa. tomo 10. thesauri Graeviani pag. 1223. Christi-Donatus, cuius exercitatio de aerario romano prodiit. Witteb. 1670. Henz. Dodwellus praelectiona. Cambdeniam. pag. 457 et 709 sqq. Adamus Colerus Parerg. iuris cap. 28. Ferratius Epistol. pag. 221 sqq. auctor Anonymus, qui anglice edidit, in gallicum deinde sermonum translatus: *Remarques sur l'administration des finances des Romains*, quae inferuae sunt tomo primo sylloges, Recueil des pieces d'Histoire et de Litterature, Parisiis 1738. 8. p. 103. et Alexander ab Alexandro genial. dien. lib. et cap. 2. ubi etiam de quaestoribus eorumque scribis et in eorum locum ab Augusto constitutis praetoribus aerarii, de quibus Lips. ad Paet. tib. 13. Annal. Quod in provinciis procuratores Caesaris, in vrbe fuerunt praefecti aerarii. Vide Briffonium III. 18 et 19. antiquitat. iuria, qui etiam de procuratore rei priuatae et de fisci patrono videndus c. 20 et 21. De vectigalibus veteris Romae praeter Lipsium lib. 2. de magnitudine romana, Balengeri commentationem paullo ante laudatam, et Pancirolli obseruationes III. 31. variarum lectionum, exstat etiam eximius liber V. C. Petri Burmanni, editus primum Traiecti ad Rhenum 1694. 12. et deinde auctius recusus Lugd. Batav. 1734. 4. ac insertus tomo primo supplementor. a Poleno editorum, pag. 911. de quo consulenda Acta Eruditorum 1695. pag. 178 sq. et 1737. pag. 489 sq. De vectigali salinario Pitiscus ad Aurel. Victorem pag. 64 et 185. De vectigali meretricio siue chrysfargyro Bandurius ad antiquitates Constantinopolitanae pag. 644. Io. Henelius in otio Vratislauenfi cap. 50. Salmasius ad ius Atticum p. 259 sq. et Desid. Heraldus animadv. ad Salmasii obseruat. p. 393. De *columnario, ostiario*, quod de columnis et ostiis exigebatur, vide interpretes ad Caesarem III. 32. de bello ciuili. De *vigesima pro manumissione*, quae ex ea pecunia soluebatur, quam serui aut alii patronis seruorum, libertate donatorum, dabant consulatur Scipio Maffeius P. 1. Veronae illustratae pag. 224. Alexandriae etiam Astrologi pendebant *βλακωνόμιον* quasi vectigal stultorum, quod a stultis confulerentur, vt refert Apostolius V. 65. prouerb. De Vespasiani impet. vectigali vrinario, quod Fullones pro colligenda, in positis per angiportus amphoris, vrina, ad perliendas, incretandas, durandas et purgandas vestes soluere iubebantur vide quae Viri docti ad Sueton. in Caligula cap. 40. Vespas. cap. 23. Henelius in otio Vratisl. cap. 32. Caesar Zarottus in medica Martialis tractatione Venet. 1657. 4. cap. 24. Bernardus Ramazzinus de morbis artificum cap. 15. et Hen-*

Memorandum est de legibus Romae antiquit. Romanorum pag. 648. Tunc et plures de sordidis vectigalibus disputantes laudantur, Caspar Klockius de aerario lib. 2. cap. 147. Hermannus Latherus de censu lib. 1. c. 5. num. 24. Jac. Guicciolus lib. 10. observationum cap. 7. et lib. 22. cap. 34. et Christoph. Colerus cap. 12. Pareygon Iuris. Vectigal in ipso speciebus solvendum cuius in codice Theodos. mentio occurrit, intelliges de rebus ipsis, v. g. ligno, frumento, lapidibus, non eorum pretio. De aërio militari, quod Augustus instituit, disputat Franckensteinus diatriba laudata pag. 644. De fisco Pontificum, Iacobus Gutherus II. 12. de iure Pontificio, tomo 5. Graevian. De aerario sacro et priuato principis idem Franckensteinus pag. 664. De thesauris principis per promoneas, eorumque prepositis thesaurariis, Nicolaus Bergierius lib. 4. cap. 24. De discrimine inter aerarium et fiscum locus classicus exstat in Plinii Panegyrico, cap. 36. ex quo discet, aerarium populi, fiscum principis fuisse: confer Schwarzium ad hunc locum, Klockium modo laudatum, lib. 1. cap. 2. p. 34. et Christophori Pelleri observationes et additamenta ad Klockium pag. 431. De tributorum leuatiōe et remissione actionum fiscalium eximiae quaedam observationes Scaligeri leguntur in eius lectionibus Aufonianis lib. 2. cap. 15. Quadragesimae leuatio occurrit in numo Galbae apud Patinum pag. 146. thesauri; vehiculatio Italiae remissa, fisci iudaici columba sublata in numis Neruae apud eundem p. 155. Nouies milies HS. abolita ab Hadriano, vide eundem p. 163. Post Perseum, Macedoniae regem, delectum tanta pecuniae vis Romam delata est, vt ab eo tempore populus Romanus tributum pendere desierit teste Plinio XXXIII. 3. et Valerio Maximo IV. 3. Quid sit inter aerarios vel in Caeritum tabulas refertur, discet ab eodem Franckensteinio pag. 633 sq. qui pag. 664. etiam agit de arca siue banco publico, priuatorum opes publica fide continent. Non pauca etiam de hisce argumentis praeclare obseruata sunt D. Casp. Zieglero lib. 2. de iuribus Maestris. De Publicanis, siue publicorum Reipublicae redituum redemptoribus, quos Hippobolus Gracci, auctor operis imperfecti in Matthaeum telonarios vocat, consulantur Hammondus ad Matth. IX. 19. Grotius ad Matth. V. 46. Euseb. III. 13. Alexander Morus ad Matth. XI. 12. Salmasius de foenore trapezítico pag. 240 sqq. 380 sqq. Desid. Heraldus animaduert. ad Salmasium pag. 186 sqq. Petrus Nannius IV. 1. Miscell. Petrus Bynaeus de vectigalibus B. R. c. 19. p. 117 sqq. Coclecius Com. 1. Patrua Apostolicor. pag. 284. Carolus Sigonius de antiquo iure ciuili R. II. 4. tom. 1. thesauri Graeviani p. 149 sqq. Guil. Saldanus Ortor. Disimp. lib. 4. exercit. 6. 15. Sam. Basnage ad A. C. 31. num. 13. Ferrarius Epistob. pag. 94 sqq. Io. Tob. Krebsius de vsu et praestantia Romanae historiae in

N. J. interpretatione p. 22. sqq. Ioan. Struckmannus in commentationibus binis, de portitoribus in litteris Romanis, et de portitoribus seu publicanis in N. T. obuiis. Lemgov. 1750. 4. Cqnr. Sem. Schurzfleisch in dissert. de ordine publicanorum. Wirteb. 1689. et Dan. Guil. Møller in dissert. de publicanis. Altdorfii 1703. De reditibus et vectigalibus Pontificis Romani agitur in libello ab Elzevirius plus simplici vice in minori forma exeso, sub titulo, Respublica Romana, pag. 523. sq. et in libro gallice edito, *Tableau de Rome.*

De *Censu* Romanorum, vide scriptores de Censoribus, laudatos supra cap. 14. p. 705. et B. Phil. Lud. Mannekenium dissert. de cura domesticâ Romanorum pag. 157. sq. Numerum hominum a Seruii Tullii temporibus Romae durante libera Republica in censum relatorum ordine exponit H. Vossius cap. 6. de magnitudine Romae veteris. De lustris condendi ritu A. Pagi ad A. C. 14. num. 5. Orphani antea isamunes, a Camillo censore ~~seruati~~ facti sunt. Platarch. Camillo fol. 129.

De rationario Augusti siue breuiario imperii eiusque reditibus vide quas viri docti ad Suetonium August. cap. 28. Rupertum ad Florum pag. 117. Io. Christi. Neu dissert. de breuiario Augusti. Tub. 1709. Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibl. Vindob. pag. 72. eique laudatos Iac. Gutherium lib. 1. de officiis domus Augustae cap. 2. Bulengerum de imperio romano II. 32. hisque adde duplex rationarium, quod graece et latine ediderunt Benedictini in analectis graecis Paris. 1668. 4. pag. 321. et V. C. Iac. Gronovius ad calcem librorum parentis sui de festertis Lugd. Bat. 1691. 4. Vtrumque autem breuiarium siue rationarium recentius videtur, neque prius ex illis Caesar, Octavianus Augusto recte tribuitur, quoniam frequas hic est Graeculorum error, quorundemque Augustorum siue Imperatorum res et instituta ad Augustum referre atque inde magnas nugas superaddere. Conf. de imperii rationario Salmat. pag. 808. ad Solinum, editionis Paris. et Iac. Godofredum ad codicem Theodosianum tomo 2. pag. 481.

De Graecorum Romanorumque veterum, vti Gallorum quoque recentium variis institutis ad promouendam abundantiam rerum necessarierum, frequentandaque cum fructu praeter agriculturam opificia ac commercia, videndum opus quod gallice edidit M. de la Mare Paris. 1710. fol. sub titulo

traité de la Police. Cui addatur Coyerii *la Noblesse & le Commerce*, Paris. 1756. 12. et ex germanica M. I. B. versione. Rostochii 1756. 8.

V. De immunitate sacerdotum a tributis apud Aegyptios Grotius et Clericus ad Genes. XLVII. 22. 26. ad quem locum notatur in Io. Damasceni parallelis tomo 2. p. 779. *οἱ πάντες ἱερεῖς καὶ οὐδὲν νόμισμα ἀποδοῦναι ἔβουλοντο οὐκ ἔροοντο οὐκ ἐπέβουον, καὶ τὰ τὸ ἐν ἱεραίοις.* Vide quod etiam ante legem immunitas fuerit bonis sacerdotibus, etque hoc inter ethnicos. De eorundem vi et Chaldaicorum Doctorum immunitatibus constat ex Diodoro Siculo lib. 1. pag. 17 et 66, et lib. 2. pag. 82. De aliis gentibus conferatur Claudii Arhenii dissertatio de sacerdotibus, cap. 4. Vpaliae. 1674. 4. De immunitate sacerdotum apud Hebraeos confer Billarminum de clericis cap. 19. et Wafferrum ad Shekalim p. 28. 29. ubi de eo, quod sacerdotes immunes ab offensus do ficio. De immunitate sacerdotum apud Romanos vide Gutheriam lib. 1. de iure Pontificio cap. 28. tom. 5. Graev. pag. 56. De Christianis res nota vel ex S. Basilii Epistola 279 et 304. et multis sancita legibus, ut Constantini M. apud Eusebium X. 17. Histore Eusebii et aliorum, de quibus Io. Georg. Reinhard de iure Principum Germ. circa sacra pag. 201. multisque scriptis asserta, quorum pars laudatur in Bibliotheca iuridica Lipenii P. 1. pag. 429. editionis recentissimae. Vide etiam B. D. Io. Sluterum de ministrorum Augustanae Confess. ordine, Hamburg. 1650. 12. cap. 4. et Bartholdi Krakerwizii Bedenken, warum christliche Obrigkeit die Diener der Kirchen ohne Aufsicht Noth mit Steuern und Malzen zu übersehen. Gryphisw. 1627. 4. De immunitate Doctorum Professorumque Conringius in antiquitatibus academi. pag. 112 sq. 351 sq. Ioan. Christianus Iterus libro de gradibus academicis cap. 11. 12. Nicolai Borbonii opuscula pag. 233 sq. Petrus Rebuffus de privilegiis Vniuersitatum, collegiorum, bibliopolarum et omnium, qui studio adiuuato sunt, Francof. 1585. 8. privilegio cXLVI sqq. Christi Hoffmannus de immunitatibus litteratorum, Witteb. 1712. Christi Liebenthal de privilegiis studiosorum, eorumque qui studio adiuuato sunt, ad calcem collegii politici Marpurgi 1644. 4. editi. Anteriorum praestatione et recipiendi hospitis necessitate immunes Professores litterarum. Vide Schultingium p. 216. Iurisprudentia Anteuustinianae. De privilegiis litteratorum apud Hebraeos Ioan. Leonh. Lentini dissertatio prodiit Witteb. 1700. p. 111.

De largitionibus frumentariis Romanorum, viscerationibus aliisque eius generis ut panis, olei, carnis porcinae, vestium donationibus publicis

T 2

Bibliothèque des Sciences et beaux Arts T. V. pag. 290. N. L. L. 1756. pag. 777. Varii, qui occasione huius scripti editi sunt libelli, quibus Coyerii consilium vel impugnetur vel defenditur, recensentur tom. 6. eiusdem Bibliothecae Telectiarum et artium legantiorum pag. 235 sqq.

videndi Iustus Lipsius lib. 1. Elector. cap. 10. et lib. 3. de magnitud. Romae cap. 10. Vincentius Contarenus, Lipsii aduersarius, in libro de frumentariis largitionibus Romanorum, edito. Vesaliae. 1669. 12. Salmasius ad Vopisci. Aurelian. cap. 35. Vopiscus iterum cap. 47. et sq. Pancirollus in notitia imperii occidentis, cap. 5. 10. Guil. Stuecius lib. 15 antiquitat. consular. cap. 21. Andreas Tiraquellus in Alexandri. ab Alexandro. dies. genit. lib. 5. pag. 324. et Ioan. Bruyerius de re cibaria lib. 4. cap. 12. Pelletierus in epistola de largitionibus Romanorum, quae inserta est diario gallico, *Mercur de France*, A. 1737. p. 1474 sqq. Anonymi. dissertatio de largitionibus Romanorum et antiquitate, rbedarum, quae obuia est in libello gallico, *Variétés historiques, physiques et littéraires*. Parisiis. 1792. 8. tom. 2. pag. 81 sqq. Ioan. Heder. Bucclorus de monastibus Imperatoribus Romanis, tom. 2. eius dissert. de congiario. Witteb. 1712. Frid. Henr. Graffii dissert. de mullibus. Lipsi. 1734. Similis panum et frumenti largitio obtinuit Constantiнопoli et Alexandriae, de qua Valesius ad Euagrium. II. 5. p. 68 sq. Etiam in alimentum pauperum, puellarumque pecuniam erogurunt Imperatores tum in Italia tum extra eam; vide Maffei pag. 400. Musci *Vesaliensis*; Ludov. de Hemper dissert. de pueris puellisque alimentariis. Hafniae. 1739. et Ioan. Erb. Kappii prolusionem de alimentariis. Lipsiae 1735. De auro coronatio siue donatio, quod post victoriam vel in inauguratione Imperatori offerebatur, vide Scæthum. III. Myrothec. cap. 37. pag. 879 sq. Valesium pag. 445. ad Ammian. De stipendiis militibus, annona, commodis et praemiis et donis, militibus agit idem Lipsi. lib. 1. Elector. c. 2. ad Tacit. I. Annal. pag. 38. Lipsiumque impugnans Contarenus libello de stipendio militari, qui post Vesaliosam editionem recusatus est tom. 10. Thes. Graeuiani in quo etiam occurrit diatriba Franc. Robortalli de commodis, praemiis, et donis militibus et Erycii Pureani syntagma de stipendio militari apud Romanos. Katbodus Henr. Schelius in dissertationibus de stipendio militari, de stipendio ducorum, de stipendio equestri et militari, de die stipendii, quae exstant tom. 10. thesauri Graeuiani. Frid. Otto Menckenius in dissertat. de Romanorum veterum stipendiis militibus, adiecta Ioan. Burch. Menckenii dissertationibus litterariis, pag. 268 sqq. Paulus Merula in dissert. de praemiis, quae militum sequebantur Romanis, ad calcem eius operum postea sequitur de publico ciuibus distributa annuatim annona. Glossae Philoxeni: *annona παρεχθη εις τους διακομη. Σειδ. παρα, μετ' τας νηρας διδομενα. Paris. ciuibus, militibus militaris, Ostiensis nautis, et Palatinus ministrantibus in aula Imperatorum. Eriphora a Iustiano Imp. Medicis et διδασκαλοι των λαυδερτων detraclas, quæritur Procopius, Hist. Arcanæ cap. 26.*

moventur. Videantur etiam Lipsius lib. 5. de militia Romana cap. 16. Bla-
 sius Vigenierus ad Caesarem de bello gallico gallice a se editum pag. 448. ubi
 docet legionem militum illo tempore per singulos annos constitisse summa
 circiter 19900 thalerorum. Leonh. Portius in diss. quae extat tom. 9. anti-
 quitat. Graecarum, Hermannus Hugo lib. 2. de militia equestri c. 6 et lib. 5.
 cap. 1. Quomodo vero militum pensio siue merces proprio vocabulo
 dicitur *obsequium* siue *stipendium*, bene functis *commodum*, *donativum*, *ἀριστίον*,
meritum; quandoque etiam extorta *coenatica*, et a tribunis *stillatoras*: ita
 ferocum *dimensum*, de quo Iosephus Laurentius lib. 1. Polymathiae diff. 10.
 Quae manuariam operam locantibus praebatur pecunia dictum *manupre-*
tium, quod locantibus operam agrariam, *pulueraticum*, quod nautis pende-
 batur, *πικύρα*; gladiatoribus *auctoramentum*, athleticis, *ἀθλον*, quod histrio-
 nibus *λύκα*, siue *locar*, de quo Scaliger ad Festum et Lipsius aliique ad Ta-
 cit. 1. 77. Anualium. Iudicium et exequutorum *sportulae*, *δικαστικά*; Xenia:
 suffragatoris *suffragium*; proxenetae *proxenetium*, *Φιλάνθρωπον*, *ἐρημευτι-*
κόν, pro insinuatione libelli supplicis *ἐμφανιστικόν*, *insinuationum*: Legatis
 praebatur *legaticum* siue *viaticum*, *πρεσβεῖον*, *ἐφόδιον*, *στορεῖον*, Iac. du
 Portus pag. 384. ad Theophrasti characteres: quandoque etiam *unguentarium*
 ad vnguenta, cuius mentio apud Plinium lib. 2. epistola XI. Aduocatis pro-
 victa causa *patnarium*, Medicis *sostrum soferium*, *latorium*, praeceptoribus
μινερυαί, *didactrum*, *διδασκαλεῖον*. Quod pro solo et in eo extructis aedi-
 bus pendebatur tributum *σολαίριον*, Eclogae Basilic. lib. 58. pag. 448. adde-
 quae viri docti ad lib. 15. Digestor. *qui potior in pignore*. Merces pro loca-
 ip spectaculis *locar*, *τὸ θεωρεῖν*. Salmastus pag. 234 ad Solinum. De hisce
 omnibus et aliis bene multis huiusmodi dolebunt nobiscum studiosi rerum
 antiquarum non exstare Valerii Chimentellii opus doro logicum, siue de re
 donatiua antiquorum, cuius argumenta exhibuit ad calcem libri eruditi de
 honore bisellii, Bonon. 1636. 4. pag. 236 sq. et tom. 7. thesauri Graeviani
 pag. 2193. De salariis Sophistarum, Rhetorum, Philosophorum et Profes-
 sorum apud veteres vide Lucian. tomo 1. pag. 341. Marinum in vita Procli
 cap. 29. Iustinum in apologia prima pag. 9. edit. Grabii; Alciatum lib. 5.
 Parergon. cap. 27. Iosephum Laurentium tomo 10. antiquitat. Graecar.
 pag. 1169. Calaubonem ad Sueton. et Salmastum ad Capitolin. Berneggeri
 orationes pag. 169. Ioan. Christfriedi Sagittarii otium Ienense, dissert. 9.
 de origine salariorum et stipendiorum: Christiani Wilhelmi Loescheri diss.
 de stipendio literario, Witteb. 1696. Cresollium lib. 4. theatri Rhetorum
 cap. 3. et ubi de didactris Sophistarum priuatis lib. 5. cap. 3 sq. Octauium
 Ferrarium proloquio 33. pag. 528 sq. Io. Georg. Walchii dissert. de prae-

miis veterum Sophistarum, Rhetorum, atque Oratorum. *Tomo 1719* recensam pag. 103 sqq. Parerg. Academic. Io. Wilh. Stueckium lib. 1. antiq. conuivial. cap. 19. Christi Falsterum lib. 2. cap. 5. Quaestionum Romanarum et Frider. Iac. Beyschlagii orationem de praemiis, quae olim bonarum litterarum cultoribus collatae sunt, quae exstat in eius sylloge pag. 475 sqq. Vide etiam Thom. Crenium lib. 7. animaduers. pag. 140. 141. et Christoph. Aug. Hétumanni Poecilen lib. 1. pag. 130 sqq. et de mercedibus praceptorum Iacob. Reuardum lib. 1. cap. 10. Quod nuntio pro epistolis portandis reddebatur, dictum est *portorium*, quod tabellario pro reparandis calceis, *calcearium*, de quo Suetonius in Vespasiano cap. 8. et Nieol. Bergierius lib. 4. de viis Imper. Romani cap. 11. sic. *clauarium* ad clauos siue calceos clauatos militares parandos, apud Tacitum lib. 3. histor. cap. 50. Confer Laurentii Polymathiam diff. 6. lib. 1. *Vestiarium* ad vestes, *cibarium* ad cibos, *cerarium* ad cereos, *vasarium* ad vasa, *diarium* in dies singulos, *hordearium* ad hordeum et frumenta. Vide Pitiscum ad Sueton. tomo 2. pag. 481. *agriugensiori pulveraticum*, commentariensi. *catenaticum*, notario vel antiquario *sepaticum*: Lindebrog. p. 1373. ad codicem legum antiquarum. *Libertaticum* quod libertus dabat Patrono, id. p. 1424. *Linguarium* quod pro lingua remere locuta penditur. Muretus XII. 3. var. lectio. Indici dabatur *indicium*, faustum nuntium afferenti *Evangelium*, Plutarch. Demetrio pag. 896. siue *Μάρτυρον*, nutrici *nutricium* seu *Στατήρον*, afferenti desideratum aliquid *νόμισμα* artificii *ἐπιχειρεα*, pro rei inuentae nuncio *ὑποθηρον* confer Pollucem lib. 6. cap. 41. Iac. Godofredi tractatum de salario Genev. ex editione secunda longe auctiorem 1666. 4. Matthiae Zimmermanni analecta pag. 468 sqi Salmuthum ad Pancirolli deperdita pag. 40. et Meursii auctarium philologicum cap. 28. De sportulis et erogationibus publicis siue pecuniariis siue frumentariis adeundus etiam Stueckius lib. 1. cap. 35. Antiq. Conuivial. Thom. Demisterus ad Corippum pag. 206. Hieron. Magius II. 2. Miscell. tom. 2. thesauri critici Gruteriani. Henrici Norisii praelectio Pisana de sportularum origine et vsu apud Romanos et Christianos, tom. 4. Opp. pag. 599 sqq. Petri Hunderi dissertatio, Hafniae 1712. quibus adde Frid. Aug. Junii antiquitates sportularum apud Romanos quotidianarum. Lipsi. 1745. De *salariis clericorum* contrariae Ioannis Petri Ludewig et Christiani Thomasi differtationes recensentur in relationibus innoxius A. 1797. pag. 490. De legatorum *lantiis* consule Io. Guil. Bergeri dissert. de lantiis veterum, Witteb. 1711. De *Aduocatorum honorario* adeatur Frid. Brunnerus ad legem Cinciam; de Medicorum Desid. Heraldus V. 20. p. 404 sq. in Salmasium. De *diuinatorum* praemiis Hieronymus ad Michae III. 5. pag. 1520 sq. tom. 3. edici

Marcianae. De Pythionicarum brabeo Edmundus Dickinson cap. 7. Delph. Phoenicissantium.

VI: De Testamentorum origine et probatione erudite egerunt Henricus Speelmannus in singulari dissertatione, quam recensitam vide in Actis Eruditorum A. 1698. pag. 445. et Albertus Dittericus Trekel in tractatione de origine atque progressu testamentificationis praesertim apud Romanos, quae cum praefatione Georg. Christi. Gebaueri edita est Lipsiae 1739. 4. Confutendus etiam Potterus IV. 15; Archaeol. graecae, D. Christianus Thomaeus dissert. de origine et initiis successionis testamentariae apud Romanos, et altera de sensu legis decemviralis testamentariae, Halae 1705. Ioan. Henr. Summermannus in coniecturis de origine et progressu testamentorum apud Romanos pariter ac Germanos alioque populos. Berolini 1735. 4. Io. Gottl. Heineccius in syntagmate antiquitatum Romanarum iurisprudentiam illustratum pag. 502 sqq. Veteres formulae testamentorum graece scriptae sub nomine Andragorae et Epicteti Grinniae leguntur in inscriptionibus Gruteri pag. 216. Alias videre licet apud Diogenem Laertium in vitis Philosophor. Alias testamentorum formulas (latinas praesertim) exhibent Georgius Fabricius in monumentis variis antiquis, Basil. 1549. 8. Manutius in officia Ciceronis pag. 148 sq. edit. Graevii; Barnabas Brissonus lib. 7. de formulis p. 674. Testamenta Iulii Caesaris, Augusti et Tiberii, relata a Suetonio in horum vitis, illustrat Zacharias Huberus in dissertationibus iuridicophilologicis quinta, sexta et septima. Integras testamentorum tabulas e lapidibus et monumentis vetustis exhibet Barnab. Brissonus de formulis et solemnibus P. R. verbis lib. 7. pag. 643 sqq. Testamentum Castrense ἀγραφον memorat Plutarchus Coriolano pag. 217. De vigesima haereditarium videndus Petrus Burmannus c. 11. libri de vestigialibus Romanorum. De diis haeredibus ex testamento apud Romanos dissertatio Franc. Can. Conradi prodiit Lips. 1725. Rempublicam haereditatem instituere lege Romana vetitum erat. Vide Plinium lib. 5. epist. 7. De testamentis Christianorum confer Iac. Schalleri binas dissertationes Argentorati 1661. De testamentis Clericorum Monachorumque M. Antonius de Dominis IX. 12. De origine potestatis ecclesiasticae in testamentis, Seldeni liber scriptus anglice: *the original of Ecclesiastical jurisdiction of testaments*. Germanis olim testamenta nulla, teste Tacito, confer Berneggerum quaest. 119: in librum de moribus Germanorum. De origine et via testamentorum apud veteres Germanos, et de differentia inter testamenta Germanorum atque Romanorum vide, praeter Summermannum paullo

* In Speelmanni operibus postumis anglice editis Oxon. 1698. fol.

ante laudatum, Ioan. Adami Koppii specimen iuris Germanici privati de testamentis Germanorum iudicialibus et sub dio conditis, Francof. ad Moenam 1736. 4. De Anglo-Saxonum testamentis vide G. Hickesii dissert. epistolarum pag. 56. De ludicro testamento Gramini Porcelli praeter scriptores in Bibliotheca latina IV. 5. a me laudatos vide Henr. Valesium in notis ad Ammianum Marcellinum p. 354. Legitur illud etiam in Taubmanni notis ad Culicem Virgilii pag. 146. et in calce adagiorum Erasmi aliorumque Hanoviae iunctim editor. et apud Vuuassorem libro de dictione ludica pag. 219. et in W. E. Tentzelii dialogis vernaculis A. 1696 p. 191. et apud Gesnerum de quadrupedibus p. 1032. Descriptum primo est Moguntiae a Iohanne Alexandro Bracciano, et a Georg. Fabricio postea correctum locis aliquot. ex antiquissimo exemplari inuento Memmelsbii in Thuringia ad Vnstrum. Exstat et ridiculum eiusmodi testamentum Afini, quod ex veteri MS. vulgavit Lambecius tomo 3. comment. pag. 984.

De testamento ex asse, ex semisse, ex dodrante, prima cera etc. vide Alexandrum ab Alexandro libro et capite primo, et ibi Tiraquellum. Tum interpretes ad Suetonii Caesarem cap. 83. De testamentorum licentia inhibita, notas Bourdelorii ad Lucian. tom. 1. pag. 37. Casaubonum ad Sueton. August. cap. 50. De testamento subsignatione vero Salmasium in animaduersionibus ad Heraldum; Vossium lib. 4. de idololatria cap. 91. et Georg. Lud. Boehmeri dissertationem, cuius index testamenti signati et subscripti a testibus in inuolucro vis et auctoritas vindicata, Goettingae 1746.

VII. De nundinis, mercatu et cognatis argumentis. adeundus Gregor. Tholosanus in synagmate iuris lib. 25. cap. 3. cuius distributa inde recusa est tomo 8. Graev. pag. 697. In eodem tomo pag. 641. exstat quoque Erycii Puteani de nundinis Romanis liber, noua Fastorum veluti facula. Puteano addes Allatum capite octauo libri de mensura temporum. Nono quouis die *ἀγορὰν* celebrare solitos Romanos, testis etiam Plutarchus in Coriolano fol. 222. Neque tamen inde colligendum est, ternas nundinas, ut quidam docti viri existimarunt, confecisse septem et viginti dies. Eleganter enim obseruat Celeberrimus Ernesti in clauis Ciceroniana voce *Trinundinum* numerandorum dierum initium fieri a nundinis primis et desinere in tertiis: nundinas autem secundas more latino bis numerari, ut idem dies sit nonus a primis nundinis, et primus in altera enneade dierum. Ex quo effici quidem Vir Acutissimus ostendit, trinundinum siue tres nundinas cum diebus interiectis summam tantam

In Olympiis vniuersa Graecia sollemnes nundinas celebrabat, vnde mercatum Olympicum vocat Iustinus III. 5.

rum septemdecim dierum conficere. De mercibus Romam undique aduectis agit Bergierius lib. 4. de viis imperii romani cap. 33. tom. 10. Graev. De hastrarum et auſtionum origine ac ritu conſulendi Alexander ab Alex. III. 16. Fulvius Urſinus ad Caefarem pag. 87. poſt fragmenta Hiſtoricorum, et Iunius Rabirius cuius liber ex edit. Pariſienſi A. 1554. 4. inſertus eſt tomo 3. theſauri Graeviani. Nam M. A. Brunellus libro, tertium iam gallice edito de hoc argumento Pariſ. 1704. *Nonveau traité des Crites*, hodiernam auſtionum iura uſumque, in Gallia praefertim, perſequitur. Idem Ludovicum Poſtium alioſque allegat. Poſtii de ſubhaſtatione liber prodiit Genuae 1646. Genev. 1670. De more veteri quo viri nobiles per urbem incedentes non ipſi pecunias ſecum geſtabant, ſed pedifſequis hoc committebant, vide Caſaubonum ad Apuleii apologiam pag. 155. De furto per lanceam et licium concepto cuius apud Geſhium XI. 18. XVI. 10. et apud Feſtum mentio, conſulenda Marci Tatii Alpini epiſtola ad Wilhelmum Hungerum. Pecuniam ex rebus venditis in os et buccam colligendi mos hominum vilium et de plebe infima, ut notat Caſaubonus pag. 219 ſq. ad Theophratum, ubi etiam ex Plauto, quod erumenas apud Romanos collo appenſas habebant homines eiufmodi. *Tabulae novae* appellabantur, quando magna creditorum iniuria aut ſimul ſemelque omnia earum contracta debita expungebantur abolebanturque ac proſolutis habebantur, aut pars de ſumma demebatur. *Χρεῶν ἀποκοπή* vocat Diodorus Siculus lib. 19. tomo 2. pag. 658. Confer Io. Scheferi Agrippam liberatorem ſive diatribam de nouis tabulis, Argentor. 1645. 12. et cum obſervationibus Io. Chriſti. Leuſchneri. Lignit. et Lipſiae 1752. 8. et tom. 8. Graevii; ac Fabiani Toernerii diſputat. de nouis tabulis, Vpſal. 1727. 8. De iure debitores ſi ſoluendo non eſſent vendendi vel in partes ſecandi, vide praeter auctores ſupra pag. 757. citatos Salmaſium de uſuris pag. 544 ſq. et Ioannem Nicolai de Synedrio Aegyptior. pag. 227. qui etiam alios mores annotavit, quibus olim cum obaerato ageretur.

VIII. Quid impedit, quo minus hoc loco, eos, qui argumentum de commerciis ac navigatione veterum illuſtrarunt, recenſeamus. De quo quidem generatim expoſuere Blaſius Caryophilus in lucubratione de mercaturis antiquorum, quae exſtat parte prima diſſertationum eius miſcellanearum, Romae 1718. 4. euulgararum. Petrus Daniel Huetius in hiſtoria commercii et navigationis veterum, quam Colberti ſuaſu gallice conſcripſit atque ἀνομιμας edidit Pariſiis 1716. 12. Auctor Anonymus, qui gallice edidit: *Hiſtoire generale de la marine*, contenant ſon origine chez tous les peuples du monde, les progrès; ſon état actuel, et les expéditions maritimes anciennes et

modernes, eius tomus primus prodit Parisiis 1744. 4. Auctor libri germanice editi: *Allgemeine Geschichte der Handlung und Schifffarth, der Manufacturen und Künste, des Finanz- und Cameralwesens, zu allen Zeiten und bey allen Völkern*, cuius pars prima prodit Vratislaviae 1751. 4. II. ibid. 1754. Carolus Arbuthnotus in tabulis antiquorum numorum dissertatione tertia pag. 201 - 260. interpretationis latinae a Daniele Koenigio compositae editaeque Traiecti ad Rhenum 1756. 4. Antonius Yues Goguetus in libro elegantissimo, de l'origine des Loix, des Arts et des Sciences, qui tomis tribus enulgarus est Parisiis 1758. 4. tomi 1. lib. 6. cap. 1 et 2. Ludov. Antonius Muratorius tom. 2. antiquit. italic. medii aevi pag. 866. et succincte Iuvenel de Carleucas in tentamine historiae litterarum elegantiorum, scientiarum et artium. Carolus Rollinus historiae antiquae tom. 10. p. 377. sqq. et tom. 13, p. 166. edit. Amstelod. Sigillatim de *Aegyptiorum* commercii videndus Paullus Lucas libro sexto itineris A. 1714. gallice editi tom. 2. pag. 219 sqq. Mailletus descriptione Aegypti tom. 1. pag. 53 sq. Goguetus tom. 3. lib. 4. De *Phoenicum* commercii, de Ophir atque navigatione Salomonis Ophiritica confer Bogharti Phaleg et Canaan pag. 175. 159 sq. et pag. 768 sq. Herman. Witsium Miscellan. tom. 2. Exerc. XIV. §. 35 sqq. Hadr. Relandum dissert. miscell. P. 1. pag. 165 sqq. Petrum Dan. Huetium de navigationibus Salomonis. Amstelodami 1698. 8. et tom. 8. Criticor. Angl. Aug. Calmer dissert. Biblic. parte 1. pag. 198. versionis germanicae. Io. Iac. Scheuchzerum Physic. sacr. tomo 2. pag. 201 sqq. Augustinum Varenium in Trifolio historico de Paradiso, Ophir et Simone mago. Rostochii 1655. Gaspar. Varenium, siue Barciros, Lusitanum, de Ophira regione. Antwerp. 1608. 8. Roterod. 1616. Harderouici 1638. et tom. 18. eorund. Critic. Io. Blumium de Ophira. Hamb. 1660. 8. Christoph. Nornagel in diatriba chorographica. Witteb. 1646. quaeft. secunda. Henr. Benzeliu syntagm. dissert. I. 419. Martin. Lipenium in dissertat. de navigatione ophiritica. Witteb. 1658. et 1666. 12. Godofr. Wegneri dissertat. de navigationibus Salomonideis. Francof. 1670. Matth. Fr. Beckii de Eden, Ophir et Tharsis. Ienae 1676. Io. Christ. Artopaei de termino navigationis Ophiriticae a Salomone institutae. Argentor. 1692. Io. Christi. Wichmanshausen de nauis Tyria. Witteb. 1714. Sam. Aug. Iunghans de terra Ophir. Lipsi. 1737. Anton. Iulii von der Hardt quod regio Ophir, quorsum Salomo classem misit, sit Phrygia. Helmstad. 1746. De *America* detecta navigationibusque Europaeorum in Americam conferantur: *Nouus orbis* ¹⁰ regionum ac insularum veteribus in-

cogni-

¹⁰ Quae hoc libro continentur scripta, recensentur in Struvii *Bibl. historica* Volum. I. pag. 225. edit. Budercianae.

cognitarum. Basileae 1572. fol. et Parisiis e. a. Alia collectio libellorum similis argumenti, quae sub eodem *noui orbis* ¹¹ titulo euulgata est Rotterodami 1616. 8. Francisci Lopez Historia generalis indiae occidentalis, quae hispanice euulgata est Caesaraugustae 1553. fol. et gallice versa prodiit Parisiis 1606. 8. Perri Martyris de orbe nouo Decades VIII. Compluti 1530. fol. et Coloniae 1574. 8. Hieronymi Benzeli Historia noui mundi, italice edita Venetiis 1572. 8. latine deinde versa ab Urbano Calueto. Geneuae 1578. 8. tum additis nouis figuris sub titulo: Noui orbis historiae rerum ab Hispanis in India occidentali gestarum partes 13. Francof. 1595 et sqq. recusa. Ioan. Lerii historia navigationis in Brasiliam, gallice scripta, et deinde latine versa. Basl. 1587 et 1688. 8. De *Venetorum* commerciis, quibus ante duo saecula floruerunt et opibus vide Journal des Savans 1719. pag. 135 sqq. et librum gallicum, *Essai de l'histoire du commerce de Venise*. Parisiis 1729. 12. De Germanorum veterum navigatione agit Clauerus lib. 1. Germaniae antiquae cap. 18. pag. 133 sqq. Recentiorum genus et amplitudo patet ex libello, cui titulus: *Memoires sur le commerce des Hollandois dans tous les etats et empires du monde*. Amstelod. 1717. 12. Sam. Ricardi *Traité general du commerce de Hollande*, cuius quinta editio prodiit Amstelod. 1732. 4. et Pauli Iac. Marperi variis scriptis germanice editis.

LX. De numis veteribus monetaeque variis generibus, materia, pretio etc. quamplurimos scriptores recensent, Carolus Patinus in historia numismatum cap. 24. Phil. Labbeus in Bibl. numaria, Rudolphus Capellus *ὁ μακροβίτης* in Numophylacio Luderiano, Burchardus Gorhelf Struuius in bibliotheca numismatum antiquorum, edita Ienae 1693. 12. Anselmi Bandurii bibliotheca numaria, adiuncta eius Numismatibus Imperatorum Romanorum. Parisiis 1718. fol. quam ob argumenti praestantiam seorsim cum notis, auctario et indicibus excudendam curauit. Hamb. 1719. 4. et Franc. Ern. Bruckmanni bibliotheca numismatica Guelpherbyti 1729. 8. cuius supplementorum specimen primum in lucem emissum est ib. 1732. 8. Fas itaque fuerit praesenti loco praecipuos quosdam tantummodo indicasse, vel praeter ceteris norandos, vel a viris istis praestantissimis omissos. *Iusti Lipsii* de re numaria breuiarium postumum cura Ioan. Rhodii lucem vidit Parauii 1648. 8. In illo potissimum de varietate in materia numorum disseritur, et post pauca de luteo, scorteo, ferreo et plumbeo numo dicta, tractatur de aerej, argentei et aurei varietate, numeratione et pretio. De vsu et praestantia nu-

¹¹ Hoc libro exhibentur *Columbi, Pinxoni, Vespasii, Martyris, Harborni* navigationes.

numismatum pulcherrimi sunt Dialogi XI. *Antonii Augustini*, hispanice prima scripti et italice nouissime recusi Romae 1736. fol. quibus in latina versione Andreae Schotti et in Hetrusca Octauiani Sadae duodecimus dialogus accessit. Omnium etiam laudibus merito efferuntur illustris Viri *Ezech. Spanhemii*, de vsu et praestantia numismatum praeclarae dissertationes, quarum editionis tertiae luculentissimae et prioribus ¹² Romana 1664. atque Amstelodamensi 1661. 4. longe luculentioris Vol. primum lucem vidit Londini 1705. ¹³ fol. alterum post fata Auctoris, Londini A. 1710. aetatis 81. denati, curante Isaaco Verburgio prodit ¹⁴ Amstelodami 1717. fol. Eiusdem Spanhemii epistolae de numis quibusdam subiectae sunt editioni Lipsiensi speciminis vniuersae rei numariae antiquae, quod litteratorum reipublicae proposuit *Andreas Morellus*, ¹⁵ Heluetius Lipsi. 1695. 8. Idem vir doctissimus cum magna rei litterariae iactura anno 1703. Arnstadii die decimo Aprilis denatus, parauerat opus ingens atque praestantissimum, in quod ordine digesta, eleganter in aes incisa, et succincte explicata coniicere voluit numismata omnia vetera cuiuscunque generis haecenus cognita: quem in finem non tantum libros in hoc genere editos, magno studio euoluit atque inquisiuit, sed et numophylacia et gazas regum principumque Europae perreptauit; et plures

an-

¹² Dicuntur Spanhemius et Marqu. Gudius doctissimi ambo et antiquitatis peritissimi Romae eodem tempore versantes de praerogatiua inscriptionibus an numis praeferendis inter se contendisse, et Spanhemius quidem ex numis, Gudius vero ex inscriptionibus antiquis plurimum utilitatis ad illustrandum omne genus litterarum capi posse assensurasse. Hinc Spanhemium sententiae suae probandae causa opus istud elucubrasset, Gudius inscriptionibus antiquis illustrandis intento, sed priusquam absolueret, satis intercepto, cuius tamen ipsius ampla veterum inscriptionum *συλλογή*, post observationes eius in opus Gruterianum prodit Leouardiae 1732. fol. Vtrisque, numis et inscriptionibus praefendus quandoque scriptorum consensus, vbi in illis ignorantia vel negligentia artificum peccat, vel adulatio eorum qui numos eundi aut inscriptiones fieri curarunt, res principum in maius extollit. Itaque et Bandurius tom. 1. pag. 60. non multis adeo tribuit numia vbi a scriptoribus dissentiunt, *maxime*, inquit, *si quid in illis reperias, quod ad adulationem principis pertinet*. De vsu operum sculptorum, statuarum, inscriptionumque veterum erudite commentatur, numismatibusque eum praeferre non dubitat Scipio Maffei in notitia musei inscriptionum, Veronensis, italice edita ad calcem notitiae scriptorum veterum Graecorum et Latinorum italice versorum. Venetiis 1720. 8. Eandem sententiam tuetur Isaac. Vossius in epistola ad Nicol. Heinsium data A. 1647. tom. 3. sylloges Barmanianae pag. 468. *Nihil me aeque afficit, quam quod inscriptionum antiquarum studio temperis. Multum ego illis delector, quoniam maior mihi eorum usus videtur quam numorum, licet istis plus debeant oculi.* Idem repetit pag. 570.

¹³ A. E. 1707. pag. 49.

¹⁴ A. E. 1717. pag. 289.

¹⁵ Iniquissima est de Morello censura Jac. Gronouii pag. 855. ad Herodotum.

numos in illis (regis Galliae praecipue) insumit, rei antiquariae non minus quam pingendi pulchre et caelandi peritus. Testatus est Morellus in laudato specimine iam se collegisse numos vicies quinquies mille, a quo tempore plures adhuc, qua fuit diligentia, eum indagasse non est dubitandum. Hoc ipsum opus sub indice thesauri Morelliani, commentario perpetuo illustratum edidit Sigebertus Hauercampus; Amstelod. 1734. fol. Voll. II. Eleganter quoque usum numismatum antiquorum edisseruit *Iosephus Addisonus* in dialogis quibusdam, qui exstant operum eius anglice. Londini 1726. 8. editorum. Vol. tertio pag. 9 sqq. et germanice versi cura Georgii Wilh. Pözingeri prodire Baruthi 1740. 8. Cui iungatur *Ludouici de Biel* (Erasmi Froelich) libellus, qui inscribitur: *Utilitas rei. numariae veteris compendio propositae.* Viennae 1733. 8. et *Petri Vlamingii* oratio de usu et praestantia studii numarii habita 1702. et excusa Amstelod. 1737. 4. De usu numorum veterum in studio theologico dissertationes *Valentini Ernesti Loescheri* exstant in eiusdem *Stromateo* academico pag. 153 sqq. De usu eorundem in interpretando S. Codice videatur *Aegidii Lacarry* prolusio in eiusdem historia romana per numismata illustrata pag. 217 sqq. *Gottl. Erdm. Zeibichii* specimen observationum in N. T. per numismatis antiquis. Witteb. 1743. ac observationes sacrae ex numis antiquis. ibid. 1745. Usus numismatum in iurisprudentia enarravit *Ioan. Gottl. Heinzeus* in praefatione praemissa N. H. Gundlingii exercitationibus academicis. Halae 1736. 4. De numis philosophiae interpretibus vide *Io. Frid. Bertrami* meletemata litteraria pag. 237 sqq. De numorum veterum cognitione cum historia iungenda orationem edidit *Ioannes Oliva*, Venetiis 1717. 8. quam *Ioan. Erh. Kappius* recudendam curavit in orationibus selectis clarissimorum Virorum, parte 1. pag. 554 Lipsi. 1722. 8. De numorum veterum in illustranda Imperatorum Romanorum historia usu programma euulgauit *Ioan. Henr. Meibomius* 1684. De eorum vero in historia Germaniae antiqua *Wolf Balthaf. a Steinweh.* Francof. ad Viad. 1742. Qui compendio nobilissimam hanc eruditionis partem degustare voluerint, eis praeter *Caroli Patini* historiam numismatum italica, gallica et latina lingua editam, praeter eruditam *Eucheni Gottl. Rinckii* lucubrationem, quam nomine suo praeterito edidit Lipsiae 1701. 4. de veteris numismatis potentia et qualitate, commendandus libellus gallice vulgatus Paris. 1693. 12. et nouissime recusus ibid. 1739 duobus tomis in forma octopartita, sub titulo *la science des Medailles*, auctore, qui nomen suum suppressit *P. Joberto*, Iesuita. Eandem libellum latine recuderunt Lipsienses 1695. et 1718. 8. interprete Christiano Iunckero, vide *Acta Erud. A.* 1694. pag. 215 sq. et 1695. pag. 442. Germanice versus liber ista excusus est Norimbergae 1718 et 1738. 8. Op-

portuna etiam sunt quae tradit Rev. Ioan. Christoph. Olearius in specimine vniuersae rei numariae scientificae tradendae Ienae 1698. 8. et in libro germanice edito: *Curiosè Münzenwissenschaft* ibid. 1701. 8. in quo etiam nonnulli scriptores de variis argumentis indicantur, quemadmodum et a clarissimo amico nostro Io. Georgio Walchio praefat. ad Bartholomaei Beuerini libellum de ponderibus et mensuris, in qua simul sciographiam scribendae historiae numismaticae proposuit. Notari quoque meretur *Georgii Vionneti* museum numarium, carmen, sine noticia rei numariae veteris; quod recensuit praefatusque est Iul. Car. Schlaeger. Helmstadii 1744. 4. et *Henr. Ioan. Bytemeisteri* delineatio rei numismaticae antiquae et recentioris, cuius editio tertia Argent. 1744. 8. prodit. Nec praetereundi duo libelli vulgati itidem germanice, *das gedöfnete Münzcabinet*, et Ioan. Groeningii historia numismatum critica, qui notissime in collectione Schilleriana sub titulo *der gedöfnete Ritterpsaf* prodierunt, in quibus praecipue de recentioribus numismatibus memorabilia quaedam, et numophylaciorum hodie celebrium noticia succincte exponitur. Habes etiam in iisdem expositionem praecipuarum siglarum siue compendiorum scripturae quae in numis occurrunt, eorumque lustratores morantur, tam Latinarum, quam Graecarum, Latinarum quidem depromptam ex Patino; Graecarum vero ex Ioannis Valentis (Jean Foy Vaillant) numismatibus imperatorum, a populis romanae ditronis graece loquentibus percussis Amstel. 1700. fol. Praeclara quaedam de veterum numis collectanea occurrunt in Francisci Iunii libro 2. de pictura Veterum cap. 8. pag. 110 sq. De origine pecuniae variisque eius speciebus eleganter accurateque differit Ioan. Georg. Wachterus in *archaeologia numaria*. Lips. 1740. 4. cui adde Christiani Crusii commentarium de originibus pecuniae a pecore ante numum signatum. Petropoli 1748. 8. Ut vero *pecunia* a pecore apud Latinos, ita Graecis pleraque vocabula in commerciorum pensione vstrata sunt repetita a pecudibus, quemadmodum Eustathius notat ad *Odyseam*; adde Mezeriacum ad Ouid. II. pag. 317. Quadringentos amplius numos; quos Patauinos a loco appellant, ab Italo falsario¹⁶ suppositos se collegisse et in lucem editurum testatur Ioan. Carolus Schottus in noua explicatione apotheoseos Homeri pag. 33. De numis monetariorum veterum culpa vitiosis conferatur *Erasmii Froolichii* dissertatio, quae quarta est inter eius IV tentamina in re numaria vetere, p. 361 sqq. cui iunge Geinozii Abbatis obseruationes de numis veteribus suppositis, quae exhibetur tom. 6. historiae academiae inscriptionum pag. 410 sqq. De arte numos veteres genuinos a spuris discernendi exstat Beauuaisii liber gallice edi-

¹⁶ Plinius H. N. XXXIII. 9. Mirum in hac artium sola vicia discutitur, et falsi denarii spectantur exemplar, pluribusque veris denariis adulterinus emittit.

editus Parisiis 1739. 4. iunctus deinde eiusdem auctoris libro gallice edito: *Traité des Finances et de la fausse Monnoye des Romains.* Parisiis 1740. 8.

X. De numis sacris, siue de valore et pretio monetae varii generis cuius mentio fit in sacris litteris tum veteris tum noui Testamenti agunt *Arias Montanus* in *Tubal Cain*, tomo 6. Criticorum Anglorum edit. Francofurt. *Caspar Waserus* de numis et mensuris Ebraeorum, et aliorum Orientalium, Tiguri 1605. 4. Heidelb. 1610. 4. et in eodem criticorum sacrorum tomo, in quo etiam occurrit *Ed. Brewewoodi* libellus de ponderibus et pretiis veterum numorum, ex editione Lond. 1614. 4. quemadmodum in tomo septimo *Marquardti Freberi* de numismate census. Matth. XXII. 19. ¹⁷ dissertatio edita pridem Heidelbergae 1599. 4. His addi possunt *Henr. Buntingius* de monetis et mensuris sacrae scripturae, Helmstad. 1583. 4. *Henricus Guerberus Thulomarius* de variis siclis et talentis Hebraeorum, Francof. 1676. 12. Libellus *Stenislai Grsepsii* de multiplici siclo et talento hebraico. Antw. 1568. 8. et fasciculo II. opusculor. ad histor. ac philolog. sacram spectantium, pag. 302 sqq. 1q. *Conr. Dietericus* in antiquitatibus biblicis V. T. p. 726 sq. *Georg. Wolfgang. Wedelius.* centur. 2. decad. 1. dissert. medicophilolog. 7. quae est de numis Noui Testam. *Villalpandus* ad Ezechielem, tom. 3. pag. 180 et 383 sq. et tom 2. p. 23. *Io. Leusdenius* in philologo hebraeo mixto diss. 28 sq. et ad calcem *Onomastici sacri*, *Io. Harduimus* in chronologia Vet. Test. p. 603 sq. *Operum selector.* *Brianus Waltonus* et *Bernhardus Lamy* in apparatu ad S. Scripturam, *Eduardus Bernhardus* libro de mensuris ac ponderibus. Oxon. 1688. 8. *Hunfredus Prideaux* praefatione ad historiae Vet. Test. illustratae partem primam. *Villalpandus* tomo tertio ad Ezechielem pag. 80 et p. 383. De numis Orientalium, Iudaeorum maxime et Muhamedanorum, diatribam edidit *Io. Henr. Hottingerus*, ad calcem libri de cippis hebraicis. Heidelberg. 1659. 12. 1662. 8. idem p. 114 sq. Bibliothecarii quadripartiti nonnullos recenset numos hebraicos et arabicos. De *Hebraicis* videnda *Iulii Bartoloccii* *Bibl. Rabbinica* tomo 4. pag. 158 sq. *Salomo Deylingius* de re numaria Hebraeorum, parte tertia obseruat. sacrar. pag. 222 sqq. *Ioan. Christi. Klemmii* libellus de numis Hebraeorum. Tubingae 1730. 4. *Io. Andr. Schmidii* dissertatio de re monerali Hebraeorum. Helmstadii 1699. 4. *Erasmus Froelich* in prolegomenis ad annales regum Syriae, part. 5. pag. 74 sqq. vbi de numis Hebraeorum. *Ioan. Gottl. Carpzontius* ad Goodwinum pag. 687. *Claudius Bouteroc* in obseruationibus in rem monetariam gallice editis Paris. 1666. fol. et

¹⁷ Confer Freberi parergo III. 10. Waserum de numis Hebr. II. 16. Lipsii admittenda II. 3. Thom. Creepi animaduers. part. 2. p. 196 sq. etc.

et I. B. Kelderianus in dissertat. de origine atque vsu numorum apud Hebraeos. Ultrai. 1750. *Herm. von der Harte* numi et pondera Hebraeorum ex Graecia. Helmstadii 1727. 8. Sigillatim de *siclis* videantur *Mosis Maimonidis* constitutiones cum versione et notis Ioan. Esgers. Lugd. Bat. 1718. 12. 4. *Ioan. Paftrius* de siclis et numis Iudaeorum. Romae 1700. *Andrae Beyer* libellus, qui inscribitur siclus sacer et regius appensus et ostensus. Lipsi. 1667. 12. *Melancthonis* carmen ad Ioan. Aepinum de siclo, quod obuium est in Ioan. Henr. a Seelen philocalia epistolica, pag. 13. et dissertationes Gustavi Peringeri. Vpsal. 1692. 8. et I. C. Iselii. Basileae 1709. et Ioan. Conr. Keysleri oratio de dimidio siclo argenteo siue lytro animarum Israel. Breae 1704. Siclos exhibent Scheuchzerus physicae sacrae tab. LXXXI. Kircherus tomo 2. Oedipi part. 1. p. 98 sq. Waltonus in apparatu ad Biblia Polyglotta, Villalpandus in apparatu ad templum Ezechielis tom. 3. pag. 380. Waserus II. 3 sq. de numis Hebraeorum. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum tom. 1. p. 167. Ioan. Leusdenius in philologo hebraeo mixto dissertat. 28. et alii. In Iacobi Goeree introductione ad sapientiam biblicam P. 1. pag. 82. exhibentur quoque sicli, sed ex Villalpando atque Kirchero infeliciter explicantur. Vide Iacobi Rhenferdi opera philologica pag. 249. et Surenhusiana ad Misnam Schekalim l. 1. pag. 177. De *Kesita* Hebraeorum interpretes ad Gen. XXXIII. 19. Ios. XXIV. 32. et Iob. XLII. 11. *Oligeri Nicolaidae* diss. Hafniae 1691. qui non agnum nec margaritam, sed numi genus aurei vel argentei intelligit. Eandem sententiam tuentur Bochartus Hierozoic. P. 1. pag. 433. Waserus lib. cit. Schultensius commentar. in Iobum, Carpzouius ad Goodwinum pag. 689. a. aliique. Dissentiunt vero Hottingerus lib. cit. pag. 110. Adrianus Cattenburgh syntagm. sapientiae Mosaicae lib. 5. c. 5. §. 6. p. 286. et I. G. Wachterus archaeol. numar. pag. 10. Ex eo quod Abimelech Abrahami coniugi dedit mille Keseph, (LXX. *δίδραχμα*) Gen. XX. 14. colligit etiam Begerus tom. 1. thesauri Brandenburg. pag. 282. iam Abrahamae temporibus vsu numismatum obrinuisse. Contrarium ostendit Wachterus lib. cit. p. 20. Abrahamum non pecunia, nec moneta publica, sed argento librae appenso agrum esse mercarum docens. *Hermannus* vero *Conringius* Helmstadii A. 1675. 4. edidit paradoxa de numis Hebraeorum, in quibus contendit siclos omnes olim fuisse argenteos, tum nullum numum hebraeum, qui refert hominis imaginem, esse genuinum, characteres porro Assyriacos siue Samaritanos non fuisse olim Hebraeis ad ciuilia negotia

¹⁸ In quibusdam exemplaribus titulus praefert A. 1727.

gotia vſurpatos, nec ante captiuitatem Babylonicam ¹⁹ numos ſignatos fuiſſe in vſu: itaque nullum numum ſamariticis aut hebraicis litteris inſcriptum qui ex illa aetate iſtetur eſſe bonae notae, aut multum vetuſtum ²⁰, nec poſſe certis argumentis demonſtrari, numos ſamariticis characteribus inſcriptos captiuitate babylonica antiquiores eſſe, ſed omnes Haſmonaeorum ſiue Maccabaeorum et Herodum aetate cuſos videri, neque olim in vſu fuiſſe ſiclum alium ſacrum ²¹ alium profanum, nec fidem denique mereri quae in iam dicto de cippis Hebraeorum Hottingeri libro leguntur. Haec Conringii paradoxa recuſa ſunt in faſciculo ſecundo opuſculorum, quae ad hiftoriam et philologiam ſacram ſpectant Lugd. Bat. 1695. 8. Otto autem *Sperlingius* V. C. libro de numis non cuſis inter alia quidem cum Conringio probat apud Iudaeos ante captiuitatem babylonicam nullum ſignati aeris vſum valuiſſe, quod ex Gen. XXIII. 16. 1 Chiron. XXI. 25. et Ierem. XXXII. 9. confirmat etiam *Adrianus Relandus* ²² diſſ. 1. de numis Samaritanis pag. 7. et aduerſus *Fortunatum Schacchum* II. 3. *Myrothec.* tuetur pag. 49 ſq. ſed et poſt captiuitatem, noſtrique ſeruatoris Chriſti tempore contendit rude tantum et informe argentum forſice diſſectum ac libra appenſum monetae locum tenuiſſe, itaque ſiclos omnes recens eſſe ſuppoſitos. Quanquam numos cuſos fuiſſe a Iudaeis non finit nos dubitare locus 1. Maccab. XV. 5. 6. vbi Antiochus Demetrii filius Syriae rex cum aliis immunitatibus Simoni Pontifici Maximo permittit *παντας κομματα ἰδίων νόμισμας τῆ χῶρας αὐτῶ* Vocabula *μνά, δραχμῆ*

¹⁹ Aliud videtur Scaccho quem vide ſis II. 3. *Myrothec.* ſed Conringii ſententiam qui ſiclos pondus argenti, non ſignatos numos fuiſſe contendit, tuetur V. C. *Adr. Relandus* diſſ. 1. de numis Samaritan. p. 49 ſq. Vide etiam ſis *Rev. D. Salomonis Deylingii* obſervationum ſacrarum partem 3. p. 176 ſq.

²⁰ In eandem ſententiam vide quae diſputantur a *Jacobo Baſnagio* auctore diſſertationis gallicae *ſur l'antiquité de la Monnoye et des Medailles des Juifs, et ſur la preference des Caracteres Samaritains aux Hebreux* in *Baſnagii Bellouellii* hiftoria operum eruditorum A. 1709. pag. 32. Contrariam ſententiam defendit *Socinetus* in diſſertationibus gallice editis pag. 70.

²¹ De ſiclo ſanctuarii adde quae *Io. Clericus* et alii interpretes ad Exod. XXX. 13. *Io. Wulferus* ad tractatum Talmudicum *Shekalim*, Norimb. 1680. 4. *Buxtorfius* *Lex. Talmud.* pag. 2032. 2068. 2449 ſq. 2624. *Andreas Beyerus* in libello paullo ante citato, *Herrn. von der Hardt* libello paullo ante citato de numis et ponder. Hebr. ex Graecis. *Io. Meyerus* ad *Clafingii* *διακονας* de vñctione ſacra pag. 8. vbi eorum accedit ſententiae, qui duplicem exiſtiſſe ſiclum ſacrum alterum ſ. Sanctuarii, alterum communem affirmant, contra quos veriorum ſententiam defendit *Clafingius* in vindiciis extortis pag. 38.

²² *Relandi* argumenta ſtrictim recenset *Wachternus* *Archaeol. numm.* pag. 23.

δραχμη et *ισβολος* hebraicae esse originis notat Iacobus Duportus ad Theophrasti characteres p. 324. Idem Sperlingius contra Conringium docet Iudaeos etiam auri usum habuisse monetae loco. Ceterum *Wagenfeilius* in commentario ad tractatum Sota p. 275. contendit nullam amplius existare verae antiquitatis Hebraeorum monetam, et post nonnulla interiecta, multis oppugnat numos referentes imaginem Abrahami, Moysi, Davidis et Salvatoris nostri. De numismate census, quod Romanis pendere iuebantur Iudaei, consulendi sunt interpretes ad Matth. XVII. 24. 27. *Casp. Waserus* II. 6. et 20. *Lipsius* II. 3. admirand. *Marquardi Freheri* Parerga III. 10. et dissertatio paullo ante laudata. *Ioan. Seldenus* de iure naturae et gentium II. 8. pag. 221. et VI. 17. *Ioan. Herdwinus* opp. select. pag. 625. 629. *Thomas Grenius* animaduers. philolog. lib. 2. pag. 196 sqq. *Ioan. Gottl. Carpzovius* ad Goodwinum pag. 690. *Seb. Schmidius* fascic. disp. pag. 796. *Ioan. Reinb. Rufius* Harm. Euang. II. 822. *Ioan. Nicol. Schulini* dissertatio Witteb. 1685. 4. *Ioan. Laurent. Mosheim* dissertatio Helmstadii 1725. *Claud. Salmasius* contra Miltonum pag. 269 sq. 275 sqq. Idem in funere hellenistico pag. 55. *Simulacra omnis generis quum abominarentur Iudaei, monetam tamen graecanicam Romanamque Deorum imaginibus figuratam recipiebant, atque dabant. At in templo ne Caesarum quidem tum Dominorum suorum imagines admisissent.* De numis hebraicis *Moyen cornutum* referentibus existat peculiaris dissertatio I. B. Carpzovii. De numis *Iesu Christi* agit praeter alios Io. Reiskius in libro de Iesu Christi imaginibus. *Wagenfeilius* ad Mishnam Sota pag. 238 sq. edit. Surenhus. et Ioan. Dav. Koelerus tom. 6. historiar. e numis deliciarum p. 353 sqq. De numis Christi confer praeterea Cangium §. 28. de numismatibus imperii romani, et Antonium Augustinum dialogo primo de numismatibus §. 9. Raphael quoque Auellinus italica lingua scripsit breuem declarationem numismatis hebraici²³ ut ipse quidem putat antiquissimi *Davidis* et *Abrahami*, editam sub nomine angeli Gabrielis Anguisciolae: vide Bartoloccium in bibliotheca Rabbinica tomo 4. pag. 164. et Imbonatum in bibliotheca ebraeo-latina pag. 212 sq. et 306. De numis quos de Iudaea capta vel de rebus iudaicis percussere Romani, consulendus Ezech. Spanhemius de usu numismat. pag. 326. et Carolus Patinus ad Suetonii Vespasianum et Titum. et Petrus Zornius opusc. sacr. tom. 1. pag. 37. De numis *cabalisticis*, amuletis etc. Vide Kircherum tomo 2. Oedipi parte 2. p. 475. 465. 480. et Sig. Jac. Baumgartenium fascic. 1. consiliorum theologorum (*theologische Gutsachten*)

²³ Dichiaratione della hebraica Medaglia detta Maghen David et Abraham, di D. Angelo Gabriele Anguiffola. Mediolan. 1617. fol. Dixi de numis illis suppositis etiam nuper in Codice Pseudepigrapho Veteris Testamenti.

oſten) pag. 95 ſqq. Numos ſamaritanos exhibet idem Kircherus tomo 2. Oedipi parte 1. pag. 88 ſq. et 100 ſq. Villalpandus in apparatu ad templum Ezechielis, Ioan. Morinus exercitatione ſecunda ſamaritana cap. 10. Steph. Morinus in exercitationibus de lingua primaeva. D. Val. Erneſtus Loefcherus de cauſis Ebr. linguae pag. 201. Vide etiam ſis Cornelii Dieterici Koch diſſertationem de numerum Hebraicorum inſcriptionibus ſamaritanis, Helmſtadii editam A. 1712. Ioan. Harduinum ad Plinium tom. 1. pag. 432 ſq. edit. in Tol. Eiuſdem Harduini epistolam de tribus Toinardi numis ſamaritanis; apud I. Clericum tomo 21. bibliothecae vniuerſalis parte 2. p. 131 ſq. Baſnagium Bellouallium hiſt. operum eruditorum Febr. 1692. pag. 269 ſq. Iac. Baſnagii diſſertationem de numis et characteribus ſamaritanis et moneta veteri Iudaeorum in eadem hiſtoria operum eruditorum Ianuar. 1709. Eiuſdem Baſnagii hiſtoriam Iudaeorum gallice editam tom. 6. pag. 411 ſqq. Hadriani Relandi diſſertationes quatuor, itemque vnam Ioan. Baptiſtae Ortii de numis ſamaritanis ad Iacobum de Wilde, Amſtel. 1702 et 1704. 8. Ioannis item Gagnierii et laudati Relandi epistolae amoebaeae in memoriis litterariis Treuoltinis A. 1705. Septembri pag. 1643. et Nouembri pag. 1997. et in Iac. Bernardi nouellis reipubl. litterariae A. 1705. 1. pag. 653. et II. 145 ſq. Epitomen epistolae Guelpherbyto ad Relandum tranſmiſſae de numis Iudaeorum qui character ſamaritano ſunt inſigniti, quae legitur in hiſtoria critica reipublicae litterariae tom. 2. pag. 65 ſqq. Nicolai Toinardi opus de numis ſamaritanis ſperare quidem iuſſit Clariffimus Montfauconus in palaeographia graeca pag. 119. 124. ſed ſpem conceitatum, aliis forte negotiis impeditus, non impleuit. Ceterum ſamariticos numos pleroſque recentiores aut dubiae admodum vetuſtatis videri, Ezech. Spanhemii iudicium eſt diſſert. 2. de vſu numiſmatum pag. 67. edit. Amſt. Recte tamen alibi illos minus dubiae vetuſtatis ac fidei fatetur qui poſt captiuitatem babylonicam cuſi extant rum argentei rum aerei maxime, quorum aliquos ibidem profert atque illuſtrat p. 66. edit. Londinenſis. Explicatio duorum numerum Samariticorum Simonis Maccabaei, Ioanne Harduino auctore exiſtat in memoriis Treuoltinis A. 1712. pag. 841. De iſdem numis leguntur obſeruaciones Nicolai Henrionis in hiſtoria academ. inſcriptionum tom. 2. pag. 65. De numis quibuſdam Samaritanis et Phoeniciis; vel inſolitam litteraturam prae ſe ferentibus vel in lucem haeretius non editis Ioannis Swintonii diſſertatio adiecta eſt eius inſcriptionibus Citiis. Oxonii 1750. 4.

Obiter in diſſert. 1. de numis ſamaritanis doctiſſimus Relandus pag. 24. agit etiam de numis *punicis*, quod argumentum tangunt praeterea Antonius Auguſtinus dialogo VI. Ezech. Spanhemius diſſ. 2. Bernardus Aldrete libro 2.

antiquitatum Hispaniae et Africae, idiomae hispanico expositarum: sed accuratius Iac. Rhenferdus in periculo Phoenicio siue litteraturae Phoeniciae specimine, pag. 732 sqq. Oper. Philolog. atque in epistolis de numis Phoeniciis nobilissimi Barii, quarum argumentum exponit Io. Clericus tomo 11. Bibl. selectae pag. 105 sq. Maximus numorum Punicorum numerus tabulis vna et quinquaginta, sed qui explicari et illustrari ab Rhenferdio aliquo desiderant, aere descriptus latet in libro non vbiuis obiuo atque hispanice edito Caesaraugustae A. 1644. 4. hoc titulo: *Museo de las metallas de Numocidas Espannolas* ²⁴, publica Io. D. Vincentio Ioan. de Lastanosa, Sennor de Figarvelas, i lo dedica al Excellentissimo Sennor D. Bernardino Fernandez de Belasco, Condestable de Castilla y Leon. Vide et numos Punicos in Andreae Morelli specimine rei numariae pag. 236. 246. et Begeri thesauro Brandenburg. tomo 1. pag. 302. et Gisberti Cuperi exerc. secundam de elephantis in numis pag. 166. tom. 3. thesauri Sallengriani. Tentamen numos veteres Carthaginenses explicandi germanice edidit Ioan. Mich. Weinrichius. Meinungae 1722. 4.

Numismatis e purissimo auro cusi a rege *Persarum* Dario meminit Herodotus IV. 166. vbi addit Aryandem Aegypti Praetorem similiter ex purissimo argento numos cudi curasse. Daricos vocat Plutarchus Artaxerxe, qui pag. 1021. et in Agesilao pag. 604. testatur numos Persicos sagittarii imagine signatos fuisse. Confer. de *Daricis* Scholiasten Aristophanis Vesp. pag. 93. Zonaram lib. 10. cap. 36. Conringium lib. cit. cap. 4. Gronouium de pecunia vetere III. 7. Eifenschmidium de ponderibus et mensuris pag. 142. De siclis Persicis, de quibus Waserus lib. 2. cap. 12. intelligendus locus 2 Samuel. XIV. 26. Hi octo tantum obolorum Articorum erant, ita vt totum pondus capillorum Absolonis fuerit vnciarum 31. vt notat Relandus parte 2. diff. miscell. pag. 237. quanquam alii verba sacri scriptoris non de pondere sed pretio comarum malunt accipere, quod refellit Bochartus tom. 1. pag. 884.

Arabicorum numorum magnum numerum collegerat Carolus Cato Curtius, quem laudat Andreas Morellus in specimine rei numariae pag. 232. vbi exhibet numum Salahoddini, qui Hierosolymam Christianis eripuit A. C. 1177. De aliis quibusdam vide Hottingerum ad calcem libri de cippiis hebraicis et pag. 115. Bibliothecarii quadripartiti, atque Rud. Capellum nostrum τὸν

μοικω-

²⁴ Gustavus Peringerus in Ecloga, siue catalogo librorum Sparwenfeldii pag. 45. testatur ab hoc viro insigni illatos rimos eiusmodi triginta bibliothecae regis Sacciae, felicitasque posse explicari et linguae scripturaeque Runicae penetralibus. Adde pag. 60. vbi catalogus librorum Lastanosae memoratur,

μανασίτην in rarioribus Beccelerianis. Statum monarchiae Asiaticosaraceni-
cae, qualis VIII et IX. post C. N. saeculo fuit, ex numis argenteis, prisca
Arabum scriptura Kufica, a monarchis Arabicis, Almanfor, Harun Raschid,
Almamun aliisque in metropolibus Chaldaeae, Persiae Transoxanaeque cufis, et
in littore maris Balthici prope Gedanum effossis, singulari libello illustravit
Georg. Jac. Kehr. Lipsi. 1724. 4. Idem Vir doctus Monarchae Mogolo-Indi-
dici, vel Mogolis Magni *Aurenk Szeh* numisma argenteum quinquelibrale in
renouationem clientelarum vrbis imperatoriae Dschihanadab signatum, e Ga-
zophylacio Gothano recensuit et illustravit. Lipsiae 1725. 4. De numo
Arabico Constantini Pogonati, litteris Cuficis scripto, dissertatio V. C. Ha-
driani Relandi prodiit Amstelod. 1705. 8. Henrici Scholzii descriptio numi
Saraceni A. 1712. prope Slesuicum reperti exstat in A. E. 1732. p. 415 sqq.
Per *solidos barbarinos* intelligi numos Arabicos notauit Sirmondus ad God-
fridum Vindocinensem tomo 21. Bibl. Patrum, edit. Lugd. pag. 95. De
numis Arabicis aliisque hodie per orientem vsitatis consulendi scriptores iti-
nerariorum, inter quos Ioan. Bapt. Tauernerus de numis in Asia hodie
receptis diligenter egit post partem itinerarii sui secundam; quemadmodum
de numis in Africa, vt videtur, cufis Shawius itineris sui tom. 2. pag. 155.
Hagae Comit. 1743. 4. Praecipue vero votis eruditorum exposcitur illustris
Io. Sigismundi ab Haunolt, Senatoris ultra annos quinquaginta²⁵ ac praesidis
Reip. Vratislaviensis theatrum monetarium orientale, in quo veteres et re-
centes exponendos suscepit numos: cuius edendi spem olim fecit B. Andreas
Acoluthus in specimine Alcorani p. 6. quodque Bibliothecam Elisabethanam
Vratislaviensem hodie ornat.

XI. Graeca numismata Alexandri temporibus antiquiora²⁶ extant
Amyntae regis Macedonum, Phidonis regis Argiui (de quo consulatur Wach-
terus Archaeolog. numar. esp. quinto integro) aliaque vti aduersus Iac. Basna-
gium obseruat V. C. Mar. Veissierus la Crose in libro gallico edito A. 1711.
entretiens sur diuers sujets d'histoire etc. pag. 183. Ex scriptoribus vero
qui numos Graecos magno numero exhibent atque illustrant, memorandus
inprimis Hubertus Goltzius in thesauro rei antiquariae: et in Sicilia ac ma-
gna Graecia siue libris IV. historiae vrbium et populorum Graeciae ex anti-
quis numismatibus restituta 1576. fol. Lud. Nonnius in commentario ad

X 3

Gol-

²⁵ Vide Acta Eruditor. tom. 5. supplementi pag. 180 sq.

²⁶ Vide tamen histoire des ouvrages des Savans A. 1799. pag. 51 sq.

Goltzii Græciam, insulas et Asiam minorem Antw. 1644. fol. Io. Georgii Volckameri rara magnæ Græciæ numismata, Noriberg. 1683. fol. Clariss. Turnemini dissertatio de numis insularium in Archipelago, inserta memoriis Treuoltinis A. 1706. p. 1344 sq. Nicol. Franciscus Haymius P. 1. thesauri Britannici italice editi Londini 1719. 4. Chrysofostomus Hanthalerus in exercitationibus proœmialibus de numis Græcorum. Norimbergæ 1735. 4. et Ioan. Sal. Semler in veteribus numismatibus illustratis, quæ leguntur P. 4. supplementor. ad historiam vniuersalem pag. 1 sqq. Magnam etiam lucem numis quamplurimis Græcis afferunt Ezech. Spanhemius in dissertationibus de vsu et præstantia numismatum, Ioan. Harduinus in numis populorum et vrbium antiquis ²⁷ illustratis Paris 1684. 4. et inter opera selecta Amstelod. 1709. fol. in quibus et chronologia Veteris Testam. ex multis græcis numis lucem accipit et ei vicissim mutuatur. Laurentius Begerus in thesauro Palatino et Brandenburgico, cuius posterioris tertium Volumen prodit Coloniae Marchicæ 1701. fol. tum in spicilegio antiquitatis ibid. 1692. fol. et in observationibus atque coniecturis in numismata quaedam antiqua sparsim in fol. et 4. editis. Ioannes Siron de antiquis et modernis in Insubria monetis Mediolani 1713. fol. Atque de numis græcis ²⁸ imperatorum Romanorum præclarum opus habemus V. C. Ioannis Vaillant Amst. 1700. fol. Aliud Mediobarbi, a filio Ioan. Antonio Mediobarbo Birago edendum promittitur in memoriis Treuoltinis A. 1701. tom. 2. pag. 364. edit Amstelod. De numismatibus Regum Macedoniae dignum est, vt commemoretur, opus quod Tiguri 1738. fol. sub hoc titulo prodit: Numismata Regum Macedoniae omnia, quæ laboribus celeb. Virorum, Crophii, Lazii, Goltzii, Patini, Spanhemii, Haymii, Liebii, etc. ex regiis aliisque Numismatophylaciis hætenus edita, additis ineditis et nondum descriptis tabulis aeneis. Repraesentata digessit, descripsit et notis variorum doctissimorum virorum illustrata edidit Io. Iac. Gesnerus. Praeclaras etiam in numismata omnis generis observationes debemus Petro Seguino, Iacobo Oiselio, Gisb. Cupero, Iacobo de Wilde, et Francisco Antonio Corniti de Kheuenhüller, qui Regum veterum numismata anecdota au-

per-

²⁷ Anonymi notæ ad primam editionem numorum populorum existant Vol. 6. observ. misc. in auctores tom. 3. pag. 747.

²⁸ Alios qui historiam Imperatorum e numis tradiderunt, recenset Caspar Sagittarius introductione ad historiam ecclesiasticam pag. 591 sq. De Iacobi de Strada opere MS. tomis XXXI. vide V. C. Salom. Ernesti Cypriani catalogum MSS. bibliothecæ Gothanæ pag. 83.

perrara notis illustrata edidit Viennae 1752. 4. Historiam Ptolemaeorum Aegypti Regum Regumque Syriae ex numis descriptam dedit idem Ioannes Vaillant, quarum prior Amst. 1701. fol. altera Paris. 1682. 4. prodiit. Eisdem Vaillantio debemus Arsacidarum imperium, siue Regum Parthorum historiam: item Regum Ponti, Bosphori et Bithyniae historiam, ad fidem numismatum applicatam, Parisiis 1725. 4. duobus tomis editam. Numos Syriacos, Aegyptiacos, Armenos atque Parthos illustrauit quoque idem, quem paullo ante laudauimus, Semlerus lib. cit. parte eadem pag. 107--174. Neque omittendi sunt Erasmi Froelichii annales Regum et rerum Syriae numis veteribus illustrati. Viennae 1744. fol. Praeterimus alios, qui apud Labbeum et Struuium videri possunt. Erizzum vero, Parutam aliosque exigua vel nulla peritia litteraturae graecae instructos ad explicanda Graeca numismata infeliciter accessisse monet Ezech. Spanhemius pag. 307. de vsu numismat. edit. Amst. Sicilia-numismatica quam molitus est Ioannes Maria Amari, S. I. vide memorias Treuoltinas A. 1705. p. 1640. et A. 1713. p. 1290. lucem, quod sciamus, non vidit. De talentis Siculis, reque numaria antiquiore Sicularum erudita obseruat Rich. Bentleius in dissert. anglice edita de Phalaridis epistolis, cui iunge Salmasium de modo vsurarum cap. 6. Philippi Parutae numismata Siciliae prodire Panormi 1602. fol. sed plenius opus, rariusque obuium est quod Leonardo Augustino curante lucem vidit hoc titulo: *la Sicilia di Filippo Paruta, descritta con le Medaglie*. Rom. 1649. fol. Philippi Parutae et Leonhardi Augustini Siciliam numismaticam, additis Huberti Goltzii aliorumque Siciliae descriptione et in numismata singula explanationibus, ingenti numero tabularum locupletatam et perpetuo commentario illustratam iunctim recudendam curauit Sigebertus Hauercampus. Lugd. Bat. 1723 fol. quae editio repetita inserta est tom. 6. 7 et 8. thesauri antiquitatum et historiae Siciliae. Vincentii Mirabellae ichnographiae Syracusarum antiquitatum explicatio, vt et numismatum aliquot selectiorum eiusdem Reipublicae liberae et Regum, qui in illa dominati sunt, italice prodierunt Neapoli 1613. fol. tum in volumine secundo Syracusarum antiquarum Iacobi Borjanni, Panormi 1717. fol. denique latine versae et notis illustratae a Sigeberto Hauercampo, et insertae volumini decimo thesauri antiquitatum et historiae Siciliae. Syracusanam quoque monarchiam ex numis illustrauit Michael Gottlieb Agnethlerus parte tertia scriptorum illustrandae histor. vniv. inferuentium pag. 295 sqq. De numismate Damareti, quod Damarete Gelonis vxor cudi curauit, vide Diodor. Siculum XI. p. 256.

XII. De numismatibus Romanorum. incredibilis Scriptorum numerus etiam diligentis hominis industriam fatigare possit. Et quam late patuit ipsorum imperium, tam quoque numi ipsorum per omnem fere orbem terrarum valuerunt. Vnde Cosmas Indopleustes I. 2. pag. 148. *ἐν τῷ νομισματι Ρωμαίων ἐμπορεύονται πάντα τὰ ἔθνη.* Numismata familiarum Romanarum post Fulv. Ursinum, Abr. Gorlaeum et Carolum Patinum, imperatorum quoque post Adolphum Occonem, Aeneam Vicam, Hub. Goltzium, Iō. Tristhanum, Franciscum Mediobarbum, Franciscum Angelonium, Sigebertum Hauercampum, Chrysofostomum Hanthalerum: nec minus Coloniarum numeros pulcherrimis commentariis idem Ioan. Vaillant²⁹ illustravit. Neque omittenda regum et imperatorum numismata a Romulo et Julio Caesare usque ad Iustinianum Augustum ex Cimeliarchio Caroli Ducis Croyiaci et Arschotani eum commentario *Alberti Rubenii* et subiectis ad calcem annotationibus *Laurentii Begeri*. Colon. Brandenb. 1700. fol. His iungenda Anselmi Banduri numismata imperatorum Romanorum a Traiano Decio ad Palaeologos Augustos: Parisiis 1718. Voll. 2. fol. Doctissimus quoque Harduinus, licet paradoxorum subinde captator, in numismatibus saeculi Constantini, atque historia Augusta ex numis usque ad Numerianum: inter opera eius selecta Amstel. 1709. fol. Paullus item Pedrusius, de quo Acta Eruditorum A. 1713. p. 294. D. Henrionis opus promissum historico-chronologicum, de ratione monetae romanae a primo illius usu usque ad Constantinopolin captam a Turcis, memoratur in Ephemeridibus litterariis Paris. A. 1708. II. pag. 405. 596 sq. Numismata imperatorum Constantinopolitanorum exhibet et illustrat Carolus du Fresne in familiis Byzantinis. Paris. 1680. fol. et V. C. Anselmus Bandurius in imperio orientali, Paris. 1711. fol.

XIII. Saragus, cuius Genes. XI. 20. mentio, modum eudendi numos aureos et argenteos ostendisse traditur ab Abulpharao p. 12. Lydos primos aureis et argenteis numis usos esse notat Herodotus lib. I. cap. 94. et superat hodie numisma antiquum Atyos Lydorum Regis, de quo Ezech. Spanhemius dissert. prima de usu numismatum. Sed Herodoto, scriptori ceteroquin fide digno, hac tamen in re fidem haud habendam esse affirmat Wachterus archaeol. numar. p. 30. De Erychthonio, Hermodice vxore Midae, Iono Thessal. rege, Phidone Argiuo numorum inuentoribus apud Graecos, vide Bege-

²⁹ Huius Ioannis Vaillanti filius Ioan. Franciscus Foy Vaillant A. 1708. 17 Nov. defunctus, cuius dissert. de Diis Cabiris extat. Elogium illius vide in memoriis Trevoltinis A. 1709. mensis Augusto pag. 1393.

Bagerum I. Aesclari Brandeb. p. 279 et 282) et IR p. 257. et Wachterum pag. 31 et 33. ubi is ex monumentorum Graecorum collatione patere affirmat primum numum signatum esse a Phidone, alterum a Lyco, tertium ab Alyatte. Aerea moneta argenteam praecessit, unde Argentius Aesclari filius apud Augustinum IV. de C. D. cap. 21. Latini primum numorum usum referunt ad tempora Iasi, ut praeter alios Theodoro Cantero variat. lect. II. 23. laudatos testatur Paullinus Nolatus carmine aduersus Paganos v. 78.

Et Ianum geminum veteres dixere Latini.

Hic quia nauigio Ausoniae aduenit ad oras

Numus huius primus tali est excusis honore

Ut pars una caput, pars sculperet atrox hanc.

Confer Schottum ad Aurel. Victorem de origine gentis Rom. c. 3. Tertull. c. 10. Apologetici. Numam Pompilium aereis sive aunos ligneos, coccineos et testaceos congruari loco inter populam distribuisse legas in Syncello p. 212. qui p. 275. numum argenteum ait primum Romae cutum circa tempora Ptolemaei Philadelphi, quod legitur etiam in Chronico Paschali p. 173. ad annum V. C. 481. Ol. 126. et in Prosperi Chronico pag. 695. editionis nouae. Sed hac de re conferendus imprimis Plinius XXXIII. 3. et ibi Haedwinus, ac Wachterus archaeol. numar. p. 110. sqq. Asses librales alius assibus aereis minoris ponderis apud Romanos permutari solitos ante bellum Punicum secundum, nihilominus omnes asses aereos dictos esse aere graue, respectu numorum argenteorum et aureorum, qui et ipsi uenerunt nomine aeri, sententia est Viri Clariss. Ludolphi Kusteri in diatriba Antigonouiana, quam oppugnandam fuit vir et ipse doctissimus Iacobus Perizonius in diss. de aere graui, Lugd. Bat. 1713. 4. qui solam aere graue et asses librales nomine aeri grauis uenisse pluribus contentis argumentis. Vide etiam Ioan. Christoph. Wagenfeilii diss. de re monetaria veterum Romanorum. Altdorfi 1691. 4. et Wachterum lib. cit. cap. 11. in quo de assibus imminutis differit. De aere ipso eiusque partibus omnino uidentur est Montfauconius tom. 3. supplement. lib. 4. pag. 89. sqq. qui ibid. pag. 139. obseruat, nunquam reperiri numos nisi alio percussos instrumento, licet typos eosdem eisdemque inscriptiones referant. Guil. Budaeus libris 5. de aere eiusque partibus. Venetiis 1522. 4. et T. II. operum eius Basileae 1557. fol. iunctim editorum, item in Ad. Rechenbergii scriptoribus hist. rei numar. veter. quorum compendium gallico sermone Parisiis 1550. euulgatum laudatur tom. 9. Bibliothecae anglicae Vol. 2.

eae pag. 375. aliaque castis fegulo secundo opusculor. historico philolog.
 Henrici Norij libri de alle et partibus eius. Basil. 1560. fol. Georg. Henr-
 ichius de alle et partibus eius. Aug. Nandet 1606. 8. Ioan. Wardus in com-
 mentario: de alle. eiusque partibus. qui praesmissus est parti secundae monum.
 verult. Hiempian. Londini 1719. 8. P. 1. 199. et Moulaeri dissertatio de alle
 Romano pag. 43. Musci, cyrenghii. S. Genovefas. Alles et partes alle in numis
 fegulas exhibet P. de Vitsy. S. I. in memoriae Treuoltinis 1729. P. 5266 199.
 De allibus Etruscis exponit Bernardinus Baldus apud Iustum Fontaninum lib. 2.
 de antiquitatibus Hortae, cap. 7. De Sestertio conferatur Paulli Manutii dis-
 sertatiuncula, quae legitur in eius quaestis per epistolas, et recusa est tom. 1.
 thesauri Sallengriathi. Philippi Pigaferrae dissert. inserta eius interpretationi
 italicae librorum Dipsii de magnitudine Rom. euulgatae Romae 1600. 8. Be-
 nediicti Poggii dissertatio, quae habetur tom. 19. opusculor. Scientific. et phi-
 lologic. pag. 399 199. et in primis Ioan. Frid. Gronouii libri 4. de sestertia.
 Lugd. Bat. 1691. 4. Petri Gassendi abacus sestertiorum exstat tom. 5. eius
 operum. Iosephi Luuencii laterculum sestertiorum habes ad calcem tom. 2.
 abarati ab eo illustrati. De Denario confule Ioannis Granii (Graevae) li-
 bri 1647. 8. De Quinario vide memorias Treuoltinas. 1720. pag. 699. sup.
 et Ioannis Swinson Metiliam; siue dissertationem de Quinario gentis Mercalicae.
 Oxonii 1750. 4. De Triumvris et Quatuorvris monetibus vide Ez. Span-
 hemium tom. 2. de usu numismatum. p. 1467 199. et; adde Sertor. Vrsatum de
 modis Roman. tom. 1. thesauri Graeviani pag. 766. et Franc. Hottonianum
 de magistr. Rom. tom. 3. eiusd. thesauri pag. 1890. Historiam; seu moneta-
 riae Romanor. vide in Diario anglico. History of the Works of the Learned
 1708. pag. 438. 199. et in Diario gallico. Bibliothéque Raisonnée tom. 120
 pag. 223 199. Adde compendium rei numariae Romanorum, quod Drea-
 1753. 8. in Necess. emissum est. et Geographiam rei numariae antiquae
 nouissimae; post Valios; dedit celeberrimus Wedelius centuria prima exca-
 sitationum medico-philologicarum; decade IX. exerc. 10. vbi inter alia
 de numis gathicis agit, quod argumentum praecelare; etiam illustrauit
 Elias Brennerus in thesauro numorum Sueso-Gothicorum, Sueciae et Larine
 edito 1691. 4. et longe auctius recusus 39. Holmiae 1731. 4. cui iungitur
 de Magni. non. Romae; historia numismatica Senatorum et Magnatum
 Sueciae; in actis litterariae Sueviae Upsal. 1730. Kiliadi Stobasi dissertatio
 de numis et sigillis Lundinensibus. Lundini Gota. 1741. 4. et Georgij Walli-
 ni clavis numophylacii Runicij, siue ratio, qua intelligi possit numorum Ru-
 nicor. Hamburgische Nachrichten 1732. pag. 219.

micorum scriptura. Holmiæ 1743. 4. De numis Vtōris Obotritōrum regis vide A. E. 1724. pag. 412. Andreæ Fontains, equitis Aurei, numismata Saxonica et Dano-Saxonica inunguntur Georgii Hickesii libris 2. antiquarū litteraturæ septentrionalis Oxon. 1705. fol. qui contra addidit in diss. epistolari p. 109 sq. Notæ vero ad numos Anglo-Saxonica subiectas conspiciuntur operis Hickesiani a Wotens. editi Lond. 1708. 8. Operis præterea res est videre quæ de numis Saxonica, Anglo-Saxonica, Hibernica et Runicis scripsit Nicolaus Kederus Holmiensis. Similiter de numis Danicis agit instituit Thomas Broderus Bircherodius, Hafniæ 1701. 4. De numis Syrophatis Nordmannorum, quos vulgo Regensbogensköpplingar appellat, consulaturs Daniel Ringwacheri tractatus historico-politicus de numis, ubi insinuat tractatur questio, de vulgo sit dictis gutulis suis patellis iridis. Lipsiæ 1725. 4. Joap. Christ. Hedleri diatribe Berolini 1730. 4. edita, et Joh. Alexandri Doelmerlii dissertationes epistolares binæ. Suobaci 1739. emulgatæ. De solidis argenteis, et aureis libris et denariis veterum Francorum, Sirmundus tom. 4. opp. fol. 727 sq. et le Coing tom. 3. pag. 66 sqq. 80: 667 sqq. Ceterum non de Francorum modo sed et aliis numismatibus sequentis ævi, cum in Orientem in Occidente, singulari diligentia disserit Carolus du Fresne sine Cangius in glossario Latino; cui adiungenda sunt quæ disputant le Blanc in historia numismatum Franciæ, Paris. 1695. 4. 1703. fol. Anst. 1698. 4. et Gabriel Daniel in diss. de numismatibus Theodoberti primi, regis Franciæ Orientalis et Clodouæi nepotis. Adde Danielis historiam Franciæ tom. 1. p. 47: sq. Glandii Boceroni (Boutroue) Recherches curieuses des Monnoyes de France depuis le commencement de la Monarchie. Paris. 1666. fol. Haboni Traité des Medailles, liber eruditus est, scriptus sæculo XVI. sub Henrico III. Galliarum Rege, sed suppressus, quem nunquam editum esse memorat Morliensis essai de littérature tom. 1. p. 14. sq. Denarios in Gallia sub Regibus Carolingicis casus exhibet Baluzius tom. 2. Capitular. pag. 127: sq. Iacobus Bæcum præteritis, in cuius Franciæ Metallica 174. multi falsi et suppositi numi referuntur. De numis antiquis Gallorum, citat Casparus temporis Memoriarum Treuultinæ A. 1706. artic. 162. pag. 1976 sq. Anglicos numos veteres pluribus tabulis exhibet Henricus Spelmanus ante vitam hæc prædidi. Conferatur quoque de numis Anglicis Scoticisque Gual. Nicholow ad calcem Bibliothecæ historiarum Angliæ. Londini: 1724. fol. p. 240. De numis Hibernicis Nicolai Kederi numorum in Hibernia ætequam hæc testis sub Henrico II. Angliæ Rege, Anglici facta sunt iuris, cuiusdam indagatio Lipsiæ 1708. 4. Historiam numismatibus Anglicorum exhibet liber antiquæ

178 Vide Caroli Patini iter quod gallice descripsit pag. 54. ubi sunt facti mentionem de libro: *Provenance des Medailles.*

editus sub hoc indice: Numi Britannici historia 29, or an historical Account of English money from the conquest to the uniting the two Kingdoms by King James I. and of great Britain to the present time. Lond. 1726. 8. Numismata Neapolitana a Ruggerio prius Rege ad Carolum V. Italico. fermeque edidit. Caesar Antonius Vergara Romae 1717. 4. De numis hispanicis dissertatio Mahudeli gallice sub titulo: dissertation historique sur les monnoyes et medailles antiques d'Espagne, prodiit Parisiis 1735. 4. De numis et re numaria veterum *Germanorum*, quantum tangit quaedam Paullus Hachenbergius in Germania media, dissertatione 10. et plures agendum in se susceperunt vt: Goldastus, ruan Christfridus, Casparus et Paullus Sagittarius, Christianus Schlegelius, W. Ernestus Tentzelus, Jac. a Mellin, Otto Spertlingius alique viri clarissimi, prae ceteris Io. Petrus Ludovicus in der Einleitung zu dem deutschen Münzwesen mittelster Zeiten. Halae Saxonum 1709. 8. et cum observationibus Io. Jac. Moseri. Vlmae 1752. 8. qui fusa etiam dissertis de numis bractentis (*Stech*, oder *hobte Münzen*, *Wannenmünzen*) Anonymi gründliche Nachricht von dem Münzwesen in gemein, besonders von dem Münzwesen älterer und neuerer Zeiten, quas cum Io. Dav. Koeleri praefatione edita est Goettingae 1739. 8. et auctior Helmstadii 1741. 8. et Nicolai Seeländers zehn Schriften vom deutschen Münzwesen mittelster Zeiten. Hanouerae 1743. 4. Item Mich. Weinrichius de ortu et progressu rei numariae, in primis apud Germanos. Erf. 1710. 4. nondum tamen aliquid perfecti atque absoluti in hoc genere habemus. De numis *Russorum* vide Nic. Kederus in nouis literariis meris Raktici A. 1701. pag. 18 sq. Io. Arnoldi de Brand iter in Moscoviam p. 417. et Petri Ambrosii Lahmanni observationes historicas germanicae editae Hamburgi A. 1705. p. 233.

XIV. E recentibus numis hispaniam illustrare primus aggressus est Ioann. Jacobus Luckius, editor syllogae numismatium elegantium saeculi XVI. Argentorati 1620. fol. huius deinde alii sine sequuti. Vide W. Ernestum Tentzelium in dialogis mensuris vernaculis anni 98. p. 625 sq. Ex hisce in primis notari merebit Io. Dav. Koelerus, qui historicas e numis oblationes duobus et viginti partibus in forma quadripartita ab anno 1729 vsque ad annum 1757. Norimbergae emulguit. Et Ioann. Hieronymus Lochnerus, qui Koeleri exempla extantius eidem germanice edidit collectionem numorum veterum dignorum, quae octo voluminibus Norimbergae 1737 - 1744 prodit. Octavianus Stradae historia *Romanorum Pontificum* a S. Petro vsque ad Gregorium XIII. cum imaginibus et veteribus marmorum monumentis picturis

auris et monetis aequis, Misp. exstat in Bibl. Gothana. Historiam eorumdem a Martino Quinto, usque ad Innocentium XI. ex eorum humis matibus persequutus est Claudius Molinetus, Canonicus regularis, Paris. 1679. fol. et maiore apparatu Philippus Bonanni, S. I. an numismatis Pontificum illustratis et editis Romae 1700. fol. Idem Bonannus ibid. 1697. 4. vulgauerat numismata Semmorum Pontificum, templi Vaticani fabricam indicantia. Numismata Romanorum Pontificum praestantiora a Martino V. ad Benedictum XIV. aucta ac illustrata edidit Rodolphinus Venutus. Romae. 1744. 4. quibus iungatur Saverii Scillae *breve Notizie delle monete Pontificie antiche e moderne, fino alle ultime dell' anno XV. de regnante Pontefice Clemente XI.* ibidem 1715. 4. Vide et numismata Pontificum aliorumque Ecclesiasticorum ex Cirmeliarchio regis Borussiae edita et illustrata a Laur. Begero, Colon. Brandenb. 1704. fol. et inventarium pecuniae in arca Hugonis Rogerii Cardinalis A. 1364. apud Baluzium in actis veteribus ad vitas Paparum Auenionensium pag. 762. De *denariis* Pontificum consulantur Io. Vignolius in antiquioribus Pontificum denariis; qui liber primum editus est Romae 1709. 4. et deinde tertia sui parte auctus, et notis illustratus studio et cura Benedicti Florauantis, ibidem 1739. 4. recusus est. Et eiusdem Florauantis antiqui. Romanorum Pontificum denarii, a Benedicto XI. ad Paulum III. ibidem 1738. 4. De denario Petri vide Ioan. Speculmanoum ad vitam Aelfridi; Matth. Zimmermannum florileg. pag. 285. et Andr. Arnoldi dissertationem. Altorfii 1679. Numorum nominis sui primus in numis adscripsit Leo IX. vide Papebrochium p. 87. pasalipom. ad propylaeum Maii. Numorum ex argento vncialium quos *imperatores* regesque romani recentis aetatis et *archiduces* Austriae signari iusserunt, syllogen debemus Rever. Jacobo a Mellen. Lubec. 1697 et 1698. 4. Numos archiducum Austriae singulari studio et diligentia recensuere Marquardus Haergott. et Rustenus Heer in numotheca ³³ principum Austriae, cuius pars prior prodiit Friburgi 1752. posterior ibidem 1753. fol. *Leopoldi*, gloriose memoriae imperatoris, vita, quam ex numis parauit Ebnerus, Senator Norimbergensis, lucem non vidit. Seriem regum Hungariae numis aureis illustravit idem, quam paullo ante laudauimus, Mellenius. Lubecae 1699. 4. Historiam *belgicam* reipublicae confederati Belgii ex numis illustratam edidit Petrus Bizotus ³⁴, Canonicus Herissonensis, Paris. 1687. fol.

Y 3

recu-

³³ Haec numotheca totum secundum absoluit *monumentorum Austriacorum*, quae in quinque tomos diuisa edere constituit Herrgottus: v. nota litteraria Lips. 1750. pag. 298. De parte prima numothecae confer A. E. 1753. pag. 289 sqq. de parte secunda, eadem A. E. 1756. pag. 98 sqq.

³⁴ Obiit A. 1696. aetate 66. Vide theatrum europaeum tom. 15. p. 114.

recusam auctius atque emendatius Amstelodami 1689. 8. 2 volum. gallice et 1690. 4. belgice. Conf. histoire des ouvrages des Sav. 1687: Septembri p. 1 sq. Acta Erud. 88. p. 164 et 90. p. 537. Supplementum ad Bizotum eodem gallico, quo ille scripsit, idiomate vulgavit Oudaamus Amst. 1690. 8. et aliud adhuc meditatur nescio quis testatus se iam 250 numismata reperisse Bizoto praeterita. Vide memorias Treultinas A. 1701. mensis Octobri pag. 731. Suppletur etiam et emendatur subinde Bizotus in Iacobi Basinagii annalibus foederati Belgii gallice editis Hagae Comit. 1719. fol. sed maxime ad calcem historias belgicæ Ioannis Clerici, gallice editæ Amstel. 1723. fol. cui totus Bizotus melius digestus cum insigni anuario subiunctus est. Bizoto plenius est opus Gerardi van Loon, quod belgicæ sub titulo: *Beschreving der Nederlandische Historienwisingen, of beknopt Verhael van al'tgene sedert de Overdracht der Heerschappys van Keyzer Karel den Vyfden, of Koning Philips Symon Zoon, tot het sluiten van den Utrechtsche Vrede, in de Zeventien Nederlandische Gewesten is voorgevallen.* Hagae Comitum 1723 sqq. quatuor voluminibus in folio est editum, et deinde gallice versum sub titulo: *Histoire métallique des XVII. Provinces de Pays bas, etc.* prodit Hagae Comit. 1732. fol. Cui iungenda est Francisci van Mieris historia metallica principum stirpis Bauaricæ, Burgundicæ et Austriacæ ab Alberto vsque ad Caroli V. obitum, quæ belgicæ tribus voluminibus in folio Hagae Comitum 1732 sqq. encafa est. Similiter Saxoniam numismaticam paulo ante obitum edidit W. Ernestus Tenzelius, Dresdæ 1705. 4. qui Brandenburgicos non paucos descripsit in dialogis mensuris A. 1695. mense Julio pag. 529 sq. De numis antiquis Gothanis, Cygneis, Coburgensibus, Vinariensibus et Merseburgensibus commentationem edidit Christ. Schlegelius Gothæ 1717. 4. Idem apotelesma de numis Abbatum Hersfeldensium euulgavit ibidem 1723. 4. De' brandenburgicis numis vide Io. Petr. Ludewigium tom. 7. reliq. manuscriptor. p. 584 sqq. De Lunenburgicis rarioribus vide laudati Lehmanni obseruationes historicas germanice editas Hamburgi 1704. 4. pag. 219 sq. Gotfridi Dewardeck introductio ad rem Silesiæ numariam, lucem vidit Iaurauii 1711. 4. De polonicis et borussicis numis consuli potest Davidis Braunii *historischer Bericht vom polnischen und preussischen Münzwesen.* Elbingæ 1722. 4.

Historiam et res gestas regis Galliae Ludouici XIV. per numismata celebrare luculento opere instituit academia numismatum A. 1663 a rege instituta. Opus illud in euectione Philippi V. ad regnum hispanicum desinens prodit Paris. 1702. fol. Charta regali et imaginibus numismatum 286. elegantissimè in æs excisis; idem deinde minori forma in 4. a Belgis et gallice pariter ad germanice Badenæ 1705. fol. repetitum fuit. Numismata historica Ludo-

vici XIV. edidit Ian. Goeree. Amstelod. 1712. 4. Similem in modum historiam Angliae regis *Wilhelmi III.* ex numismatibus illustratam produisse constat. Amst. 1692. fol. sub nomine N. Chevalier. De numis Bononiensibus praeter Calvium egit Alexander Machiauellus in dissertatione de veteri Bonono-argenti Bononiae. Bononiae. 1721. 4. ut alios huius generis libros silentio involuamus. Thesaurus numismatum res insigniores cuiusque aevi ab anno 1700. 1711. ex numis qui aere eleganter descripti apponuntur illustrans germanice et latine excudi coepit Norimbergae in fol. *historische Gedächtnismünzen des jetzigen Saeculi*, auctoribus Io. Melchiore Koernlein et Ioachimo Negelein. Vide Acta Eruditor. A. 1712. pag. 233. et A. 1713. pag. 289. et A. 1714. p. 455.

Nec desunt, qui *Scripturam sacram* etiam in numis dare aggressus est, libro germanice edito Ienae 1703. 4. V. C. Christianus Schlegel, Bibliothecarius et Antiquarius Comitis illustrissimi Arnstadiensis, in quo collegit et explicavit inscriptiones, quae ex sacris litteris petitae in numis recentibus maxime occurrunt, vel in aliis etiam monumentis reperiuntur. De numis *Sanctorum* imagines exhibentibus exstat epistola Ioan. Mich. Weinrichii. Erfurti 1709. 4. Octavii Caetani, Siculi, libros duos de numis et numismatibus in honorem *B. Mariae* virginis iussu, Mssos memorat Mongitor. tom. 1. Bibl. Siculae p. 145. De *S. Andrea* martyre in numis prodit epistola Maur. Car. Christi. Woogii. Dresdae 1749. 4. quibus addas librum germanice editum *Weyzeichnis der Heiligen auf Münzen*. Lipsiae 1746. 8. Historiam *B. Lutheri* et reformatorum sacrorum, confessionisque augustanae, et iubilaeorum Lutherianorum ex numismatis illustratam dedit Clariss. amicus noster Christianus Junckerus. Dresdensis, Francof. latine quidem 1699. 8. et locupletius longe, germanice 1706. 8. Cui iungantur Ioan. Christi Kundmanni numi iubilaei, Vratislaviae 1735. 4. et Gothofr. Christi. Goetzii *historisches Münzcabinet*, worinnen unterschiedliche Münzen, die auf das ewangelische Jubelfest 1717 geprägt worden. Lubeca 1718. 4. De numis in honorem societatum eruditarum atque virorum doctrinae laude praestantium cussis, vide Frider. Christi. Lesseri *besondere Münzen auf gelehrte Gesellschaften und gelehrte Leute*. Francofurti et Lipsiae 1739. 8. et catalogum numismatum viris doctrina praestantibus, praecipue Italis, cussorum, quae seruantur Brixiae apud Io. Mar. Mazzuchellum, qui exhibetur tom. 35. pag. 1 sqq. et tom. 40. pag. 17 sqq. collectionis opusculorum scientificorum. Veteres scriptores latinos e numis illustrare primus instituit Carolus Patinus, cuius *Suetonium* numismatibus illustratum habemus, diligentiori studio V. C. Io. Carol. Schottus ex numerorum aliorumque praeforum monumentorum penu illuminandum sibi proposuerat, sed

praeclaros illas conatus mori interuertit. Hinc *Petro Graetius* et *Hegerus*, *Melae Jac. Gronouius*, *Aurelio Victori Pitiscus* ex antiquis numis lucem et ornamentum attulerunt. Ante hos *Julio Caesari* atque *T. Ludio Henricus van der Borche*, *Braxellenfis*, cuius opus³⁵ MS. seruat Nobilissimus Vir *D. Zach. Conradus ab Vffenbach*, *Francof. ad Moenum*. De numis bracteatis quorum usus non ante duodecimum saeculum videtur obtinuisse Io. Christoph. Olearii *Itagoge ad numophylacium bracteatorum*, *Ienae 1694. 4.* et *Spicilegia antiquitatis* in quibus numi bracteati *Lunedurgenses*, *Halberstadenses* etc; *ibid. 1703. 4.* *Dauidis Hottingeri numi bracteati Tigurini*, *Tiguri 1702. 4.* *Otonis Sperlingii de numorum bracteatorum et caurum origine et progressu epistola ad Rev. Iacobum a Mellen*, *Lubec. 1700. 4.* et *altora in nouis litter. mar. Baltici A. 1700. p. 373.* Io. Alex. Doederlini *commentatio de numis Germaniae mediae*, quos vulgo bracteatos et cauros appellant. *Norib. 1729. 4.* *Georgii Christophori Kreisigii Nachricht von Blehmünzen und von den Münzen der Deutschen*. *Lips. 1749. 4.* Io. Andr. Schmidii *numi bracteati Numburgo-cizenses Pegauiensisque*. *Ienae 1695. 4.* Io. Georgius Leuckfeldius in *antiquitatibus numariis*, earundemque continuatione. *Halberstadii 1721 et 1723. 4.* Eiusdem *Nachricht von einem sehr raren und schönen Eisenbergischen Bracteaten*. *ib. eod.* Io. Georgius Liebknächt de *nonnullis bracteatis numis Hassiacis*. *Helmstadii 1716.* Ern. Ioach. Westphalen de *numis bracteatis Rostochiensibus ad Gadebuschium A. 1722. repertis*, in *specimine documentorum ineditorum Mecklenburgensium*. *Rostochii 1726. 8.* *euulgaro.* *Christi. Krügeri historische Erläuterung einer obhsern Queblinburg gefundenen Hennebergischen kupfernen Blehmünze, mit dem Bilde des heiligen Wolfgangs, Bischofs zu Regensburg*. *Halae 1731. 4.* et *Nicolai Seelaenderi variae commentationes. De numis chemicis* siue ex auro per artem chemicam factis compositis consule *miscellanea academiæ naturæ curiosorum anno I. p. 71 sq.* *Oligerum Iacobaeum in museo-damico parte 2. sect. 5.* *Sam. Reithorum in diss. de numis chymicis*, *Wilh. Ernestum Tezelium in dialogis vernaculis A. 1692. pag. 420 sq. et A. 1696. pag. 911.* De numis *praesagentibus* *Georg. Dan. Seyler in der historischen Nachricht von wahrsagenden Münzen, oder derselben Vorbedeutungen*. *Francof. 1732. 4.* Quid aliae gentes numorum loco adhibuerint, vide *Alexandrum ab Alexandro IV. 15.* De poena eorum, qui exteriorem numorum circumum circumciderint vide *Cuzacium XIX. 25. obseruationum.*

XV. De

³⁵ Hic liber inter eos non reperitur, qui e Bibliotheca Vffenbachiana in Wolfianam transferunt.

XV. De notis et siglis siue singulis litteris, quae vel in numis vel inscriptionibus, aliisque antiquis monumentis passim adhibentur ad voces integras significandas, plures scriptores laudari in bibliotheca latina lib. 4. cap. 6. vbi de Valerii Probi, Magnonis, Petri Diaconi, et aliorum libellis de notis. Quibus addatur D. R. Carpentierii, O. S. B. Alphabetum Tironianum; siue notas Tironis explicandi methodus. Parisiis 1747. fol. et Imman. Frid. Gregorii dissert. de scribendi genere *διὰ σημείων* praecipue apud veteres Romanos, quae legitur Vol. 2. Act. societ. Latinae Ienenfis pag. 104 sqq. Graecorum siglas exposuerunt Scipio Maffei in Graecorum siglis lapidariis collectis et explicatis. Veronae 1746. 8. et Eduardus Corfinus in notis Graecorum, siue vocum et numerorum compendiis, quae in aereis atque marmoreis Graecorum tabulis obseruantur. Florentiae 1749. fol. Ad quem librum deinde accessit, index notarum Graecorum, quae in aereis atque marmoreis Graecorum tabulis obseruantur, excerptus ex opere de notis Graecorum edito ab Eduardo Corfino. ibid. 1752. 8.

XVI. *Abaci* veteris rationem, quo vsi sunt calculatores, primus in lucem protulit Marcus Velferus edita et illustrata forma abaci numerarii aenei antiqui, cuius ipsi copiam fecerat Clarissimus Medicus Adolphus Oeco. Vide Velferi opera p. 422. 819 et 842. Eandem abaci formam a Velfero accepit Gruterus qui magno inscriptionum operi pag. 224. et Laurent. Pignorius qui inseruit libro de seruis, vbi de calculatoribus ipsi sermo est, pag. 339. vide et Andream Schottum nodorum Ciceronian. lib. 2. cap. 6. Cangii glossarium, florilegium Zimmermanni et Viri Celeberrimi Io. Matthiae Gesneri thesaurum linguae latinae in *Abacus*.

XVII. De Iudaeorum in non Iudaeos *vsuris* adeundus Wagenfeilius in telis igneis Satanae pag. 534 sq. qui pag. 598 sq. disputat etiam de eo num secundum Deuteronom. XXIII. 19 sq. Iudaeis liceat Christianos *vsuris* vexare. Conf. eiusdem *Anzeigung, wie zu Wege zu bringen, daß die Juden nicht mehr die Christen-plagen mit Buchern und Schinden*, A. 1705. 8. Nicol. Comnenum Papadopoli praenot. mystagogic. p. 198. Salmasium de foenere trapezitico p. 673. 683 sqq. Ioan. Iac. Schudrium in Iudaeo Christicida p. 113 sqq. et in memorabilibus iudaicis tom. 2. p. 174 sqq. et Ioan. Wolfg. Hilliferi demonstrationem, daß der Juden *Bucherzins* verwerflich. Norib. 1658. Quod autem eodem Deuteronomii in loco lex Iudaeos a fratre *vsuram* accipere prohibet, inter alia forsitan ideo factum, quod iniquum videretur ab eo *vsuram* mordentem, *לשון*, expetere, qui *mercuriam* non exercebat, sed vel

agro colendo, vel re pecuaria sustinebat vitam. Conf. Sistingfeetum in epistola ad Deistam pag. 122 sq. et Ioan. Dav. Michaelis commentationem de mente et ratione legis vsuram prohibentis. Erfurti 1746. 4. Apud Christianos Clericis foenus accipere interdictum Canone 36. Apostolico, Canone 10. Trullano, Canone 5. Ecclesiae Africanæ, aliisque. Confer Salmaf. de vsuris pag. 633 sq. Sirmondum tomo 1. operum f. 86r. Iosephum Binghamum lib. 6. origin. Ecclesiast. cap. 2. et Auctorem libri cui titulus: Dogma Ecclesiae circa vsuram expositum et vindicatum. Insulis 1730. 4. Neque defuerunt, qui omnibus vsuras illicitas esse pronunciarent Christianis. Vide Laëtantium VI. 18. Ambrosi. lib. de Tobia cap. 2 sq. Nic. Cabasilam orat. contra foeneratores. Quamquam vero nihil ætius est genere hominum damnistico per immoderatum foenus pauperes opprimente, tamen si per se nefas esset vsuram accipere, Deus sane non permisisset ab extraneo vsuram capere Iudæos: vt omitam quod a multis iuris naturæ scriptoribus demonstratum est, et plerorumque egestari defore prorsus creditores, si vsuræ tollantur: et iustitiæ neutiquam aduersari, vt, qui pecunia alterius lucratur, ex parte lucri nonnihil cedat ei, cuius beneficio et periculo hoc ei eammodum accedit, modo et vsura moderata sit, et alter mercatura vel alia quadam ratione, pecuniæ vsuram in luerum suum vertat. Confer Grotium ad Lucae VI. 35. et de iure belli et pacis II. 12, 20. Apud veteres Graecos et Romanos ethnicos latissime inualuerat vsura, ita vt non deessent toculliones *ἡμεροδανεῖσαι* qui vsuram in singulos dies exigebant. Vide Casaub. p. 219. ad Théophrast. et 214 sq. et Heraldii animaduers. p. 161. Ceterum de toto illo vsuram apud antiquos negotio, videndi Eudæus libro de asse, Sam. Petrus ad leges Atticas pag. 403 sq. Salmasius libro de foenore trapezítico, libro de vsuris et lib. de modo vsurarum. Io. Frid. Gronouius in opere de festertis et nouissime Gerhardus Noodt, Ictus clarissimus Franeckeranus, in libris tribus de foenore et vsuris, Lugd. Batav. 1698. 4. et inter eius opera, ibid. 1713. 4. De Caroli Molinæi et Cloppenburgii libris huius argumenti vide si placet Grotii iudicium epist. 762. ad Salmasium, qui Salmasius passim obseruat Romanorum vsuras longe moderatiores fuisse vsuris Graecorum, et horum leuissimas illorum maximis et grauissimis fuisse aequales. Apud antiquiores Romanos (vt apud Graecos et Persas) foeneratores et caupones inter parum honestos fuere recensiti. Vide Appianum I. civil. fol. 382. et Catonem praefat. de re rustica.

Vsura centesima appellabatur quando singulis mensium Calendis drachma pro mina siue centesima pars sortis ³⁶ soluebatur (per annum 12 procentum.) vt *beffis* siue duplex tertius centesimae, quando singulis mensibus pendent octo pro centum, *dimidia centesima* sex pro centum, tertia pars centesimae quatuor pro centum. Confer Antonium Augustinum lib. 2. cap. 10. emendationum. Brissonium III. 1. antiquitatum iuris. Salmasium cap. 6. de modo vsurarum, et Beueregium ad Synodicum M. p. 83 sq. in notis ad Canonem 17. Concilii Nicaeni. *Foenus vnciarium*, quod rogatione tribunitia ad femuncias redactum testatur Liuius VII. 27 sq. et Tacitus VI. 16 sq. Scaligeno et aliis idem est cum vsura centesima, licet Salmasius, Gronovius et cum his Noodrius ³⁷ contendant eo notari singulis mensibus singulas solutas vncias partem assis duodecimam, vt leuissimo foenore per integram annum ex centum assibus vnum assem creditor retulerit. *Foenus trientarium* dictum est, quando singulis trimestribus centesima pars sortis soluebatur (4 pro centum) vide Casaubonum ad Lampridii Alexandrum Severum pag. 923. et ad Antoninum Pium Capitolini pag. 250. *Vsura hemiolia* siue sescupla, quando mutuum cum altera parte dimidia sortis recipitur: vide Beuereg. loco laudato p. 84 sq. *Foenus nauticum* Plutarcho ³⁸ maxime iniquum visum, traiecitia pecunia propter periculum creditoris infinitas vsuras valens recipere, quum itinere absoluto summa reddenda est vna cum foenore. *Auarocismus* etiam a Cicerone epist. ad Attic. V. vlt. et VI. 1. 3. 4. et a Ictis appellatur, quod Plutarcho *παλιντομία*, quando vsura forti accedit et ex illa quoque foenus reposcitur. *Reliquatores* sunt, qui non integrum amplius sed partem solum aeris alieni et foenoris debent. Vide Tiraquellum et Iac. Godofredum in notis ad Alexandrum ab Alexandro tomo 1. pag. 47. Vsuras supra modum sortis nec exigi nec deberi, legibus cauum. Vide Sirmondum tomo 1. fol. 963. De mensa *Dasistica* siue *Lombardica* (*Lombard*) siue montibus pietatis, vt appellantur, auctoritate publica ad praeveniendam foeneratorum impietatem institutos vide Nicolaum Comnenum Papadopoli in praenotionibus *mystagogycis* p. 200. Hermannum Latherum de censu lib. 3. cap. 23. Dorothei Alfiani siue Matthiae Zimmermanni montes pietatis Romanenses. Lips. 1670. 4. cum Nicol. Bariani de Placentia montibus impietatis et Mich.

Z 2

Pape

³⁶ Summa sortis (das Capital) Graecis quoque *κεφάλαιον*, vide Trifanum tom 1. p. 171. et Rigaltium ad Artemidorum p. 8. Dicitur quoque *ἀρχαῖον*, vt notat God. Olesius ad Philostratum p. 172.

³⁷ His assentitur Io. Adolph. Hoffmannus obseruat. politic. p. 466. Dissentit Mart. Schoekius de foenore vnciaro adv. Gronovium. Groning. 1661. 8. et Colon, Brandenburg. 1668. 8.

³⁸ Vide Casaubonum ad Theophrasti character. c. vlt.

Papafauæ decisione contra montes pietatis. Paulli Jacobi Marpergeri librum germanicè editum von *Leih-, Assistenz- und Hülfshäusern, Lehubanquen und Lombards*. Lipsiæ 1715. 8. et dissertationes Nicolai Colbrandi. Argent. 1670. Nicol. Martini. Kilonii 1688. Rud. Christi. Geckelii. Altorfii 1699. et Lud. Jac. Meieri. Gieslæ 1739.

XVIII. Georgium Agricolam non satis certam rationem *mensurarum et ponderum* definiisse, licet multa post alios diligentior examinauerit et noua quaedam addiderit, monèr Latinus Latinius tomo I. epist. p. 386. vbi ostendit constituta pedis Romani certa mensura facile esse ex ea tam aridorum quam liquidorum mensuras certas definire atque inde ponderum veritatem statuere. De ponderibus ac mensuris Hebraeorum, Græcorum et Romanorum copiose disputat Villalpandus tom. 3. in Ezechielem p. 433 sq. Congii veteris figuram mensuramque exhibet p. 501. Alios de mensuris ac ponderibus veterum quam plurimos scriptores laudauit Phil. Labbeus in parte 2. bibliothecæ numariæ, quibus recentiores nonnullos addere liceat, vt de Hebraeorum quidem mensuris Bernhardum Lamy in apparatu ad S. Scripturam, Io. Leuidentium in philologo hebraeo-mixto dissert. 29 - 32. Imbonatum in bibliotheca latino-hebraica p. 349 sq. Iac. Caluertum in Naphthali, siue collectione de reditu decem tribuum, de conuersione Iudæorum, et de mensuris sacris Ezechielis. Londini 1672. 4. Richardum Cumberlandum in libro anglice edito de mensuris et ponderibus Hebraeorum. Londini 1686. 8. Petrum Eluium in Biblicis mensuris cubicis cum Suecicis collatis. Vpsal. 1702. 8. aliosque. Sed omnium diligentiam vicit et de mensuris atque ponderibus non Hebraeorum tantum, sed aliarum quoque gentium accurate et eruditissimæ egit Eduardus Bernardus, Anglus, in tabulis huius argumenti quæ recensentur in actis eruditorum A. 1686. pag. 586. et in libris 3. de mensuris et ponderibus antiquis qui lucem primum adspexere Oxonii 1686. 8. et secunda vice excusi sunt ibid. 1688. 8. Eduardo Bernhardo iungenda præclari Viri Io. Casp. Eischmidii de ponderibus et mensuris veterum Romanorum, Græcorum, Hebraeorum, nec non de valore pecuniæ veteris disquisitio accurata, Argent. 1708. 8. Bartholomæi Beuerini syntagma de ponderibus et mensuris, quod post bis repetitam in Italia editionem prædiit Lipsiæ 1713. 8. cum præfatione Io. Georgii Walchii in qua sciagraphiam operis de re veterum numaria exhibet. Georgii Hooperi liber anglice editus sub hoc titulo: *An Inquiry into the state of the ancient measures, the Attic, the Roman and especially the Jewish, with an Appendix concerning the old English Money*. Londini 1721. 8. Caroli Arbuthnoti tabulæ antiquorum numerorum, mensurarum

rum et ponderum pretiisque festum venaliunt, variis dissertationibus explicatae et exemplis illustratae; quae anglico sermone prodierunt Londini 1727. 4. et ex anglica in latinam linguam conuersae, opera Dan. Koenigii. Vltraiekti 1756. 4. De Peirescii studio rationes ponderum et mensurarum expediendi, vide Centuriam secundam Fabricianam. De modis mensurandi distantias locorum praeter Ed. Bernhardum confer Martinerii lexicon geographicum voc. Itineraires, mesures; cui iungas Io. Georgii Liebknechtii desideria ad mensuras speciatim geographicas et geodaeticas generali et feliciori methodo aestimatas reductasque. Gissae 1721. Romanorum mensurae triplicis fuerunt generis, *liquidorum, aridorum et interuallorum*, quorum singulas species recenset celeberrimus I. E. I. Walchius ad Cellarii compend. A. R. p. 590 sq. De pondere Romanorum confer Raphaelem Fabretum pag. 523 sqq. veter. inscriptionum. Bonannum p. 173. musci Kircheriani. Rupertum ad Florum pag. 221. Ludov. Franc. de la Batte dissertationem de libra roman. quae exstat tom. 12. Memor. Acad. Inscription. pag. 1 sqq. edit. Amstelod. et P. de Vitry epistol. de ponderibus et moneta Romanorum insertam memor. Treuultinis A. 1729. p. 1252 sqq. De pede antiquo Romano consule Hirium in memor. acad. inscriptionum A. 1714. p. 511 sqq. et Reuillafii dissertationem, quae exhibetur tom. 3. dissertationum Academiae Cortouensis pag. 111 sqq. et Ioan. Graeuii librum anglice editum de pede Romano et denario. Londini 1647. 8. De pede graeco confer les Ruines des plus beaux Monumens de la Grece par Mr. le Roy. Parisius 1758. fol. ad finem partis primae. Talenti varias significationes apud scriptores medii aevi recenset Cangius ad Alexiadem pag. 400 sqq. De decempeda vide Salmasium pag. 682 sq. Plinian. exercitationum. De pecunia veterum Romanorum eiusque pretio commendandus vnice Io. Frid. Gronouii exquisitus de sestertiis commentarius, supra p. 798. iam nobis laudatus, ex pleniore editione Iac. Gronouii filii, Lugd. Batavor. 1691. 4. De pecunia et ponderibus Graecorum varia notatu digna obseruat Vir Eruditissimus Ioannes Taylorius in commentario et notis ad marmor Sanduicense, Cantabrigiae 1743. 4. Vtrum numismata antiquitus loco vulgaris monetae recepta fuerint, disquirat et contra Sebast. Erizium affirmat Ludouicus Sauotus in praeclaro opere de numismatibus antiquis, quod gallice Paris. 1627. 4. et latine ex C. V. Ludolphi Neocori interpretatione prodit tomo vndecimo thesauri Graeuiani. Multa etiam in vtramque partem hac de re disputata videre licet in memoriis Treuultinis A. 1707. pag. 1085. et A. 1709. p. 93 sq.

CAPVT XVII.

Scriptores de re militari veterum et nautica.

Gabr. Naudaei bibliographia militaris. 1. *Scriptores de re militari Hebraeorum.* 2. *Perfarum, Graecorum, Gothorum, Germanorum.* 3. *Praecepta militaria. ibid. De re militari Romanorum.* 4. *Belli indictio, signum pugnae, tessera militaris, victoriae traditio, foedera etc. ibid. De militia equestri.* 5. *Nautica.* 6. *Pedestri.* 7. *Vfus Elephantorum, curruum et aliarum rerum in bello. Castra, acies, ductores, exercitia etc.* 8. *Vexilla, aquilae.* 9. *Triumph.* 10. *Stipendia, dona militaria, vacatio, missio, poenae, venatio.* 11. *Bellum an illicitum duxerint primi Christiani?* 12.

I.

In recensendis huius argumenti scriptoribus otium nobis fecisse videtur *Gabr. Naudaeus*, vir praestantissimus, in cuius syntagmate de studio militari edito Romae 1637. 4. lib. 2. pag. 504 sq. legitur proluxa notitia scriptorum cuiuscunque generis de arte militari et de illis iudicium, quod seorsim etiam sub titulo bibliographiae militaris Ienae 1683. 12. edidit *V. C. Georg. Schubartus*, a quo tempore recudi illud curabit et notis quibusdam additis auxit *Theom. Crenius* in parte 3. collectionis methodorum de studiis instituendis. Lugd. Batav. 1699. 4. Naudaeo iungendus est *Ern. Sal. Cyprianus*, in cuius programmatibus Coburgi 1708. 8. editis tertium agit de scriptoribus rei militaris veteris. Integrum tamen fuerit praecipuos quosdam ad institutum facientes nostrum hoc loco seligere, et nonnullos Naudaeo omissos, recentiores praecipue adiungere.

II. De re militari veterum Hebraeorum, praeter commentatores ad libros *V. T.* historicos, *Matthiam Fridericum Beckium* praecipue ad *Targum chronicorum*, *Io. Andr. Danzii* diss. de Ebraeorum re militari ad Deut. 20. et 21. Ienae 1690. et *Guil. Schickardum* de iure regio Hebraeor. cap. 5. ibique *B. Carpozuii* notas, consulendum syntagma singulare postumum *Iacobi Lydii*, eiusdem qui agnostica sacra scripsit, editum et notis illustratum a *Salomone van Til*, Theologo Dordraceno, Dordraci 1698. 4. et belgice versum nouissime observationibus illustratum ab *Hadriano van Halen*. Roterd. 1703. 8. in quo prolixè agitur de delectu, ordine siue tactica, armis, acie, disciplina et exitu belli. Confer Clariss. Neocori bibliothecam nouorum librorum A. 1698. p. 483 sq. Nec praetereunda *Iacobi Turner* Pallas armata, siue opus anglice edi-

editum Lond. 1683. fol. quo Hebraeorum, Assyriorum, Lydorum, Graecorumque ratio belli gerendi cum re militari Romanorum veterum et hodierno belli usu conferuntur. Conferenda quoque *Augustini Cabreti* dissertatio de militia Hebraeorum ante commentarium ad librum Esther tom. 3. pag. 522 sqq. et tom. 1. dissert. 14. et altera de ducibus militum et aulae ministris apud reges Hebraeorum. tom. 3. pag. 5 sqq. ante commentar. in Paralipom. *Ioannis* item *Petri Milleri* dissertatio de deuotionibus veterum in bellis ad illustranda varia S. S. loca. Lips. 1730. et *Iusti FridERICI Zachariae* dissertatio de re militari veter. Hebraeorum. Kilon. 1735. qui iudicat, Lydium Graecorum potius et Romanorum, quam Hebraeorum rem militarem exposuisse. *Ioannis* vero *Arrolsmithi* *tactica sacra*, libris 3. Cantabrigiae primum 1657. et inde Amstelod. 1700. 4. vulgata, alieniora sunt ab hoc instituto, commentarium enim eruditum practicum. siue asceticum moralem de milite spirituali pugnante, vincente et triumphante complectuntur. De exterritis incensisque castris hostium a Gideone Iud. VII. confer *Paulli Gyongyössi* dissertat. de tessera Gideonis militari. Francof. ad Oderam 1730. et Meletema, quod exstat in analectis ex omni meliorum litterarum genere. Lips. 1725. 4. T. 1. N. 1. De Crethaeis et Plethaeis scriptores supra pag. 743. laudauimus. De *ερατηγυός του ιερω* vide *Ludov. de Dieu* et alios ad Luc. XXII. 52. De Iudaeo paganis et Christianis militante exstat *Ioan. Dan. Gruberi* dissertatio, Halae Saxon. 1723. Sed hodiernos Iudaeos ad bellum ineptos esse ostendit *Schudtius* Memorabil. P. 1. lib. 5. c. 1. §. 9-15. et P. 4. contin. 1. pag. 215 sqq. Sicut et olim Hierosolymitani, quorum placitum, post principia standum esse, recitat *Wagenseilius* Misna Sota VIII. 5. not. 2. pag. 280. edit. Surenhus. quo capite toto et in primis Misna 5. agitur de discedentibus ex bello, praesertim ob metum. De Muhamedanorum rationibus in bello aduersus Christianos gerendo videatur *Hadr. Relandus* tom. 3. dissert. miscell. 1. De statu militari imperii Ottomannici opus splendidum *Comitis Marsilii*, Hagae Comitum 1732. fol.

III. De ratione rei militaris apud varias gentes diuersis temporibus differit *Antonius Yues Goguetus* tomo 1. libri de origine legum, artium et scientiarum, libro sexto, et tom. 2 ac 3. lib. 5. De architectura militari *Homeri* tempore videatur *Iac. Frider. Reimannus* in *Iliade* post *Homerum* p. 559 sqq. Rei militari apud Graecos et Latinos illustrandae faciunt *Iosephi Laurentii* collectanea, secundum litterarum ordinem digesta libro 6. *Polymathiae* pag. 469 sq. *Ioannis van Passenrode* liber belgice editus: *Der Gryken en Romeynen Krygshandel*. Lugd. Batav. 1686. fol. *Ioan. Christophori*
Kie-

Kiesewetteri syntagma de re militari veterum, praecipue Romanorum. Erf. 1736. 8. *Caroli de Aquino* lexicon militare, cuius verb prima pars tantum prodiit Romae 1724. fol. *Folardi* annotationes ad Polybium, gallice versum, tribusque tomis in 4. editum Parisiis 1728 sqq. et *Caroli Gnschardsi* liber gallicus: *Memoires militaires sur les Grecs et les Romains*. Hagae Comitum 1758. 4. *Ludouici Machaulti* liber itidem gallicus: *La Milice des Grecs et Romains*. Paris. 1616. fol. versionem Aeliani et Polybii sistit. *Ioan. Henr. Boecleri* comparatio militiae veteris et hodiernae exstat tomo secundo eius dissertationum pag. 1245 sqq. Praecepta rei militaris scripserunt e regibus priscis et ducibus Pyrrhus, rex Epiri, eius filius Alexander, Iphicrates, Xenophon et alii *, sed quorum scripta, excepto Xenophontis perierunt. Ex imperatoribus Traianus, Hadrianus, Nicephorus, Leo sapiens, Constantinus Porphyrogenitus. Ex aliis Graecis Clearchus peripareticus, Posidonius Stoicus, Cyneas, qui Pyrrho a consiliis fuit, Euangelus, Stratocles, Hermias, Pausanias, Eupolemus, et quorum scripta existant *Aeneas*, *Polybius*, libro 6. hist. *Aelianus*, *Polyaenus* et *Orosander* Platonicus et Poliorceticon siue de urbibus obsidendis et mechanicorum siue de machinis bellicis scriptores *Athaeus*, *Apollodorus*, *Philo*, *Bico*, *Hero* etc. e Latinis, *Cato* Censorinus, *Cincius*, *Paternus* et cuius strategemata habemus *Fronimus* viri senatorii, tum *Celsus*, *Plinius*, et qui existant *Modestus*, et *Vegetius*, ne de aliis in praesenti dicamus. De re militari Persarum agit *Briffonius* libro 3. de Persarum regno. De Graecorum *Io. Philippus Pfeifferus*; eoque diligentior *Io. Potterus* lib. 3. antiquitatum Graecarum. Sacra veterum Graecorum militaria singulari dissertatione exposuit *Frider. Sam. Bockius*. Regiomonti 1754. De Gothorum veterum aliorumque populorum septentrionalium *Loccenius* antiquit. Sueogothic. lib. 3. *Bartholinus* Antiquitat. Danic. lib. 1. cap. 2 sqq. et *Matthias Praetorius* in Marte Gothico siue tractatu de veterum Gothorum militia, Oliuae 1691. fol. De Germanorum praeter *Phil. Cluuerum* lib. 1. cap. 43. ad 52. et *Paullum Hachenbergium*, *Ioannes Blum* de militia romano germanica. Marpurgi 1615. 4. De facie rei militaris sub initia saeculi XVI. vide *Journal des Savans* 1730. Sept. p. 67 sq. De Romanorum militia, quum praecipue magna eius gloria fuerit, et multi illam sumserint illustrandam stilo suo, pluribus deinceps dicendum. Inprimis tenendum est, pro diuersitate temporum longe aliam illius faciem fuisse, vt probe monuit *Salmasius*, et optandum esset historiam militiae R. ita ab aliquo describi, vt historiam militiae Francorum descripsit *Gabriel Daniel*. Paris. 1721. 4. De militia Romanorum generatim commentati sunt *Petrus Ramus* de militia C. Iu.

* Vide si placet quos laudavi libro 3. bibliothecae graecae capite 30 et 24.

C. Iulii Caesaris. Paris. 1559. 8. *Iustus Lipsius* libris 5. de militia Romana. Anrw. 1596. et in tomo tertio eius operum, ad quos libros animaduersiones quaedam Claudii Dausqueii existant tomo secundo sylloges. Epistolarum Burmannianae pag. 149 sqq. et Delrii pag. 156 sqq. *Claudius Salmafius* in opere postumo de militia Romanorum. Lugd. Batav. 1657. 4. et tom. 10. thesauri Graeviani. *Gulielm. Choulius* in commentario gallico: *Discours sur la Castrometation et discipline militaire des Romains*, qui cum eius *Discours sur la Religion des anciens Romains* editus est Lugduni 1581. 4. et recusus Veselii 1672. 4. *Franciscus Patricius* in libro de re militari Romana, inserto tom. 10. thesauri Graeviani. *Ioan. Anton. Valtrinus* in libris 7. de re militari veterum Romanorum, qui ab eo iuvene scripti, ipsoque inscio editi sunt Colon. 1597. 8. et *Henr. Christoph. Nebel* in diatribe de militia Romana ex Horatio illustrata Gissae 1750. 4. Iustitiam bellorum Romanorum examinavit *Albericus Gentilis* libris duobus de armis Romanis. Hanov. 1599. 8.

IV. Bellum a Romanis uti a Carthaginiensibus quoque indictum missa hasta super columnam ante Bellonae templum. Oizel. thesaur. LXXII. 6. pag. 388 sq. Vide Festum in Bellona' et hasta. Ab aliis immisso Gallo. Tzetza V. Chil. hist. 15. vel agno. Apostolius IV. 45. Prouerb. De belli indicendi more apud alias gentes, Cangius glossario in *deffectio* et in notis ad Villeharduinum p. 305. De *fecialibus* populi Romani eorumque capite, Patre patraro, videndi sunt Andr. Dominic. Floccus de potestate Rom. lib. 1. c. 9. Marcus Zucrius Boxhornius quaest. Rom. 30. Onuphrius Panminus de ciuitate Rom. cap. 32. Ioannes Ienius in commentatione de fecialibus populi Rom. quae exstat pag. 51. eiusdem Ferculi litterarii, Lugd. Batav. 1717. 8. editi, et singulares dissertationes Ioan. Iac. Mülleri. Ienae 1693. Petri Lagerloeff. Vpsal. 1698. Laur. Arrhenii. ibid. 1728. Ioan. Dan. Ritteri. Lipsiae. 1732. Ioan. Wandalini Hoieri. Hafniae e. a. et Francisci Caroli Conradi. Helmst. 1734. Ius feciale, quod primus fertur Rhesus excogitasse, ab Ano Martio institutum esse membrat Aurelius Victor de viris illustribus cap. 5. cui adde Liuium lib. 1. cap. 32. Ipsum Fecialium collegium instituit Numa, vide Dionysium Halicarnassensem lib. 2. pag. 131. vbi eorum quoque officium describit, quod breuius enarrat Cicero de legibus lib. 2. c. 9. De *sacramento militari* confer. Godeschal. Stewechium notis ad Vegetium lib. 2. cap. 97. Iac. Oisellium notis ad Gellium lib. 16. cap. 4. Barn. Briffonium II: 6. antiquit. iuris. Ratbod. Herm. Schelium, in dissert. de sacramentis, tom. 10. thesauri Graeviani. Io. Bapt. Hansenium de iureiurando c. 22. Ioan. Ant. Valtrinum de re milit. Romanorum lib. 2. cap. 7. et Lipsium de

Vol. 2. A. a. mili.

militia Rom. lib. 1. dial. 6. et lib. 7. dial. 17. Formulas sacramenti militaris vide apud Briffonium de formulis lib. 6. pag. 320. ed. rec. et Lindebrogium ad Ammiani XXI. 5. pag. 39. De defensoribus et militiam decompstantibus eorumque poenis consulatur Desiderius Heraldus lib. 3. animadversionum in Salmasium cap. 13. pag. 241 sqq. *Αυτομαλειν* crimen inexpiabile; *αὐτομαλειν*. Appianus civil. 5. fol. 681. De Veteranis Abbatis Cousurii dissertatio in memoriis acad. inscriptionum tom. 5. pag. 366 sqq. De solduriis² siue deuotis, *εὐχαλισμαίους*, quorum apud Caesarem III. 22. de bello gallico, Athenaeum et Plutarchum mentio, confer dissertat. Andreæ Wanochii. Abae 1679. 8. Eberh. Rud. Rothii, Ulmae 1681. et Io. Reiri Ancherseu lemma et indices obseruationum de Solduriis. Hafniae 1729. et obseruationum de Solduriis part. tres. ibid. 1734 sqq. De speculatoribus et exploratoribus videatur Sertorius Vrsatus pag. 281. monumentor. Patavin. et Christi. Gottl. Schwarzii dissert. de speculatoribus veter. Romanorum. Altorfii 1726. recusa in thesauro nouo dissertat. philologicotheol. tom. 2. pag. 405. Idem Schwarzii edidit dissertationem de aetate et statura militum veter. Alt. 1731. De mensura militum conferatur Fr. Gotth. Freytagii Programma insertum Vol. 1. selector. scholasticorum a Ioan. Gottl. Bidermanno editorum, pag. 695 sqq. Signum pugnae a Graecis et aliis gentibus datum per *πυροφόρον* missa face vel elato scuto Diodor. Sic. XX. tomo 2. pag. 787. vel punicea tunica super hastam sublata. Plutarch. Philopoem. p. 358. fol. postea per tubam. Vide Schol. et Barnesium ad Euripidis Phoeniss. versu 1386. et Euripidis Rhel. v. 144. ac Meursium ad Lycophr. v. 1295. Apud Romanos sagum purpureum pro praetorio propositum. Plutarch. Pompeio f. 655. et Fabio Max. f. 182. et Marcello 313. De clamore militum vide que dissertat Fabricius ad Dionem p. 24. B. (105. R.) De celestinate vide quae collegit Martinus de Roa parte 2. singularium scripturae p. 541 sq. De tesseriis militaribus, (*συνθήματα* 3 vocant Graeci vt Philo V. Poliorcetic. pag. 93.) vide Ferrarium de acclamationibus veterum tom. 6. Graev. VI. 3 sq. Lipsium de militia Rom. IV. 12. et V. 9. Tiraquellum ad Alexandrum ab Alex. IV. 2. Casaubonum ad Aeneam cap. 24. Turnebum XXX. 35. Aduersar. praecipue Jac. Philippum Thomasinum libro de tesseriis hospitalitatis Amst. 1670. 12. p. 101 sq. qui et alia tesserarum genera libro illo illustrat frumentariam, numariam, comitalem, theatralem, conuiualem, ludoriam et negotiatoriam.

Sin.

¹ Ex hac voce vocabulum germanicum *Soldaten* derivat Rothius.

² *Πυροφόρον* fuit symbolum sub oculos cadens, scilicet capitis natus, martium plausus, hastae inclinatio; vide Onofondroti cap. 25 et 26. Rigaliumque in notis et Aeneas Tactis cap. 25, et ad eundem Casaubonum.

Singulare genus tesserae militaris de qua Iustinus III. §. 10. Apud Graecos traditae victoriae signum & per praekonem corpora interfectorum ad sepulturam poscerentur. Iustin. VI. 6. de aliis signis pacis Stephanius pag. 89. ad Saxonem Gramm. De foederibus eorumque ritu vario et formulis, Brissonius libro 6. de formulis populi Rom. p. 356 sq. Lipsius ad Taciti XII. 47. Nicetas Choniates lib. 13. p. 444. Scacchus III. myrothec. 58 sq. p. 106 sq. Stephanius ad Saxonem Grammat. pag. 48. De hostiis ad foedera sancienda caelis diximus supra cap. 11. §. 5.

V. Militia omnis vel equestris est, vel pedestris, vel naualis denique, et singulae harum iterum pro temporum diuersitate sub republica libera, sub regibus vel imperatoribus diuersam faciem apud Romanos habuerunt. De militia *equestri* singulare exstat et praeclarum opus *Hermannii Hugonis* S. I. in libros 5. distributum. Antwerp. 1630. fol. De equitum delectu, recognitione, probatione, transuentione agit lib. 2. cap. 1 sq. et 5. *Io. Erb. Kappius* in dissert. de equitum Roman. annua transuentione et censura. Lips. 1734. ac *Iustus Lipsius* lib. 1. de militia Romana cap. 5. ubi etiam de equo publico, de quo videndus Hugo lib. 5. cap. 1. De turmis equitum Lipsius lib. 2. cap. 16. de eorum armis lib. 3. cap. 7. unde alii dicti lancearii, ferentarii, leuis armaturae equites, qui fundis et lapidibus pugnabant, cuius generis tela feruntur non tenentur, de quibus Onofander cap. 19. De more barbarorum proiectis laqueis homines abripientium, Valesius ad Ammiani lib. 31. et ad Sozom. VII. 26. Hippotoxotarum mentio apud Hirtium de bello Afr. c. 19. De *clibanariis* siue *cataphractis* vide quae viri docti ad Ammian. XVI. 16. Eutropium VI. 7. et Nazarii panegyricum c. 22 sq. Quemadmodum recentioribus temporibus vocamus Arcabussarios, Curassarios; Picquarios et Musquetarios equites, vel etiam spatharios. Alioqui apud Romanos illi qui equis stipendia faciebant alii erant Monippi siue singulatores et celites alii amphippi, dimachae ac defulrorii, de quorum origine Liuius XXVI. 4. (hodie *Dragons*) diuersi a Draconariis qui a Dracone vexillo quod portabant ita vocabantur, de quibus G. Henr. Welfchius lib. de vena Medinensi pag. 84 sq. et Sirmondus pag. 183 et 205. ad Sidonium. A legionibus et alis, quibus intererant, vocabantur legionarii et alarii: vide Hugonem lib. 3. cap. 5. Stipendiarii vero sigillatim ii, qui pluribus iam stipendiis meruerant. Militiae vacatio equitibus a censoribus concessa post emerita stipendia. Plutarchus in Pompeio fol. 630. De equitibus Augusti singularibus vide Ioan. Frickii commentationem Vol. 5. Actor. societatis latinae Ienenis pag. 191 sqq. Summus

A a 2

dux

dux exercitus equestris dicebatur magister equitum, cui suberat optio sine summus mandatorum curator, de quo confer Perizonium animadv. historic. pag. 262. Hinc viri tribuni, praefecti turmarum, vexillarii, draconarii, decuriones, subdecuriones etc. vid. Hugonem lib. 5. cap. 2. 3. 4. De equibus Tarentinis vide Petrum Victorium IX. 3. variar. lectionum. Apud Graecos equitibus praerant Hipparchi et Phylarchi. De acie equestri Hugo III. 1 et 5 sq. et IV. 1 et 5. De acie equitum peditatui mixtorum idem IV. 6. Pugnare ex equo inuenisse dicuntur Thessali Centauri, vide Mezeriacum ad Ouidium tom. 1. p. 348. De Phaleris Bourdelotius p. 63 ad Heliodorum et Chiffletius in anastasi Childerici pag. 225. an equorum solum, non etiam equitum ornamenta, vide Drakenborchium ad Silium pag. 758. De equorum ferreis calceis lunatis vide Cangium in *σεληναία*. De aureis eundem Chiffletium p. 224. De freno lupæo Montfaucon T. 4. supplem p. 25. de ephippiis p. 25. de calceis p. 26. Ephippiis uti apud Suecos turpe visum teste Caesare de bello Gallico IV. 1. Stapedes veteribus nulli, quia ante Theodosium M. ephippia solum ex panno, nihil solidi nec ligni habentia, vide Montfauconium loco citato. De more stapedem vel strepam tenendi, Cangius ad Cinnamum p. 470 sqq. Ad equitandi rudimentum pueros primum dorso arietum impositos obseruat Petrus Victorius VIII. 9. variar. lectionum. De curandis equis et de nominibus equestribus Graecis et Latinis egregia Ioach. Camerarii commentatio recusa exstat tomo 11. antiquit. Graecarum. Idem Camerarius librum Xenophontis de re equestri latine transtulit.

VI. De militia *nauali* 5 libris 4. recens in Poleni supplementis thesauri antiq. Graec. et Rom. Vol. 5. p. 745. egit Io. Schefferus. Vpsal. 1654. 4. cui operi inserta diff. de varietate nauium quae 1643. 4. prodierat et epistola de navibus veterum in Centur. 1. Epistolae. Medicar. Bartholini pag. 310. sq. Lillii Gregorii Gyraldi de nauigiis libellus tomo 1. Opp. Potterus III. 14 sq. Archaeolog. Graec. usque ad 22. Cragius IV. 5. de Republ. Lac. Stewechius ad librum vltimum Vegetii de re militari, Laz. Baystus de re nauali Basileae 1537. 4. et Steph. Doleri ex secundo eius commentariorum lat. linguae tomo descriptus, Baisnoque, cuius epitomator Carolus Stephanus Doletum 6 plagii

¹ Hoc opus Schefferus post priores duas altera parte suctius misit ad Elzevirios A. 1668. per Nicol. Heinsium, ut hic in epistola ad Ioan. Frider. Gronouium tom. 3. sylloges Burmannianae p. 537. testatur. Vide quoque p. 539. et tom. 5. p. 54. 56. atque Ioan. Molleri epistolam praefixam supplemento Bibl. meae Latinae.

⁶ Vide Mich. Maittaire Annales typographic, tom. 3. p. 36. sqq. et p. 59.

in Basilis commissi accusaverat, inscriptus liber Lugd. 1537. 4. qui cum Basilio Schefferique dissertatione iam laudata de varietate navium recitatus est tom. 11. antiquit. Graecarum, quemadmodum in tom. 12. antiquit. Romanarum occurrit M. Meibonii de fabrica triremium liber Amstelodami pridem editus 1671. 4. et Const. Opellii siue eiusdem ut creditur Scheferi epistola Meibonio opposita. Andreae Senfitebi Argo, siue variarum antiquarum navium silus. Lips. 1642. 8. Classis praefectus recentiori aetate vocabula Arabico dictus *Amurrah* de quo Gangius ad Alexiadem p. 371. 372. et in glossario graeco, Theodorus Doula ad Aoropolitam p. 196. Urbanus Chevraeus in Chevraeanis tom. 2. pag. 24 sq. Otto Dapper in descriptione Americae pag. 46. Varia ad antiquitates nauticas spectantia illustrat etiam Salmasius ad eos Atticum cap. 28. Bartholomaeus Keckermannus in commentatione nautica. tomo 3. systematis systematum pag. 753 sq. Bartho. Morisorus in orbe maritimo Paris. 1653. fol. Tho. Rinius in historia nuali antiqua et Georg. Fournierius in hydrographia, Caelius Calcagnicus cuius commentatio de re Nautica, ad Gyraldum, Iosephus Laurentius cuius diatriba duplex huius argumenti ex polymathico eius lib. 1. cap. 17. et 22. decerpta habetur etiam tomo 11. antiquit. Graecarum. Sauerien in libro Gallico Recherches historiques sur la construction des Navires des Anciens. Parisiis 1747. 4. Deslandes in libro itidem gallice edito: Essay sur la Marine des Anciens et particulièrement sur leurs vaisseaux de guerre. Paris. 1748. 8. Iac. Palmerius Exercit. ad scriptores Graecos p. 170 sq. Ioan. Vincentius Lucchesinius ad Orat. 1. Demosthenis. Raphael Fabretti ad columnam Traianam c. 5. p. 119 sqq. et Henric. Kippingius de expedit. maritima, dissert. prima. Isaaci Vossii de triremium et Liburnicarum constructione diff. ex variis eius observationibus petita extat in tomo 12. antiquitat. Rom. Neque praetereundus Nicolai Witsenii 7, illustris Viri, liber de architectura nuali noua et antiqua, belgice A. 1671. editus, quem de veterum navium rostris et aliis ornamentis differentem laudat Iac. de Wilde pag. 188. numism. A plagio in Scheferum libenter absolvent omnes qui honestissimam palinodiam Mollerianam supplemento Bibliothecae meae latinae praemissam legerint. Veteris triemis imago in columna celebri Traiani n. 235. 236. conspicitur, atque inde apud Graevium ad Florum IV. 12. aliosque, unde apparet *ordines* vocari in triemibus maioribusque navibus, series remigum a summo ad imum, ita ut summus ordo sit thraurorum, medius Zygitarum, tertius denique thalamarum, *versu* autem esse series remigum aequae alte sedentium. Acute quidem P. de

Languedoc³ in dissertatione gallice edita Parisiis 1721. *sur les Trirèmes ou les Vaisseaux de guerre des anciens* oppugnauit, quae de ordinibus remigum inuicem superius, vel etiam iuxta in vna serie transuersa positae disputarunt viri eruditi. Itaque Languedoco Thramitae sunt remiges in puppi, Thalamitae in proa, et in media nauis Zygitae; singuli, monocroti, in vniremi; bini, dicroti, in biremi; in triremi ternii, atque ita porro per nauis longitudinem. Similiter fere Ioan. Harduinus in. *diff. de vniremibus, biremibus et triremibus veterum* tom. 1. ad Phaium edition. nouae pag. 432 sqq. De nauibus *διπρώροις* et *διπρώμυοις* vide Ioan. Aug. Ernesti commentationem tom. 1. *commentarior. societatis scientiarum Gottingensis* p. 297 sqq. Imaginem nauium bellicarum rostratarum sive *χαλκίμβέλων* exhibet idem Graevius et Begerus ad Florum lib. 2. cap. 2. ex columna Duillii illustrata a Petro Ciacconio. Rom. 1608. et tomo 4. thesauri Graev. Confer Gronuuium tom. 2. antiq. Graecar. tabula 51. Admirandas Philopatoris et immensam Hieronis nauem in qua innumera conelauia, deliciae, horrus, Bibliotheca vide sis descriptam ab Athenaeo lib. 5. p. 203 sq. Aliam sedeciremeln Philippi Regis, de qua Liuius lib. 33. Aliam quam condi fecit Ptolemaeus Philopator, Plutarch. Demetrio fol. 910. et Memnon apud Photium cod. 224. pag. 372. Aliam ab Aegyptiis exstructam, de qua Philostratus lib. 3. cap. 11. de vita Apollonii. fol. 143. aliam Caligulae de qua Sueton. cap. 37. De nauis miranda Aeneae, quam Romae vidisse se narrat; ad eundem Procopius IV. 29. de bello Gothico p. 627 sq. qui pag. 629. etiam describit duas naues ex lapide candido, vniam Vlyssis in Corcyra, alteram Agamemnonis in Cassiopa Euboeae tum visendam, illam Ioui Casio, hanc Dianae consecratam. De praegrandi nauis Claudii Caesaris meminit Plinius III. 16. *histor. natur.* Demetrii *ἑκακιδεκήμερις* et *πεντακιδεκήμερις* celebrantur a Diodoro Siculo lib. 20. et Plutarcho in Demetrio p. 897. 910. Omitto quae de Persei nauis sedecim ordinum habet Eutropius lib. 4. c. 8. De alia nauis a trecentis remigibus agitata Ammianus XVII. 3. Confer Fabii Vigiliis epitomen illustrium nauium apud Franciscum Maurolycium lib. 1. Sicaniacae historiae tom. 4. thesauri Italiae p. 31 sqq. *Πεντηκοντήρης* Mauritii Imp. refertur a Theophylacto Simocatta IV. 1. *hist.* *Πεντηκοντοόροις*, aetnae quinqueaginta remorum Polyb. lib. 1. cap. 73. De praegrandi Venetorum nauis cui nomen *Κόσμος* sive *Mundus*, vide sis Nicetam in Alexio Angelo Comneno III. 9. p. 347. Veteres in nauibus suis duplici et vtriusque aptato gubernaculo vsos obseruat Li-

psius

³ Journal des Savans 1721. Dec. pag. 676. et 1723. pag. 655 sqq. Memoires de Trevoux 1722. pag. 1347. Contra vide Mr. Barras de la Penne, Journ. des Sav. 1728. Mars, pag. 398. Mem. de Trev. 1729. p. 123. 1730. p. 919 sqq. P. Sanadon, Mem. de Trev. 1722. p. 1519 sqq. de la Mongeraye lib. p. 1748 sqq.

phus ad Tacitum pag. 82. et antiquissimos populos ausos longinquiores navigationes vel certe non minus remotas suscipere quam eos quos leuior aetas tali exemplis aliquot demonstrat. Maxime in diss. de navigatione Salomonis. Anst. 1698. 8. et in Supplemento Critico ad Chronum edito Francofurti fol. Noui, quae remis dicitur. *ἴσως πλοῖον* dicitur Synesio Epist. 147. p. 285. De rebus, quibus maxima onera et infans obeliscorum moles transportantur veteres, dissertant Kircherus in obelisco Pamphilio et. tomo 2. Oedipi parte 2. pag. 315 sq. et Mich. Angelus Chauliacus in epistola de Columna Antonini. P. Breceps iuauit Romae in campo Martio, in Ephemeridibus literariis Paris. A. 1704. tom. 2. p. 140. Naues in Indico atque Aethiopico mari restibus oliu colligatae non pipe vel aluis, ob ferri penuriam, vsuque a Romanis interdictum, non ob scopulos e magnez. Vide Procopium lib. 1. de bello Persico cap. 19. pag. 58 sq. Ancorae lapideae Argonautarum mentio fit in Arriani periplo Ponti Euxini p. 121. Maximae Graecorum naues belli Troiani tempore vix centum viginti viros capiebant. Cozinthios autem primos vsos esse triremibus Thucydides auctor est. Successu temporis maiores naues passim aedificatae sunt. Vide Ben. Aueranii diss. 13. ad Euripidem. Mare primum ingredi et classem parare instituerunt Romani A. V. C. 261. L. Valerio Flacco, et T. Otacilio Crasso coll. Vide Polybium lib. 1. cap. 20. Idem, in bello Punico primo quum antea nunquam navalem pugnam fuissent experti, tantum exemplo Carthaginiensium et emulatione profecerunt, ut illis etiam superiores euaserint, licet per tempestates et proelia in eodem bello, quod per XXI. annos durauit, amiserint quinque remes ferme septingentas, Carthaginienses fere quingentas. Itaque Polybius lib. 1. cap. 63. proelia naualia Antigoni, Protonoci, Demetrii, vel etiam Persarum in Graecos, et Atheniensium ac Lacadaemoniorum inter sese proelia maritima cum illis conferens nihil par. nihil secundum fuisse profiteretur. De die praetoriae nauis, *ναυπηγία*, conspicuus erat *στέφανος*, insignis; Appianus 5 Ciuil. fol. 703. sed de nocte *λαμπτήρ* siue *luc*, ut de nauj Caesaris idem Appianus 2 Ciuil. fol. 483. Adde Virgilium Aeneid. II. 256. Dionem XLIX. p. 492. (589. B.) Fabretum pag. 118. ad columnam Traianam. Naues ipsas per terram transportatas, si mari prohiberentur, docent Meursius in Panthenasis p. 30. sq. et Huetius in laudata dissertatione, conf. Michaelis Dupae historiam Byzantinam pag. 152 sq. De more 3. Id. Nouembr. maria claudendi et post *παραθωιά* hialem iturum sperendi Baechanalibus vel 6 Idus Martij consulendi sunt viri docti ad Vegetium IV. 39. Meursius ad Constantinum Porphyrogenetam de administrando imperio pag. 6 sq. Iac. Hascus in diatriba de mensibus itineris Paullini, Bibl. Bram. Fascic. I.

p. 27 sq. Theodoritus epistola 61. Casaubonus ad Aeneae cap. 17. p. 1741. et Vincentius Bellouacensis IV. 40. speculi naturalis, ex Vegetii V. 9. qui testatur, natalem navigationis sollemni certamine publicoque multarum gentium spectaculo celebratum esse. De testudine nauali vide Stephanum p. 89. ad Saxonem Gratium. De nauibus uxoribus confusis idem pag. 65 sq. et Georgius Pafchius p. 660. inuent. nouantiq. Nauigiorum corio circumfutorum mentio apud Plinium IV. 16. quibus vñ sunt Britanni. Adde Caesarem lib. 1. de bello ciuili cap. 54. Lucanum IV. 130 sqq. Isidor. XIX, 1. De nauigiis ex pellibus Xenophon expeditionis Cyri lib. 1. p. 257. Nauium papyracearum mentio apud Plinium VI. 22. De Aegyptiorum nauibus ex papyro Louan. IV. 126. Vrsinus Analect. vol. 2. pag. 68. Vitrings in Iesaiam tom. 1. pag. 518. Schulrensius in lobum pag. 256. Vngerus in dissert. de papyri frutice §. 16 et 22. Iunius de pictura veterum P. 2. p. 5. et Bibliotheca Bremensis tom. 5. pag. 565 sqq. et tom. 6. pag. 299 sqq. De nauibus sculptis Historia miscella XVIII. 31. De nauibus incendiariis Cangius p. 305. ad Villeharduinum, et glossario in *chelandria*. Earum descriptionem habes in Mich. Casp. Lufdorpii continuatione Steidani tom. 2. pag. 607. Lusoriae 9 nates expeditae et passim circumuestando ludentes ad hostes obseruandos prohibendosque, de quibus Cangius in *Lusoria*, et Salmasius ad Vopisci Proculum f. 475 sq. Secundo uento nauis dicitur intra horae spatium conficere posse octo millia passuum, ut obseruat Io. Brodaeus lib. 4. Miscell. c. 5. conf. H. Vossium in variis obseru. pag. 127. De *parasemo* nauium, quod in prora, et de *tutela*, quae in puppi, vide praeter Gronium et alios eruditos interpretes ad Acta Apost. XXVIII. 11. Yuonis Viliomari siue Iosephi Scaligeri animaduersi ad Robertum Titium pag. 139 sq. et ad Euseb. pag. 40. Salmasium p. 403. ad Solinum, ubi inter alia ostendit eandem rem quandoque tutelam et insigne fuisse, Franciscum Ianium de pictura veterum p. 92. edit. secundae: Musorum in variis lectionibus lib. 10. cap. 19. Pet. Pirhoel opuscula in 4. edita p. 768. Bourdelotium ad Heliodorum pag. 88. Cangium ad Alexiadem pag. 377. Bocharum in Chanaan lib. 2. cap. 3. et Petri Kunzii dissert. de vexillo nauis Alexandrinae, qua Paulus in Italiam uentus est Ienae 1734. De more deducendorum supparorum siue carbarum aplustriumque demittendorum; (de *Segel strecken*) in honorem salutationis ut Hollandicae naues coram Anglicis ex artic. quarto pacis Westmonasteriensis A. 1674. et officium ad locum insignem Appiani V. Ciuil. fol. 703. videndus Georg. Casp. Kirchmaerus in dissert. de Thalassoerate Minoe cap. 2. Witteb. 1698.

9 Seneca VII. 20. de beneficiis: Tyranno trivernus et ueritas uero misterem; iustitias et beneficiatas et alia ludibria Regum in mari lasciuientium mittam.

1698. Nauigiōrum nostrae aetatis varia genera breuiter exponit Wagenseilius in pars. librorum iuuenilium tom. 2. pag. 43 sq. Rem nauticam recentis aetatis cum antiqua confert Secundus Lascellottus in libro, cui titulus: Phoggidi Tom. 2. pag. 330 sqq. Antiquitatum rei nauticae ex fabulis erutae specimen edidit Ioan. Amnelius, Graec. Ling. Prof. Vpsal. 1658. De nauibus Turcicis Tho. Hyde ad itinera Mundi! Abraami Perizzol, pag. 80 sq. De artificio inflatis super vtribus traiciendi maria, vide ad Suetonium in Caesare cap. 57. Florum III. 5. 16. Nicetam Choniatem in Manuele Coraneno lib. 2. c. 7. vbi de Scythis Istrum traicientibus, et Christ. Gottl. Schwarzii dissert. de collegio vtriculariorum, Altorfii 1714. recusat in eius Miscellaneis politioris humanitatis p. 27 sqq. et alteram eiusdem Schwarzii ibid. 1719. editam, quae inseribitur, doctrinae antiquariae capita quaedam, capite secundo. Hispanorum consuetudo omnium, vt sine vtribus ad exercitum non eant. Caesar de bello civ. I. 48. Non dissimile commentum hydraspis singulari libro descripta ab inuentore, Clarissimo Wagenseilio. Altdorfii 1690. 4. Iconem nauigii ex pellibus lupi marini inflatis, qua vruntur Indi, vide ad calcem itineris Frezierii, icone XI. Anno 1724. mense Februario Hamburgi fuit, qui vtribus inflatam nauem infidens in flumine veheretur. De vrinatoribus eorumque vsu in bellis naualibus agit Reinesius Inscript. pag. 622. qui etiam ibid. pag. 307. de coetibus et conciliis nauiculariorum.

VII. Superest de militia *pedestri* vt nonnulla subiungamus, in qua diu maximum robur apud Romanos fuit, vnde *militēs* pro peditibus *κωρ* *ἔξοχον* poni obseruat Gronouius ad Liv. 26. 19. Boeclerus ad Velleium, etc. Alii ex illis vocabantur *primani*, *antesignani*, *prosignani* alii *postsignani*, vide Lipsium lib. 4. cap. 3. de militia Romana: alii *praecursores* Liv. 26. 17. siue *vorarii*, qui ante grauem armaturam prodibant, vt ros ante imbrem, *γεορφοπόροι* *velites* siue leuis armaturae milites tum *basati*, *κωροφόροι* *sagittarii*, *funditores*, de quibus vide Ciacconium ad columnam Traiani n. 205. Borchartum Hierozoic. I. 460. et Hillscherum pag. 85 sq. in vita Goliathi, *tragularii*, *ballistarii*, *iaculatores* e Balearibus, Cretenfibus, Numidis: hinc *principes*, ac denique *triarii*. Conf. Lipsium lib. 2. de militia Romana c. 1. et in analectis ad lib. 3 cap. 1. *Vexillarii* legionum erant non triarii vt Salmastius ad Vopiscum, sed quibus non plena missio concessa, -quique licet exauctorati et a legione sciuncti essent, tamen sub vexillis seorsim retinebantur in exercitu, donec deducerentur in coloniam, aut praemia acciperent, Vide Octav. Ferrarium lib. 1. cap. 3. electorum. Aliam proposuit sententiam

tiam Ioan. Aug. Ernesti excursu primo ad Tacitum de vexillariis, qui insertus est tomo 1. commentar. societatis scientiar. Goettingensis pag. 291 sqq. Is enim affirmat, vexillarios fuisse tirones in legionibus, eisdemque, qui olim hastati. *Mirmillones* galeati et inter pugnandum subsidentes, poplitibusque se excipientes. id. Ferrarius II. 14. De *auxiliaribus* copiis, *fecis*, *extraordinariis*, *ablatis*, *alaribus*, idem Lipsius lib. 2. cap. 7. et Iul. Caesar Bulengerus de imperio Romano p. 372 sq. Velitis, hastati, principis, triarii et equitis iconem cum armis suis habes tomo 10. antiq. Roman. pag. 869. De Triariis confer Ciacconium ad columnam Traiani n. 203. De tesslerariis, qui tesseram militarem per militem contubernia nuntiabant, Lipsium ad Taciti Histor. lib. 1. cap. 34. De militibus, qui *antecessores* dicebantur, eorumque ab antesignanis, rorariis et antepilanis discrimine differit Car. Frider. Walchius in ICro antecessore. Ichnae 1752. 8. pag. 8 sqq. Disponebantur pedites in centurias, decuriasque, quemadmodum equites in Turmas: *Globus* siue *drungus* vocatur qui separatus ab acie vago superuentu incurfat inimicos, ut docet Vegetius III. 9. De *manipulis*, cohortibus, spiris, phalangiibus, cateruis videatur Wolfgangus Lazius lib. 6. de Republica Romana, Alexander ab Alexandro 1. 5. Lipsius II. 2 et 4. De *cohortibus* vide Ratbodi Herm. Schelii dissertationem tom. 10. thesauri Graeviani p. 1277. Earum nomina ordine alphabetico ex numis et inscriptionibus antiquis refert Goltzius pag. 178 sqq. thesauri rei antiquariae; et alia ad rem militarem spectantia pag. 141 sqq. De cohorte Italica et Augusta dissertationem edidit Christi. Gottl. Schwarzius Altorfii 1720. De *legionum* numero, ordine et nominibus agunt idem Lazius lib. 5. prolixè et diligentissime. Lipsius lib. 2. c. 5. Franciscus Robertellus de legionibus Romanorum ad locum Dionis Cassii lib. 55. Bonon. 1559. Io. Henr. Boeclerus de legione Romana, Argentor. 1670. et tomo 2. disp. p. 541. Eius diss. vna cum Robertello et praeclaros Francisci Patricii ¹⁰ opere, quod Lipsius hinc inde sequutus esse dicitur, et Ferrariae 1583. 4. prodit sub titulo: *La militia Romana di Polybio, di Tito Livio, et di Dionysio Alicarnasseo dichiarata et con varie figure illustrata*. Ludolphus vero Neocorus ex Italica editione Rom. 1594. fol. Latine vertit, recusa exstant tom. 10. antiquitat. Romanarum Graevii. Hubertus item Goltzius in thesauro rei antiquariae p. 152 sqq. Bandurius in numos Galieni

¹⁰ Diversam ab hoc est eiusdem Patricii opus, quod itidem lucem vidit Italice Romae 1594. fol. atque inscribitur: *Paralleli militari, ne quali si fa paragone delle milizie antiche in tutti le parti loro con le moderne*. Sigillatim de militia veter. Gallor. exstat praeclarum opus *Gabrielis Danielis*, S. I. L'Histoire de la Milice Française et des changements, qui s'y sont faits. Paris. 1721. 4. 2 Voll. et Amstelod. 1723.

Tieni tom. 1. p. 166 sqq. Claudius Salmasius de re militari Roman. cap. 6. Iustus Lipsius de militia Rom. lib. 2. dial. 5. et Guilielmus Musgravius in epistola de legionibus Romanis, inserta Transactionibus philosophicis vol. 80. pag. 28 sqq. et eiusdem Musgravius antiquitatibus Britanno-Belgicis Vol. 4. pag. 33 sqq. Iscaë Dunmunior. 1720. 8. Vniuerso exercitui praeerat *Imperator*, de quo Lipsius lib. 2. cap. 12. et Aegid. Strauchius in dissert. de Imperatore, siue, dūce exercitus R. summo. Wirteb. 1659. triplicem vero significationem huius vocabuli obseruat Ferrarius lib. 6. de acclamationibus veterum cap. 8. tomo 6. Graev. Accipitur enim vel pro Duce vel pro Victore vel pro Rege. Imperatoribus siue ducibus tribuebantur *legati*, qui singulis praeerant legionibus, vide Raphaellem Fabretum ad columnam Traiani pag. 9. Lipsium II. 11. Quemadmodum Dictatori aderat Magister equitum consulari potestate, ita singulis legionibus sub illo, quem dixi, legato erant *tribuni* militum siue singularum cohortium praefecti, quas in singulis legionibus senas fuisse obseruat Lipsius II. 9. Sub praefectis erant *ducentis*, qui ducentis militibus praeerant, vel *centuriones*, de quibus agit Scipio Maffeiū Veronae illustratae part. 1. p. 211. et quorum primus, qui aquilae praeerat vocabatur *primipilus*, vide Lipsium II. 8. Sub centurionibus erant *optiones* siue subcenturiones, *vragi* et *decuriones*, ne dicamus de *manipulariis*, qui praeerant manipulo, vel de *praefectis Castrorum*, qui locandis castris curam impendebant, vel de *quaestoribus* et praefectis aerarii bellici: aut de *praefectis Dendrophororum* et *fabrorum*, qui curam habebant caedendorum lignorum ad palos faciendos, ferramentorumque: tum de *tubicinibus*, *euocatoriibus*, *medicis*, *beneficiariis*, *corniculariis*, *tesserariis*, *circitoribus* aliisque gregariis peditibus. Confer Suidam in *εξάρχως*, Lazium lib. 4. de Rep. Romana et Fabretum ad columnam Traianam. *Exarchi* dicebantur praefecti seu ductores alicuius agminis militum, in provincia aliqua delectorum. Quae vero sub Exarcho erat multitudo, et modo maior modo minor esse poterat, numerus vocabatur. Vide Marmora Taurinensia P. 2. pag. 53. Quod ad *aciem* attinet ordinemque agminis et *castrorum* praeter ea, quae ad Polybii librum 6. notarunt Patricius ac Lipsius, videndus Henricus Sauilius, libro de militia Romana, qui ex Anglico versus latine prodiit Heidelbergae apud Commelin. A. 1601. 8. praecipue Ratbodus Hermannus Schelius ad Hyginum Gromaticum Amst. 1660. 4. et tomo 10. thesauri Graeuiani, in quo praeter Patricium occurrit etiam Petri Rami liber de militia Iulii Caesaris ex edit. Francof. 1584. 8. Guilielmi Spiceri liber anglice editus: *The plan of a Roman camp prov'd out of Polybius*. Londini 1727. et Salmasii liber postumus de militia Romanorum, ex editione Lugd. Batav. 1657. 4. Hic pla-

ibus ostendit non vnam eandemque militiae rationem sub Republica et Caesaribus, sed pro temporum varietate itidem variam, longeque diuersam obtinuisse: quo nomine et Vegetium reprehenderat Lipsius, quod sui et superioris aevi instituta misceat ac confundit, et ab ea culpa nec Liuium immunem esse docet Salmastius. Sub imperatoribus militia triplex, vna honoratissima Palatina in palatio imperatorum: secunda castrensis siue armata, et tertia cohortalis, eorum qui in officio praefectorum ac praesidum militabant. Valefius ad Sozom. V. 4. De acie apud Graecos videnda Aeneae et Aeliani tactica virorum doctorem notis illustrata. De *πορφερα* praecedente exercitum, Raynaudus tomo 8. Opp. pag. 376.

VIII. De Elephantorum et Camelorum vsu in bello videatur Hermanus Hugo lib. 1. de militia equestri cap. 5. Georg. Christoph. Petri ab Hartenfels in elephantographia. cap. 3. Erford. 1715. 4. Io. Harduinus ad Plinii lib. 8. cap. 7. 8. et 18. Dau. Lanmeri dissert. de elephantis et eorum ad bellum apparatu. Aboae 1709. 8. et Gisb. Cuperus exercitationibus duabus de elephantis in numis, tom. 3. thesauri Sallengriani. De canum vsu in bello vide Plinium VIII. 40. et ibi Harduinum. De machinis bellicis consulenda Arhenaei Mechanici, Apollodori, Philonis, Bitonis, Heronisque scripta graece et latine iunctim edita: tum Stewechius ad Vegetium, Felix Ofius in Graeuii thesauro antiquitatum Italiae tom. 3. pag. 1083-1093. Anonymus ad Theophanem p. 434. et Rigaltius ad Onofandrum pag. 69 sqq. De catapulta Ludov. Malfardus in Museo parte 1. lib. 3. cap. ultimo. De petrarria siue ballista lapides vegrandes iacente Frider. Litsdenbrogius p. 357 ad Paulum Warnefridum. De ariete Turnebus Aduersar. XXII. 21 sq. Montfauconus tom. 4. supplem. pag. 33 sq. Gorionides V. 15. et Ciacconius ad columnam Traiani n. 150. et de carobalista n. 171. De ariete Heilbrunnensi 80 fere pedum longitudine, sylloge epistolarum Burmanniana tom. 2. p. 192. De Agrippae harpagine Appianus 5 civil. fol. 739. aduersus illud armorum genus postea institutum *δεξπασον δόρασι περιθλοθαι*. idem. De helopoli Grotius ad 1 Macc. XIII. 43, 44. et Ammianus lib. 23. cap. 5. De aggeribus Ezech. Spanhemius ad Iuliani orat. 1. pag. 190 sq. et Anton. Thyfius de oppugnac. vrbium p. 169. De vallis murisque limitum memorabilibus (*Landwehr*) Ioan. Andr. Doederlein in antiquitatibus Romanis Nordgauiensibus. Weissenburg. 1731. 4. De turribus oppugnationi vrbium admoueri solitis praeter Vegetium lib. 4. cap. 17. Caesarem de B. G. 2, 30. Liuium 21, 1. Ammianum Marcellinum 20, 11. Cangius glossar. in *belfredus* et *tristega*, et Barthius pag. 362. ad Guilielm. Britonem. De turribus mobilibus, quae
rotis

rotis feruntur, Vitruuius X. 19. pag. 231. ex Athenaeo de machinis fol. 4. adde Heronem iunior. de machinis bellicis c. 13. De oppugnatione vrbiū et castellorum post veteres Philonem, Athenaeum etc. ex instituto agit Lipsius in poliorceticis et Petrus Ramus de militia Iulii Caesaris parte 3. tomo 10. antiquitat. Romanarum p. 1587 sq. qui de propugnatione vrbiū et munitamentorum aduersus hostes agit pag. 1596 sq. De obsidione maritimarum vrbiū nauali vide Schefferum de militia nauali cap. 7. De castris, praefidiis, metaturis, excubiis, vigiliis, stationibus, circuitione, praeter Patricium et Robortellum, et Henr. Sauium adeundus liber 5. Lipsii de militia Romanorum. Nec parum ad totam illam rem intelligendam conferent icones, quae occurrunt tomo 10. antiquit. Rom. pag. 905 et 927. quo in tomo Hygini quoque Gromaticae occurrunt, cum luculentis commentariis Radbodi Hermanni Schelii, qui et praeterea egit de sacramentis militum, de custodia castrorum, de stipendio militari, frumento, veste et victu militum, tributo atque acrio, denique de itinere et telis legionum. Castrametationem primus Romanos docuit Pyrrhus, vt norat Plutarchus in Hannibale. De vigiliis militum Rom. confer Laur. Arrhenii dissertationem. Vpsal. 1726. 4. De vario hastae apud veteres vsu vide Ioannis Alstorpii librum postumum de hastis veterum. Amstelod. 1757. 4. Ioan Gideonis Gellii obseruationem in tomo 9. Misc. Lips. p. 25 sqq. et de iure hastarum Ioan. Nic. Funccii dissert. tomo 2. symbol. litter. Bremens. pag. 193 sqq. Descriptionem poeticam hastae, ensis, cassidis a Marco Alexandro Bodio deprehendes tom. 1. deliciar. poetar. Scotorum, pag. 202 sqq. De armis aereis vide Angeli Mariae Ricciæ dissert. Homeric. Vol. 1. pag. 157. Florentiae 1740. 4. De Francorum veterum gladio cum balteo, securi et framea differit Chiflerius anastaf. Childerici cap. 14. pag. 196 sqq. vbi etiam de similibus armis Romanorum ex columna Traiani. De armis veterum Britannorum vide Thom. Hearne N. 393. Transaction. philosophic. et Beniam. Motte tom. 2. pag. 70 sqq. De praeparatione ad proelia ipsaque pugna victoria et clade vide praeter Lipsium aliosque, qui de militia scripserunt, Dilherrum disputat. acad. tom. 1. disp. 19. De modo pugnandi ex curru differit etiam Cluuerius pag. 305. Germaniae antiquae. Curruum falcatorum siue *currodrepanorum* ¹¹ (*δρεπανηφόρα τὸ δρεπανον* vocat Suidas) rationem praeter Schefferum libro de re vebiculari veterum, Stewechium ad Vegetium 3, 34. Henr. Snakenborgium ad Curtium lib. 4. cap. 9. Raderum ad eundem lib. 4. cap. 22. et Hugonem de militia equestri lib. 1. cap. 6. rectius et felicius explicauit Iac. Perizonius V. C. in Curtio aduersus Io. Clericum vindicatio pag. 163 sq. Vide et Interpretes

Bb 3

ad

¹¹ De falcatis nauibus siue falcibus danium vide Stephanium pag. 88 sq. ad Saxonem Grammaticum.

ad Iudic. I. 19. et IV. Bonifacium XVII. 4. hist. ludicrae, Briffonium de regno Pers. III. p. 384 sq. et Guidonem Pancirollum in appendice de rebus bellicis, quam libro de magistratibus municipalibus ad calcem Notitiae dignitatum vtriusque imperii a se illustratae subiunxit. Ἀρματός ἄρματαφοροῦ quoque mentio est apud Heliodorum IX. pag. 430. vbi Bourdelotius annotat, multa de curribus falcatis tradidisse Durerum ex antiquis. De curruum vsu in bellis vide Frider. Adolph. Lampium in exercitationibus ad Psalm. XLV. pag. 179 sqq. De curribus bellicis in oriente vsitatis consule dissertationem Christoph. Schultzii, praeside Ioan. Christoph. Wichmannshausen, habitam Witteb. 1722. Eiusdem Schultzii dissert. de ciuitatibus curruum, siue curribus et equis disponendis a Salomone destinatis 2 Paral. IX. 25. ibid. eodem, et Ioan. Dav. Michaelis praelectionem de hoc argumento recitatam in Regia scientiar. societate Goettingensi, quae recensetur in Nouis litterariis Goettingensibus A. 1759. pag. 913. Cuniculos deprehendendi rationem per sonum aerei scuti a fabro quodam aerario inuentam exponit Herodotus lib. IV. 200. De muricibus ferreis siue tribulis quos fugientes spargere solebant, vt hostium infrequentium pedes laederent vide Menagium Origg. Gall. in *chauffe trape*, et de cuniculis in *Mine*. Stili coeci aliis tribuli siue murices ferrei (Fußängel) ante castra confiti memorantur a Caesare lib. 7. de bello Gallico cap. 73. Hirtio bell. Afr. cap. 31. Confer Rupertum ad Valerium Maximum p. 248. Tentoria fuerunt vel ex pellibus; confer C. S. Schurffschii dissert. de Paulo σκηνοποιῶ ad Actor. XVIII. 3. Witteb. 1674. et Aringum p. 248. Romae subterraneae; vel ex ciliciis, vt Arabes scenitae, de quibus Plinius VI. 28. De armatura et apparatu hodiernae militiae exstat dissertatio Ioan. Christi. Leonhardi, Lips. 1711. De Strategematis Polyenus e Graecis et e Latinis Frontinus.

IX. Moses manum attollens Exodi XVII. 18. vexillum erexisse dicitur a Ioan. Gothofr. Lakemachero observ. philolog. parte IV. 1. Ceterum de vexillis Hebraeorum consulantur Goodwinus in Mose et Aarone lib. 6. c. 8. et ad eundem Carpzovius p. 667 sq. et quos ille allegat, Arnoldus Boothius animaduersion. sacr. lib. 1. cap. 5 sqq. et Wilh. Ern. Ewaldus Emblem. sacr. lib. 1. exercit. 3. pag. 25 sqq. tum Bochartus Hieroz. P. 1. lib. 3. cap. 5. Fesselius aduersar. sacr. tom. 1. lib. 5. cap. 7. §. 15. et Vrsinus analect. sacr. P. 1. pag. 84. et Henr. Jac. a Bashuyfen de vexillo Christi inter gentes erecto. Seruetae 1717. De Graecorum signis et vexillis vide Pfeifferum A. Gr. lib. 3. cap. 25. Apud Romanos Romulus primum manipulo foeni vsus est loco vexilli, vnde milites eiusdem signi manipulares dicti sunt, vt praeter

Qui-

Ouidium 3. Pastor. docet Aurelius Victor de origine gentis Rom. cap. 22. Legionis signum deinde Romanis fuit *aquila*¹², de qua Adr. Iunius III. 2. animaduert. Harduinus ad Plin. X. 4. tom. 2. pag. 394. ed. in forma quadripartita, vbi etiam de *lupis*, *minotauris*, *equis aprisque*. Eberh. Rud. Rothius in exercitatione historica de antiquissimo et adhuc durante Romanorum signo aquila. Ienae 1669. 4. et Guil. Musgravius¹³ in dissertatione inserta vol. 28. transactionum philosophic. pag. 145 sqq. et apud Beniam. Motte tom. 2. 2. p. 25 sqq. in qua aquilas Romanorum non aureas nec argenteas, sed ingenti conspicuas mole inauratas aut argentatas fuisse disputat. Aquila fulmini insistentem cum oraculo in rostro conspicitur apud Montfauconium tom. 2. supplement. tab. XXI. De S. R. I. aquila bicipite confer praeter laudatum Rothium Frider. Christ. Rami aquilarum imperii bigam. Lemgouiae 1716. 4. Ioan. Petri de Ludewig obseruat. de Brandenburgica aquila bicipite, imperialis auctore et origine, tom. 7. eius Reliquiar. manuscriptor. n. 6. Gottl. Sam. Treueri dissert. Ludewigio oppositam de vera aquilae imperii Romano germanici origine. Helmst. 1726. recus. Goettingae 1753, et Ern. Io. Frid. Manzelii diss. de aquila S. R. G. I. bicipite. Rostoch. 1724. Cohortis manipulorum *vexillum*¹⁴ vel *signum*, equitum *dracones*, Sidonio *angues textiles*, conf. Lazium lib. 7. de Rep. Romana, Woweranum ad Sidonium p. 487. Henr. Speelmanni aspilogram pag. 14 sqq. Lipsium lib. 4. de re militari Romanorum, cap. 3. 5. 9. vbi multa de signorum cultu, forma, religione; vide et Dausquii notas ad Silium p. 248 sq. et 291. et eundem Lipsium in libris de cruce, vbi praecipue de *labaro* cruciformi, quod Constantinus M. instituit, Hugonem lib. 2. de militia equestri cap. 4. Mich. Ang. Causeum (de la Chauffe) Parisiensem de signis militaribus, cuius diatriba habetur tom. 10. antiquit. Roman. p. 1528. De labaro, quod aliis etiam gentibus, et Romanis ante Constantinum Imperatoribus vsitatum fuisse obseruat Harduinus p. 378. de numis vrbium agit etiam Gretserus tom. 1. de cruce lib. 2. Octavius Ferrarius lib. 1. cap. 2. elector. et de signis cohortium cap. 4. Dictum labarum a labore quod laboribus exsoluat, *καμάτων λυτήριον*, si fides Nazianzeno Orat. III. p. 75. vbi elegans vexillorum Romanorum descriptio quae ἢ *δισόντε ὀμῆ καὶ φρικτὸν θέαμα* ipsi appellantur. Recentior aetas *βάνδον* dixit. Vide Cangii glossar. hac voce. De vexillariis militibus diximus supra p. 821 et

¹² Aquila aurea peltae insidens signum regale Persis, quo Cyrus vsus est teste Xenophonte lib. 7. exped. Cyri. Briffon. III. p. 426.

¹³ Memoriae Treuoltinae 1714. p. 2181. Acta Eruditor. 1727. p. 255.

¹⁴ De cantabro, quod a vexillo, vt species a genere, diuersum fuit, vide scriptores a Io. Ern. Imman. Walchio ad Cellarii compend. A. R. p. 293. not. i) citatos.

et de draconariis p. 815. Gregorius quoque Michaelis in notis ad Gaffarelli curiositates inauditas fingulare syntagma de veterum vexillis promisit sed quod hactenus editum non est. Vide interim Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro IV. 2. Theodorum Hoepingium de armorum et insignium iure cap. 17. pag. 833 sq. Ioan. Michaellem Weinrichium. diff. de vexillis et vexilliferis, Erfurt. 1710. 4. Benetoni de Perrin dissert. de signis militariibus, in primis Gallorum, insertam Mercurio gallico A. 1735. p. 261 et 1050. et Stephani Claudii Benetoni commentat. de signis militaribus praecipuarum gentium praesertim Gallorum. Paris. 1742. 8. Ex aetario, quod erat in templo Saturni, post bellum indictum vexilla petebant quaestores. Vide Liuuium III. 69. et ibi notam H. Valesii, vbi et signa veterum Gallorum Insu-
brum, et labarum siue ¹⁵ auriflammum Francorum in templo seruatum docet. De vexillis Regum Francia vide Io. Iac. Chiffetium in Opp. historicis p. 231 sqq. et Cangium in *auriflamma*, *Cornettus*. De auspicio ex acuminibus, quibus aquilae et signa terrae infgebantur, vide Geuartium lib. 1. Electorum cap. 2. et Pierii Hieroglyphic. XLII. cap. 88. Vexillorum varias figuras ex antiquis sigillis exhibet Io. Mich. Heineccius libro de sigillis p. 299. cui adde p. 129. et Henr. Speelmannus in aspilogia p. 15 sqq. Picta vexilla draconum, Iuretus fol. 900. ad lib. 4. Paullini de vita S. Martini tom. 8. Bibl. Patrum, Dacorum vexillum, labarum et draco. Columna Traiana n. 134. 137. 193. 199. De standaro siue carrocio ¹⁶ quo pro vexillo vsi sunt sequioribus temporibus Mediolanenses et alii Italiae populi vide Cangii glos-
sar. et Tenzelii Bibl. curios. tom. 1. pag. 669. qui imaginem quoque eius in aes incisam exhibet e Graeuii thesauro antiquitatum Italiae tomo 3. Adde si placet Petrum Lambecium. in notis ad Baptistae Platinae historiam Mantua-
nam pag. 485 sq. tom. 4. thesauri Italiae parte 2. p. 30. vbi aere descriptum videre licet carrocium Cremonense cum campana, et aliud Patauinum, vtrum-
que diuersum ab eo quod Tenzelius exhibet. Patauinum etiam exstat in Francisci Scoti itinerario Italiae italice edito. Patauii 1669. 8. post pag. 28. De Cremonensi conferatur praeter iam laudatum Lambecium Giornale di Roma A. 1669. pag. 95. ex Macrorum Hierolexico, Felix Ofius ad Alberti Mussati librum 8. histor. Henrici VII. Caesaris p. cxi. tom. 6. parte 2. thesauri Italiae, Muratorii scriptores rerum Italicarum tom. 9. p. 759. vbi icon dupli-
cis Carrocii, et p. 795 sq. vbi Parmenses et Cremonenses sollempni sibi ritu
red-

¹⁵ De *auriflamma* videre iuabit Cangli dissert. ad Ioinuillam.

¹⁶ *Standarum* vocatur apud Martene tom. 3. anecdot. pag. 391. Meibonium tom. 1. p. 420. *Carrocium* siue *Carrosium* idem vocabulam, quo nos Germanivtimur *Rarretse*, perinde vt carrus siue quarrus dicitur a quatuor rotis, quibus impositus vehitur.

reddentes Carrocia et pag. 1212. vbi descriptio Carroci Patavini. Porro de Carroccio consule Vlrici Obrecht academicam dissertat. 5. quae est de vexillo imperii. Pagium ad annum Christi 1162. n. 27. Ethelredum de bello Standardii tom. 1. decem scriptorum Angl. p. 339. Leibnitium tom. 3. num. 32. Philippi Bonanni Gabinetto harmonico, et Viri Consultissimi, Francisci von Som, Hamburgensis Reip. Archiuarii longe meritissimi, dissert. de Carroccio, praefide V. C. Eucharico Gottlieb Ringk habitam Altdorf. 1711. Pannoniorum vexillum σημαία μετέωρος, ἐπὶ τινος ἠνεμομένη πωχέως καὶ ὑψιτενῆς ἢ τετρασίον ὑπὸ τροχοῖς ἐλκομένη βοῶν ζευγμασιν. Nicetas in Manuele Comneno V. 3. qui et τῆς τοῦ Διονυσίου σημαίας διαγραμμα memorat. De imaginibus sacris et reliquiis in bello circumferri solitis vide Cangium ad Villeharduinum pag. 311. qui etiam de carroccio et vexillo imperiali pag. 309. 310. De Indorum et aliorum populorum signis Martinus de Roa part. 2. singularium S. Scripturae. De armis militum plura capite proximo, vbi de vestibus omnis generis. De stigmatibus siue notis militaribus agit praeter Grotium et Lydium supra p. 753. laudatos Lipsius lib. 1. cap. ultimo. Nox diuisa est in quadrantes siue trihoria vigiliarum, quae cornicine aut tubicine distinguebantur. Vide Scaligeri lectiones Aufonianas lib. 1. cap. 17. Drusii observ. sacr. X. 10. Lightfoorum aliosque interpretes ad Match. XIV. 25. Marci VI. 48. Luc. XII. 38. Strauchii breuiar. chronol. pag. 45 sq. Guisium et Surenhusium ad codicem Talmudic. Berachot cap. 1. Neocorum bibl. nov. libror. A. 1698. pag. 850 sq. Pfeiferi dec. 1. antiq. sacr. thesi 8. Wolfium Bibl. Hebr. tom. 3. pag. 205. Similiter diem quoque in quatuor custodiarum trihoria diuisum esse notat Possinus ad Pachymerem tom. 1. pag. 428.

X. De triumphis veterum Romanorum ita egit Ioan. Barthol. Marlianus Rom. 1549. Vener. 1555. 4. vt Romanorum triumphos ordine chronologico recenseret, quod fecit etiam Tho. Lydiatus in serie summorum magistratum et triumphorum Romanorum, vt velut notiores Onuphrium ad librum f. Fastorum, Sigonium et Pighium, Goltziumque in fastis ornittamus. Onuphrii quoque de triumpho commentarius recusus est Helmst. cum notis Ioan. Hen. Maderi 1675. 4. Eiusdem Onuphrii descriptio triumphi Romanorum amplissimi ex lapidum monumentis inserta est tomo 9. thesauri antiquitatum Romanarum Graeuiani. Iulius quoque Caesar Bulengerus in tomo 2. variorum opusculorum librum singularem de spoliis bellicis, tropaeis, arcibus triumphalibus et pompa triumphi exhibet, qui tomo 11. antiq. Graecarum Gronouii recusus est. Illo in volumine leges etiam librum primum tom. 16 Pandectarum triumphalium Francisci Modii, in quo de triumphis et ouatione

veterum, maxime Romanorum agendum suscepit et capite 26. exhibet fastos triumphales ab V. C. vsque ad A. DCCLXIV. atque cap. 27 sq. differit de arcubus, columnis, obeliscis et pyramidibus triumphalibus. Quemadmodum libro 2. agit de triumphis et torneamentis hastiludiisque equestribus recentiorum. Francof. 1586. fol. Videndi praeterea *Alexander ab Alexandro* lib. 1. cap. 22. qui cap. 27. differit et de litteris et fascibus laureatis, nauibus laureatis et vittatis: *Guid. Pancirollus* in deperditis titulo 57. et ibi *Henr. Salmuthus*: *Io. Nicolai* liber de triumpho editus Erf. 1697. 12. *Martini de Guichardo* noctes Grantzouianae de antiquis triumphorum spectaculis. Amstel. 1661. 8. *Mich. Marollefi* dissertat. de triumphis Romanis quae subiecta est eius gallicae versionis prosariae librorum Ouidii de Ponto, Paris. 1661. 8. pag. 480-492. *Benedictus Auernanus* dissert. XXIV - XXIX. in *Liuium*, tom. 2. Oper. Florentiae 1716. fol. *Nicol. Cheualierius* in libro gallico: *Remarques sur la piece antique de bronze trouvé à Rome*. Amstelod. 1694. 8. p. 65 sqq. *Velalium Mobachius* in dissertationibus de triumpho Romanorum. Alcumar. 1681. 8. et dissertationes *Ioan. Ern. Gebhardi*. Witteb. 1648. *Io. Christfr. Sagittarii*. Ienae. 1649. et in eius otio Ienensi pag. 400. *Io. Dav. Drabitii*. Lipsiae 1667. *Io. Henr. Arstenii*. Erford. 1685. *Christi. Fuchsi*. Witteb. 1692. *Ioan. Dav. Schieferdeckeri*. Lips. 1695 et 97. *Ioan. Conr. Ruperti*. Ienae 1702. *Laur. Arrhenii*. Vpsal. 1729. 8. et *Christi. Brunings*, adiecta eius compendio antiquitat. graecar. edit. repetitae Francof. ad Moen. 1745. 8. Solis consulibus et praetoribus fas fuit triumphare. Deinde etiam Pompeio bis concessum necdum senatori. vid. *Plutarchus* in *Pompeio* p. 625 sq. 630. D. Triumphus etiam legatis concessus est ex sententia eius, qui tenebat provinciam. Vide *Dionem* p. 382. (558. R.) *Cornelius Balbus* vnus omnium non Romanus, sed Gadibus natus, triumphauit. vide *Plinium* V. 1. tom. 1. p. 544 sq. Quum Caesares rerum potiti essent, sibi solis insignem triumphum honorem tribuendum esse censentes ducibus post partam victoriam insignia tantum vel ornamenta triumphalia concesserunt, vide *Suetonium* in *Augusto* cap. 38. *Tacitum* *Annal.* 1, 71. et in *Agricola* cap. 40. *Schwarzium* ad *Plinii Paneg.* p. 460 et 569. et *Zach. Richteri* commentationem. Lips. 1752. 4. Sub *Iustiniano imp. Christiano* triumphauit *Belisarius*. De triumpho *Henrici I. imperatoris* vide *Goldastum* pag. 169 sq. ad *Eginhartum*. Imaginem triumphum Romani in aes incisam exhibent *Pitiscus* in *Suetonii Caesarem* c. 37. *Begerus* ad *Flori* lib. 2. cap. 12. et *Iacobus Lydius* de re militari Hebraeorum pag. 213. Triumphanti corona propter nimium pondus sustinebatur a tergo (non a carnifices vt ex loco *Plinii* male intellecto *Lidorus*) sed a seruo

publico. Vide Ferrarium lib. 1. Elect. cap. 11. et Isaac. Casaubonum ad Suetonium p. 281. ed. Graeuii. De albis equis quibus Camilli exemplo in triumphis vsi sunt Romani, Rupertum ad Florum pag. 110 sq. Camillum ideo in exilium missum esse legas apud Dionem LII. p. 472. (869. R.) De curru triumphali vide Henr. Norisii dissert. de numo Diocletiano cap. 5 et 6. tom. 1. thes. Sallengriani pag. 413 sq. et Sigeb. Haucercampum notis ad Tertulliani apologeticum cap. 33. p. 288. De licentia dictis et salibus perstringendi triumphantes, quae concessa erat militibus vide Natalii dissertat. in ephemeridibus eruditis (Journal des Savans) A. 1725. mense Octobr. p. 400 sqq. tom. 2. histor. acad. inscriptionum pag. 136. et tom. 1. operum Natalii iunctim editorum Paris. 1738. 12. pag. 145. Triumpho minus sollemnis erat *ouatio*, quanquam hanc quoque de sollemni triumpho quandoque vsurpatam obseruat Georg. Henr. Vrsinus in observ. Philolog. cap. 9. vbi plura de ouatione et eius etymo non protrita leges. De *spoliis opimis* Ioui Feretrio dicatis disputat Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 14. et Iac. Perizonius in observ. historicis, qui ex Livio aliisque notant illa proprie dicta fuisse opima spolia, quae imperator per se ab imperatore, rex a rege, dux a duce retulisset. De *tropaeis* Schacchus-Myrothecio tertio cap. 23. Ioan. Franc. Madrisus in praelectione de tropaeis, quae existat tom. 3. collectionis opusculor. scientificor. et philologicor. pag. 318 sqq. Io. Frid. Hekelius in dissert. de tropaeis veterum. Rudolphopoli 1687. Adriani Deodati Stegeri dissert. de antiquissimis tropaeis P. R. Lipsiae 1738. et Petri Ekermanni dissertatio de tropaeis. Vpsal. 1743. Tropaea lignea posita *ἵνα ταχέως ἀφαινεύηται: τὰ τῆς ἐχθρῆς ὑπομνήματα, ut inimicitarum documenta brevis tempore abolerentur*. Diodor. Sicul. XIII. p. 154. Sacrosancta fuerunt et violanda a nemine, vide Fabricium ad Dionem p. 333. Sed tempore corrupta non reparare fas, vt notat Plutarchus quaest. Rom. 37. De *arcubus triumphalibus* agit Nicol. Bergierius lib. 2. de publicis viis imperii Romani cap. 40. Henr. Norisius Cenotaph. Pisan. dissert. 3. pag. 413. Ioan. Bapt. Casalius de vrbis ac imperii R. splendore parte 2. cap. 1. et Lebrechtus Petrus Ploëetneus in commentatione de arcubus triumphalibus. Lips. 1750. 8. Cuiusmodi arcus in I. Caesaris honorem excitati rudera etiamnum conspiciuntur Rhemis, conf. Ephemerides Parisiens. A. 1678. p. 283. Alius Arausione, constructus olim in memoriam victoriae Marii et Catuli de Cimbris, quem omnes Romae exstantes magnitudine et praestantia vincere testatur Sponius in itineralio tomo 1. pag. 3. Romanos aere descriptos habes tomo 3. Graeuii. De triumphali porta videatur Aringhus lib. 2. cap. 3. De *supplicationibus* ob victorias decretis agit Fulvius Vrsinus pag. 88. ad Caesarem, post fragmenta veter.

Historicorum. Quos bello ceperant Romani licet omnes in seruitutem redigerent, tamen cum omnibus non eodem modo actum est. Qui sponte concesserant victoribus, ponentes arma vocatique *deditissimi*, specie aliqua libertatis utebantur, quin tamen obeundum consequi possent munus aut officium, cui quid honoris annexum videretur. Bello domiti et vocati *mancipes*, quasi manu capti, seruituti-obnoxii detinebantur. Qui vero semel victi et libertate donati a dominorum imperio deficiebant, poena criminis multabantur, bestiis expositi, aut ad amphitheatri certamina destinati, deinde sub Christianis Imperatoribus ad triremes, et ad remigibus inservicendum. Per triumphum etiam vario discrimine ducebantur. Qui nobili genere orti, veluti Principes, Magistratus, vehentur plaustris, sed praepostere, et tergo inuerso, si quando ex ignominia cum iis agendum videbatur: ceteri affectabantur pedibus; rebellesque post tergum manus vinctas habebant: inermes omnes. Vide Acta Eruditorum A. 1759. pag. 90 sq.

XL De stipendio militari quod per 350 fere annos nullum fuit Romanis, iam supra dictum est, cap. 16. sectione 5. pag. 776. quemadmodum de poenis quoque cap. 15. sectione 15. p. 758. Sub imperatoribus non annenam modo et arma de publico milites accipiebant, sed vestes quoque. Vide Lindebrogium et Valesium ad Appiani XXI. 6. *Largitas Valentianis Augusti* in disco argenteo Geneuae reperto illustrata dissertatione D. Abruziti apud Montfauconum tom. 6. supplementi tab. XXVIII. p. 51 sqq. Qui ab hoste sub iugum mitti se permisissent, non iterum a Romanis statim admissi ad militiam, sed procul a patria, procul ab oppidis iussi hibernare. Vide Liuium XXVI. 1. qui de ritu illo ignominioso videndus III. 28. De militari- bus donis Alexander ab Alexandro IV. 18. et ibi Tiraquellus. Praemia et dona militaria, *τιμαί, δωρεαί, κέρμια* fuerunt torques, armillae, corollae cum laminis aureis, annuli etc. vide Rigaltium p. 61 sqq. ad Onofandrum. De diaeta atque victu militari veterum, coenis victorialibus, triumphalibus, donatiuis, congiariis Stuckius I. 21. Antiqu. Coniual. De vacatione a militia, praecleara quaedam obseruat Lipsius lib. 1. de milit. cap. 4. et ad lib. 1. Annal. Taciti pag. 36 sq. vbi docet missionem militum aliam *honestam* fuisse post 20 annorum stipendium si pedites, post 10 annorum si equites, post 25 si nautae fuissent, quales exauctorati dicebantur *veterani*. Aliam missionem *caussariam* ob vitium, defectum, morbum: aliam *gratiosam* per gratiam et ambitum, aliam denique *ignominiosam* ob delictum et crimen. Confer eundem Lipsium I. 5. de milit. Romana cap. 19. et de missiis militibus sigillatim Sponii Miscellanea. p. 239 sqq. De decimatione, vicefimatione, centesima-

definatione militum vide notas ad Appianum pag. 750. edit. Blaucardi. De vacationis petitione coram censoribus, insignis locus Plutarchi Pompeio p. 630. De *ταλαπειρίας*, ad militiam ineptis vide Casaubonum ad Aeneae c. 10. p. 1730. De militibus emeritis et de valerudinariis in gratiam sauciorum vel emeritorum militum conditis confer Io. Pet. de Ludewig *Redyt der Javalidenhdufer*. Frfti et Lipsi. 1707. 8. et in eius opusc. tom. 2. p. 254 sqq. De Augusta emerita, quam Augustus, quum emeritos milites dimitteret, condidit consulantur Scriptores a Fabricio ad Dionem p. 720. excitati. De horreis conditis vide Salmasium ad Spartiani Hadrianum fol. 26. De campestribus meditationibus siue exercitiis, *γυμνασις*, *μαλέτας* differit Ezech. Spanhemius ad orat. 1. Iuliani p. 107 sqq. Lindebrogius ad Ammiani XX. 4. Gutherius de iure manium l. 2. cap. 3. et Stewechius ad Vegetii II. 14. De apparatu et armatura militiae hodiernae, commendanda tironibus I. Christ. Leonhardi diss. Lipsi. 1711. in qua ordines et nomina officiorum aliaque germanice et latine exponuntur. Bello affinia *duella*, quae susceperunt quidam tanto pereundi vel occidendi furore vt illa initari areas quadratas lapidibus signarent quas exire nisi victo non licebat. Vide Stephanium pag. 106. ad Saxonem Grammaticum. Belli in compendium missi et duorum vel paucorum dimicationis euentu decisi exempla collegit Rupertus ad Florum p. 87 sq. Quum apud veteres praeparatio quaedam ad militiam, et rei bellicae quasi imago et pars quaedam esset venatio, pauca quaedam de eadem subiungenda duximus. Ex antiquis de ea commentati sunt Xenophon, Arrianus et Oppianus. E recentioribus conferantur Natalis Comitis de ludis agrestibus, praecipue vero de venatione libri 4. accuratius recusi Londini 1726. I. B. Crophius antiqu. Maced. lib. 2. cap. 3. Tomasius de donariis veterum c. 31. et Feithius in antiquitatibus Homericis, recusi tom. 6. thesauri Gronov. pag. 3711. Frider. Vlr. Sciffer in *der Forst- und Jagdhistorie der Deutschen*, edita Ienae 1737. 8. et auctius cum praefat. Heine. Gottlieb Frankii recusa Lipsiae 1754. 8. et Beneron de Perrin in elogio historico venationis, Parisiis 1734. 12. gallice edito. De venatione circi consulendus Bulengeri liber de circo R. recusi tom. 9. thesauri Graeviani pag. 577. De venatione per aves rapaces Aristoteli, Plinio, Martiali, Aeliano, Firmico memorata vide Lil. Gyraldum dialogismo sexto tom. 2. thesauri critici Gruteriani p. 397 sq. Thomam Brown in Miscellaneis. Auctores rei accipitrariae, de quibus dixi lib. 1. Bibl. graecae cap. 25. et Ioan. Phil. Burggrauum p. 236. ad Conringium de corporum Germanor. habitus causis. Intermittam in Italia restituisse Rainaldum, Esteensem, quum Fridericus Aenobarba magnam falconum copiam in Italiam intulerat, eaque res, vt nouitate sua placentes

solent, postea admodum increbuit, ex Friderici II. de hac arte libello patet, quem Manfredus rex Siciliae auxisse dicitur. Vide Burmanni praefationem ad tom. 7. antiq. Italiae pag. 6. In oriente venationi etiam virgines indulgisse ostendit Zornius Bibl. antiquarioexeg. p. 668. De origine iuris venandi confer Io. Guil. Goebelii disputationem Helmstad. 1717. editam, quae variis accessionibus aucta, et cum Henr. Gottlieb Frankii disquisit. proemiali de poenis in ferarum fures et vniuersi apparatus venatorii per veteres Germanor. leges statutis recusa est Helmstad. 1740. 4. Huius diatribae pars altera euulgata est ibid. 1743. 4. In hisce diatribis idem Goebelius agit de aucupio, de quo etiam conferantur Bulengerus lib. cit. Bochartus Hierozoic. P. 1. pag. 17. et P. 2. pag. 270 sqq. Vossius de idololatria lib. 3. cap. 97. Salmuthus ad Pancirollum P. 2. Tit. 23. Cyprianus histor. animal. p. 842. 1079. 1111. 1182. et Mercurialis artis gymn. lib. 3. fin. De aucupibus veter. videantur Pignorius et Popma de feruis.

XII. In Graecia durantibus ludis Olympicis erat sollemnis *ἐπιχειρησις* siue induciarum obseruatio teste Plutarcho in Lycurgo, ad quem notat in animaduersionibus ad gallicam suam versionem pag. 270. Clariss. Dacérius, de quo merito erubescere debent Christiani, nullum apud hos esse festum tam sanctum, vt illo a bello conquiescant. Apud Indos agricolae et agri in bello *τεροι* et *δουλοι* teste Diodoro Siculo lib. 2. et Arriano in Indicis pag. 131. Confer Christoph. Arnoldum ad Valerii Catonis diras pag. 123. Similiter ducem bellicum monet Onofander cap. 6. pag. 27. vt mercatoribus liber constet commeatus plenaque securitas. Ita et Xenophon quarto Cyropaediae, cuius verba adduxit Rigaltius in notis pag. 30. Quae de induciis in antiquitate occurrunt, non intacta reliquit Schurzschleichius in dissertat. de induciis, quae inter iunctim editas quadragesima est. Iudaei legibus Romanis immunes sunt a militia; quod negarent, se salua religione sua eam sequi posse. Vide quae viri docti disputant ad Iosephum XVIII. 4. pag. 879. edit. Amstelod. E Christianis olim quidem non Manichaei modo, quos oppugnat Augustinus XXII. 74. contra Faustum; et recentiori aetate hac in parte sequuntur Anabaptistae, Sociniani, Weigoliani, Quackeri etc. sed et alij Christiani multi priuati, praecipue e sacro ordine, a bello profus abhorruere; et cum Origine contra Celsum p. 349. et Lactantio VI. 19. *neque militare iusto licere* duxerunt, neque suppliciis capitalibus animaduertere in noxios. Vide Benedictinorum notas ad S. Ambrosium tomo 2. p. 46. Westenium ad Originem contra Marcionitas p. 27 sq. Zwickeri Irenicum Irenicorum p. 130 sq. et Sig. Jac. Baumgarteni examen sententiae veter. Christianorum de militia.

Halae 1747. 4. Poenitentiae etiam subiecti sunt milites in concilio Tribu-
 rientiensi, Remensi et Frosleiano A. C. 827. 923 et 909. tom. 9. concilior. edit.
 Labbeanae pag. 458. 581 et 527. et in Poenitentiali Romano lib. 1. cap. 20.
 Clericis militia prohibita fuit. Vide Thomassinum tom. 1. pag. 2. lib. 4.
 cap. 12. p. 412 sqq. sed vide de militia Clericorum eundem part. 3. tom. 2.
 p. 389 sqq. et tom. 3. p. 91 sqq. 608 sqq. et 624. Sed nulla vnquam gens
 (licet talem fingat personatus Iacobus Massé in itineribus pag. 220.) nullus
 vnquam fuit Christianus Princeps vel in cuius potestate esset iustum bellum
 gerere, qui bellum omne Christi praeceptis illicitum esse crederet, atque ipse
 etiam Tertullianus c. 42. apologetici ad gentes: *navigamus inquit vobiscum,
 et vobiscum militamus.* Atque licitum esse Christiano Principi sua si aliter non
 possit, bello etiam ut necessario malo tueri, vel inde constat, quod sanctissi-
 ma religio neutiquam pugnat cum naturae iure, neque ad exitium suorum
 data est, ut omitram argumenta alia quae videri possunt apud Ioan. Genesium
 Sepuluedam libris tribus de militaris disciplinae honestate, inter eius opuscu-
 la Paris. 1541. 8. Grotium prolegomenis librorum de iure belli et pacis et
 ad Matth. V. 40. et Lucae III. 14. et parte 2. Epist. 345 sq. Iac. Akingium
 tomo 1. Opp. pag. 180. Iustellum, Christianum Lupum, et Guil. Beuere-
 gium ad Canonem 12. Nicaenum. Eiusdem Lupi dissertatio extat de veteri
 disciplina militiae Christianae, in eius operibus postumis p. 227 sqq. Bruzel-
 lis 1690. 4. de qua Elias du Pin tomo 18. Bibl. scriptorum Eccles. pag. 134.
 Videndus etiam B. Christianus Kortholtus in dissert. de studio belli ac pacis,
 Kil. 1689. et Heideggerus de militia Christiana tomo 4. diss. select. 4 et 5.
 Nunquam Christiani olim vel crudelissimis oppressi persecutionibus, nec,
 licet valerent numero aut a rerum novarum auctoribus sollicitarentur, religio-
 nem suam aduersus legitimos principes ac magistratus suos bello vindicaue-
 runt. Vide Timanni Gessellii historiam ecclesiasticam p. 364. Ceterum mi-
 litiam mercenariam Christianis indignam esse non diffretur Grotius ad
 Luc. III. 14. Si ad eum, inquit, militem Ioannes venisset, quales nunc
 plerique sunt, non vni imperio additi, sed per omnem orbem terrarum
 bella aucupantes, *venalesque manus, ibi fas ubi plurima merces,* qui maiore
 ex diuerso mercede ius fasque exeunt, neque vident cur, sed quanti aut alios
 iugulent aut ipsi iugulentur, profecto non aliud illis dixisset Baptista, quam
 si salui esse vellent, relinquendum esse vitiosum genus, non iam dicam ab
 omni pietate, sed ab omni humanitate abhorrens et fere belluinum. Vtri-
 nam vero Christiani non omnes Ethnicorum iniurias tantum vel aequarent
 vel supergredierentur in bello etiam inter se, siue temere suscipiendo siue cru-
 deliter

deliter et cupide gerendo, quantum debebant per sanctissima Christi praecepta ad iustum et necessarium bellum cum horrore et tardissime accedere, et quam celerrime fieri potest, ab illo iterum resilire.

CAPVT XVIII.

De scriptoribus qui rem vestiariam veterum illustrauerunt.

Scriptores de re vestiaria Hebraeorum. 1. Graecorum et Romanorum. 2. Germanorum, Danorum etc. 3. Clericorum et Monachorum in Ecclesia Christiana. 4. De tegminibus et ornamentis capitis. 5. De coma. 6. De fuce et cosmetice, sartoribus etc. 7. De annulis. 8. De variis generibus vestium. 9. De bracciis, calcis etc. 10. Habitus Iugentium. 11. De armis et vestitu militari. 12. De insignibus et arte Heraldica. 13.

I.

De re vestiaria veterum Hebraeorum, Sacerdotum praesertim habitu agunt *Didacus del Castillo* et *Artiga* in opere de ornatu et vestibus Aaronis, ad Exod. XXVIII. Lugd. 1655. fol. vt *Io. Hieronymum Sopranum* in digressionem de re vestiaria Hebraeorum, subiuncta eius commentario de Dauide, ibid. 1643. fol. edito, quam seorsim recudendam promissit *Crispinus Weisius* in Nouis Litterariis Lipsiensibus A. 1735. p. 368. Ariam Montanum aliosque praetereamus. E Iudaeis hoc argumentum pertractarunt *R. Abraham Rophie* in Schilte Gibborim cap. 44 et 45. et *R. Asarias de Rubis* in Meor Enaim lib. 3. cap. 46 sqq. E Christianis vero praecipue diligenter operam in hoc argumento posuit *Io. Braumius*, vir Clariss. cuius praeclarum opus de vestitu Sacerdotum Hebraeorum post primam editionem anni 1680. auctius lucem adspexit Amst. 1701. 4. In hoc praeter alia lib. 1. cap. 16. egregie docet, qualis fuerit tunica inconsutilis sive contexta, cuius mentio fit in historia passionis Christi, vbi miles super ea sorte experti esse dicuntur, de qua tunica praeter interpretes ad *Joan. XIX.* et *Casaubonum* ad *Baron.* agit etiam *Io.*

¹ Qui opus de vestitu Hebraeorum *Braunil* in Hebraeis praepetori *Constantino l'Empereur* tribuunt, eos sine ratione hoc facere notat *Rev. Henricus Ludolf Benthemius* in libro de statu Ecclesiarum Scholarumque Belgicarum parte 2. p. 275 sq.

Ioan. Georg. Dorstadius in tractatu de tunica Christi inconfutiff. Rostoch. 1658. 4. et *Octavius Ferrarius* de re vestiaria et in analectis et lib. 2. elector. cap. 1. *Braunio* addendi sunt *Sheringhamus* ad tractatum Talmudicum Ioma cap. 7. pag. 86 sq. *Seldenus* lib. 2. de success. in pontificatum cap. 7. sq. et lib. 3. cap. 11. de synedrio, ubi contra *Sheringhamum* probat vestium sacerdotum extra ministerii tempus usum nullum fuisse. *Io. Pridaux* de vestita Aaronis, interpretes ad Exod. XXVIII. et Leviticam, *Io. Lightfootus* et *Samuel Lee*, quorum singulares de hoc argumento diatribae extant. *Augustinus Calmetus* ante commentarium in Ieremiam, tom. 6. pag. 28 sqq. et tom. 1. diss. 20. *Wilhelmus Goerens* histor. Mosaic. parte 4. cap. 10 et 11. *Frideric. Adolph. Lampius* exercit. in Psalm. XLV. pag. 301 sqq. et dissertationes *Benedicti Davidis Carpentii*, quam is sub Ioan. Frischmuthi praesidio habuit Ienae 1669. et quae inter fratris Io. Bened. Carpzouii disputationes academicas pag. 1537 sqq. recusa est. *Daniel. Lundii* Vpsal. 1706. 8. et *Alberti Vogetti*. Groningae 1729. ne dicamus de *Isidoro Hispalensi*, qui hanc materiam paucis attingit libro vndeagesimo originum cap. 21. sq. *Martini Maurittii* (tractatu de sortitione veterum eruditus dudum noti) vastum de re vestiaria Hebraeorum opus, ex vniuerso Talmade, Targumim, Rabbinisque antiquioribus et recentioribus congestum, et in quatuor volumina ditissimam, sed rypis nondum exscriptum, possedit Io. Henr. Maius, ut ipse testatur lib. 3. obseruat. sacrar. pag. 110 ed. sec. Copiose etiam de vestibus sacerdotalibus tum Hebraeorum tum aliarum gentium disputat *Caspar Caluoe* ritualis Ecclesiastici tomo 2. Habet etiam multa de re vestiaria generatim *Petrus Zornius* in dissert. de numo Col. aureo Theodosii II. pag. 22 sqq. De tiara Summi Pontificis *Pelletierius* disp. de erroribus pictorum, in memoriis Treuoltinis A. 1705. Septembri pag. 1614 sq. *Hermannus van de Wall*, Ecclesiastes Amstelodamensis, diss. de pileis siue tiaris Sacerdotum et Pontificum Hebraeorum, ad calcem Salomonis van Till commentarii postumi de tabernaculo sacro et Zoologiae sacrae; Dordreci 1714. 4. *Iac. Altingius* Heptade VIII. diss. tom. 5. opp. pag. 268 sqq. *Sam. Werenselius* in oratione de mitra Aaronis capiti imposta. Basil. 1709. *Ioan. Christoph. Wichmannshausen* in diss. de tiara summi sacerdotis. Witteb. 1722. *Ioan. Henr. Maius*, fil. in diss. de tiara Pontificis Hebraeorum maximi. Gissae 1728. De tiaris minorum sacerdotum extat dissertatio *Henr. Andr. Toepferi*, Witteb. 1722. De frontali P. M. confer dissertationem *Mich. Liebenanzii* de frontali Aaronis. ib. 1662. *Chr. Lud. Schlichteri* de lamina aurea P. M. eiusque mysterio. Halae 1736. *Georg. Adami Mehaeri* de frontali Aaronis. Lips. 1745. De Ephod extat dissertatio *Isaaci Pihlmanni*. Aboae 1701. De Pectorali confer eos, qui de

Vrim et Tummim commentati sunt, quos supra pag. 501. sqq. insinuimus. De balteo sacerdotali vide *Ioan. Christoph. Wichmanshausen* dissertationem. Wirzeb. 1717. et de balteo sacerdotis summi *Ioan. Andr. Clessii* dissertationes binas. ibid. 1717 et 1718. et *Wilhelmi Ernesti Ewaldi* Emblemata sacra lib. 4. pag. 501. De vestibus byssinis P. M. expiationis festo dissertationem edidit *Ioan. Oldermannus*, Helmstädi 1717. Sacerdotes, nisi quum sacra administrarent, vestibus communibus vsos fuisse, sacrasque in templo, vel in turri Antonii² asseruatas docent Brauius de vestitu sacro Hebraeorum, et Deylingius parte 3. obseruat. sacr. pag. 325. De vestibus et ornamentis Hebraeorum priuatorum *Leydeckerus* XII. 8. de Rep. Hebr. De vestibus et ornamentis regum apud Hebraeos, *Scacchus* III. Myrotheci 38-42. Albis vestibus delectatos non modo sacerdotes esse et honestas feminas, sed etiam virgines et sponas ostendit *Franc. Wochentus* in Programmate ad orationem inaugurationem Witteb. 1727. de albis Iudaeorum vestibus, et in selectis sacris parte 2. ibid. 1728. 4. De vestibus odoratis vnguentoque fragrantibus disserit *Ioan. Henr. Maius* obseruat. sacr. lib. 3. pag. 102. sqq. edit. secundae. De vestibus Hebraeorum fimbriatis, interpretes ad Num. XV. 38. *Matthaeus Hilleris* in diss. edita Tubing. 1701. *Christi. Lubecius* in dissert. de peniculamenti Hebraeorum. Lips. 1688. *Io. Frider. Cotta* in dissert. de peniculamenti Iudaeorum. Goetting. 1737. *Ioan. Henr. Maii*, fil. iura fimbriarum ex R. Mose ben Maimon descripta, latine reddita atque notis illustrata. Franc. 1710. 4. et *Georg. Eliez. Edzardus* ad Auoda Sara cap. 2. pag. 535. De arte plumaria Hebraeis nota vide *Fullerum* lib. 1. cap. 20. Misc. et *Drusum* ad difficiliora loca Exodi cap. 46. Mentio eiusdem artis etiam apud Senecam Epist. 90. non animum plumae in usum vestis conferuntur? Adde Clarissim. *Burmanni* Petronium pag. 268. *Weitzium* ad Prudentium pag. 663. *Claudianum Salmasium* in notis ad Vopiscum vit. Carini, cap. 20. tomo 1. scriptor. histor. aug. pag. 850. *Ludov. Anton. Muratorum* antiq. Italiae dissertat. 25. et *Ioan. Ern. Imm. Walchium* Vol. 4. Actior. Soc. Latin. Ieneasis pag. 76. sqq. vbi plures citantur scriptores. Plumariorum textrinas memorat Vitruuius VI. 7. De duodeuiginti vestium generibus quas Sabbato exuere et inducere licet; *Buxtorfius* pag. 203. Lexici Talmudici. De sacro et calicio, einctura, calceis apud Hebraeos; *Frid. Adolphus Lampi*, Dishmali Lippiatus, in diss. de Iesu nudo et discalceato ad Ies. XX. 2. praefide. Campegio Vitrigno, Franck 1703. De non deficientibus Israelitarum in deserto vestimentis, interpretes ad Deuter. VIII. 4. XXIX. 5. *Cosmas Indopleustes* V. pag. 205. *Marckius* Exerc. Bibl. 14. *Deylingii* observ. S. II. 17. et singularibus differ-

² Ioseph. XVIII. 3, 4. pag. 890. edit. Amstelod.

tionibus *Joss. Wab. Hillgerth* Witeb. 1676. *Geoffr. Zibigius* Lips. 1705. *Abrah. Alamus* Abosae 1708. *Olaus Celsius* Vpsal. 1726. De more velandi virgines et mulieres apud Hebraeos, *Sam. Frid. Busberus* in diss. de velato et coneluso Hebraeorum: *Gynecois*. Witeb. 1715 et 1716. et de occulta Hebraeorum sponsa. *ibid.* eod. et in antiquitatibus de velatis ac conelusis Hebraeorum et Graecorum feminis *Basilae*, 1717: 12. De pellium villosarum vsu in vestimentis vide *Josephus Schmidium* ad *Matth.* III. 4. et alios interpretes ad 2 *Reg.* I. 8. *Matth.* VII. 15. et *Hebr.* XI. 37. De vestitu Iudaeorum recenti accare, et notis, quibus a Christianis distinguantur vide *Schmidtium*. tom. 2. memorabil. *Judaic.* pag. 241 sqq. De non permutando sexus habitu ac vestitu consulendi interpretes ad *Deuteron.* XXII. 7. *Wagenfelsius* libro de *Norimberga* pag. 175 sq. *Io. Spencerus* de legibus *Hebr.* tom. 1. pag. 373 sq. *Carolus Fridericus Pazoldus*, Lips. 1702. et *Martinus Hasson*, Witeb. 1714 singularibus dissert. *Matthias Berneggerus* ad *Taciti Germaniam* quae est 89. *Petrus Pantinus* ad vitam *Theolae* a *Basilio Seleuciensi* scriptam pag. 387 sq. *Onil. Boueregius* ad *Canonicem XIII. Gangrensem* pag. 186 sq. *Salmasius* ad *Tertullianum* de pallio. *David Millius* dissert. *selectar.* pag. 201 sqq. edit. nouae. *Viri docti* ad *Laetii* III. 86. et *Ioan. Henr. Maius* lib. 3. *obl. fact.* pag. 143.

II. Quod ad rem vestitariam Graecorum Romanorumque attinet, primo loco nominare iuvat *Josephi Lacerati*: collectanea ordine alphabetico digesta, quae ex eius philomathiae opere recudi curauit *Clariss. Gronovius* tomo 9. antiquitatum Graecarum. Egregium deinde opus est *Octavii Ferrarii*, cuius libri septem de re vestitaria, Romanorum maxime, ex editione *Patav.* 1654. quae prioris A. 1642. 8. melior et auctior est, habetur etiam tomo 6. thesauri *Graecisani*. In eodem occurrunt *Ferrarii*: illius amecta de re vestitaria *Patav.* A. 1670. pridem vulgata, quibus impugnat ea quae scripserat *Albertus Rubenius* *Philippi* filius in libris duobus de re vestitaria: hac praecipue de lato clauo, ³ qui primum *Graecis* curante post auctoris fata *Antverpiae* excusum sunt 1665. 4. et deinde a *Graecio* in tomum eundem 6. antiquitatum Romanarum recepti, in quo etiam habentur *Io. Baptistae Donii* de vtraque paenula dissertatio *Parisi.* 1644. 8. et *Barthol. Bartholini* commentarius yna cum *Henr. Ersatii* epistola eiusdem argumenti *Hafniae* A. 1655. 8. primum editus. Vi-

D d 2

de

³ Eandem de lato clauo sententiam notatam ante *Rubenum* a *Io. Kirchmanno* de funeribus *Roman.* lib. 1. cap. 10. monet *Io. Clericus* *bibl. vet. et nov.* tom. 13. pag. 55. Certe *Kirchmannus* affert *Amalii* et *Albani* s. *Alcuini* locs, quibus clauus de lineis explicantur.

de etiam Lipsiam lib. 3. elect. cap. 13. et *Angeli Mariae Barvii* dissertationem de veterum vestibus reliquoque corporis ornatu, quae exstat Vol. 2. eius differt. Homericarum. Florentis 1741. 4. p. 14. *Isaaci Casauboni* opus de re vestiaria veterum quod promisit pag. 54. epistolae ad Dionem Chrysostomum et alibi variis in locis docendum est, nunquam prodidisse, licet excerpta quaedam illius ad hoc argumentum spectantia occurrant in Bibliotheca Bodleiana, vide et Mericium Casaubonum Isaaci fil. notis ad Epaphroditum pag. 87. *Claudius* quoque *Salmasius* in notis ad Tertullianum de pallio pag. 90. eiusdem argumenti opus sub manibus habere se testatus est, cuius non contemnenda specimen dedit in eodem ad Tertullianum commentario possim, in exercitationibus Plinianis ad Solinum et alibi. Confer Gracii epistolam 355. Salmasii opus de re vestiaria promisit A. 1689. Latine praefat. ad Homonyma Salmasiana hyles iatricae, sed A. 1695. et ipse morte praeventus est, nec praetereunda scripta in utramque partem edita occasione illius in Tertullianum commentarii a Salmasio quidem sub nomine *Francisci Franci*, a Dionysio Petavio autem sub nomine *Antonii Kerkoetii Aremorizii*. De privato et domestico Romanorum vestitu agit *Phil. Lud. Hanckoni* in dissertationibus de cura domestica Rom. p. 34 sq. de vestitu servorum, p. 83 sq. de vestitu infantum, puerorum, iuuenum, puellarum et virginum p. 123 sq. de vestibus accubitoriiis et conuivialibus *Struckius* II. 26. antiq. conuivial. *Lipsius* ferm. Saturn. lib. 1. cap. 2. et lectio. var. lib. 3. ac *Ferrarius* lib. 2. c. 29. sq. *Petronius* Budmanni pag. 117. et de habitu venatorio pag. 179. De habitu et ornamento Pontificum *Gutherius* I. 29. de iure Pontificio, tom. 5. Graecii pag. 58 sq. *Gabinus* ritu succincti sacerdotes. Columna Traiana n. 63. 68. et 189. De limo popularum. ibid. n. 72. De vestibus nobilium, *Tiraquellus* lib. de nobilitate pag. 564 sq. De vestibus servorum *Lipsius* lib. 1. Elector. cap. 25. qui etiam alia de vestibus eodem libro cap. 13. et *Cuellarus Rhodiginus* XVI. 10. sq. lectio. num. antiquarium. *Basilius Baysius* de re vestiaria, Paris. 1549. 4. *Theodorus Zwingerus* in theatro vitae humanae tom. 2. pag. 435 sq. Vestium et ornamentorum muliebrium genera ordine litterarum persequitur idem *Tiraquellus* lib. de iure connubiali pag. 52 sq. Vide et *Isidori Hisp. Origin.* XIX. 30 sq. et de *iocalibus* Petri Mulleri Icti dissertationem. De Romanorum luxu in vestibus prolixè disputat *Stanislaus Kobieratichius* libro de luxu Romanorum tomo 8. thesauri Graeviani, et *Augustinus Natalis* in dissertatione de luxu feminarum Romanarum sigillatim in vestibus, inserta tom. 5. memor. acad. inscriptionum, pag. 297. edit. Hagensis, et eius oper. tom. 3. pag. 9.

III. De re vestiaria Persarum *Briffonius* lib. 2. pag. 309 sq. Persarum Magi albis vestibus sunt induti, certe qui in India viuunt: nam ceteri in Perside colorem flammeum et purpureum vt in vestibus ita in geminis magis sacrum habent, propter ignis cultum, vide Tom. Hyde de relig. veter. Persar. pag. 20 sq. De vestitu et cubitu veterum Germanorum, *Clauehus* Germaniae antiquae lib. 1. cap. 16. pag. 104 sq. De vestimentis Germanorum mediæ aevi *Gottlieb Sam. Trincerus* in anastasi veteris Germani Germanaeque feminae: Helmst. 1729. 4. *Ottonis Sperlingii* V. C. commentatio de vestitu veterum Danorum et aliorum populorum septemtrionalium inserta est aduis litterariis maris Baltici et Septentrionis A. 1698. pag. 205 sq.

IV. Episcopos et Clericos primorum Christianorum aetate per annos circiter CCCC. (Salmassus de Coma pag. 352. 469.) habitu a laicis distinctos haud fuisse obseruat *Iac. Boilanius* in historica disquisitione de re vestiaria hominis sacri vitam communem more ciuili traducentis. Rothomag. 1704. 12. *Ludov. Thomassinus* tom. 1. de Ecclesiae disciplina II. 44 sq. et *Fillemontius* tomo 14. memoriarum Histor. Ecclesiast. pag. 151. vbi de Coelestino Papa. Confer *Rich. Simonis* Bibl. criticam tomo 3. pag. 322 sq. vbi Boilauii librum laudat. Vide etiam *Affemannum* tom. 3. Bibl. oriental. parte 2. pag. 665. Sane de Apostolis et apostolicis viris hoc neutiquam persuadent argumenta aduersus Bocquillotum allata ab Honorato de S. Maria, in obseruationibus de regulis et vsu critices tom. 2. lib. 4. dissert. 6. Adde *Ioan. Georg. Walchium* H. E. N. T. p. 197. 778 et 1151. *Iosephum Binghamum* Orig. ecclesiast. VI. 4. et *Ioannis Schmidii* dissert. de habitu et insignibus Apostolorum sacerdotalibus. Lips. 1702. Apostolos absque sacris vestibus S. Coenam celebrasse non disfitetur *Bellarmino* epistola 3. ad Philanthropenum de Eucharistia. Monachi etiam ad Episcopatum euecti habitum monachalem neutiquam deposuerunt, quod in Ecclesia graeca A. C. 869. canone constitutum notauit *Mabillonius*. De monachorum antiquo habitu videre licet *Ioannem Cassianum* libris de institutis coenobiorum, de sacris vestibus *Honoratum* in gemma animae lib. 1. cap. 198 sq. et ex recentioribus qui clericorum vestes et ornamenta omnis generis per varias aetates in Ecclesiis Orientalibus et Occidentis introducta exponunt, *Andream Saussacum* in panoplia sacerdotali siue libris XIV. de venerando Sacerdotum habitu eorumque multiplici munere et officio in Ecclesia Dei, Paris. 1653. fol. et in libris 7. de ornatu Episcoporum et in libris 14. de clericorum tonsura et habitu, ibid. 1646. fol. *Ioan. Baptistam Thiers* libro

D d 3

* De hoc libro *Elias du Pin* tom. 19. pag. 72 sq. *Nouvelles de la Republique des Lettres* 1705. p. 80.

libro A. 1674. edito gallice de *Pstole*, de stola. *Ioan. Bonam* lib. 1. rerum liturgic. cap. 24. *Pompeium Sarnelli* epistola Ecclesiastica III. vbi probat S. Antonium male in Pontificalibus pingi ornamentis et Abbates per singularia priuilegia diu post illa gestandi ius accepisse, et epistola XVI. vbi de habitu clericali. *Philippi Bonanni* opus, la Gerarchia ecclesiastica considerata nelle veste sagre e ciuili. Romae 1720. 4. His addendi *Alesferra* et alii ad librum de vitis Pontificum, idem *Alesferra* in Asceticis lib. 5. cap. 17. lib. 6. c. 13 sq. *Macri* fratres in hierolexico, *Cangius* in glossario vtroque, *Jacobus Goar* ad euchologium Graecorum, *Hugo Menardus* ad Gregorii M. sacramentarium pag. 362. qui post 364. iconem S. Remigii sacris vestibus induti exhibet. Acta sanctorum Iunii tomo 1. pag. 458 sq. vbi de amictu pontificali et monachali, et proylaem ad acta sanctorum Maii pag. 161 et 208 sq. vbi de pallio et aliis pontificalibus ornamentis, et in paralipomenis pag. 94 sq. De vestimentis monachorum exstat *Georg. Henr. Goetzii* diatriba Lubecae 1719. De antiquis ordinis Dominicani vestibus vide *Io. Quetif* tom. 1. de scriptoribus ordinis Praedicatorum pag. 75 sq. De Patriarcharum ornatu et vestibus confer tom. 1. iuris graecoromani pag. 447. De pallio Pontificali et Archiepiscopali confer praeter laudatum *Sausseum* libro de mysticis Galliae scriptoribus, Paris. 1639. 4. pag. 188-279. *Marcum Paulum Leonem* de auctoritate et vsu pallii Pontificii. Romae 1649. 4. *Nicolai de Bralson* pallium Archiepiscopale. Paris. 1648. 8. *Petrum de Marca* de concordia sacerdotii et imperii lib. 6. cap. 6. et ibi *Baluzium*. *Theodoricum Ruinartum* in disquisitione historica de pallio archiepiscopali, quae exstat inter opuscula postuma *Mabillonii*, Paris. 1724. 4. tomo secundo. *Iustum Henning. Boehmerum* in iure ecclesiastico protestantium tom. 1. pag. 350 sqq. *Iac. Basnagium* H. E. lib. 5. cap. 6. pag. 244. *Henrici Guntheri Thulemari* disput. de Archiepiscoporum pallio et aliis insignibus. Heidebb. 1684. 4. *Salomon. Deylingium* observ. misc. pag. 505. *Io. Andr. Schmidium* in diss. de Omophorio Episcoporum Graecorum. Helmst. 1698. *Ioan. Casp. Barthelium* in disput. de pallio. Herbipoli 1753. 4. et in eius opusc. iuridic. varii argumenti. tom. 2. p. 1 sqq. et *Io. Georg. Perschium* in tractatione canonica de origine, vsu et auctoritate pallii archiepiscopalis, in qua Barthelii dissertatio sub incudem vocatur. Helmstadii 1754. et *Frid. Andr. Schusbeckii* commentationem de candidis Archiepiscoporum palliis. Hanouerae 1726. 4. Pallium de Petri corpore etiam datum orientalibus Episcopis, vide *Gregorium M.* lib. 1. ep. 27. interdum Episcopis minorum sediura, confer *Petrum Saxium* in Pontificio Arelatensi pag. 54. absentibus non missum, vide *Lanfranci* Epistol. tom. 18. *Bibl. Patrum* pag. 810. F. Iusiurandum, quod accepto pallio praestitit Archiepi-

chiepiscopus Cantuariensis, legitur apud Bezouitmad A. C. 1601. n. 15. T. 18. pag. 192. b. De crocea veste Cardinalium in conclavi vide *Ioseph. Mariae Suarosi* dissertationem Romae 1670. 4. De veste scapulari *Theophil. Raynaudus* tom. 7. opp. Veram eius figuram habes in icone tom. 1. Actor. Sanctor. Iunii pag. 458. Quindecim vestimenta Episcopi missam celebrantis recenset *Rainoldus* pag. 951 sqq. colloquii cum Hardto. De chlamyde, cuius vsus in administratione S. Coenae, (vom Messgewandt) agit Georg. Heinr. Goetzius pag. 625 sqq. meletematum Annaebergensium. Vestes clericorum non semper pullas fuisse notant quoque Benedictini ad S. Ambrosium tomo 2. p. 25. *Io. Casp. Krause* in diss. de colore sacro et speciatim vestitus sacerdotalis, Witteb. 1707. et *C. Popschius* in dissert. de candido veterum Clericorum vestitu, ibid. 1685. De vestibus sacris certis litteris notatis exstat dissertatio *Andr. Bitteri*. Lipsi. 1703. Idem quoque dissertationem de vestibus clericorum crucis figura notatis edidit Gryphisw. 1704. De collaribus et colletis tum fistulosis siue tubulatis tum planis qualibus passim vtuntur sacri ordinis viri in Ecclesiis Protestantium, prodiit diatriba erudita *Vrbani Gosfridi Siberi*. Sneebergae 1710. 4. De aliis clericorum veterum collaribus disserit Pompeius Sarnelli pag. 131 sq. epistolarum Ecclesiasticarum.

V. De pileo ceterisque capitis teguminibus tam sacri ordinis hominum quam aliorum, liber *Ausemi Solerii* siue qui sub hoc nomine latet *Theophil. Raynaudi* S. I. seorsim prodiit Lugd. 1655. et Amstelod. 12. A. 1671. atque recusus in tomo XIII. operum Raynaudi, et tomo 6. thesauri antiquitatum Rom. Vide et *Io. Brodaann* lib. 8. miscell. cap. 17. *Adr. Iunium* lib. 2. animaduers. cap. 6. *Guil. Stuckium* II. 28. antiq. conuual. vbi de consuetudine caput aperiendi: *Ioan. Guil. Bergeri* diss. de ritu operiendi capitis in sacris 6, Witteb. 1703. *Io. Goshofr. Lackmacheri* obseruat. de ritu capitis in sacris velandi a Romanis ad Iudaeos profecto, parte 3. obseruat. philolog. 2. pag. 209 sqq. *H. R. Mallinkrott* expositionem ritus capitis velandi Lipsiae 1735. *Eberh. Rudolphi Rothii* dissert. de velamine capitis virili. Ienae 1673. *Lipsum* lib. de amphitheatro esp. 19 sq. vbi obseruat Graecos et Romanos, vti et Gallos, Germanosque veteres plerumque caput non texisse nec pileo vsos fuisse. De coronis, diademate, aliis imperantium insignibus iam diximus supra cap. 14. De tiara *κροβακίος* et cidari Persica videndus V. C. Hadr. Relan-

⁵ In Amstelodamensi editione verba auctorum passim sunt omissa. Vide Memoires de Litterature tom. 1. p. 175.

⁶ Sacrificantes Saturno caput non velabant, aliis vero diis omnibus sacra faciebant operante capite. Vide Meursium P. 2. Exercit. critic. p. 230 sqq.

Relandus parte 2. diff. miscell. qui etiam de nidario capitis involuero differit pag. 204. De pileo phrygio Sponias miscell. pag. 130. et Nicasius ad nummum Pantheonum pag. 63. De apicibus et galeris sacerdotum Philippus Rubenius II. 25. electorum. De apice flaminis Harduinus ad Plin. XXII. 23. tom. 4. p. 209. De usu pileorum apud Corinthios *Carolus de Maets* in sylua quaestionum insignium pag. 236 sq. Pilei Corybantum (non cymbala) in manu magnae matris Idaeae et Attidis initia referente apud Pignorium. Vide Anonymi Angli commentar. de cymbalis cap. 25 et 26. pag. 347 sqq. De pileis Castoris et Pollucis vide quae notavi ad Sextum Empiricum p. 358. De pileo, *insigni libertatis*, agunt *Cboyl* pag. 110. de relig. Rom. Daniel Guil. Trillerus pag. 538 sq. ad Hugonis Grotii Christum patientem. Ianus Gerh. Milzouius dissertationibus IV. Hafniae 1655. 4. Ioan. Burch. Menekenius dissertat. litter. pag. 211 sqq. Nic. Hier. Gundlingius pag. 465 sqq. *der steinen deutschen Christen*. Figuras quasdam pileorum ex veteribus sigillis exhibet Heineccius pag. 209. De *mitra pontificali* apud Christianos Edmundus Martene I. de antiquis ritibus pag. 347 sq. Angelus Rocca de tiarae pontificiae, quam regnum mundi vulgo appellant, origine, significato et usu, in eius thesauro antiquitatum ecclesiastic. Romae 1745. fol. tom. 1. pag. 7 et 8. Idem de mitra S. Siluestri Papae, ibid. tom. 2. pag. 378. *Mitras* episcopales olim humiliores, pedes quoque breviores fuisse ex veteribus sigillis et numis probat Heineccius pag. 152. De *bireto* clericali Pompeius Sarnelli epistola ecclesiastica 14 sq. Adrianus Stegerus in commentatione de infulis sacrae dignitatis insignibus. Lips. 1739. et Rudolph. Frider. a Wichmanshausen singulari commentatione. Witteb. 1745. 4. De *Bireto rubro* dando S. R. E. Cardinalibus regularibus Responso prudentum diuini humanique iuris collecta edidit Antonius Scappus. Romae 1592. 4. De pileo S. Petri vide Acta Sanctorum tom. 1. Iunii 29. pag. 462.

De *auribus* veterum *Lindebrogius* pag. 1414. ad codic. legum antiquar. Bonanni pag. 167. musei Kircheriani, et singulari libro Casp. Bartholinus Amst. 1676. 12. quas respicit etiam Plinius aurium vulnera commemorans lib. 12. sub initium. De binis et ternis vnionibus ad singulas aures comparatis vide Lipsium ad Senec. VII. 9. de beneficiis. De *auribus*, *insignibus*, siue *armillis variis* disputat Huetius in Huetianis, Thomas Bartholinus cap. 19. libro de morbis biblicis; et in mantissa ad Casp. Bartholinum de insaniis. Stephanus item Morinus de monilibus Rebeccae, in eius explanatione locorum aliquot S. Scripturae. Lugd. Bat. 1698. 8. Eiusdem Tho. Bartholini de *armillis* veterum libellus exstat, Amst. 1676. 12. cui addendus Fortun. Schaeckhus lib. 3. myrothecii cap. 41. Philippus Rubenius lib. 1. cap. 38. electo-

rum.

rom. Bonanni pag. 167. 168. musei Kircheriani, Cangius pag. 260 sq. ad Alexiadem, Montfauconius tom. 3. supplem. tab. 25. pag. 617. Moscardi museum pag. 103 et 388. Wormius pag. 353 sq. Musoi, et Petronius Clarissimi Burmanni pag. 127 sq. De *torquibus* quibus donati certaminum victores, videndi Ambrosius tomo 2. p. 268. Vegetius II. 27. Lipsius V. de militia Rom. pag. 209. Atque de hoc et alio torquium apud veteres vsu Io. Schefferi liber *seorsim* editus Holmiae 1656. 8. et tomo 12. Graeuii, et cum Ioan. Nicolai notis Hamb. 1707. 8. Lindebrogius ad Ammiani XX. 4. vbi de torque Draconarii, pro diademate capiti Iuliani circumposito. Omnia tria vno verficulo complectitur Manilius libro 5.

Perque caput ducti lapides, per colla, manusque.

De *personis* et *larvis* earumque apud veteres vsu ac origine, praeter Agefilai Mariscotti librum Romae 1639. 8. et tomo secundo Miscellaneorum Gaudenti Roberti, et tom. 9. thesauri Graeuiani impressum, vide Rigaltium ad Onofandrum pag. 13. 14. ad Phaedrum pag. 411. editionis Burmannianae, Baylii lexicon in *Manducus*. Christo. Henrici de Berger commentat. de *personis*, vulgo *larvis* seu *mascheris*, Franc. et Witteb. 1723. 4. Io. Bapt. Pacichellii schediasma iuridicophilologicotripartitum de *larvis*, de *capillamentis*, de *chirothecis*. Neapoli 1693. 8. Franciscum Ficorinum in libro *italice* edito, Romae 1736. 4. *Le Maschere sceniche e le figure Comiche d'antichi Romani*; qui deinde latine versus prodiit, ibid. 1751. 4. Nicolai Boindini discours sur les *masques* et les habits de theatre des anciens, in *memoriis* academ. inscription. tom. 5. pag. 172 sqq. et Anonymi traité sur l'origine et l'usage des *masques*, in l'extraordinaire du Mercure galant, tom. 14. p. 234. De *Talamascis* vide Voffium 2. de vitiis sermonis, Baluzium ad Reginonem fol. 411. 412. Mabillonium tom. 1. analector. pag. 382. 386. Menagii origines linguae gallicae in *masque*, Cangium in *masca* et *talamasca*. De *fastigiatis tutulis*, *vittisque* et redimiculis assurgentibus ac turritis virginum feminarumque (fontanges ab illustri femina? quadam Galli appellant) agunt Viri docti ad Iuuenal. VI. 501. Henricus Altanus Comes epistola ad Nicol. Madrisium inserta museo Mineruae Venetae tomo 2. pag. 97-101. *sopra i Cimieri moderni delle Donne*, Steph. Chamillardus S. I. in dissertatione siue epistola 16. de numismatibus (gallice Paris. 1711. 4.) vbi de diuersis ornamentis capitis quibus Augustae superbiunt in antiquis numismatibus: Anselmus

? Menagius in originibus gallicis, vocabulo *fontange*. Oegoffener Engel. Deutsche Aca. Eruditor. Vol. IV. pag. 301.

mus Bandurius ad antiquitates CPol. pag. 497. et Io. Nicolai libro *de nimbis antiquorum* cap. ultimo. Vide et Buxtorfii lexicon talmudicum pag. 2047. et Ottonem Sperlingium in dissert. ad numum Furiae Sabinae Tranquillinae. Amst. 1687. 8. De vittis siue fasciis crinalibus Ioan. Bernartius ad Statū V. Thebaid. pag. 122 sqq. De *discerniculo* siue *crinali acu* eiusque usu apud veteres videndi Io. Woweranus in notis ad Petronium, Salmasius ad Solinum, Bartholinus de inauribus veterum cap. 2. Philippus Bonanni pag. 166. musei Kircheriani, et Montfaucon tom. 3. supplem. pag. 12. post tabulam IV. Acus veterum describit Salmasius pag. 759. exercitat. ad Plinium. De *simulacro Veneris cum pectine*, vide Codini origines CPol. num. 28. et Suidam in *Ἀφροδίτη*. *Crinale spiculum* de pectine intelligit Stephanus pag. 60 sq. ad Saxonem Grammaticum. Confor quae de *pectinibus* veterum aureis, et eburneis Ez. Spanhemius ad Callimachum pag. 563. de buxeis Petrus Burmannus ad Ouidii VI. fastor. 229. et de *pulvere* odorato vel aureo capillis iniecto, vntioneque capillorum ne puluis decideret, D. Conradi Tiburtius Rango libro de capillamentis cap. 11. Vide etiam de *τριχοβάπταις* et *τριχοπλάσαις* Cangium ad Zonaram pag. 41. Calamistrum dixere acutū maiorem, qua celsa facta capillos intorquebant crispabantque. Fibulas veterum describit Ioan. Rhodius libro de acia Celsi. De fibulis aureis et gemmatis vide Io. Iac. Cbistetium in Anastasi Childerici e. 16. p. 282 sq. De *bullarum* usu apud veteres Montfaucon tom. 3. supplem. p. 48 sq. t. 5. p. 117 sq. Middletonus in Germania quibusdam antiquitatis eruditae monumentis, pag. 29 sqq. et Franciscus Ficorinus in libro italice edito: *La Bolla d'oro de' fanciulli nobili Romani, e quelli de' libertini, ed altri singolarita spettanti a Manfolei nuovamente scoperte*, brevemente spiegare. Romae 1732. 4. Ingenuitatis fuit signum apud Romanos, vt torques apud Barbaros. Vide Valesium ad Ammiani XVIII. 6. pag. 198.

VI. Ad capitis tegumenta et vestes quodammodum etiam pertinent coma et capilli, circa quorum curam, bene multi ritus moresque veterum a doctis notati sunt. Vide Hadr. Iunium de coma tomo 6. Lampadis artium Gruterianae, et cum eiusdem animaduersionibus. Roterod. 1708. 8. Salmasium de Caesarie virorum et mulierum coma, Lugd. Bat. 1644. 8. Io. Henningia trichologiam. Magdeburgi 1678. 12. Apud multos populos sacrum habitum fuit comam alere ac promittere. Apollonius apud Philostratum VIII. 7. pag. 335. σοφῶν δὲ ἀνδρῶν κόμησιν Φαιδῶσθω σιδήρεος. οὐ γὰρ θεμιτὸν ἐπάγειν αὐτὸν, οὐ πᾶσαι μὲν αἰσθητηρίων πηγὰὶ πᾶσαι δόμοι, ὅθεν εὐχαὶ τε ἀναφαίνονται καὶ σοφίας ἐγγινητὸς λόγος. De capillamentis, adscititiis comis, et

capillis alieni capitis, vt Tertullianus appellat siue *προσθέντος κόμης πηκίς, προσθέν προκομίς* praeter dissertationes B. Valentini Friderici, D. Samuelis Schelwigii, et Io. Clodii, et Pascualium de coronis lib. 1. cap. 5. adi laudatum D. Conradi Tiburtii Rangonis τῆ μακαρίτη librum, Magdeburgi 1663. 12. Daunium ad fabulas Aesopi pag. 162 sq. Brissonium 2. de regno Persarum p. 321. qui Persas a Medis accepisse hoc obseruat, vt *προσθέντος κόμης* vterentur: Pricaeum ad Apuleii Miletias pag. 671. Hemsterhusium ad Pollucem pag. 1358. Follardum ad Polybii III. 16. Sam. Pitiscum notis ad Suetonium pag. 527. Polyb. III. 78. Salmasium de coma p. 321. Harum vsu vt vniuersos Martinus Schoekius exerc. 24. ita clericos interdicit Andraeas Saussaeus in panoplia sacerdotali et Io. Baptista Thiers in historia capillamentorum ³ gallice edita Paris. 1690. 12. et nuper A. 1712. 12. Francofurti germanice versa, adde decretum Clementis XI. tom. 1. opp. pag. 1242. Sed contra disputant Iac. Reuius in libertate christiana circa vsu capillitii defensa, Lugd. Bat. 1647. 12. et Ioan. Baptista Pacichellus in libello paullo ante citato de personis seu masculinis, capillamentis et chirotheis. Vide etiam obseruationes selectas Hallenses VIII. 2. et Samuelis Werneri iudicium veterum de capillis peregrinis et aseititiis, maxime clericorum. Regiomonti 1684. 4. De galericulis et capillamentis multarum vide quae viri docti ad Suetonium et nouissime V. C. Otto Sperlingius in laudato commentario ad numum Furiae Sabinae Tranquillinae, coniugis Gordiani III. Apud Romanos pueri fere comati et cirrati, sed viri deposita caesarie circumtonsi, decisis hinc inde capillis quos ab aure descendentes nunc vulgo nutriunt. Vide Octav. Ferrarii electa II. 13. vbi notat seruos caput fuisse feminales, manumissos rasos. De vota puerorum coma vide Heinsii Aristarchum sacr. cap. 4. et Iusti Frider. Gunzii commentationem. Lips. 1737. Galli Ligures comati *ληβητοὶ λαοικε- αὐφίκομοι κεφαλαῖς* in veteri epigrammate pag. 126. Apud Lucanum lib. 1. *tonsi*, quod de optimatibus et magnarum vrbium incolis accipit Huetius, qui sumserant togam et comam posuerant. De descendens capillis, quod *comam in gradus frangere* dixit Quintilianus lib. 1. cap. 6. vide notas ad Petronii cap. 12. *Τημελεῖν*, pectere capillos, I. Fr. Gronouius I. 23. obseruat. p. 185. De tonsura Nazaraeorum apud Hebraeos praeter interpretes S. Scripturae et qui de Nazaraeis ac Rechabitis scripsere Spenceus III. dissertat. 11. de legibus Hebraeorum cap. 6. pag. 66 sq. et Rev. Dassouius dissert. de coma Hebraeorum licita et interdicta, Wirteb. 1695. in qua docet idololatricam

-E c 2-

ton-

³ De hoc libro Elias du Pin tom. 18. pag. 280. et Aeta Erud. 1691. pag. 397. Italice post versionem Beneuenti excusam alia concinnata est a Syluagio Canturani iussu Benedicti XIII. edita Venetiis 1724. 12.

tonsiorem fuisse ni aures crinibus testae relinquere. De comâ prophætantium Salmasius laudato libro. De gradibus ⁹ et annulis capillorum vide notas ad Suetonii Neronem cap. 51. Genus tonsuræ, quo anteriores capilli radebantur apud Graecos vetustissimos, ne quis hostis posset illos apprehendere, vocabatur *thesais*, vide Maurisii thesaurum cap. 2. et Bibliothecam belgicam tom. 1. pag. 315 sqq; ex Ioan. Angelo Caninio, vbi quoque de tonsura Hæctorea et Mytia. De Aegyptiorum sacerdotibus comam radentibus memorat Artemidorus lib. 1. cap. 23. et Herodotus II. 36. De tonsura naufragorum in seruitutem abductorum, captiuorum et lugentium vide notas ad Quid. 1. Fastorum v. 546. Barthium tom. 3. ad Statium v. 415 et 421. Geisum de luctu Hebræorum pag. 199 sqq. Nicolai de luctu Graecorum pag. 120. Kirehmannum de funeribus lib. 2. cap. 14. Gruterum lampad. tom. 3. parte 2. pag. 238. et Dilherrum elector. lib. 2. cap. 2. Hinc apud Propertium regio tonsa pro deuicta vt notat Yuo Villomarijs seu Ios. Scaliger aduersus Robert. Titium. Vicissim prae luctu promissi capilli seu in longum demissi, vt notam est vel ex iis scriptoribus, qui de funeribus et luctu scripserunt, in primis P. Moretello de pompa ferali, tom. 12. Graev. p. 1399. Geiero l. c. et Zornii bibliotheca antiquarioexegetica pag. 483 et 546. De more crinibus passis templa verrendi in supplicationibus agit Lipsius l. 2. elector. cap. 6. pag. 681 sq. De dispositis, effusis vel adstrictis comis adeundus Ezech. Spanhemius in notis ad Callimachum pag. 551. 660 sq. Casfaries proprie de viris dicitur, coma de mulieribus, vt post Salmasium et alios annotavi ad Abdiam Babylionium. De comis et tonsura sacerdotum Ethnicorum nonnulla disputat Saubertus libri de sacrificiis cap. 10. et Spencerus lib. 2. cap. 12. Vnde vero originem traxerit tonsura clericalis et monachorum etiamnum in ecclesia graeca (licet Photiniani plerique morem illum respiciant, confer Nic. Comnenum pag. 214. praenot. mystagogic.) et latina recepta, video scriptores doctissimos in diuersa abire, alii enim a Iudaeis repetunt, vt Pontificii communiter, et a Nasircis quidem Baronius, sed vide Salmasium pag. 424 sqq. alii a Curætibis, quos ἀπὸ τῆς κουρῆς dictos fuisse nonnulli crediderunt, teste Strabone lib. 10. Ethnicorumque sacerdotibus virginibusque Vestalibus, vt Io. Dougtheius in analectis ad V. T. pag. 477. et Lindebrogius pag. 1378. ad codicem legum antiquarum: alii a seruis, de quo-

⁹ Tertullianus de cultu feminarum. cap. 7. *quod crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis: aliae gestiunt in cincinnos coercere, aliae ut vagae et volucres elobantur, non bona simplicitate. Affigitis praeterea thesais quas enormitates capillamentarum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum.*

quorum ratione Pignotius et alii. Ita certe Claudius Sarravius pag. 104. epistoliarum editionis primae. *Mibi, inquit, simile verum videtur morem istum a servis manasse, qui etiam nunc in triremibus nostris naso capite conspiciuntur, nisi quod capillorum paucillulum eis in summo vertice relinquatur, vel ut Tertullianus de pallio, cultri, vertex solus immunis.* Vtrum vero ab ipso Christo ex Petro¹⁰ hic mos ecclesiae traditus fuerit, ut passim verisimiliter contendit Prosper Stellartius, cujus libri 3. de coronis et tonsuris Paganorum, Iudaeorum et Christianorum, Duaci 1625. 8. lucem viderunt, an a Simone Mago¹¹ initium sumpsit, ut ab alijs affirmari in notis ad Abdiam a me observatum est, an Gregorio M. demum sedente in ecclesiam fuerit inuenta, quemadmodum contendit Salmasius, nimis forsitan recentem hanc tonsurae clericalis et monachalis consuetudinem faciens, alio loco est expositum. Ceterum de uniuerso hoc argumento videndus Casp. Zieglerus de tonsura clericorum, ad calcem libri de Episcopo militi in ecclesia inuiso, recusi Witteb. 1718. 4. Io. Morinus de ordinationibus, exercitatione XV. Sam. Basnage tom. 2. annal. pag. 117. sq. Ringhamus orig. eccl. lib. 7. cap. 3. Pompeius Sarnelli epistola ecclesiastica 10. et 11. Vlerius antiquitat. britannic. pag. 923. Hennecius in delineat. ecclesiae graecae, P. 3. pag. 64. Henricus Norisius praefatione Pisana VI. opp. tom. 4. pag. 635. sqq. Thomas Hurtadus de coronis et tonsuris gentilitatis, synagogae et christianismi, inter alia eius scripta Colon. 1655. fol. Carol. Anthonius Fabrotus ad titulum decretalium de vita et honestate Clericorum, vbi cauetur, ut neque comam alant nec barbam. Salmasius in primatu Papae et epistola siue libro de coma ad Coluim, Gerhardus Io. Vossius in epistola ad Salmasium, quae eius libro de coma subiicitur. Edmundus Martene lib. 1. parte 2. pag. 294. sq. in ritibus ecclesiastic. Mabillonius praefatione ad tomum 3. Actorum ordinis Benedictini. Saceras virgines olim intonsas fuisse notat Valesius ad Sozomeni V. 10. et feminas tonderi verat Canon Gangrensis 17. sed contrarium usum ex Athanasio de dignitate et Palladio admodum antiquum fuisse probat Comnenus p. 316. praenot. mystagog. Coma deposita a Clericis veluti in seruitium diuinum se addicentibus. Vide Ioan. Georg. Reinhardum de iure Principum Germaniae circa sacra pag. 169. 170. Tonsurae monachalis mentio apud Moschum in

E e 3

pra-

¹⁰ Petri imago tonsi occurrat apud Sarnellum pag. 87. epistol. ecclesiastic. Ab Apostolis etiam deducit Comnenus pag. 216. praen. mystag. vbi de coronae tonsurae significatione. Petrum aiunt rasum in ignominiam ab Ethnicis Antiochae.

¹¹ Vide Honorii Augustodunensis gemmam animae lib. 1. cap. 196. Salmasium de coma, vbi de tonsurae genere triplici pag. 327. sqq. 406. sqq. qui id omne commentitium esse non dubitat pag. 333. et 416. quod de Simone Magi tonsurae factura.

præto spiritali cap. 118 et 143. Tonfurae in modum crucis apud Alberticum trium fontium monachum ad A. C. 763. *ἡποθριζάμενος*, detonfus, pro monacho, vide Nic. Alemannum pag. 92. ad Procopii anecdota. De tonfura puerorum (ab octauo faeculo) Pagi ad A. C. 684. n. 13. De tonfura poenitentium Salmafius de coma pag. 473. 474. De tonfura poenali, qua v. g. fagae et malefici nonnulli afficiuntur, agit Georg. Ritterhufius lib. de iure afylorum cap. 10. Philoftratus in vita Apollonii Tyan. pag. 362. Geierus l. c. pag. 204. Binghamus lib. 18. cap. 2. quibus addes Cotelerium tomo 2. monument. pag. 682. Cangium in *νεχτην* et Allatium de confenfu Orient. et Occident. Ecclefiae pag. 669. vbi obferuat haereticis condemnatis barbam olim derafam. Plura eiusmodi occurrent enouenti diff. G. Calf. Kirchmaieri, τῆ μοναχικῆς de gloria et maieftate barbae. Iac. Thomafii diff. de barba Lipf. 1671. Io. Pierii Valeriani declamationem pro sacerdotum barbis, qua intercedit decreto Gregorii VII. Pontificio ¹² sacerdotes omnes barbam deponere iubenti, editam primum Romae 1529. cum privilegio Clementis VII. et deinde hieroglyphicis eius fubieftam Francof. 1678. 4. Genetiani Hefreti libellum Pierio oppofitum de pilis et barba reddenda Paris. 1535. Sarnellum epiftola ecclefiaftica duodecima. Baluzium ad Antonium Auguftinum de emendatione Gratiani pag. 453 fqq. et Ioan. Frid. Guilielmi Pagenftecheri prognoficon hiftoricoiuridicum de barba. Lemgov. 1715. 8. Exempla eorum qui tonfuram pretio redemerunt collegit Balthaf. Bonifacius lib. 1. hiftoriae ludicae cap. 7. Equidem de barba non radenda miniftris ecclefiae, diferte cautum legitur in conftitutionibus quae apoftolicae vocantur lib. 1. cap. 3. et apud Epiphanium haefefi 80. Romani veteres per 450 annos intonfi, teftes apud Plinium Varrone: Scipionis Africani tempore iuuenes tondebantur, viri barbam ponebant fuae *barbatoriam* vt loquitur Petronius pag. 363. edit. Clariff. Burmanni, *faciebant* et totam faciem rafitabant. Vide Octav. Ferrarium II. 12. electorum. Camillum Sylueftrem ad Iuuenal. IV. 103. Mureti et Graeuii notas ad Ciceronis *Catilin.* II. 10. Bened. Aueranium tom. 1. differt. 42. in antologiam pag. 108 fq. Imberbes primi Imperatores fuere omnes praeter Adrianum et Iulianum. Deinde poft Iuftinianum, mento rafum et ipfum, paffim Graeci Imperatores barbati. Vide Nic. Alemannum pag. 109. ad Procopium. Apud Graecos mos radendi barbam, Alexandri M. demum aetate inueftus vt ex Chryfippo notat Athenaeus XIII. pag. 565. De iureiurando per barbam vide Neocori biblioth. nouor. librorum A. 1697. pag. 496. Aduerfus Antiochenfes Iuliani barbam ridentes defendit

¹² Hoc a pluribus e clero in Romana Ecclefia et inter ipfos Pontificios a Gelafio II. aliisque neglectum effe obferuat Nicol. Comocena pag. 219. praefot. myftagogicarum.

fendit se Imperator in Misopogone, qui etiánum inter eius scripta legitur. De pilorum euellendi siue pilandi more adhibitis resina aut vossella, vstriculisque, vide quae viri docti ad Martialem, Iuuenalera et Plinium 29, 1. Cerda ad Tertull. de pallio cap. 4. pag. 37 sq. De festo propter tonsae comae primicias Diis ex voto consecratas Barthius ad Statium tom. 1. pag. 326. Cangius diss. 22. ad Ioinuillam et glossar. Graec. in *κρόσυνα*. Dio XLVIII. pag. 377. (551. R.) narrat, Augustum, quum primum barbam raderet, diem eum festum egisse, et publicum epulum praebuisse populo Romano. De ludis iuuenilibus videatur Lipsius ad Taciti annal. XIV. 15. et excursu B. ad illum librum.

Ad locum celebrem epistolae Pauli ad 1 Corinth. XI. 10. de *ἐξουσία*, quam mulier super capite habere iubetur propter Angelos, quam plurima disputata sunt ab interpretibus, quorum nonnulli cum Iacobo Godofredo in singulari ad hunc locum diss. pro *ἐξουσία* legunt *ἐξουσίαν* et velamen interpretantur, alii pro Angelis legunt *ἀγγέλους* vel *τὰς ἀνδρας* vt vir doctus ad Hammondum. Alii Angelos de iuuenibus interpretantur, vt auctor Anglus libelli qui inscribitur religio bibliopolae pag. 12. alii de emissariis gentium vt V. C. Christophorus Augustus Heumannus in dissertatione ad h. l. Iphenaci A. 1709 edita. Sed malo assentiri Photio, qui epistola ducentesima decima *ἐξουσίαν ἔχειν* exponit velamine veluti signo imperium agnoscere viri sub quo est mulier, et Angelos proprie accipit de spiritibus Dei ministris in ecclesia Dei praesentibus, qui pridem etiam in Paradiso testas adstiterunt, quum mulier viri potestati subiiceretur. Videri etiam possunt Andreas Saussaeus de mysticis Galliae scriptoribus pag. 62 sq. 181 sq. D. Adamus Rechenberg in dissertationibus ad hist. eccles. spectantibus pag. 68 sq. et Io. Guil. Bergerus Professor Wittebergenensis dignissimus in erudita quam supra laudauit dissert. de ritu capitis in facris operiendi §. 51 sq.

VII. Non modo comam variis medicaminibus tinxerunt veteres, vt Plutarchus in amatorio pag. 771. memorat *Φάρμακον ὃ τὴν κόμην αἰ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι ποιεῖσι χρυσοῖδῃ καὶ πυρρᾷν*. Confer Suidam in *Λυσικράτης* et *Λεόντιος*, et Io. Arntzenii dissertationem de colore et tinctura comarum. Traiecti 1725. 8. Sed etiam oculos et faciem *coloribus* variis et *fusco* infecerunt, partim ex more gentis partim ad luxum. Vide Hutchinso-num pag. 19. ad Xenophontis Cyropaediam, Scheuchzeri physicam sacram tab. CCCXC1 Thom. Bartholinum cent. IV. hist. 9. vbi de fuso siue stigmatismo mulierum Groenlandicarum. Excerpta Peiresciana pag. 829. 830. vbi de Caracalla: *ὄψει τε πρόσωπον ὠγαῶν ὑβρίων βαφαῖα ἀσχήμοισιν*, Ety-molo:

etymologicon in *ἑτυμολογικῶν*. *ἔχοντο δὲ τῶ φύκει ἐκ τῶ μῆλας ἢ τοῦ ζαιδιῶ, τῶ δὲ ψιμυθίῳ ἐκ ἄλλου τὸ πρόσωπον, ἢ τοῦ λευκῆν ἢ.* Apuleium, qui *Apolo-*
gia pag. 525. quum in puella, inquit, videret immedicatum os, et purpu-
 ratas genas et illicēs oculos. Adde Davidis Theodosii Lehmanni orbem pi-
 ctum, siue diff. de gentibus pulchritudinem affectantibus per fucam et pictu-
 ram, Witteb 1711. et Guil. Rondeletium de fucis Lugd. 1583. 8. Interpre-
 res ad Esaias III. 16. Rob. Balforem ad Cleomedem pag. 260 sq. Iacobi
 Grandii diff. de *ἑτυμολογικῶ* stibio *κολλυγίῳ* eiusque et aliorum fucorum vsu apud
 antiquos in re cosmetica; decad. 2. miscellaneorum artis naturae curiosorum
 appendice anni 6 post pag. 81 sqq. W. Ernesti Tenzelii dialogos menstruas
 anni 1689. pag. 497 sqq. Bibl. graec. vol. 12. pag. 1689. Abulfedatn in vita
 Mahomeris pag. 143. Ioan. Christiani Fischeri dissertationes binas de orna-
 tu mulierum. Witteb. 1709. Veteres quidem doctores Christiani luxurio-
 sam illam ac meretriciam fucatoriam semper sunt detestati, vt patet e Cle-
 mente Alex. III. 3. paedagogi et constitut. apostol. lib. 1. cap. 3 et 8. Cy-
 priano de habitu virginum, Nazianzeno orat. 11. pag. 181. aliisque. De
cosmetice sacra et ratione ornandi, mundandi, comendique feminas Perfarum
 ad Esth. II. 12. vide Georg. Wolf. Wedelii centur. 2. dec. 5. exerc. 4. et 5.
 medicophilolog. De *cosmetis* et *ornatricibus* viri docti ad Iuvenalem, et
 Taubmannus ad mostellariam Plauti Act. 1. scen. 3. Ezech. Spanhemius ad
 Callimach. pag. 547. et Christianus Henricus Postellus in callida Iunone
 pag. 209 sq. De remediis veterum cosmeticis eorumque noxis exstat disserta-
 tio Dan. Wilh. Trilleri. Witteb. 1757. 4. De more *ἡρώνα vestis* trahendi
 vel portandum faciendi Claudius Franciscus Menetrierius in dissertatione
 gallice edita sur l'usage de se faire porter la queue. Paris. 1704. 12. De
Gynaecio textrino, vestiariis, vestispicibus, capsariis, procuratoribus Gy-
 naecorum vide Bergierium lib. 4. de Imperii Romani viis cap. 23. tom. 10.
 Graev. et Henninii notas ad Bergierium pag. 766. Matth. Zimmermanni
 analecta pag. 59 sq. Carolum Stephanum et L. Baysum de re vestiaria, et
 Pignorium atque Popmam de seruis. De *pressoriis* et reconditoriis vestium,
 Salmasium ad Tertull. de pallio, et Valesium ad Ammianum lib. XXVIII. 4.
 pag. 531. Tiraquellum de iure connubiali pag. 73. De meretriciis vesti-
 bus et diuerso cultu matronarum agit Brissonius lib. 1. antiquit iuris cap. 4.
 Apud multas gentes rari *sartores*, siquidem vestes pleraeque a fororibus vel
 vxoribus aut filiabus conficiebantur. Vide interpretes ad Actor. IX. 39.
 Alexandrum ab Alexandro IV. 8. tom. 1. pag. 958 sq. et ibi notam Io. Merc-
 erii. Etymologicum magnum in *ἀνέστης*. Freinshemium ad Curtii II. 5. 20.
 tum Stephanianam ad Saxonem Grammaticum. Alexander tamen Bandiera,
 Ro-

Romanus, vt meminit Mandosius in Bibl. Rom. pag. 16. A. 1647. italica lingua edidit diatribam de antiquitate et nobilitate sartorum. Primum togas et femoralia conficere docuisse Henochum, qui Arabibus Idris, et singulis diebus togam perfecisse, quum antea bouum pellibus vterentur homines, tradunt Muhamedani. Vide Relandum de religione Muhamedica pag. 22 sq. editionis secundae.

VIII. Operae pretium est hoc loco etiam nonnulla de *annulis* adiungere, quod argumentum prae ceteris illustravit *Io. Kirchmannus* Lubecae suae decus in libro singulari de annulis edito Lubecae 1623. 8. cura filii eius cognominis, anno 14 post auctoris fata foetum hunc postumum in lucem protrahentis, reuulsum Sleswici 1657. 8. et cum Longi Gorlaei et Kornmanni lucubrationibus de eodem argumento Lugd. Batav. 1672. 12. Post hasce doctissimas Kirchmanni de annulis meditationes *Franciscum Bernardinum Ferrarium* neque suas saeculo inuidere velle scripsit Ioan. Rhodius in libro de acia pag. 63. sed haecenus quidem, Ferrario pridem defuncto, nihil quod sciam huius argumenti ab eo editum est, quanquam *Ostauii Ferrarii* praeclarae quaedam de annulorum apud Romanos vsu obseruationes leguntur lib. 1. electorum cap. 21. Idem argumentum quoque pertractarunt *Franciscus de Corte* in syntagmate de annulis, siue tractatu annulari de annulorum origine, virtute et dignitate. Antwerp. 1706. 8. *Eggebertus Schaumijs*, siue, qui verus auctor est, *Conr. Rittersbusius*, in collectaneis de annulis eorumque iure et vsu. Francof. ad Viadr. 1620. 4. *Antonius Matthaeus* in oratione de annulo, Ultrai. 1639. 4. et in orationibus eius p. 113. *Bartholomaeus Leonb. Schwendendoerfferus* in diss. de annulis. Lips. 1670. et *Franc. Montanus Vayerus* in commentatione de annulis, Operum T. 2. p. 412. edit. Paris. 1656. fol. Ludouici Chaduci de annulis opus ineditum memoratur in memorijs Treuoltinis A. 1727. p. 417. De origine, materia et vsu annulorum vide commentationem anonymi in Diario Gallico, Extraordinaire du Mercure galant, A. 1681. Tomo XIII. p. 126. et aliam in diario Anglico, Vniuersal Magazine A. 1759. p. 8. sqq. adde *Ludov. Mart. Kablii* explicationem annuli rarissimi et antiquissimi in Anglia asseruati, exstantem T. L. Parerg. Goetting. lib. 4. p. 92. sqq. in qua multa de annulorum vsu apud veteres in genere. De annulorum sculptura confer *Mcursum* parte 2. exercit. criticar. p. 34. sqq. qui etiam effigies amicorum in annulis gestari solitas obseruat p. 149. De digito annulari et leuibus circa eum persuasionibus videatur *Jo. d'Espagne* IV. 4. errorum popularium, et *Christiaph. Falsterus* amoenitat. philolog. III. p. 264. sq. Ferreis annulis utebantur plebei homines, militesque manipulares et serui. Argenteis plebs, aureis equi-

tes et fenatus. Vide JCros ad Digest. lib. 40. c. 10. *De iurē aureorum annulorum* Salmafius f. 170. ad histor. Augustam. Lipsius elector. 11. 8. Joan. Mercerus lib. 1. Opinion. c. 8. Bernartius ad 111. 3. filv. Statii. Casp. Barthius tomo I. ad Stratum p. 320. Henr. Kirschius in dissert. de annulis aureis. Lips. 1614. 4. Camillus Siluester ad Iuuenalis X. 165. p. 542. sq. et Petrus Burmannus in dissert. de iure aureorum annulorum. Ultraï. 1734. recusa Lips. 1740. et inserta symbolis litterariis, Decade secunda, vol. sexto, pag. 99. sqq. Romae 1751. 8. Annuli aurei inscriptionem, *a dros y dros sacros*, fidelibus ego fidelis ero, in Bithuricensi tractu reperti erudite illustrat P. Daniel in memoriis Treuoltinis A. 1716. p. 1399. putatque fuisse ex illis annulis, quos pugione appensos gestabant temporibus Regum Franciae Merouingicorum. Conferatur etiam Ioan. Jac. Chiffletius de anastasi Childerici c. 7. et 8. et ex eo Matthias Zimmermannus p. 113. sqq. florilegii. De luxu in annulorum multitudine vide; quae viri docti ad Marcial. XI. 60. et Valesium ad Ammiani XXVIII. 4. p. 531. sq. Cur manu sinistra frequentius gestari soliti, quam vnica sufficiat, ne dextrae vsus et actiones impedirentur; plures causas comminiscitur Michael Piccartus epist. cclxxxiii. ad Kirchmannum, post Gudianas p. 255. De annulis signatorii antiquorum, quibus etiam ad cellas, ¹³ arcas et res alias quascunque obsignandas vsi sunt, scripsit *Georgius Longus*, Mediolani 1615. 8. et Lipsiae 1709. 8. *Fortunius Licetus* libro de annulis antiquis cap. 48. p. 121. et c. 136. p. 327. sqq. *Kirchmannus* cap. 5. *Lipsius* ad Tacitum 2. annalium. *Philippus Bonanni* p. 170. musei Kircheriani, *Montfaucon* T. 3. supplementi p. 172. sqq. *Io. Frid. Heckelius* in commentatiuncula de annulis veterum signatorii. Rüdolfopoli. 1687. 4. *Nicol. Wolfius* in dissert. de annulo signatorio prisco. Holmiae 1684. 8. *Laur. Zaccagnius*, V. C. in notis ad Aëtia Archelai cum Manete pag. 441. qui p. 27. obseruat; cera vel creta siue luto ad obsignandum vsos veteres fuisse. De cera notauit etiam *Vossius* lib. 4. operis de idololatria cap. 91. Praecipue vero de modo signandi epistolas et testamenta apud veteres, consulendus *Salmafius* libro de modo vsurarum cap. XI. et in specimine confutationis animaduersionum *Defid. Heraldii*. Vide et *Heraldum* libro animaduersionum septimo. Paris. 1650. fol. et *Nouarinum* lib. V. schediasmatum cap. 29. et de annulo, quo fons baptismi signatus, notas ad *Optatum* p. 9. sq. et 12. editionis Amstelod. Annuli illi consignatores etiam *sigillaritii* dicuntur a *Vopisco* in *Adreliano* c. 50. qui cap. 42. affert dictum mimi cuiusdam, bonos principes omnes in vno annulo posse perferibi. De sigillis, quorum vice interdum virgulae siue asserculi à cimicibus exesi vel nodi nota vsurpata est,

¹³ Hinc Onirocritis amissio annuli significat rerum iscturam. Vide *Bulliardum* in notis ad historiam *Ducaë* pag. 262. et *Artemidorum* II. 5. V. 32.

est, vt docet Seldenus ad marmora Oxoniensia p. 43. et sequenti, vide Allatum ad antiquitates Hetruscas p. 39. sq. - Scaligerum cap. 11. elenchi trihaerisium, Andream Mullerum ad epistolam Mosis Mardeni p. 24. seq. et in primis Io. Mich. Heineccii opus insigne et elaboratum de veteribus Germanorum aliarumque nationum sigillis. Francof. 1709. fol. ac Francisci Ficorini opus italice sub hoc titulo editum, *I Piombi antichi*. Romae 1740. 4. in quo ad quadringenta sigilla Papatum, Imperatorum orientalium et occidentalium, Principum et Patriarcharum collegit. *Varia simulacra, signa, χαρακτήρες, sculpturas*, siue, ut ex Plinii X. 16. Epist. dicam *apophragismata*, quibus annuli ordinati apud veteres fuerunt, siue Deorum, de quibus Rycquius c. 22. de capitolio, siue Imperatorum, de quibus Heineccius p. 74. sq. laudati operis de sigillis, siue aliis quibuscunque vt in Sullae et Pompeii annulo tria tropaea insculpta testatur Xiphilinus p. 19 sq. videri possunt apud Clementem Alexandr. III. 11. paedagogi. Franc. Iunium de pictura veterum II. 8. p. 113 sqq. Fortuniam Licetum de annulis antiquis. Vtini 1645. 4. et in Hieroglyphicis siue antiquis schematicis gemmarum 60 annularium. Patavii 1653. fol. Leonhardum Augustinum de gemmis annulorum. Francof. 1694. 4. cum Jac. Gronouii notis. In Philippi Danielis Lipperti Dactyliotheca vniuersali signorum exemplis nitidis reddita cuius duae chiliades prodierunt Lipsiae 1755. 4. cura Io. Frid. Christii, qui de rei numariae veteris gratia singulari praefatus est; et in Abrahami Gorlaei dactyliotheca cum praefatione Aelii Euerhardi Vorfii de origine annulorum et animaduersionibus eiusdem Gronouii. Lugd. Bat. 1695. 4. et succinctius duabus partibus. ibid. 1707. 4. Hic Gorlaeus male bis vocatur Abraham Gorcus in Aringhi Roma subterranea VI, 50. p. 382. qui et ipse ibi de annulis varia non contemnenda collegit occasione annulorum in sepulchris antiquis repertorum. Praeclara etiam de annulis et sigillis obseruauit Io. Mabilonius de re diplomatica, et Dominicus Maria Mannus in obseruationibus historicis de sigillis antiquis, quarum pars decima octaua prodit Florentiae 1750. 4. Vide et de annulis veterum Matthiam Zimmermannum in florilegio, Io. Conr. Dietericum in antiquitatibus biblicis V. T. ad Ierem. XXII, 24. pag. 501 sq. 528 sq. Iosephi Laurentii Polymathiam lib. 1. diss. XI. et Marini de Roca singularia scripturae, parte 2. p. 460 sq. Georgii Thegen diss. de annulorum in republica vsu, Regiom. 1701. Dan. Guil. Mollerii diss. de annulo Trinitario, Altorfii 1701. De annulo pastorali D. Ioan. Andr. Schmidii diatriba, Helmstadii 1706. De annulo pronubo, dissert. Petri Mulleri, ICTI, plus simplici vice edita. De annulo pronubo Desperae virginis, quem Perusiae aiunt asseruari Io. Baptistae Lauri commentarius, Colon. 1626. 8. et Bzouius ad A. C. 1480. n. 26 sqq. T. 18. p. 193 sq. et p. 284 sq.

ad A. C. 1486. n. 15. De annulo Romanorum sponsalicio Frid. Aug. Junii commentatio, in qua ostenditur, vetustissimum esse morem, concubia per annulos confirmandi. De Annulis magicis agit Io. Michael in notis ad Goffarelli curiositates inuidias p. 267. et Iul. Caesar. Bulengerus 11, 52. aduersus magos p. 612. De gemmis annulorum veterum probe intelligendis eruditus Io. Frid. Christii commentatio exstat Tomo primo commentarior. Lips. litterarior. Lips. 1753. 8. p. 64. sqq. 175. sqq. 323. sqq. 421. sqq. Veterum sopherum sigilla et imagines, siue sculpturae lapidum et gemmarum secundum nomina Dei et constellationes astrorum, cum signatura planetarum constitutas auctoribus Zoroastre, Salomone, Raphaelle, Chele, Hermete, Thalete & Io. Trithemii MStis A. 1612. editus liber plenus commentis nugisque canoris Ioan. Macarii, Canonici Arienensis, *Abraxas seu Apisopifus*, de gemmis Basilidianis cum Abraxa Proteo Ioannis Chiffetii, Canonici Tornacensis, Antwt 1637. 4. Haud pauca sigilla vetera exhibet Raymundus Duellius in excerptorum Genealogicohistoricorum opere, Lips. 1725. fol. Quaedam etiam Io. Wilhelm. Waldschmid ad calcem diatribae de comitum austregis, Marpurgi 1716. De contrafigillis mediæ aevi, quale exstat in Actis Sanctor. T. 1. Iulii p. 213. commentationem euitgavit Polycarpus Lyserus, Helmstadii 1726. 4. De iure sigillorum luculentum tractatum edidit Theodorus Hoepingkius, Norimb. 1642. 4. De eo, quod iustum est circa sigilla Vniuersitatum vide Io. Martini Goffelii dissertationem. Gissæ 1711. 4. De sigillis ordinis Teutonici in Prussia vide Erläuteretes Preussen, T. 1. p. 824. sqq. T. 2. p. 1. sqq. De sigilliferis Episcoporum, cum primis Germaniæ vide Christiani Gottlieb Buderii commentationem, Ienae 1720. editam, et insertam Diario salano Ioan. Anton. Strubergii, Ienae 1720. 8. et Georgii Adolphi Schuberti prolusionem de Episcoporum notariis, et praesertim iis, a quibus sigilliferi nomen ortum est. Lipsiæ 1720. De annulis ex cortice furculi palmei, quibus Iudaei olim Alexandriae seditionem moruri velut tessera inter se vsi sunt, memorat Socrates VII. 13. Hist. Multa etiam nec contemnenda de vario annulorum genere congesse And. Stubelius in notis ad Panegyricum dicatum sollempni creationi Magistrorum. Lips. 1686. 4. *Δακτυλιόγλυφος* Ciceroni IV, 26. academic. quaest. vocatur *annularius*. Duumuir collegii annulariorum memoratur in veteri inscriptione apud Begerum p. 81. spicilegii antiquitatis. Claudam breuem hanc scriptorum de annulis notitiam fabella iudaica, qua aiunt beatis singulis antequam paradysum ingrediantur decem annulos ab angelo porrigi, quorum inscriptiones vide, vbi lubebis, apud Pocockium in Miscellaneis p. 295. sq.

III. Genera vestium variis refert Nennius Marcellus c. 15. p. 260. idem ib. c. 17. p. 265. b. sq. differit de genere vel colore vestimentorum. Vestes aliae fuerunt domesticae, tricliniariae Caesio Calpurnio lib. 3. quaestionum epistolae. aliae, quibus in publico utebantur. Vide *Plutarchum* in Sulla p. 486. et Iosephi Landoni. differat. ad Apostolum Zenam de vestibus coenatorum coenualibus, sive cubitorum insertam tomo primo supplementi disceptationum eruditorum Italiae. De *toga militumque et calcis* differit Carol. Sigonius lib. 3. de iudiciis Romanorum, c. 18. 19. 20. De *toga* et variis *togarum* generibus Turrius T. 12. thesauri Graeviani p. 395. sq. Hieronymus Bossius in commentario de *Toga Romana*, Ticini edito 1614. 4. et recuso Amstelod. 1671. 12. et Tomo secundo thesauri Sallengriani p. 1305. Valerius Andreas libello de *toga, sago, etc.* Douanii 1625. 12. Montfaucon T. 3. antiquit. explicatae, et T. 3. supplementi sub initium. Octavius Ferrarius in dissertatione de modo gestandi togam, Aldus Manutius in dissert. de *toga Romanorum*, quae existat in eius quaestis per epistolas. Venetiis 1576. 8. et inserta deinde est Gruteri thesauro critico, tomo IV. et thesauro Graeviano T. VI. p. 1183. Franc. Maria Turrius in notis ad vetustissimam Vrsi Togati inscriptionem T. 12. thesauri Graev. p. 389. Edmundus Richerius ad Tertullianum de pallio p. 931. sq. Philippus Rubenius lib. 1. electorum cap. 17. vbi de sinu togae. Idem de tunica interiore lib. 2. cap. 20. vbi iconismus duplex statuae tunicatae. Antonius Matthaeus in dissertatione de *toga*. Ulrai. 1638. et Io. Georg. Eiletus in dissertat. de *toga et sago*. Wirteb. 1671. De clavis vestium et mapparum, de *κλειδίοις ὑπερομήοις* sive *angusticlaviiis*, *πλατυσήμεαις* sive *laticlaviiis*, quarum illae duobus arctioribus segmentis purpureis per utrumque humerum ad infimam tunicae oram productis, haec latiore segmento vno per pectus ad itam tunicam descendente insignes erant, diligentissime et accuratissime agit idem Albertus Rubenius libro primo, cuius sententiam contra Ferrarium tuetur Graevius ad tomum sextum thesauri. Vide etiam Petronium Burmanni p. 126. Montfauconum T. 3. supplementi pag. 3. sq. Sam. Pitiscum ad Suetonium p. 335. Claud. Salmatium ad Tertullianum de pallio p. 71. et Bossium a nobis iam laudati librum de Senatorum lato clavo (qui itidem purpureus erat ut triumphantium aureus). in lucem emissum Ticini A. 1618. 4. et recusum Tomo II. thesauri Sallengriani p. 1325. De *trabea* sive breviori toga ex purpura et cocco Aldus Manutius Tomo I. thesauri Sallengriani p. 769. de eadem et de *chlamyde* Rubenius iterum videndus, a quo tamen quod ad formam chlamydis ¹⁴ attinet, diversus abit illustri Cuperus in dissertatione sub-

F f 3 iuncta

¹⁴ Non modo Alexandriae, sed habitabili terrae *χαλκιδονίδος ὀρχήμης* tribuunt veteres. Vide Harduinum ad Plinium tom. I. pag. 562.

iuncta commentario de Apotheosi Mōmeri p. 177. sq. De chlamyde tenebrina et toga purpurea Salmasius pag. 453. ad Vopisei Firmum. Lacerda aduersarior. p. 181. interpretes ad Matth. XXVII, 28. et Caspar Sagittarius singulari dissertatione. Ienae 1672. De *epomide* laudatus Cuperus ibid. p. 144. De *twinea* picta saluari auro distincta et purpura Octavius Ferrarius II. 16. electorum de illa accipiens auream spiram apud Tituenaem. Sae. VIII. 207. Theophilus Raynaudus de veste scapulari, tomō VII. Opp. Persae, Medi, Parthi non solum vestifui et *στολαφοφοῦντες*, sed sub stola siue talari toga etiam, braccati, laxis vrentes feminalibus siue *ἀναξυρίαι*. Vide Bourdelotium ad Heliodorum p. 65. De *vestibus litteratis* siue quibus nomina inrepta erant, secūndus Iosephus Maria Saresius in dissertatione singulari de hoc argumento, edita Vastone 1652. 4. Philippus Rubenius lib. 2. electorum cap. 2. Albertus Rubenius lib. I. de re vestiaria cap. 10. Camp. Vitringa lib. 1. obseruat. sac. p. 148. illustrans locum sacri scriptoris Apoclyps. XIX, 16. Stephan. le Moyné in exercitatione ad verba Ieremiae XXIII, 6. p. 101. sq. Philippus Rubenius II. 1. electorum, Bernhard Montfauconius Palaeogr. graec. lib. 1. c. 2. et Petrus Zornius T. II. Opuscul. Sac. p. 759. sqq. De *vestibus palmatis* Ioan. Christ. Polkius sing. differt. Altorfii 1720. et Ern. Sal. Cyprianus in Programmatibus, Coburgi 1708. Progr. primo. De *vestibus variegatis tinctisque* Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 530. *Attenuata in flum mari matalla texuntur*; inquit Hieronymus epistola 22 ad Eustochium. De *vestibus papaueracis*, papaueratis, scutulatis Harduinus ad Plin. VIII, 4. 8. vbi etiam de aqua pictis, polymitis aliisque. Adde Coelium Caleagninum lib. 3. ep. r. Memorias Treuoltinas A. 1715. p. 1733. et Lampium in Pf. XLV. p. 519. sq. De *vestibus undulatis* Servii Tullii Nicol. Heinsius ad Ouidii fastos, lib. VI. 570. De *vestibus loratis* siue ornatis loris seu institis et paragandis (*bebrānt*) Salmasius fol. 478. ad Vopisei Proculum. De *vestimentis e iuncis*, Labat T. V. Atin. Afric. pag. 184. sqq. De vestitu e *papyro indica* in Gallia ante aliquod tempus inuento Sigilmus Andr. Flachsius sing. differt. Lipsiae 1718. edita, vbi veteribus hoc quoque vestimenti genus vsurpatum paragrapho quinta ex Herodoro probat, et Bibliotheca academica Halensis IX, 108. p. 419. De *vestibus in ligulas incisis* Langius glossario in cultellare, qui etiam de *cyclade* et multis aliis vestimentorum generibus videndus, vti e veteribus Pollux lib. VII. et Isidorus lib. XIX. Originum. Luxum in veste picta variis figuris et imaginibus etiam euangelicas historias referentibus reprehendit S. Asterius tomō I. austarii noui Cambesifiani p. 4. sq. Stolae *σωληνηται* finibus frequentibus fluentes, (mit Falten,) Goarus ad paginam Cedreni 393. *πλεῖντες* in vestibus, Suidas in *Θεσσαλικαί*. De *simbriis* siue cirris vestium ac mapparum Salmasius

lius ad Spartiani Pertinacem c. 8. et Petronius chriffimi Butmanni pag. 127. Lex caudaria exstat apud Martenium T. 3. collect. p. 778. Vestes bombycinas et linteas tam tenues, vt corpus per illas pelluceret. ¹⁵ *nebulas linteas, ventos textiles*, et vitreas togas prisca scriptores rident ac perfringunt passim. Vide praeter eundem Petronium pag. 274. Harduinum ad Plin. tomo I. p. 680. et tomo 2. p. 515. Rev. Olearium ad Philostratum p. 8. Rigaktium ad Onofandrum p. 40. sq. et Huetium p. 10. ad anthologiam. De serici vsu, qui a Seribus ad Persas et inde ad Graecos et Romanos pervenit, et Iustiniani tempore, ovis bombycum CPolin delatis vulgatus est per Europam vide Vossii Erymologicum in *sericum*, eundem IV. 90. de idololatria, Salmasium ad Tertullianam de pallio, ad Solinum et historiam Augustam, Bibliothecam Anglicam T. IV. p. 74. sqq. et Ioannis Franc. Giorgetti commentationem de origine serici, adiectam eius poemati elegantissimo de bombyce, italice sub titulo: Il Filugello, o sio il Baco da Seta, Venetiis 1752. 4. edito. De *palla* Deorum elegantissimus Broeckhusius ad Tibullum p. 398. De *palliis* Philosophorum aliorumque Salmasius, Cerda, Pamelius et alii ad Tertulliani librum, quo respondet criminantibus, quod Christianus factus *a toga ad pallium* descenderit et hoc cum illa permutaverit. Viri docti ad Gellium et Laertium, Valensius ad Socratem p. 85 et 90. sq. vbi de pallio Rhetorum, Cresollus III, 16. theatri Rhetorum, tomo X. Gronov. Alexander Arnoldus Pagenstecher disertatione quinta sylloges dissertationum, Bremae 1713. 12. B. D. Hector Godfrid Masius dissert. de pallio Paulli, Georg. Guil. Ouerkamp de vestira praecipue pallio veterum philosophorum, Ienae 1734. Reuerendus Christianus Guil. Franc. Wachsius in antiquitatibus pallii philosophici veterum Christianorum. Ienae 1746. 8. et auonymus in dissertatione de pallio Hebraeorum et Christianorum, quae exstat Tomo XXXVII. collectionis opusculor. scientific. et philolog. pag. 435 sqq. De vtraque paenula Io. Bapt. Donius in dissertatione, quae post editionem Paris. 1644. 8. recusa est tomo VI. thesauri Graeciani, Barth. Bartholinus singulari libro, Hafniae 1670. 8. recuso in eodem tomo thesauri Graeciani, Iac. Sponius Miscell. eruditae antiquit. et Claudius Salmasius not. ad Tertullianum de pallio p. 86. et notis ad Lampridium tomo I. script. hist. Aug. p. 774. et 925, vt plures taceamus.

De nolarum vsu in vestibus vide Cangii Glossarium in *καυδών*, Wilh. Ern. Tentzelium in supplemento secundo historiae Gothanae, et T. I. Bibl. curiosae p. 346 sq. Noua literaria Hamburg. A. 1703. p. 94. Io. Mich. Heineccium de sigillis p. 101. et icones in Antonii Matthaei libro de nobilitate p. 132. Gabriel. Bucelini Germaniam T. II. p. 414, 417, 418, 420.

Actis

¹⁵ Martialis VIII. 68. *Formosum licet sic per bombycina corpus.*

Actis Sanctor. T. I. Iulii p. 374. Adde observationes Haleses germaniae editas T. I. p. 413 sqq. Io. Georg. Eccardi *Erläuterung eines Kleinodien-Röfsteins* p. 16 sq. Acta Francorum Erud. VII. p. 453. sq. vbi etiam de sceptris sonantibus, et Christi. Schoettgenii diss. de nolis in vestitu ad illustrationem verborum canonicis sacri Petri Dresdensis: da die Schellen flängen in Regis curia. Stargardiae 1725. De substratione et pignoratione vestium diis facta liber Io. Nicolai prodiit Gissae 1701. 12. cui abbe Martinum de Roa, II. 7 sq. singularium scripturae, Barthium III. 2. aduersar. Interpretes ad 2 Reg. IX, 13. Matth. XXI, 8.

X. *Periscelides* veterum, Ouidio *genualia*, exponit Antonius Bynaeus lib. I. de calceis Hebraeorum cap. 8. De periscelidibus feminarum cum tintinnabulis vide Io. Henr. Maii obseruat. sacras lib. 3. p. 109 sqq. edit. secundae. De recenti ordine equitum illustriam aureae periscelidis praeter alios consulegidus est Ioan. Christoph. Beckmannus in notitia siue syntagmate dignitatum illustrium. De Zonis, in quibus numos portabant, et *cingulis* Isidorus lib. 19. Origin. cap. 33. Zimmermannus pag. 818. florilegii, Interpretes Matth. X, 9. Apoc. I, 13. Albertus Voguius Miscellan. Biblic. p. 175 sq. Stuecius antiquiconiual. II, 29. viri docti ad Plautum, Phaedram IV, 21. Gellium XV, 12. Horatii Ep. II, 20. Suetonium. Vitell. c. 16. Iuuenal. XIV, 97. Apuleium VII. Milesior. Meursius ad Astrampsychem pag. 149. de luxu Romanorum, p. 85. et III. 25. miscellan. animaduersion. Iarablichus cap. 27. vitae Pythagorae, Io. Nic. Rostius in dissert. de veterum Zona pecuniaria. Ienae 1681. Io. Frider. Dürrius in dissert. de Zona et logica. Altorfii 1687. 4. et Iac. Sponius pag. 253. miscellan. eruditae antiquitatis, vbi etiam baltearii mentio, qui balteorum curam habebat in armamentario Augustorum. De balteo sacerdotali vide Ioan. Andr. Cleffellii dissertationes tres, quarum prior sub praesidio Ioan. Christoph. Wichmannhausen habita est, Witteb. 1717. et 1718. De *chirothecis* veterum, quae Rabbinis *domus digitorum* apud Buxtorfium p. 302. lexici Talmudici, idem Buxtorfus ibid. p. 1406. Io. Nicolai libro singulari de chirothecarum vsu et abusu, Gissae 1702. et auctor anonymus dissertationis de chirothecis, insertae diario Anglico, *the present State of the Republick of the Letters*, A. 1732. p. 289 sqq. et Io. Gottfr. Boehme in dissertatione de pignore per chirothecam. Lipsi. 1674. 4. Clementis III. vel IV. Pontificis diploma, quo praeposito B. Mariat Magdeburgensi inter missam usum chirothecarum concedit exstat in Ioan. Georgii Leuckfeldi antiquitatibus Praemonstratensibus p. 113. sq. De *baculis* veterum dicturum se. promisit Casaubonus ad Theophrasti characteres p. 191. vbi mentio baculorum Laconicorum, de quibus Meursius II. 17. Misc. Laconicorum; videndus interim Urbanus Godofr. Siberus in vita Spiridionis p. 76. De *crepidis* veterum diatribam Ottonis Sperlingii

lingii Hafniae 1699. ediam recudi curauit Clarissimus Gronouius tomo IX. thesauri antiquitatum Graecarum. Sperlingianam vocabuli Pantoffel etymologiam examini subiecit Olaus Rudbeckius, filius, in specimine vsus linguae Gothicae pag. 84-93. Vide etiam de crepidis veterum Suidam in *περίβολοις* et Vignolium Maruillium tomo I. miscellaneorum, pag. 209. De crepidarum obstragulis Harduinus ad Plinium IX, 35. p. 333 et 378. sq. De ocreis Valtrinus III, 12. Lipsius lib. III. de militia Romana cap. 7. et Arcerius ad Aeliani tactica p. 107. Sabinos sinistro, Romanos dextro pede ocreatos in bello fuisse, notat Dausqueius ad Silium p. 353. Ex rubris ocreis agnirus Imperator, Historia Miscella 18, 27. De *caligis* praeter Nigronum libro mox laudando, Salmasius notis ad scriptores histor. Augustae tomo II. p. 233. et Burn. Briffonius antiq. selectar. lib. II. cap. 5. De *braccis* Casaubonus ad Suetonii Augustum cap. 82. Pircus ad Suetonii Caesarem 80. 83. 3. Clericus ad Exod. XXVIII. 42. Vossius in Etymologico, Tiraquellus ad Alexandrum ab Alexandro lib. V. cap. 18. Io. Braunius de vestitu Hebraeorum lib. 2. cap. 1. et Io. Diecmannus specimine glossarii Rabani p. 53 sq. Braccarum vero vsum Hebraeis, Graecis ac Romanis incognitum fuisse docet Oetauius Ferrarius II. 2. electorum, vbi inter alia ostendit *subligacula* fuisse pannum quo pudenda velabant ephebi quum nudi in campo Martio exercerentur. Idem II. 9. contra Vossium in Etymolog. ostendit *facinus maioris abollae* nihil aliud esse nisi facinus Philosophi qui palliati incedebant, abollam enim esse pallium, *αιναβολη*. De *calceis* Hebraeorum duobus libris egit Antonius Bynaëus, qui post primam editionem Anni 1684. 12. auctiores prodierunt Dordraci 1695. 4. et Christ. Guil. Vollandus de sandaligerulis Hebraeorum. Witt. 1712. Graecas enim et Latinas Antiquitates circa calceos illustrarunt Benedictus Balduinus, (futoris filius nec futoriae ipse imperitus, sed qui patrem in conficiendis calceis iuuit) cuius calceus antiquus et mysticus lucem adspexit Parisiis 1615. 8. et Amstel. 1677. 12. cum Iulii Nigroni pridem Dilingae 1621. 8. separatim vulgato libro de caliga siue calceamento militari veterum, Alber. Rubenii diatriba de calceo senatorio, et excerptis Salmasii de calceo ex eius commentario ad Terulliani de pallio librum. Nouissime cum Observationibus suis librum Balduini et Nigroni recudendum curarunt, Io. Frid. Nilant Lugd. Bat. 1711. 12. et qui haud ita pridem orbi litterario cum magno sui desiderio ereptus est Christ. Gottlieb Ioecherus, Lipsiae 1732. 12. Adde Io. Adami Koenigii dissert. de ritu portandi calceos, Witteb. 1678. Io. Frid. Durrii dissertationes binas de veterum calceamentis. Altorfii 1688. et Henr. Tobiae Bittneri commentationem de calceis veterum. ibid. 1740. De calceis purpureis Imperatorum et Patriarcharum Cangius ad Villeharduinum p. 307 seq. et Stephanus

de Altimura p. 220. panopliae aduersus schisma graecorum. De gemma clausisque calceorum Philippus Rubenus II. 14. electorum. Ἰποδήματα καὶ σανδαλία Matthaei X. 10. atque aliis Noui Test. locis unum idemque esse (aduersus Salmasii sententiam qui ea distinguit p. 355. ad Tertullianum de pallio) docet Thomas Reinesius Epistola ad Io. Christfridum Sagittarium, quae legitur in Frid. Gotthardi Gotteri. elogiis clauorum Altenburgensium, Ienae 1713. 8. p. 74 seq. Varia quoque calceorum genera commemorat Galenus IV. in Hippocr. περὶ ἀρθρῶν tomo 5. pag. 644. Isidor. Hispalens. lib. 19. Orig. cap. 34. Bisciola tomo 2. horarum subsec. lib. 17. c. 21. De puniceo siue mulleo calceo Voss. lib. 4. de idololatria c. 5. et quae viri docti ad haec Vopisci cap. 49. Aureliano: *calceos mulleos et aereos et altos et hederacios viris omnibus tulit, et mulieribus reliquit.* De Phacasia genere calceamenti Graecanici Lipsius ad Senecam lib. 7. de beneficiis c. 21. et ad Epistol. 113. De lunatis calceis quibus fas uti patritiis. Barthius ad Statium tomo 1. pag. 450. Cargius ad Zonaram pag. 329 sq. et Bonanni in museo Kircheriano p. 164 sq. Calceorum effigies in statuis apud Montfauconum T. 3. supplementi tab. VI. caligarum militarium T. 4. supplementi tab. III. fqq. Calceorum e corio vsus olim rarior. Vide Io. Georgii Keyseri antiquitates septentrionales p. 170 sq. De more calceos subligaculis suis soluendi Antonius Iul. von der Hardt, iam S. Theologiae et linguar. orient. Professor celeberrimus in Academia Iulio-carolina, in dissertatione sub Io. Godofr. Lackemachero habita de studiis per colloquia cum eruditis. Helmstadii 1728. De more calceos in lectu ponendi Io. Henr. Maius lib. 3. obs. sacr. p. 24 fqq. De calceamentis Scytharum videatur Car. Godofr. Zapfius in dissertatione de Abaride. Lips. 1706. De Germanorum calceamenti Treuerus in anastasi veteris Germani. Indorum calceos vide in Ludou. Moscardi museo, p. 303, 305. Persas altis calceis vsos recte ex Strabone annotauit Zaccagnius ad Acta Archelai a se edita § 12, ubi Manes siue Manichaeus haereticus dicitur usus calceamenti genere, quod quadrifolea appellari solent. De solea vide sis Sirmondum p. 189 sq. ad Sidon. Soleae equis mulisque apratae Scaliger p. 23. ad Carullum. De sparteis sandaliis mentio apud Socratem VII. 36. cui iungas Rubenium elect. p. 59. *Monocrepis*, quale genus calceamenti sit discas ex Iunio de pictura pag. 25. et Th. Munkeris mythographis tomo 1. pag. 30. in notis ad Hyginum. De natis, quibus iter celerrime per niues glaciesque conficiunt, (pandas trabes vocat Saxo Grammaticus libro V.) vide Wormii museum p. 173. Sutores alii virilium alii muliebrium calceorum; alii qui tantum scinderent coria, alii qui confuerent. Xenophon VIII. Cyropaed. p. 208. vbi etiam de sartoribus similiter. *Insabbatati, Zabatenfes*, qui in Zabata siue sotulari et calcea-

calceamento suo per certum signum dignoscebantur, Waldensium fuere genus. Vide Pagium ad A. C. 1197. n. 10. Martene T. V. anecdotor. p. 1755. et Bibliothecam Patrum T. 25. p. 255. C. D. De *excalceatione* D. Georgius Caxitrus et alii ad Exod. III. 5. Io. Fabricius de Cacozeria Gentilium tom. 2. diff. B. Dilherri pag. 228. Zimmermannus in analectis pag. 65 seq. Io. Clodius in dissertatione de ritu excalceandi. Witteb. 1672. et Caspar Sagittarius in diff. de nudipedalibus veterum, quae recusa est in Syntagmate 1. Disputat. Philolog. Amstel. 8. Agit autem *capite I.* de nudipedalibus promiscuis in itinere vel alibi quae defectu aut studio fieri solebant: *capite II.* de nudipedalibus religiosis, de quibus videndi etiam Interpretes ad Exod. XXX. 18. Bynaeus de calceis Hebraeorum lib. 2. cap. 7 et sq. Rupertus ad Florum p. 210. Geuarius 11, 12. electorum, Io. Christfr. Sagittarius in diff. an ebraei nudis inceserint pedibus. Ienae 1644. et in eius otio Ienensi p. 89. Io. Christ. Wichmanshausen in dissert. de calceo in Hebraeorum sacris deponendo. ib. 1721. Io. Gottlob Carpzovius in disput. de discalceatione religiosa in loco sacro ad Exodi III, 5. et Iosuae V, 15. Lipsiae 1729. recusa ad calcem annotationum in Goodwini Mosen et Aaronem p. 769 sqq. in qua contra Guffertium comment. linguae hebraeae p. 861. ed. in fol. et p. 1645. ed. repetitae Lipsiae 1743. 4. communioem sententiam, nudis pedibus incesse sacerdotibus sacris operantes affirmantem, defendit. Ioan. Ern. Imm. Walchius de religiosa veterum *ἀνυποδησία* ad Act. VII, 33. quae exstat fasciculo primo eius dissertationum in Acta Apostolorum, Ienae 1756. 4. p. 101 sqq. et in qua in primis de *ἀνυποδησία* apud gentes vsitata disserit. *Capite III.* idem Sagittarius agit de nudipedalibus lugentium ac poenitentium, et *Capite IV.* denique de nudipedalibus leuirorum, de quibus Talmudici tractatu *לוי* de leuiratu tomo 3. Surenhusii pag. 1. et Interpretes ad Deut. XXV. 5. et librum Ruthae IV. 7. et Abr. Henr. Deutschmannus in dissert. de ritu excalceandi in contractibus. Witteb. 1693. De modo inducendi vel deponendi calceos, praecipue ad Mensam, vide Guil. Stuckium Antiquitatum Coniualium II. 27. pag. 227 sq.

De primo homine nudo condito, de gentibus itidem quibus nudis incedere mos, de Adamianis haereticis nuditatem affectantibus, de Philosophis Gymnosophistis etc. vide dissertationem Rev. D. Io. Schmidii de nuditate hominum in triplici statu, integritatis, lapsus et post resurrectionem, Lipf. 1708. Io. Gottlieb Hardtii binas de nuditate exercitationes, ibid. 1684. et Pauli Henr. Tillemanni commentationem historicomoraalem de eo quod iustum est circa nuditatem Ien. 1692. Lipsiae 1726. 4. Dicuntur etiam quandoque nudi, ex phrasi orientalibus vsitata; qui *ἐπεδύτην* exterius *ἰμάτιον* siue superiorem vestem,

vestem, stolam et pallium, abiecerunt; et si *χιτών*, tunica et femorali adhuc sint induti. Vide Ludov. de Dieu ad Ioan. XIII, 4. XIX, 2. XXI, 7. Actor. IX, 39. Gisberti Cuperi observationes p. 36. et Borremansium de poetis et Prophetis pag. 119. De Platonis lege nuditatem in Rep. sua suadente Io. Baptista Crispus de Philosophis caute legendis p. 411 sq. et qui Philosophum excusat Bessarion IV. 5. contra calumniatorem Platonis. De stolis beatorum, Rev. D. Samuelis Schelwigii diatriba exstat in lucem edita Gedani 1692. De decore circa vestes vide Christiani Henr. Weisii dissertationem Lipsiae 1710.

XI. De more scindendi vestes in luctu et indignatione vide interpretes ad Num. XIV. 6. Ios. VII, 6. Iudic. XI, 35. Matth. XXVI, 6. De laceratione vestium apud *Hebraeos* visitata confer Nicol. Serrarium in *Estheris* cap. IV. Carpouzium ad Goodwinum p. 650. Io. Christi. Genselium observ. sacr. p. 33. Corn. Adami observ. theologicophilolog. p. 180. et Ioan. Christoph. Wichmanshausen de laceratione vestium apud *Hebraeos* visitata. Witteb. 1716. De laceratione vestium apud alias gentes vide Aeschylum *Perfis* v. 1065. *Horodorum* III. 66. Cerdam et alios ad *Aeneid.* V, 685. XII, 682. Bourdelotium p. 21. ad *Heliodorum*, *Freinshemium* ad Curtii III, 11, 25. Petri Fabri II. semestr. p. 122. sq. Eliam Schedium ex edit. Iarkii p. 700. Octavium Ferrarium de re vestiaria parte 2. lib. 4. c. 2. Sadi Rosarium p. 269. Brissonium de regno *Perf.* lib. 2. p. 256. et dissertationes Christ. Roehrensae. Witteb. 1668. et Christoph. Iac. Schroederi. Ienae 1705. Pullae vestis usus in luctu Athenis iam Periclis tempore, ut docet Plutarchus de laude sui p. 543. Carthaginienses luctu publico nigris pannis moenia urbis suae circumdabant teste Diodoro Sic. lib. XIX. tom. 2. pag. 740. De Romanorum lugubri habitu, in moerore publico praefertim, consulenda praeter eundem Ferrarium T. 6. Graevii p. 668 sq. Ciceronis oratio in *Vatinium* c. 12 sq. et Henr. Norisius ad *Cenographia Pisana* diss. 3. c. 2. De vestitu colorato in luctu regio exstat dissertatio Andr. Iulii Dörnmeieri, Halae 1704. Nigris vestibus in luctu vsi etiam Christiani vide Asterii homiliam 1. in tomo 1. auctarii novi Combesii. pag. 92. licet improbante Cypriano, de quo Franciscus Pithoeus in *Pirhoenis* p. 5. De vestibus sepulcralibus B. Io. Frid. Mayeri diss. *Gryphiswald.* 1706. Confer etiam scriptores de luctu, infra capite ultimo a nobis laudatos.

XII. De vestibus militaribus et armis pauca quaedam subiungenda restant. Et de *vestibus* quidem sago, lacerna, paenula, armikausa videatur R. H. Schelius disserr. VI. ad *Polybium*, et Philippus Rubenius 11, 12. *Electorum.*

rom. De *sagis* Ferrarius de re vestiaria II, 13, 8. sq. De *paludamento* Imperatoris Lipsius de militia Romana 11, 12. De discrimine inter *sagum*, *paludamentum* et *chlamydem* vide I. E. I. Walchium ad Cellarii compendium antiquit. Rom. pag. 549. not. x). *Albae* fuerunt militum vestes ducimque *chlamydes* vide Iuretm ad lib. 1. Paullini de vita S. Martini fol. 888 sq. T. VIII. Bibl. Patr. Morell. Militum *cingulus* seu *balteus*, Rupertus p. 327. in Florum. De armis vero et quidem de *scutorum* forma quae Hebraeis in usu fuit consulenda Theodori Dassouii dissertatio ad titulum Celim §. 2. sq. Witeb. 1696. et Io. Christoph. Ortlobii dissertatio de scutis et clypeis Hebraeorum, Lips. 1718. De *gerro* Scythico scuto praeter graecos Lexicographos et interpretes Festi comite, Scholia graeca ad Lucianum tomo 2. pag. 32. *Gerrae* *Pedarum* etiam *scuta* e viminibus contexta ut notat Adr. Relandus parte 2. diss. Misc. p. 186. de quibus consularur Ezech. Spanhemius p. 193. ad orat. primam Juliani. De *decumana*, scuti maioris genere, vide quae viri docti ad Hirrijum de bello Afr. cap. 29. et Festum. De *Parmâ* *clypeo*, *scuto*, *pelta*, *cetra*, (quae Afrorum fuit) et *ancili* aliisque scutorum generibus agunt Aldus Manutius in quaestis per Epistolam tomo IV. lampadis Artium Gruterianae p. 304. sq. et tomo primo thesauri Sallengriani p. 817. Frid. Taubmannus ad culicem Virgiliae p. 106. Lipsius l. 3. de militia Romana c. 1. et 2. et in analectis ad idem opus: Petr. Petitus lib. de Amazonibus c. 25. et 26. vbi sigillatim de *pelta*. Maj. Zimmermannus in analectis pag. 556. sq. Herm. Hugo lib. 2. de militia equestri cap. 4. Henr. Dodwellus in diss. postuma de *parma* equestri Woodwardiana, Oxon. 1713. 8. vbi etiam de aliis quibusdam ornamentis vestibusque militaribus veterum Romanorum. Henr. Norisius ad Cenotaph. Pisana p. 121. Pierius hieroglyph. cap. 36. sqq. Jac. Thode diss. IV. de clypeis scutisque veterum. Hafniae 1718. 4. Ioan. Sartorius in Schediasmate de clypeo. Witeb. 1724. Blasius Caryophilus in opusculo de veterum clypeis. Lugd. Batav. 1751. 4. Fortunatus Schachus lib. 3. myrothecii cap. 29. seq. qui cap. 15. seq. fuse agit de *Cerethaeis* et *Pheleraeis*, quos milites et stipatores Regis Davidis a *cetris* et *peltis* ita dictos contendit, quasi *cetratos* et *peltatos* dixeris. Confer auctores supra p. 743. de iis excitatos. De clypeis extat et diss. Ios. Waffii Angli, cui addendus Tobias Gutberletus libro de *Sallis*, cap. 12. sq. vbi de forma *anciliorum* quae saltantes Martis Sacerdotes circumgestabant. Io. Danielis Rami, erudita diss. de *Ancilibus* Romanorum, Hafn. 1706. Ez. Spanhemius p. 167. ad Callimachum, qui de clypeorum forma & appellatione, totoque eorum discrimine alibi accurate egisse se testatur. De clypeorum aureorum usu idem Scacchus III, 22. *Clypea* votiva in *templis* suspensa etc. Salmaf. ad Trebellii Pollionem, Sponius p. 152. sq.

Misc. vbi exhibet et illustrat clypeum votiuum Scipionis Africani et p. 154. plura deprimit e. numis. Vide de clypeis votiuis Iacobum Sponium in Recherches curieuses d'antiquité p. 1. sqq. Guilielmum Marfium in dissert de clypeis votiuis inserta T. 2. memor. acad. inscriptionum pag. 227. sqq. Observaciones super clypeo votiuo, T. V. histor. Acad. inscription. p. 240. sqq. et Ioan. Frid. Rexrath orationem de clypeis in loco sacro suspensis, Lipsiæ 1737. 4. De clypeis Lydorum Xenophon VI. Cyropaed. p. 126. Γαυρός τόξοι θηκη, pharetra sagittarum, fagma scuti, Sirmond. p. 239. ad Sidon. Scuta ex plurimis sibi superimpositis laminis siue pellibus confecta obseruat Graeuus p. 86. sq. in lectionibus ad Hesiodum. An tota aerea in vsu fuerint disquirat Arcerius in notis ad Aelliani Tactica p. 132. Insulam Cyprum scuto Gallico similem esse affirmat Hyginus fab. 276. De scutis *Duceolis* oblongis Gallicis in acutum desinentibus Cangius ad Alexiadem p. 396. Idem de scutis per naues dispositis, vt pone illa milites tutiores pugnarent, p. 283. sq. ad Villeharduinum. Prae ceteris vero omnibus de omni genere scutorum consulendus Hent. Speelmannus in Aspidologia, Lond. 1654. fol. cum Nicolai Vproni libro de studio militari, et Io. a Bado aureo tractatu de artibus, notisque Ed. Bissei. In clypeis imagines et insignia pingi mos antiquissimus, de quo Rigaltius ad paginam 17. Tertulliani, et Drakenborgius ad Silium p. 421. Scutum Achillis, de quo Homerus pictum rebus innumerabilibus, illustratur a Ioan. Boiunio in apologia Homeri Gallice edita Paris. 1715. 8. Clypeus ouatae figurae apud Montfauconium T. 4. supplem. pag. 12. tab. VII. VIII. IX. Clypeus rotundus et trapezoides apud eundem ibidem post sabulam XIII. Clypeus insignis rotundus in numo Vitellii apud Tristatum T. I. p. 275. macedonicus est, vide Patinum ad Suetonii Vitellium. Clypeus cum inscripto voto apud G. Hiccesium diss. Epistolar. p. 187. sq. Summum dedecus habitum, si quis scutum abiiecisset, de quo Lindebrogius ad Codicem Legum antiquarum p. 1476. et ego notis ad Sexti Empirici Pyrrhonias Institutiones lib. 3. sect. 216. Diuersarum cohortium milites diuersis signis in scuto vsi sunt. Vide columnam Traian. n. 149. Clypeis inscripta fuerunt Ducum nomina, vide quae annotauit Fabricius ad Dionem p. 315. Honor fuit, quum clypeus mortuis Imperatoribus poneretur. Vide Capitolinum in Antonino pio c. 5. et Trebellium Pollionem in Claudio Scutis impositi, qui duces vel principes eligerentur. Vide Pithoeum II. 6. subseciv. et Lipsium ad Taciti IV, 25. histor. Clypeos Germanorum in numis Augusti habes apud Rubenium, in Drusi numo apud Patinum p. 51. thesauri numismatum, septentrionalium populorum apud Wormium p. 370. Musci. Varias clypeorum figurae in veteribus signis

alia obuiaē sunt spād Hainescium de sigillis p. 202. Vide et p. 130 et 214. De *galea*, *lorica*, et aliis; similibus eorumque insignibus agit Alexander ab Alexandro lib. 1. genial. dierum cap. 20. Lipsius lib. 3. de militia Romana c. 1. et 5. et 6. Hillscherus in vita Goliathi p. 86. Barthius aduersar. XXII, 14. Poterius Archaeol. Graec. III. 4. Christi. Brünings in dissert. de cornu salutis. Heidelb. 1743. Io. Henr. Lederlinus in specimine philolog. de galeis veterum. Argentor. 1716. et Io. Frid. Durrius in dissert. paullo ante p. 860. citata de veterum armis bellicis Zona et lorica. Altorfii 1687. De *loricis* textis Casanb. ad Sueton. Gallam cap. 19. Io. Clericus ad Exod. XXVIII, 32. De *loricis* linteis veterum Sigismundi Iacobi Apini dissertatio existat Misc. Lipsienf. T. VI, p. 275. sqq. et T. VII. p. 316. sqq. auctior vero recusa est Altorfii 1719. *Loricæ* in numis de Sarmatis et de Germanis. Patinus thesauri p. 169. 175. De cultro venatorio, *spatha*, *machaera*, Rhodius p. 45. ad Scribonium sq. et Burmannus pag. 179. ad Petron. vbi et *elypeorum* gladiatoriorum effigies. Variæ icones *loricarum* ex veteribus sigillis exhibentur ab Heineccio p. 204. De *telis*, *bastis*, *gladiis*, *pilo*, Gellius lib. 10. c. 25. et ad eum locum Proustius aliique interpretes, Turnebus lib. 19. aduers. cap. 32. Scaliger ad Varronem et Festum, Brodaeus lib. 6. miscell. cap. 26. Lipsius lib. 3. et in analectis ad lib. 5. cap. 4. de militia Romana, et in electis hb. 1. cap. 7. Gladii non solum caesum, sed etiam punctum inferendis ictibus habiles. Vide Miscell. observations upon Authors. Londini 1731. 8. n. 9. p. 280. sq. sed confer quoque in contrariam sententiam Sponii Recherches d'Antiquité p. 23. De *bispenni*, quam *bisacutam* vocat Guilielmus Brito II, 305. et cuius figuram exhibet *πλάκω* Simmiae, vide Barthium ad Statium tom. 2. p. 566. sq. Petrum Petium de Amazonibus c. 32. Petronium Burmanni p. 627. Io. Carolum Schortum in noua explicatione apotheoseos Homeri p. 50. R. H. Schelium singulari dissertatione de telis ad Polybium. Patricium et Salmasium T. 10. thesauri Graeuiani passim. Poterius Archaeol. Graec. De telis ignitis, ad quae Paullus allusit Ephes. VI, 16. confer Ioan. Andr. Schmidii diss. de armatura spiritali. Helmst. 1701. 4. in qua variæ armorum veterum genera illustrantur. Consule quoque Lipsii Poliorceticon V, 5. De telis Hebraeorum, et quae ipsis ignita audiant, vide Dassouii dissert. de emphasi sacr. vocum p. 61. Alias auctorum variorum de telis, quae Apostolus ignita vocat, sententias vide apud Wolfium T. IV. Curarum p. 158. De malleolis, qui telorum ignitorum species, vide Baldi Lexicon Vitruuiianum p. m. 67. sqq. et quos ille citauit auctores. De gladiis populorum septentrionalium conferatur Tychon. Rhodii schediasma de gladiis veterum imprimis Danorum. Hafniae 1752. 8. Paterniaci apud Helueticos monstratur ephippium

pium cum *supede* (*Stegbügel*) quo usus sit Iulius Caesar. Sed veteribus
 usum stapedis ignotum fuisse iam supra p. 846. ex Montfauconio ostendimus,
 cui asseritur Carolus Patinus in itinere suo gallice descripto p. 269 sq. Fran-
 ciscus Philerus XXIV, 22. Epistol. et Ciacconius ad columnam Traianam n. 59.
 Vide tamen Vossium lib. 1. de vitis sermonis cap. 7. Inscriptio quidem, quae
 tanquam vetus profertur, in qua verba: *pos haesit stapiae*, confecta a Francisco
 Columna. Confer Meuscheniana T. 4. p. 263. Vide et Heineccium de sigillis
 p. 205. vbi etiam de coopertoriis equorum. Casonouanii origines Gallicas
 in *erica*. Melanges historiques. Amstelod. 1718. 12. p. 81. sq. De calcari-
 bus eorumque usu, abusu et iuribus Ioan. Nicolai liber. prodit Francof. 1702.
 12. Subferrandi et calcandi, vt ait Plinius, equos mos praefcis etiam cogit-
 tus. De equis et equitibus *cataphractis* praeter Lipsium lib. 3. cap. 7. de mili-
 tia Romana, Hermannus Hugo lib. 2. de militia equestri cap. 3. Adde co-
 lumnam Traianam n. 147, 161. et Ezech. Spanhemium ad orat. primam Iu-
 liani p. 243. 247. sq. De leui & graui armatura idem Hugo lib. 2. cap. 4.
 De *arcus Scythici* figura, cuius apud varios scriptores mentio, post Scalige-
 rum et Valesium disputat Huertius in notis ad Manilium p. 57. et Harduinus
 ad Plinii IV, 12. T. I. p. 463. adde Scalig. ad Euseb. vbi de Graecis litteris et
 quidem de Sigmate, Valesium ad Amm. Marcellinum p. 315. et confer arcus
 figuram apud Ez. Spanhemium p. 277. ad Callimachum, aliasque apud Peri-
 zonium ad Aelianum pag. 736. *Sicae* figuram inquit Barthius in aduers.
 p. 2634. sq. Briffonius lib. 2. antiq. iuris capite vndecimo, et Lipsius ad lib. 3.
 cap. 3. de militia Romana, vbi de *pugione*. *Pili* formam ex Rubenio et Lam-
 becio exhibet Graevius ad Flori 1. 18. apud quem *dolabrae* imaginem quoque
 habes ex columna Traiana, ad Flori IV. 10. adde Lipsium de militia Romana
 lib. 3. dial. 4. In numo eius figura conspicitur apud Gutherium de veteri
 iure pontificio lib. 3. c. 16. De *ascia* videatur Phil. a Turre ad monumenta
 veteris Antii part. 1. c. 2. p. 13. T. VIII. thesauri Italiae parte 4. Gladio ac-
 cinctum ire per publicum non licebat nisi militibus, vide ad Suetonii August.
 c. 26. et Petronium Burmanni p. 407. Gladius tamen accincti etiam domi et
 in epulis veteres. Vide Meursium II, 9. animaduers. p. 85. partis 2. exercit.
 critici. De ritu arma in sacris gestandi vel deponendi, vide Calvoeri rituale
 tom. 1. p. 691. et Rev. Ottonis Kegeli diff. de gladio deponendo ad baptis-
 mum, Helmst. 1709. etc. De more arma gestandi vel deponendi inter epulas
 Guil. Stuckius II. 29. 232. sq. et II. 34. p. 252. Antiquitat. Coniualium. De
 quinque modis iaculandi et arcum tenendi Valesius ad Ammiani XXV. 1. De
 usu tela veneno saturandi Freinshemius ad Curtii IX. 8. 20. et Raph. Fabret-
 tus ad columnam Traianam p. 13. adde Acta naturae curiosor. II, 3. p. 127.

De

De *caestibus* quibus *vbi pugiles*, Ald. Manutius in quaestis per Epistolam tomo IV. lampadis Gruterianas p. 312. sq. Pignotius in originibus Paravinis p. 30. T. 6. thesauri Italiae parte 3. et Stephanus ad Saxonem Grammaticum p. 84. sq. Sed de vniuersa pugilum & gladiatorum armatura videndi Petr. Faber et Hieronymus Mercurialis in athleticis atque gymnasticis, Octauii Ferrarii distributa de gladiatoribus cum altera de balneis edita a Ioan. Fabricia, Helmst. 1721. 8. et recusa in Poleni supplementis ad thesaur. antiq. Rom. et Graec. T. 3. p. 313. Nic. Galliachii dissertatio de gladiatoribus, in eiusd. Poleni supplementis Tomo eodem p. 333. Suén. Brîng dissertatio de gladiatoribus. Londini Goth. 1747. Lipsius in libris duobus sermonum saturnalium, et Scipio Maffei Veron. illustratae P. I. lib. I. c. r. Inscriptiones, in quibus gladiatorum, dimachaeorum, effedariorum mentio, vide in Memoriis Trevolinis A. 1715. pag. 737. sqq. Ducenta gladiatorum paria in agone funebri Viriachi Diodor. Siculus p. 367. excerptor. Peirescianorum. De rude quo donati gladiatores emeriti, consules Camillum Siluestrum ad Iuuenalem p. 346. De armis veterum Germanorum vide Ioan. Strauchii disp. ad Tacitum III. Lips. 1651. De clypeis Gallorum Gottlieb Wernsdorffium de republica Galatarum k. 6. §. 12. sqq.

XIII. Varia acceptio vocabuli armorum mouet nos, vt hoc loco etiam de insignibus et arte Heraldica non nihil subiungamus. Atque antiquissimum quidem illum esse morem scuta insigni aliquo notandi, multis veterum locis clarissime patet. Ita Phurarchus in vita Alcibiadis pag. 198. tanquam singulare notat eum in scuto suo habuisse *ἑδὲν ἐπίσημον τῶν πατρῶων, ἀλλ' ἔρωτα κερτυνοφύρον*. Idem in extremo libri de sollertia animalium pag. 985. ex Stesichoro refert insigne scuti Ulyssis fuisse *détphinum*. Confer Aeschyli septem ad Thebas v. 384. sqq. 417. sqq. et Cerdam aliosque ad illa Aeneidos VII. 657.

clypeoque insigne patrum

Centum angues

Tiraquellum de nobilitate p. 65. sq. Ulysses Aldrouandum Ornithologiae lib. 1. p. 45. sq. et lib. 2. p. 96. sq. Stephanium ad Saxonem Grammaticum p. 102. Acta Sanctorum Iunii tom. 2. p. 562. Kircherum tomo 2. Oedipi p. 24. sqq. Theodor. Hoepingium de iure insignium. Norimb. 1642. fol. Heineccium de sigillis p. 213. sqq. Bartoli a Saxoferrato tractatum de insignibus et armis, recusum Altorffii 1727. 4. Friderici Rappolti schediasma de insignibus. Lips. 1660. 4. Io. David. Koeleri programma de inuentoribus ancusurarum, Gallice les hachures dictarum. Goettingae 1730. 4. Philippi Sperl tractatum de clypeis militaribus Germanorum. Norimbergae 1736. 4.

CAPVT XIX.

De conuiujs et re cibaria veterum.

Scriptores generales de hoc argumento. 1. De modo accumbendi ad mensam vel assidendi. 2. De coenaculis, mensis, lectis, poculis, patinis etc. 3. De tempore cibi capiendi. 4. De varijs potus generibus. 5. De cibis omnis et conuiujs varijs generis. 6. De varijs ad mensam ritibus et de diribitoribus aliisque qui ad mensam operam suam conferebant. 7. De abstinentia, frugalitate et luxu. 8. Sacra mensa et hospitij. 9.

I.

Ad conuiuia veterum et vniuersam rem cibariam rectius intelligendam faciunt imprimis *Iosephi Laurentii* collectanea conuiuialia, secundum ordinem litterarum digesta lib. 6. *Polymathiae* pag. 464. sq. *Ioan. Guilielemi Stuckii* praestantissimum opus antiquitatum conuiuialium; quod Tiguri primum 1582. in fol. et deinde apud Batauos inter Stuckii opera Lugd. Bat. 1695. lucem adspexit. fol. *Andreas* quoque *Baccius* non praetereundus in opere haud vsquequaque obuio de vinis, cereuisijs ac conuiujs antiquorum Rom. 1586. fol. recluso T. IX. thesauri Gronouiani p. 21. sqq. libris VII. quorum primo agit de naturali vinorum historia, vinearum et vinorum cultu, cura, asseruatione: libro 2. de vinorum facultatibus et differentijs: tertio, de vsu et effectibus vinorum. Libro quarto de conuiujs, quo inter alia pag. 196. explicat Virgilianam descriptionem conuiujs Didonis, quae occurrit lib. 1. Aeneidos et pag. 202. sq. Homerum a Virgilio in descriptione conuiujs superatum esse contendit. Hic liber quartus longe auctior et in V. libros distributus postea separatim a Baccio editus est, et reclusus tomo IX. Antiquitatum Graecarum Gronouii. Ceterum vniuersi illius quod primum dixi, operis Bacciani liber V. et VI. agit de vinis Italiae, liber VII. denique de vinis extra Italiam, et p. 352. sq. de cereuisijs et alijs potibus factitijs. *Iulii Caesaris Buelengeri* libros IV. de conuiujs qui primum prodire Lugd. 1627. 8. reclusos inuenies tomo 12. Antiquitat. Roman. Graeuus, in quo etiam pag. 133. occurrunt *Erycii Puteani* reliquiae conuiujs prisca, qui libellus lucem prius adspexerat Mediolani 1596. 4. et in eius Amoenitatibus primo loco legitur sub titulo genialium fermentum. Louanii 1615. 8. His addendi *Potterus* IV. 16.

H h 2

20.

VIII. Ex consensu nonnunquam continentiam sibi indixerunt atque abstinentiam coniuges non tantum Christiani, sed etiam Ethnici nonnulli, de quibus vide Plurarchum in Alcibiade p. 203. Aelianum lib. 3. Variarum historiae cap. 30. et Photii Bibliothecam p. 574. ex Damascio in vita Isidori. Castu et abstinencia atque *ayusia* Dii culti. Vide Theodorum Canterum II. 21. Var. Lect. vbi de castu Isidis et Cybeles, Cererisque Valefium ad Sozomeni V. 3. et Huetium ad Anthologiam p. 48. De Christianorum coniugum continentia consulendi Interpretes ad 1. Cor. VII. 5. Conradus Rittershusius ad Epistolam 4. Saluiani, Ioannes Sauro ad Sidonii Apollinaris lib. 9. Epist. 6. Tobias Pfannerus Parte I. obseruationum ecclesiast. p. 406. sq. Godf. Arnoldus von der Ehe der ersten Christen cap. 10. Pamelius ad Tertullian. p. 429. Elmenhorstius ad Gennadium p. 198. sq. Saresius ad Nilum p. 599. Rosweidus ad vitas Patrum p. 783. sq. Barthius in aduersariis p. 2935. Inter Iudaeos quoque similis abstinencia coniugum non inusitata fuit, et Iosephus testatur se 30. annos natum cum coniuge sua summa continentia vixisse. Praecipue vero ad sacra sollempnia Ethnici pariter et Iudaei continentia se praepararunt, vt docent Grotius, Clericus et alii Interpretes ad Exodi XIX. 15. et 1. Sam. XXI. 4. Similiter apud Christianos viguere leges et consuetudo continentiae coniugalis diebus dominicis, festis et quadragesimae, tum antequam ad Eucharistiam accederetur, vid. Augustini Sermonem 3. de Tempore, Ionam Aurelianensem lib. 2. Instit. Laicalium c. 10. 11. 18. Io. Mabillonium in notis ad Wafelinii Epistolam de continentia coniugatorum ante communionem, tomo I. miscell. p. 345. sqq. (p. 472. ed. nouae.) Corelerium tom. I. monumentorum p. 433. et tom. I. Patrum Apostol. p. 75. 76. sq. et Edmundum Martene in ritibus Ecclesiasticis, vbi de coniugio agit, lib. I. parte 2. p. 611. sq. Coelibatus apud gentes plerasque omnes opprobrii loco, vel, vt apud Romanos etiam poenis obnoxius per legem Iuliam Papiam, sive Papiam Poppaeam. Confer Camillum Siluestrum ad Iuuenal. IX. 87. Iustum Georgium Schottelium de singularibus antiquis in Germania iuribus c. 1. vbi de iure misogamorum, (vom Hagestolzen-Recht) de quo etiam Ioan. Wernerus Gericken in supplemento ad Schottelium cap. 1. Io. Balthasar Wernher in dissertatione de iure circa Hagenstolziatus, Witteb. 1724. Io. Georg. Schertius in diss. de iure circa Hagenstolziatus, Argentorati 1726. et Ioan. Paullus Kressius in dissert. de iure Hagenstolziatus, praecipue in ducatu Guelpherbytano, Helmst. 1727. Contra quam quum nonnulla moneret Io. Petrus de Ludewig in dissert. de differentiis iuris Romani ac Germanici in Hagenstolziatu exule in Germania, Ha-

le 1727. euulgata, ad ea respondit in repetita huius dissertationis editione quas Helmstadii 1728. prodit. Kressii ouultam quoque suscepit anonyma quidam in animaduersionibus ad dissertationem Ludewigianam 1728. editis.

IX. Sacerdotes a coniugio nullae fere gentes prohibuerunt, si a paucis quibusdam discesseris, quales fuere Sacerdotes Rhææ sive Cybetes, Deorum maris, qui Galli etiam vocabantur, et genitalia sibi acuto lapide abscindebant: vel ciuitam bibebant, ut vires libidinis extinguerent, vide Kircherum tom. 1. Oedipi p. 240. Flaminia Iouis, vniura, vide Neapolim ad Ouidii VI. Factor. p. 230. Apud Iudæos quoque Sacerdotes et Prophetæ fuere iuncti coniugio ne summo pontifice quidem excepto, ut doctissimi quique in Ecclesiâ Romana viri diffiteri non possunt. Apostolos itidem, saltem aliquos et in his Petrum matrimonii iunctum fuisse perspicuum est, ne dicam quod Pseudo-Ambrosius in II. ad Cor. XI. affirmat omnes Apostolos, exceptis Ioanne et Paulo, uxores habuisse. Confer quas viri docti ad 1. Cor. IX. §. et Epistolam Ignatii interpolatam ad Philadelphenses. Adde Io. Frid. Mayeri dissert. de Apostolis maritis, Grimmae 1679. S. Kirchmaieri exercitationem de coniugio Apostolorum, Rotenburg. 1697. et Ioan. Andr. Schmidii diss. de Apostolis vxoratis editam Helmstadii 1704. et recusam Witteb. 1734. In veteri ecclesia licet multi mariti sibi indicerent abstinentiam, ex quo sacris muneribus admouebantur, vide quae ex Nicolao Fabro adducit du Pin T. XVII. p. 52. certum est Clericos non fuisse prohibitos a matrimonio, ad Concilium vsque Nicaenum, et quum in Concilio Nicaeno coelibatus Sacerdotum introducendus proponeretur, ei ita contradictum esse, ut rejectus fuerit. Vide Gotthardl Güntheri historiam clerogamiae ad concilium vsque Nicaenum, Lipsiae 1701. Paullatim tamen ab illo tempore magis magisque inualuit, ut Episcopi primum sub Siricio A. 385. deinde sub Innocentio I. Presbyteri, tum diaconi quoque a coniugio arcerentur, praecipue in occidente, de qua re operæ pretium est consulere dissertationem quartam vitae S. Cypriani Gallice Parisiis 1717. 4. editae subiectam, *Godfridi Bonssardi* librum editum Parisiis A. 1705. de coelibatu Sacerdotum, vbi disquirat quatenus Pontifici integrum sit coniugii veniam dare sacris ordinibus, et ex Angliis Ioan. Picardi notas ad Anselmi Cantuariensis Epist. III. 62. pag. 571. Choiseulius, Episcopus Tornacensis, in vero systemate religionis christianae et catholicae, Gallicae edito, p. 124. negat coelibatum lege diuina esse sacerdotio annexum, posseque in Graeciâ nisi aliud obstarat, matrimonium sacerdotum tolerari. Apud Orientales etiam nunc lex de coelibatu Sacerdotum Presbyterorum exulat, ¹¹ fatentibus ipsis Pontificiis

¹¹ Confer Arendium lib. VII. de sacramentis, pag. 652. sq. quâp. 706. assert. nouellam
Isaaci

tificiis apud Gundlingium p. 8. sq. ad Eusebii delineationem Ecclesiae Graecae, licet Kretzerus IV. 6. contra Graecos, ubi coelibatum Sacerdotum ructur, auctor sit in Thessalonicensi Ecclesia depositos fuisse Clericos, qui vxoribus suis quas ante clericatum legitime duxerant, cohabitassent. Dacher. spicileg. tom. 2. p. 136. sq. Archiepiscopo quoque Isaac Haberti praefixa est bulla Clementis VII. in qua Graecis Episcopis et Presbyteris vxores concedit, Habellini similiter Clericos habent conjugatos. Vide et Ravium ad A. C. 1331. num. 4. Russi vero sive Moscovitae Graecis in hoc succincentes: adeo non probant coelibatum Sacerdotum, perinde vt Andreas Carolstadius, ¹² vt ex 1. ad Tim. III. contendant necessarium esse, vt Presbyter atque Episcopus matrimonio iunctus sit, itaque nemo apud haec in sacrum ordinem cooptatur, qui non saltem coniugatus se proxime vxorem ducturum esse: vxore autem defuncta necesse est vt Sacerdotis officium exuat, et vel monasterium ingrediatur vel ad communem laicum ordinem redeat. Secundum vero matrimonium non Russi tantum et apud Graecos, sed et plerisque alios Christianos Orientales Sacerdotibus est interdictum, quod illi ita intellexerunt dictum Pauli, quo ait Episcopum esse oportere *μὴν ἑνωμένον ἀνδρῶν*. Vide Gratium ad 1. Tim. III. 2. et Epist. 279. 323. Salmasium de foenore trapezítico p. 42. sq. Andream Saulem de episcopali monogamia, Parisiis 1634. 4. Benedictinorum notas ad S. Ambrosium T. 2. p. 65. et Suidam in *μονογαμία* et *δύγαμος*. Ceterum quae ex historia Ecclesiastica pro coelibatu Sacerdotum proferri solent, fuse confutata sunt tum ab aliis tum a Georg. Calixto in libro de coniugio Clericorum, Helmslad. 1631. 4. Confer Andream Hyperium tom. II. opusculor. Theol. p. 485. sq. Philippum Moruaquum lib. 2. de Eucharia c. 9. 10. 11. 12. Iosephum Hall, decade 2. Epist. 3. p. 297. sq. Operum, et in libro cui titulus: *the honour of the married clergy maintained*, p. 719. sq. cui iungendus auctor libri itidem anglice vulgati Londini 1688. 4. hoc titulo: *treatise of the Calibacy of the Clergy, wherein its rise and progress are historically considered*. Confer potro Iac. Capellum ad 1. Tim. III. 3. Henr. Mullerum in patrocinio Coniugii Clericorum ex Oriente et Occidente: Warthoni Historiam coelibatus, Anglice editam. Sam. Basnagium Tomo secundo Annalium pag. 521. sqq. Iacobi Piffennini ¹³ concordiam matrimonii et ministerii, Christoph. Schlegnerum de coniugio

Isaci Angeli Comneni, qua Episcoporum electorum vxores tondari et in monasterium dimitti iubentur.

¹² Axiomatibus super coelibatu, monachatu et viduitate, Witeb. 1521. D. 3. *In episcoporum numero non ferendus quisquam nisi prius coniugem habuerit. Paulus perinde coniugium exigit atque scientiam.*

¹³ Noua litteraria Lipsiensis A. 1728. p. 217.

condicio sacerdotum, Hildeshae 1786: 4. *Marquardum de Salsanis* de coelibatu sacerdotum non abrogando, Venetis 1799: 4. Graues etiam rationes aduersus constitutionem de castitate et continentia sacerdotum attulit S. *Vlabrius*, episcopus Augustanus, in epistola ad Nicolaum Papam, quae vetustis litteris sine anni et loci indicio exscripta est. *Ioan. Pot. Paticolis* dissertatio, utrum S. *Ambrosius* clero suo Mediolanensi permisit, semel virginem in uxorem ducere exhibetur a Muratorio Tomo quarto scriptorum Italiae p. 127, sqq. Iudaeorum et Muhamedanorum argumenta contra coelibatum sacerdotum exhibet *Hortingerus* in *Historia Ecclesiast.* saeculo 16. P. 2. pag. 114. Ipsi Primus post coeptam sacrorum reformationem e ministris Ecclesiae Protestantibus uxorem duxit *Barthol. Bernhardus Feldkirchen*, praepositus Kembergensis, de quo singularis D. *Io. Friderici Feustkingii* ¹⁴ *diatriba* extat, et meminit *Seckendorffus* in *Historia Lutheranismi* lib. 1. p. 176. *Feldkirchenis* huius exemplum sequutus est *Carolostradius* et hinc innumeri alii, ipseque adeo *Lutherus*, confer *Rev. Io. Godfridi Olesarii* *scrinium antiquarium* pag. 192. et *B. Doctoris Mayeri* *diss. de Boria Lutheri coniuge*, de qua etiam multis agit *Baelius* in *Lexico*, voce *Borée*. De mulieribus vero *ἀγαθήσας* et fratribus *ἀνεπίστοις* sub honesto titulo in veteri Ecclesia multi scandali ansam praebentibus ac per Canones plures Conciliorum proscriptis, vide *Iustellum* et *Beuelegium* ad *Canonem Nicaen.* 3. *Trull.* 5. *Ancyran.* 19. *Gangrensem* 4. *Nicaenam* secundi *can.* 18. et 20. etc. *Dodwellum* *diss.* 3. *Cyprianica*, *Valesiam* ad *Eusebium* p. 157. *Suicerum* in *ἀγαθηροι*, *ἀδελφῶν*, *ἀνεπίστοις*, *Chrysostratum* in homilia, quae incipit: *ἐπὶ τῶν προγοῶν*, et *οἰμαὶ ψυχῆς*. *Ferdinandum Mendozam* ad *Concilium Hiberitanum* p. 1189. sqq. T. 1. *Abbei* *Josephum Binghamum* *origin. ecclesiastic.* lib. VI. cap. 2. *Arctidam* lib. VII. p. 677. sqq. *Ludov. Cresollii* *anthologiam sacram* p. 408. sqq. *Theophili Raynaudi* *heteroclitra spiritualia* p. 351. et T. 12. *Opp. de feminis per religiosos et ecclesiasticos non frequentandis*. *Edmundum Martellium* *Tomus I. Anecdotorum* p. 332. *Ludov. Antonium Muratorum* in *anecdotis Graecis* p. 185. 218. sqq. *Ioan. Filescum* lib. 1. *Selector.* p. 143. sqq. *Agnellum Honoratum* *dissertationum ecclesiasticar. Lucae* 1737. 4. *editarum* pag. 34. sqq. *Pompeium Sarpellum* *epistola Ecclesiastica* XVIII. *Gangium* in *foetaria*. *Nicolai Staphorsti* *histor. ecclesiast.* *Hamburg.* T. 2. p. 325, ubi *Alberti Cranzii*, *Decani Hamburgensis*, *mandatum* contra *sordes sodariarum* *huc concubinarum*, et *dissertationes* *Henrici Witte*, *Witeb.* 1691. *Ioan. Nic. Quistorpii*, *Rost* 1692. *Christi Sigism. Roehrensee*, *Witeb.* 1708. et *Christoph. Matth. Pfaffii*, *Tubingae* 1751. *Io. Frontonis* *dissertatio de Virginitate honorata, erudita, adorata,*

¹⁴ Vide Acta Eruditorum A. 1703. p. 334.

regiam ad Canonem VIII. Nicænum, ad Canon. III. et VII. Neocæsariensem. Digami in Ecclesia olim nec benedicebantur nec coronabantur. Vide Edm. Martene part. 2. lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 599. sed et Officium in bigamos apud eundem p. 660. De *caruario*, insultationibus et clamoribus fieri solitis in secundis vel tertiis nuptiis, vide concilium Turonense A. C. 1448. can. 3. Menagii origines Gallicas in voce *charmaris*, S. Bouffiaci dissert. IX. notium theologiar. p. 155. sqq. Cyronium ad decretales de secundis nuptiis. Sed et inter Ethnicos reperio qui Digamiam vel Trigamiam successivam pro crimine habuerunt, vide B. Gerhardum Læco de coniugio § 189. Berneggerum quest. 110. ad Tacitum, Io. Bæverouicii quaestiones Epistolicas p. 14. Petri Mulleri dissert. de odio secundarum nuptiarum, Jettæ 1679. et 1755. et Adolphi Caroli Burckhardi dissert. de poenis secundarum nuptiarum, Marb. 1717. 4. Apud Syriam quoque in notis ad Hermogenem p. 101. mentio fit legis Aricae, qua mulier, quae tertio nupserat, infamis habebatur.

XI. Polygamiam binorum vel plurium eodem tempore conjugiorum, differre satis improbanis et primae institutioni diuinæ aduersari testatus est Sertorius noster Matth. XIX. 4. sq. ²⁵ et veteris mos Ecclesiae, quamquam Iosephus XVII. 1. Antiquitatum ait *παρρησιον*, hoc est, *moribusque suis consentaneum* ²⁶ *ἐν ταυτῷ πλειονῷ συνουσίῳ, ὅτι ἐοδὲμque tempore plures uxores habere*, et mox eodem loco Herodis magni nouem coniuges memorat: prouti quaternas vel quinque singulis uxores maritis ducere concessum Iudæis fuit etiam adhuc Iuliani Martyris tempore, vide eius dialogum cum Tryphone p. 963. D. et p. 971. A. et hinc inde reperti sunt etiam inter Christianos, qui polygamiam sine defenderent sine permitterent. Sane Valentinianus Senior apud Socratem lib. IV. c. 31. et Nicephorum XI. 33. duas legitimas uxores habere concessit et ipse Severae Iustinam superinduxit. Argumenta, quibus Socraticam fidem sollicitat Baronius ad annum Christi 370. nihil solidi habere affirmat Nicol. Vedelius lib. de prudentia veteris Ecclesiae p. 289. sq. et Christofridus Waechterus in Epistola ad D. Io. Barchardum Menckenium, inserta Actis Eruditorum. 5. supplementi p. 168. sq. Quamquam cum Baronio facit etiam Melchior

Zeid-

²⁵ Conferendus praeter alios D. Franc. Iulius Lütken in ausführlichen Tractat von der Polygamie und Concubinat. Lips. 1723. 4.

²⁶ De polygamia Patriarcharum testor Matthæum Petrididierum dissert. 19. in Script. §. p. 165. sqq. Bezam libro de polygamia, statim in limine T. 2. Opp. ubi Bernardini Oebini respondet argumentis. Guil. Saldenum in Otis p. 349. Vesperas Groninganas p. 125. et 159. Patricium Delany in libello Anglice 1737. edito et recuso 1739. *Reflections upon Polygery and the encouragements given so to that practice in the Scriptures of old testament*, cuius versio germanica prodit Gedani 1742. 8.

Zeidlerus, quem videre operae pretium est in Tr. de Polygamia p. 117. sq. et Henricus Valesius ad Ammiani XXX. vlt. p. 61. Alioqui nota est Lex Diocleriani et Maximiniani Lege 2. Cod. de Incestis Nuptiis: *Neminem, qui sub ditione Romani nominis, binas uxores habere posse, vulgo patet, quum etiam in edicto Praetoris huiusmodi viri infamia notati sunt.* Tum Valeriani et Galieni: *eam qui duas simul habuit uxores, sine dubio comitari infamiam.* Ceterum paucissima et extraordinaria quaedam Polygamiae inter Christianos vel admittae vel toleratae exempla non magis quam quilibet alius excessus sive crimen quodcumque conuiuendo transmissum vel Legi Christi vel unanimi Ecclesiae Christianae sententias ac consuetudini praeeiudicare potest. Cui accedit quod nulla cuiquam inter Christianos nubitur, nisi ea lege, vt sola et vnica coniux sit quamdiu vixerit. Quod vero Pontificii scriptores Lindenus, Maimburgius, Varillafius; Bossuetus, tantopere insultare solent B. Luthero quod in Philippi Hassiae Landgrauii Digamiam consensu prioris vxoris suscipiendam vtunque visus est consensisse, aduersus hos praeter ea quae pro Luthero disputat B. Sekendorffius Lib. 3. Lutheranismi p. 277. sq. obseruandum est quod etiam Pontifex Romanus, Honorius III. ab Auctoribus non contempndae fidei traditur dispensasse polygamiam. Comitis a Gleichen ¹⁷ et quod vulgo Pontifex Iudaeis, in Italia praesertim, Polygamiam concessit; teste Leone Mutinensi. Vide Seldeni vxorem Hebraicam p. 51. Colomesii Biblioth. selectam p. 4. sq. Christoph. Arnoldi Paralipomena ad Wagenfeldii Soram, p. 1203. sq. Omitto quod Io. Bodinus scriptor Pontificius in colloquio inedito heptaplomere Lib. 2. auctor est se quum esset in Hispania comperisse Magdalenam Cruceam Monasterii Cordabensis Principem a Paula III. Pontifice maximo veniam impetrasse, quae annos amplius 30. cum atraro daemone ephialre concubisset, tamen tantam vitae atque religionis integritatem praese ferret, vt quasi ab Angelo, dum sacra fierent, sublimis veheretur a terra, quod Danapius etiam Iamblichus sacra facienti contigisse tradit. De Iudaeorum Polygamia videndus Heideggerus in Hist. Patriarcharum; Seldenus lib. 1. vxor. Hebr. c. 9. Interpretes ad Matth. V. 32. et XIX. 9. Montacutius in apparatu p. 499. sq. Karacorum nullo numero adstringere Polygamiam ostendit Triglandus p. 142. sq. de festa Karacorum. Rabbanitiae ad quatuor uxores restringunt, vide Lightfoorum in notis ad Matth. V. 31. Licita praesertim habentur Iudaeis in casu sterilitatis per decem annos exemplo Sarae marito post decem annos Hegaram in mari-

¹⁷ Confer Baellii Lexicon edit. 2. in *Gleichen*. Tentzelii dialogos menstruos A. 1696. p. 600. sq. 619. sq. Non ita tamen Clemens IV. cuius cordatam epistolam, quae matrimonium regis Aragoniae soluere recusat A. C. 1266. vide Tomo secundo anecdotorum Edmundi Martene p. 227. 303. 362. 440. 448. sq.

monium dantis. Quo in casu ipsi Pontifices Romani Iudaeis veniam Polygamiae dederunt. v. Schudtium in memorabilib. P. I. l. 4. c. 17. §. 16. sqq. et in compendio histor. Iudaicae p. 449. Hodie tamen plerique anathemate illo deterrentur, quo R. Gerson bigamiam sustulit ad minuendas lites inter coniuges, vide eiusd. Schudtii compend. H. I. p. 472. sq. vnde in casu Leuitarus hodie discalceatio obtinet, vide Schudtium memorab. P. II. L. VI. c. 24. §. 13. De gentibus non opus est plura addere, quum paucae sint fuerintque qui polygamiam non probauerint vel permiserint. Confer Zeidlerum lib. laudato p. 34. sq. Tho. Crenium Parte XI. Animadvers. p. 231. sq. De Aegyptiis Herodotus II. 92. *γυναῖκί μὴ ἑκατοῦς αὐτῶν συναιέει καὶ δαπέδῃ ἑλληες, unusquisque unam ducit uxorem sicut Graeci.* Atheniensibus a Cecrope vetita multinubentia, vide Petrum ad LL. Anticas p. 434. et de Numae Romani Regis lege Festum in *pellex*. Vulcanum vero quod Aegyptiis legem tulisset de Monogamia, inter Deos propter ea relatum refert Eusebius in Chronico. Eandem Vulcani legem memorat scriptor Chronici Alexandrini. Diodorus tamen Siculus lib. I. c. 51. auctor est Aegyptiorum Sacerdotes quidem unam tantum, alios vero quot quisque vellet in matrimonium duxisse. De Germanis antiquis auctor est Tacitus, quod prope soli barbarorum singulis vxoribus contenti fuerint, exceptis admodum paucis, qui non libidine sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. *Virgines unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus unamque vitam, nec ulla cogitatio ultra, nec longior cupiditas, nisi tanquam maritum sed tanquam matrimonium oment.* Confer Bernegger, pp. 99. ad Tacitum. Lacedaemoniis vero Lycurgi leges praemisquam vxorum consuetudinem concesserunt, vt praeter alios narrant Theodorus lib. 9. de oratione Graecarum affectionum. Ita de Agathyrhis Herodorus IV. 104. *ἐπινομον δὲ τῶν γυναικῶν τῆν μίση κοινῆται,* addisque causam, vt velut consanguinei omnes procul odio ac liuore vitam degerent. Idem cap. 172. apud Nasamonas Libyae populam narrat sponsam prima nocte obire singulos coniugas, et ab iis concubitus praemium marito referre. Eodemque loco testatur eam Nasamonas illos cum Massagetis polygamos promiscue vxoribus uti, posito ante fores quum ad mulierem intrauerint baculo, in signum. . . Gindanum vero mulieres cap. 176. tradit nodis sumbriarum palam testari quot cum viris concubuerint, et gloriari maxime quae plurimas habet, tanquam plurimam amatam. C. 180. de Auisibus Nomadum gente, quod *εὐνοδοῦν* pecudum more promiscue coeant. In Platonem eodem nomine, quod communionem vxorum in republica sua admisisset, passim inuehuntur veteris Ecclesiae doctores, licet Platonem defendat Bessarion lib. IV. contra Calumniosorem Platonis c. 3. Confer Holstenium ad Porphyrium de vita Pythagorae p. 83. sq. Liuium Ga-

santem

mentem in comparatione Theologiae Christianae cum Platonica lib. I. p. 26. sq. Mosellanum ad Gellium XVIII. 2. Cotelerium ad Patres Apostolicos T. 14. p. 582. Quanquam verò Lactantius lib. 4. cap. 9. negat matrimonium dici posse ubi mulier vna multos viros habet, tamen et hoc Polygamiae genus in Britannia olim obtinuisse testatur Iulius Caesar IV. 14. de bello Gallico, *uxores vtr habent doni duobusque inter se communes.* Bardesanes apud Eusebium lib. 6. c. 10. praeparat. et Caesarius qu. 47. et de Medis quibusdam Strabo ac de Lithuanis Aeneas Silvius. Idem de Malabaribus relatum memini, et Ceylanensibus, ubi vna vxor pluribus (ad sex vsque) nubit fratribus: De Calecutanis Bzouius ad A. C. 1487. n. XI. *nuptiis coire seminarum vnā, eoque incerta prole, patribus non filios succedere, sed ex sororibus natos.* De Malleamensibus vide memorias Trendelinus 1713. p. 1866, et Lettres edifiantes T. 3. p. 188. Apud Fastrobanenses communidnem vxorum liberorumque obtinuisse testatur Diodorus Siculus lib. 2. p. 98. (140.) vt praeteream quae collegit Zeidlerus in libro de Polygamia p. 32. sq. vide etiam Augustinum de bono coniugii c. 17. Quod verò ad alterum Polygamiae genus attinet, quod vnus vir plures ducit vxores, illud non tantum apud plures gentes hodie receptum est, sed ita quoque receptum, vt Missionarii testentur, nullum maius obstaculum introducendo Christianismo se reperisse quam Polygamiae improbationem, praecipue apud Sinenses. Etiam Mahomedanis probari Polygamiam notissimum est, et ex ipso Alcorano constat. Confer Ludouicum Vinem lib. IV. de veritate fidei c. 13. Maurorum Imperatori plures quam quatuor vxores simul habere non permittitur, sed idem plurimas alit concubinas, vt Moullam Ismaëlem Otonus Gallus in relatione de Imperio Maroecano testatur quadringentas propemodum habere, quibus quingentae aliae sint famularum loco, atque ex his iam suscepisse masculos CKVIII. femellas CC. Paulli Heuterii libro de libera hominis natiuitate, siue de liberis naturalibus subiicitur catalogus virorum summa dignitate et laude insignium, qui illegitimo thoro nati Papae, Reges, Principes, viri illustres et clari. Prodiit ad calcem librorum II. de veterum ac saeculi sui Belgio, Antw. 1600. et 1618. 4. et inter Opera edita Louanii 1649. fol. De successione spuriorum in regnum vide Andream Cirino de vrbe Roma cap. 39. Tomo secundo thesauri Sallengriani p. 425, et quae hoc saeculo acriter disputata sunt de successione in regnum Galliae, recensita in *curiosum Cabinet*, particula 41. 45. 47. 48. et 51. Adulterium ecclesiasticum est, quum Episcopo viuente ecclesia alteri iungitur, ita Liberatus Diaconus c. 14. breuiarii, *volentibus ciuibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, Dioscoro quippe viuente.* Hinc Petrus Moggus c. 16. p. 106. et c. 17. p. 110. adulter, quod superstite adhuc Timotheo Salaphacito episcopum Alexandrinum ordinari se passus fuisset. XII. Ve-

XII. Veteris puerperii ¹⁸ antiquitates breui Synopsi, quam opus ipsum incendio periisset, complexus est Tho. Bartholinus, quam Commentario illustravit Casp. Bartholinus Thomae filius, qui cum patris ad filium Epistola lucem vidit Hafniae 1646 8. et Amst. 1676. 12. Praeterea Romae 1677. 8. apud Mascardum, prodit eiusdem Casparis Bartholini expositio veteris in puerperio ritus ex arca sepulchrali antiqua observati, qui etiam vberiores Commentarios de hoc argumento promissit. Vide praeterea Poterum IV. 14. Archaeol. et Io. Meursii filii de *puerperio* veteri syntagma, recensum tom. 8. Antiquit. Graecarum Gronouii, qui Graecos pariter ac Romanos ritus attingit. De puerperio *Hebraearum seminarum* vide Misnam Seder Tokhoroth tractatu VII. Niddah sive de menstrua muliere eiusque purificatione, item ab immunditia partus et Ioan. Gottl. Horweini dissert. de partu Hebraeorum et speciatim de corona boni nominis, Witteb. 1730. De hebraica obstetricum origine exstat Gottlob Frid. Gudii dissertatio ad Exodi I. 15. Lipsiae 1724. De sella parturientium, deque omni puerperio et arte obstetricandi confer Almeloeneum in antiquitatibus e sacris profanis pag. 85. sqq. De daemone pueris infesto vide Pfellum de operat. daemonum p. 100. sqq. et 119. Puerperae apud Iudaeos pariter et gentiles impurae habebantur, vide Dilherrum disput. Acad. T. I. p. 216. sq. Dassouii scholia critica in Leuit. p. 17. Theophrasti notationes morum pag. 48. edit. Casaubon. Io. Christoph. Wolfii curas T. I. p. 586. Hinc earum purgationes et sacrificia, de quibus agunt Nicolai ad Sigonium lib. IV. c. 11. Bergerus eclog. Corfic. 3. p. 27. Lightfootus in horis hebr. ad Luc. I. 9. II. 22. Cremerus antiquit. mosaic. T. II. p. 263. Ioan. Christoph. Wahrenorius in examine canonis Leuitic. XII. de purificatione puerperarum, Helmst. 1708. 8. et Polyc. Lyserus in dissertat. de puerperarum purificatione, ibid. 1707. De iis, quae apud veteres Germanos in partu, item ante et post eum observata sunt, vide Cleffelium antiq. Germanic. cap. 2. De arte obstetricia veterum elegantem edidit dissertationem Io. Zach. Platnerus, Lipsiae 1735. De more coronandi puerperarum aedes apud Romanos et Graecos recepto confer Bidermanni Ota litteraria parte prima pag. 238. sqq. Illustribus etiam feminis olim morem fuisse liberos suos lacte nutrire testatur Adalbero Laudunensis (qui circa A. C. 998. scripsit) carmine ad Robertum Regem Francorum: *Lac tibi fugenti Dat nutrix Induperatrix.* Infantibus vagientibus et immorigeris terror incussus proclamato nomine Cyclo-pum vel Lamiae vel *μαρμα* vel larvis propositis. Vide Ez. Spanhem. p. 174. sq. ad Callimach. et 178. In insula Corfica virum loco puerperae per aliquot dies decumbere solitum narrat Diodorus Siculus lib. V. p. 205. De *nutricibus*

et

¹⁸ Meminit Bartholinus in Anatomie p. 293.

et *paedagogis*, peculiaris extat diatriba Io. Jacobi Claudii, Ultraieci. 1702. 12. recusa Tomo tertio supplementor. Poletii pag. 417. De *paedagogia* veterum Graecorum binas dissertationes edidit Io. Petrus Miller, Lipsiae 1735. in quibus totum hoc argumentum fusius exponit, simulque de *Gymnastis* et *Paedotribus*, quos magistros exercitores Plautus appellat in *Trinumno*, agit, de quibus quoque consulendus Perizonius ad Aelianum var. histor. II. 6. De praecceptoribus puellarum confer Iac. Ræuardum II. 19. *Coniectaneorum*. De cunis infantium Io. Alstorpius libro de lectis veterum cap. XIV. De respectu parentali et privilegiis *πολυτεκνίας* vide Phil. Lud. Hannekenium dissert. 3. de cura domestica Romanorum. Io. Georg. Fichneri dissert. de praemiis *poly-pædiae*, Altorfii 1708. et Lipsii excursum ad III. *Annal. Taciti*. De iure trium liberorum et iure communi liberorum, et utriusque iuris differentia differunt Bimardus in epistola ad Ioannem de Abatibus inserta tomo XVI. *bibliothecæ Italicae*, et Hannibal de Abatibus Oliveri in notis ad marmora *Pisaurensia* p. 79. sqq. et p. 85. sqq. De conuiuio ablactationis, dentitionis etc. Stuecius *Antiquitat. Conuiual. I.* 17. De dilatis praegnantium suppliciis *Meningius* cap. 21. *amoenitarum Iuris*.

De *Natalitiis* veterum sacris et prophanis, Ioachimi Hildebrandi liber lucem vidit Helmstad. 1661. 4. cui addendus Michael Piccartus *Oratione XI.* quae est de natalitiis Veterum. Thomas Hutchinson ad *Xenophontis Cyropaed.* p. 25. Iacobus Ouzelius in animaduersionibus in *Minutii Felicis Octauium* pag. 45. sqq. Gisbert. Voetius Tomo tertio dissert. *selectar.* p. 1282. sqq. Henr. Salmuth de natalitio veterum ritu, Ambergae 1619. Io. Burchardus Menckenius dissertat. *litterariar.* p. 194. sqq. Israelis Clauderi dissertationes duae de ritu veterum natalitio, Coburgi 1657. et 1659. Martin. Braem de diebus ac festis natalitiis, Haun. 1702. Ioan. Christ. Koernerii descriptio natalitiorum Romanor. *privator.* Lipsiae 1740. Carol. Frid. Schubertus de ritibus Romanorum celebrandi dies natales, Helmst. 1750. Caroli Beniam Acofari epistola de ritibus veterum natalitiis, Ienae 1754. et Caspar Sagittarius in *diff. de natalitiis Martyrum* (his dies martyrii ipsorum immunitur: vide praeter alios Clariss. Muratorum *diff.* 19. ad Paulin. p. 195. sq.) quae cum Ioan. Kithleri exercitatione de natalibus Christi recusa est in *synagmate* primo *diff. Philologicarum*, apud Batauos edito 8. et recensetur in *Ludoph. Neocori Bibliotheca librorum nouorum A.* 1699. p. 474. sq. Varia etiam de natali die, *stronis* ¹⁹ natalitiis, sacris celebratis *Amphidromiis* (quae etiam *δεσμομαρτιον* ημερας

¹⁹ Ouidius *J.* 417. de arte amandi: *Magna superstitio tibi fit natalis amicae, Quaque aliquid dandum est; illa fit atra dies.*

Idem de die Natali videndus III. 13. *Tristium*.

ἡμερ notante in Obf. Io. Frid. Gronouio) Meursius *Græcia feriata* p. 250. sq. et Meursius filius de puerperio veteri c. 7. De conuiujs natalitijs Iof. Laurentius Tomo VIII. thesauri Gronouiani p. 1430. de iisdem aliisque lætitijs signis obseruauit etiam nonnulla Henricus Lindebrogius ad Censorinum de die natali: neque H. Dodwelli praelectiones 1. et 2. Cambdenianas praetereundae, in quibus praecipue de obseruatis apud Romanos Natalibus: tum Martini de Roa liber de die natali sacro et prophano, singularibus S. Scripturae subiectus Lugd. 1604. 8. Ioachimi Immanuelis Wendii diss. de natalium apud veteres sollempnitate, quae prodit Wirteb. 1687. De conuiujs natalitijs agunt etiam Lud. de Orleans lib. 6. nouarum cogitationum in Tacitum. Guil. Stuekius antiquarum conuiuialium lib. 1. c. 16. Taffinus c. 23. de ludis saecularibus tom. 8. Antiqu. Roman. pag. 549. vide et quae viri docti notant ad haec Ciceronis Orat. 2. Philippica c. 6. *dat natalitia in hortis*, tom. 6. Graev. p. 404. De varii generis ritibus quibus veteres, Ethnici maxime, in natalibus vsi sunt, item de varii generis natalibus, vitae, muneris, Martyrii, et de die natali Christi agit Rich. Montacutius in apparatu ad Origg. Ecclesiasticas pag. 377. sq. et in Analectis, (qui idem propemodum liber est sub alio titulo editus) p. 370. sq. De natali Herodis celebrato adeundus idem Montacutius, parte secunda Origg. p. 141. sq. Interpretes ad Matth. XIV. 6. Isaacus Vossius ad Catullum p. 307. qui obseruat, non diem qua natus est Herodes, sed diem quo ad regnum euectus est, eo in loco intelligi, vti etiam per *γενέθλιον* regis Agrippae apud Iosephum XIX. 7. pag. 869. edit. Oxon. Confer Io. Gregorii scholiop. Graecum ad illum Matthaei locum, quod habes etiam in Aedis Erud. 1704. p. 52. sed et Henrici Dodwelli praelect. Cambden. p. 169. De Augustorum natalibus celebratis consule Ioan. Henr. Sminkii diatribam, Marpurgi 1717. 4. et Ioan. Henr. Stussii commentationes duas de natalitijs Imperatorum Romanorum, Gothae 1738. De natali cathedrae, siue, quo quis Episcopus electus, Batonius ad Martyrologium 18. Ian. Rosweidus ad epistol. 16. S. Paullini, S. Bouffacus dissert. 28. noctium theolog. p. 325. sqq. Ernesti Sal. Cypriani Programma decimum, Coburgi 1708. 8. De natalibus Homeri, Platonis, Epicuri, Virgilit et aliorum celebrium Virorum sollempniter et instituto conuiuio celebrari solitis nonnulla collegit Io. Ionsius de Scriporibus Historiae Philosoph. p. 58. sq. Etiam Urbium natales celebrati, vt *γενέθλιον* Urbis CPolis de quo auctor Originum CPol. in fasciulo Combefisiano p. 27. vrbis Romae, de quo Mamertinus Panegyrico in Maximian. c. 1. et Bandurius Tomo secundo numismatum pag. 71. Plura de natalibus vrbium Petrus Faber lib. 1. Semestrium cap. 9. Brissonius ad legem Dom. de spectaculis, sub extrem. et Io. Henr. Stussius in commentatione de natalitijs vrbium,

speciatim

Speciatim de natali vrbis Romae, Gothae 1740. Alexandrinos memoriam terrae motus, quo Vrbs sua propemodum conciderat, appellasse *Gerboni* obleruat Valefius ad Sozom. VI. 2. forfalle quod post illum restaurata pulchrior ac veluti renata est. Et Genethlia viuis, Genesia mortuis destinata vt notat Laurentius lib. 1. polymathiae diff. XI. vbi perperam *viris* excusum pro *vltis*. Vide et Helychium in *FEETVALLIS*. Quamquam vero haud dubie antiquus mos est natalem diem sollempni ritu obeundi, vt praeter iam laudatos ostendit Io. Dougtheius in analectis ad Genes. XL. 20, valde tamen dubium est, quod Iac. Boulduccius, homo mire credulus, vel potius mire credulos requirens leebres, de Ecclesia ante Legem capite et libro primo tanquam rem exploratam tradit primos homines, quotannis natalem suum celebrasse. De Amphidromiis, quae die quinto post editum in lucem partum celebrabantur, agit Poffinus ad Pachymerem, et Ern. Sam. Christoph Rudorf singulari commentatione Ienae 1758. edita. Cunaria occurrunt apud Gruterum pag. CCCXI. 7. Martial. II. 40.

Cunarium fuerat motor Ouideme mearum.

Superfitiones in recens natis frequentatas perstringit Chryfost. XII. in 1 Cor. p. 107. T. X. ed. nov. Eodem, quo nati fuerunt die mortem obiisse obseruati sunt, ex veteribus quidem Plato, Pompeius, Antipater Sidonius, quem praeterea quotannis die natali febre correptum ferunt: ex recentioribus Herm. Barbarus, Pet. Pithoeus, Io. Heuelius et multi alii. Natus sibi infantes parentum erat apud Romanos ex lege M. Antonini Philosophi intra tertium a natiuitate diem profiteri apud praefectum aerarii Saturni, in acta hoc relaturum: porro die octavo feminis, masculis nono nomen imponebatur qui dies lustricus, atque Onomasteria. De liberorum abdicacione Sam. Peritus ad Leges Articas p. 157. sq. et Io. Regner Pronigk in dissertatione de abdicacione liberorum, Ultra. 1724. De venditione liberorum apud Gentes permiffa olim ac recepta Io. Philippi Dattii, Consiliarii Wurtembergici liber prodit Vlmae 1700. 8. recusuf Tomo secundo thesauri Meermanniani p. 631. De liberorum expositione et necce apud veteres, Gerardi Noodt Icti praeclarissimi Julius Paullus, siue singularis liber de hoc argumento editus Lugd. Bat. 1700. 4. et inter opera eius recusuf Contra Noodtii sententiam nonnulla monuit Corn. van Bynkerthoek in dissert. de iure occidendi, vendendi, exponendi liberos apud Romanos, quae existat in eiusdem Opusculis varii argumenti, Lugd. Batav. 1752. 4. p. 141. Bynkershoekio opposuit Noodtius amicam responfionem, quam examinauit Bynkershoekius in euris secundis de iure occidendi et expbendi liberos apud veteres Romanos. Tria haec scripta inueniuntur in Bynkershoekii Opusculis cura Franc. Car. Conradi Halae 1729. 4. editis. Hisce iunge Petium misc.

Observ. p. 163. Potterum Archaeol. Graec. lib. 4. cap. 14. Keyserum antiquitat. septentrional. p. 333. sq. Ioach. Christoph. Stilleri diss. de liberis expositiis; Helmst. 1677. rec. Quedlinb. 1718. Io. Christoph. Frauendorfi de antiqua liberorum expositione, Lips. 1692. Ier. Zangii de expositione infantum eiusque poena veteri, Gissae 1713. Matth. Mülleri de expositione infantum, Altorfii 1727. Car. Frid. Heintzii de eo, quod iustum est, circa expositionem infantum, Lipsiae 1731. et Henr. Aug. Zeibichii de more Graecorum infantes exponendi, Witeb. 1753. *Δέφια* siue *δέφια* expositis infantibus quo agnoscí possent appensa memorat Dio Chrysostomus diss. IV. de regno p. 63. De *iure patrio* post Petrum Aerodium aliosque Struuius in Bibliotheca iuris pag. 137. sq. edit. Buderianae, et Lipenio in Bibliotheca iuridica Tomo sec. pag. 130. sq. edit. recentissimae laudatas erudite commentatus est Abrahamus Kerkuaad, Ultraieqt. 1708. 8. De educatione liberorum apud Hebraeos agit Theod. Dassouius in dissert. de infante Hebraeorum liberaliter educato, Witeb. 1698. De educatione apud Graecos et Romanos Pfeifferus Antiquit. Graec. IV. 28. I. I. Claudius in diatriba de nutricibus et paedagogis, T. III. supplementorum Poleni. Feitshius antiq. Homer. c. 18. et Celeberrimus Io. Aug. Ernesti in prolusione de priuata veterum Romanor. disciplina, Lipsiae 1747. De educatione liberorum apud veteres Germanos vide Cleffelium antiquit. German. c. 3. et Cluueri German. antiquam lib. 1. c. 21. Hamburgi, vti etiam Veneris et in alijs quibusdam vrbibus Italiae constituta sunt brephrophia, quae temporibus Iustiniani obtinuisse obseruant viri docti ex l. 19. 22. C. de sacros. Eccles. vel iam Traiani Imperator. vide Iac. Racuardum lib. 2. Coniectan. c. 17.

XIII. De cura virginum apud veteres diss. duae Io. Phil. Pfeifferi, Prof. Regiomontani, post primam editionem Regiomont. 1672. recusae sunt in Belgio in Syntagmate 2. diss. Philolog. Roterod. 1699. 8. et recensentur a Ludolpho Neocoro in Biblioth. nouorum librorum Ai. 1699. p. 474. De varijs rationibus pudicitiam virginum et puerorum custodiendi, vide notas ad Ciceronis Orationes tom. 6. edit. Graeuianae p. 467. Potterum IV. 13. Archaeologiae Gr. De infibulatione agit Mercurialis lib. 1. Var. lect. cap. 19. et Io. Rhodius libro de acia Celsi. De disciplina et moribus Romanarum feminarum confer Stanisla. Santinelli dissertationes et orationes, Venet. 1734. 4. editas, p. 93. sqq. De Gynaecis Graecorum vide Ludov. Guil. Iunii dissertationem, Lipsiae 1745. De Hebraeorum Gynaecis confer Bucheri antiquitates supra pag. 839. laudatas. Mulieres peregrinae, inprimis apud Hebraeos, minus honestae habebantur, quod singulari commentatione Io. Frid. Frischius, Lips. 1744. demonstrauit. De vidua Hebraea exstat Theod. Dassouii dissertatio, Witeb. 1699.

XVI. De

XIV. De cura Iudaeorum circa genealogias consulendus Melchior Leydeckerus VI. 9. de Rep. Hebraeor. et Christianus Schoettgenius hor. hebraic. et talmudic. in N. T. T. 1. p. 854. sq. Apud Athenienses duplex fuit liber publice aëreatus, quorum primo, infantes statim a natiuitate inscribentur, altero qui vocabatur *ἀγέμενοι*, nomina eorum qui iam ex ephebis excesserant. Vide Scholia Graeca ad Lucianum. tom. 2. p. 11. De familiis Romanorum iam pridem intereiderunt scripta Varronis, Titi Pomponii Attici, Hygini, M. Valerii Messalae et Suetonii, de quibus videndus Reinerus Reineccius in praefatione ad Glandorpii Onomasticon, vbi etiam notat recenti aetate, *Io. Rosam*, de Romanis familiis commentarios Ienae; vbi humaniores et sacras litteras docuit, molitum, eosque in summa expectatione fuisse, sed Auctorem interea opere neuitquam edito defunctum²⁰ testatur. Hoc argumentum sparsim et obiter attigit *Raph. Volaterranus*, in anthropologia siue commentariorum vrbanoꝝ libro 13. et sq. Diligentius *Richardus Streinius*, Baro Schwarzenauus, in libro de gentibus et familiis Romanorum, Parisiis 1559. apud Henr. Steph. in fol. et Venetijs apud Ald. Manut. iuniorum 1571, 4. 1591. 8. et tomo VII. Antiquitat. Romanar. Graeci. Consulares tamen familias tantum expressit et multa sine auctoritate, multa contra Historiam et temporis rationem scripsit iudice Christoph. Adamo Ruperto, quem vide in Epistolis *Georgii Richteri* p. 564. sq. vbi et ipse gentes familiasque patricias ac plebeias collegisse se testatur. *Ioannis Glandorpii* onomasticon Historiae Romanae neuitquam hoc loco praetereundum est, utpote praecipuarum familiarum Romanarum stemmata ordine alphabetico explicans, et innumera intelligendis Romanis scriptoribus vtilia obseruans. Lucem adspexit post Auctoris obitum demum, curante eius discipulo *Reinero Reineccio* Francof. apud Wecheloes A. 1589. fol. *Andreas Schottii* electa de prisca Romanorum gentibus et familiis, cum eiusdem de tribubus Romanis, XXXV, rusticis atque vrbanis, et de ludis festisque Romanorum ex Calendario veteri leguntur ad calcem antiquitatum Romanar. Ioan. Rosini. *Fulvii Vrsini* de familiis Romanorum opus ab V. C. ad Augustum (non Augustinum vt typographi lapsu legitur in Bibl. numaria Labbei) ex antiquis numismatibus collectum Rom. 1577. fol. cum appendice 30. familiarum ex *Antoni Augustini* Episcopi Alerdensis libro de Familiis Romanorum, exstat etiam tom. VII. Antiquit. Rom. Graeci recusum. Septingentos Vrsino memoratos et alios ducentos ipsi praeteritos familiarum numos possidere se testatus est Seguinus p. 204. vbi circa numos Pompeianos

²⁰ Obiit 1571. aetat. 39. Hic est Rosa cuius eruditi in Ciceronis Academicas et de libris libros commentarii exstant.

Vrsinum aliquoties emendat. Idem p. 65. duodecim ex illis Vrsino praeteritis exhibet et illustrat. *Guiselmi Gardelli*, Romani, qui Sigismundi Imperator. temporibus vixit librum de familiis Romanis laudat atque euoluisse se testatur Prosper Mandosius Tomo secundo bibliothecae Romanae p. 203. Idem pag. 222. *Iacobi Gardelli*, nepotis, additiones memorat. *Abrahami* vero *Gorlaei* familiae Romanae ab V. C. vsque ad obitum Augusti, ex numis, quos Vrsinus vel omisit vel aliter posuit, lucem viderunt Antwerp. A. 1605. fol. Ab eo tempore laudatissima industria *Caroli Patini* qui post Vrsinum diligenter est in hoc argumento versatus Parif. 1663. fol. Conferendus etiam *Ezech. Spanhemius* diff. VI. de vsu numismatum (in noua edit. X. quae prima est Tomi secundi) *Laur. Begeri* tomus 2. thesauri Brandenburgici p. 529. sq. praecipue vero *Io. Vaillant*, cuius numi antiqui familiarum Romanarum perpetuis interpretationibus illustrati lucem viderunt Amstel. 1703. fol. In hoc Vaillanti opere familias nonnullas quarum Patinus meminuit omissas notant *Acta Erud.* A. 1704. p. 407. quanquam vicissim ex *Golzii* numis consularibus A. 1571. ad calcem Historiae Iul. Caesaris editis et suis scriniis non paucas (132.) Patino praeteritas vir doctissimus adiunxit. Neque enim omnes *Golzii* numi a Patino omissi pro supposititiis habendi sunt, vt iam notauit A. Morellus p. 238. spec. Notari quoque meretur eiusdem Morelli thesaurus, siue familiarum Romanarum numismata, omnia, diligentissime vbique conquisita, accuratissime delineata, et iuxta ordinem *Fulv. Vrsini* et *Caroli Patini* disposita: nunc primum edita et commentario perpetuo illustrata a *Sigeberto Haverkamp*, Tom. II. Amstelod. 1734. fol. Omitimus *Eliae Reusneri* et aliorum scripta, familias Romanas illustrantia, quarum plures quotidie et nouas siue ex numis siue ex aliis veteribus monumentis eruditorum industria obseruat. De prisca familia *Caesiorum* singulare et locuples opus *Io. Baptistae Fontei*, cum *Iulii Iacobini* appendice lucem vidit Bonon. 1582. fol. De gente *Valeria* exstat liber *Iacobi Zabarella*, italicae editus Paduae 1664. 4. Eiusdem de gente *Linia* liber prodiit, ibid. 1669. 4. De familia *Caesennia* antiquissimas inscriptiones aevo superstites *Petrus Antonius Braschius* in vnum collectas, dilucidatas ornatasque edidit Romae 1731. 4. De vita, rebus gestis, numis *Titi Didii* *Consulio*, et gente *Didia* *Ios. Bimardi* (de la Bastie) parergon prodiit *Lutetiae* 1730. 4. De gente *Curtia* *Ioannis Fränc. Iosephi Bagnoli* liber in lucem emissus est *Bononiae* 1741. 8. Gentem *Aurellam* *Ioan. Wunderlich* singulari commentatione illustrauit *Ienae* 1754. 4. De *Metellis* disserit *M. Antonius Ferratius* pag. 129. epistolarum. Gentiliorum nominum Romanorum in *Gruteri* inscriptionibus non obuiorum amplissimum spicilegium ex antiquis inscriptionibus collegit *Raphael Fabrettus* cap. 9. p. 597. sqq. Familias *Byzanti-*

nas illustravit *Carolus Cangius* Paris. 1680. fol. in parte priore Historiae suae Byzantinae.

XV. Tria fuerunt apud Romanos cognationis genera, agnatio, gens et stirps, ut notat Turnebus ad Ciceronem de legibus lib. 1. p. 31. ac stirps quidem omne cognationis genus continebat, *gentis* ius nullum habebant plebei, sed tantum patritii ac nobiles qui capitis nullam erant diminutionem passi, vide Ern. Martini Chladenii librum de gensilitate veterum Romanorum, Witteb. 1742. 4. *agnatio* in virilis stirpis cognatione posita erat. De imaginibus nobilium, earum collocatione in atrio, gestatione in funere et simili pompa qua claritatem generis veteres Romani testabantur, vide praeter scriptores pag. 724. citatos Lipsium 1. elect. c. 29. Liberi erant vel *γνήσιοι* legitime nati, vel adoptiui *θετοί*, de quibus Appianus 3. Civil. fol. 586. vel *υάδοι* siue spurii, *οκέρτιοι*, de quorum patre non constabat et *παροδενίαι* ex adulterio geniti. Vide Potterum IV. 15. Archaeol. De adoptionibus priuatorum Principumque apud Romanos et adoptorum iuribus agit H. Dodwellus praelect. Cambden. XVIII. De praecipuis adoptandi causis apud veteres Romanos Imman. Gottlob Grosseri commentatio prodiit Lipsiae. 1746. Adoptionis ritus fuerunt varii, per populum et praetorem, de qua ad Dionem pag. 195. et Pitiscus T. 1. p. 28. sq. per arma, per eusem, siue armorum traditione Cassiodorus IV. Ep. 1. VIII. 1. et 9. S. Bouffacus dissert. 15. noctium theolog. p. 211. sqq. inde feuda et equestres dignitates; per tonsuram siue rescissos capillos, Paulus Diaconus lib. 6. de gestis Longobardor. cap. 53. inde ordines monastici et tonsura clericalis; per baptismum, idem Bouffacus dissert. 14. noctium theolog. p. 199. sqq. De exhaeredatione, quae grauior, et abdicatione vide interpretes ad Quintilianum T. 2. Burmanni pag. 481. et 474. vbi formula abdicantis, *discede de domo mea*. Nobilitatis quatuor genera e mente Platonis Laërt. III. 88. sq. Apud Romanos distincti nobiles, ingenui siue liberi, liberti et libertini ac serui quos diuersos ordines etiam apud Germanos veteres obseruat Cluuerus German. Antiquae lib. 1. cap. 15. p. 98. sq.

XVI. De Nominibus propriis et Nominum impositione atque vsu apud veteres, praesenti loco nonnulla perstringere operae pretium fuerit. Apud Hebraeos vnicum nomen in vsu fuit, quod primis temporibus a natiuitate statim, ut Caino vel Noacho impositum est: deinde in circumcisione dari consuevit. Hinc additum nomen Parentis, in hunc fere modum; Isaac filius Abraham, Saul filius Kis, Simon *ben* (Syriace *bar*) Iona, Moses ben Maimon, Menasse ben Israël. Sic et feminae, Michajahu filia Vrielis. Neque alia nominum ratione in hoc vsque tempus vtuntur Iudaei, licet nonnullos videam cognomen etiam habere, ut R. Schabtai integrum nomen est Schabtai Strimer;

Pragensis,

Pragensis, est enim frater Iacobi Strimeri, filius Iosephi Strimeri in direptione Pragensi occisi. Idem tamen in titulo libri de scriptis Rabbiorum, cui titulus est labia dormientium, se non aliter vocat quam R. Schabtar ben Ioseph. Satis frequens autem inter eosdem Hebraeos mutatio nominis variis de causis; unde binomines, quae res vt obseruata magnas difficultates tollit, ita neglecta facit; nec exiguos parit errores. Confer Beckium ad Targum Paralipom: p. 136. et Christ. Bened. Michaelis dissert. de nominibus propriis sacris, Halae 1729. Vno tamen nomine tantum vtebantur vno tempore, ita vt ex quo adsciuit Apostolus nomen Paulli, desineret appellari Saulus. Nec Abramus vocabatur amplius, quum datum esset nomen Abrahami, neque Sarai, ex quo dicta est Sara, nec Iacob ex quo haesit nomen Israelis, quanquam iste postea iam hoc iam illo nomine in sacris litteris appellatur. In formatione nominum Hebraeos haud curiosius de accurata analogiae ratione sollicitos fuisse norauit, Dauid Kimchi et Salomoh ben Melech ad 1. Chron. IV. Neque in scribendis eodem modo nominibus admodum superstitiosos fuisse veteres, Rich. Simon lib. 1. Hist. Crit. V. T. cap. 3. In Talmude Hierosolymitano Massechet Gittin f. 43. 2. legas Israelitas extra terram Israeliticam habere nomina sicut nomina Gentilium. Sane a Graecis nominibus et Latinis non abstinuissent, exemplo Tryphonis, Philonis, Nicodemi, Iusti, Rufi et aliorum constat. Vide Rev. Alberri a Felde Epist. ad D. Kochium de dialogo Iustini Martyris p. 33. sq. et Io. Braunium in selectis sacris p. 33. sq. qui p. 34. sq. ostendit Iudaeos post captiuitatem duplici nomine non raro vsos, vno quo inter suos et altero quo inter Ethnicos vocarentur. Graeco scilicet altero vel Latino, altero Hebraico: sic iisdem tributa nomina Iesus et Iason, Iakim et Alcimus, Onias et Menelaus, Iannaeus et Alexander, Saulus et Paullus, Ioannes et Hyrcanus, Hillel et Pollio, Simon et Niger, Salome et Alexandra. Confer Io. Henr. Maii observ. sacr. lib. 3. p. 96. edit. secundae. Trinomines etiam fuere quidam, si credimus Cornelio Iansonio parte 1. Concordiae Euangel. c. 6. et Benedictinis ad S. Ambros. tomo 1. fol. 1331. In peregrinae autem linguae nominibus propriis efferendis tripliciter versari solent Hebraei, nam vel aliter pronunciant, ²¹ vt Graeci aliaeque Gentes, vt pro Cyro Cores, pro Artaxerxe Artastasta etc. vel ex peregrina lingua interpretantur in Hebraicam. Vide Grotium ad Gen. XI. 1. Hebr. III. 8. et quae notauit lib. 1. Bibl. Graecae c. 6. §. 11. Eduardum item Bernardum ad inscriptiones Palmyrenas pag. 23. sicut hoc etiam aliis scriptoribus vsurpatum fuit, vide Nicol. Alemanni notas ad Procopium p. 95. et Hieronymum lib. 2. in Amosum pag. 1411. edit. nouae, vel

²¹ Quam diuersae ipsas hebraicas voces pronuntiant Iudaei vide apud Ioan. Iac. Schudtium Tomo secundo memorab. Iudaicorum pag. 285.

vel nomina in aliam atque ingeniosam significationem collectunt, ut variis exemplis demonstrari in eadem Bibl. Graeca lib. 1. c. 29. § 8. Quae omnia non possunt non multiplices difficultates lectoribus obicere, et quaedam etiam vix ac ne vix quidem extricabiles. Iosephus quoque Medus in fragmentis sacris tom. 10. fascie. Crenii p. 252. notauit mirificam diuersitatem in nominibus Regum Assyriorum, quae in sacris et profanis scriptoribus obseruatur, inde originem ducere, quod diuersae gentes Assyrii, Babylonis, Persae, Aramitae habitantes prope Euphratem, Aegyptii, Graeci etc. vnaquaeque nomen Regis varie pronuntiationis suae ingenio suaeque linguae accommodarent. Etiam praeceat notauit Iosephus Scaliger: *Nomina propria extorata gentium alienis apicibus additis ita transformari, ut ab ipsis gentibus agnosci non possint*, quam in rem plura disputat Thomas Reinesius in *Strariba de lingua Punicis*. Scriptores qui Nomina Propria Hebraea in sacris literis collegerunt et interpretati sunt diligenter referre instituit Celeberrimus Io. Christoph. Wolfius in Appendice ad *Historiam Lexicorum Hebraeorum* p. 228. et diligentius in *bibliotheca Hebraea* vol. 2. p. 565. sqq. et vol. 4. p. 248. et Io. Mollerus *Homonymo- scopiae* p. 39. sq. His addi possunt quae ex MSS. Graecis Codicibus tom. II. Hieronymi sui ad librum de Nominibus Hebraicis protulit Io. Marcianaeus, quae melius digeri atque emendari illustrarique ab aliquo viro docto esset operae pretium: ut omittamus *Matthaei Aurogalli* librum de Hebraeis vrbium, regionum, populorum, fluminum, montium et aliorum locorum nominibus e V. T. congestum Witeb. 1526. et auctiorem Bal. 1539. 8. *Dauidis Chytraci* *Onomasticon Theologicum* A. 1557. 1578. et Witeb. 1585. 8. Spectat et huc *Paulus Crollius* in *Concordantiis realsibus a Dan. Felschio* auctis, Germanice sel. *Onomasticon* nominum priorum Hebr. et Graecor. quod exstat ad calcem tom. VI. *Bibliorum Polyglotton Londinens.* *Marianus Brixianus* in *Arca Noe* etc. et qui in hoc genere versatus quam diligentissime est, praeclarus Vir *Matthaeus Hillerus* Professor *Faltingensis* in *Onomastico sacro* Tüb. 1708. 4. et in altero quod *Bibliis pentaplis* Germanice A. 1712. 4. excusis est subiectum, nouissimeque Vir celeberrimus *Ioan. Simon* in *Onomastico* V. T. Halae 1741. 4. euulgato.

XVII. De Graecis veteribus perinde ut de Hebraeis affirmare licet simplici fere nomine eos vsos fuisse, et genitiuum plerumque parentis addidisse, ut *Thucydides* *Olori* et familia. Confer *Ez. Spanhem.* VI. de nullism. p. 512 sq. At non semper genitiuus additus parentem significat, sed interdum aliud quid subintelligitur, v. g. *Clinias* *Alcibiadis* scil. Pater. *Olympias* *Alexandri*, scil. mater. *Hectoris* *Andromache*, scil. vxor. *Eusebius* *Pamphili* scil. amicus. *Parthenius* *Dionysii* scil. discipulus. Confer *Ionsium* p. 14. B. *Hankium* de

scriptoribus Byz. *sup.* t. § 5 sq. Amphiflemi Cuperi Harpocratem p. 126 sq. et V. C. Thom. Galei diss. de scriptoribus Mythologicis p. 19 sq. Pro genituo Parentis scriptores Romani interdum posuere alterum nominatiuum, itaque dixerunt Herodem Atticum pro Attici F. Appianem Plistonicen pro Plistonicae F. et similia. Confer Salmasium ad Ver. inscriptionem Regillae p. 89 sq. Valesium ad Ammian. fol. 40. Sollemne fuit apud Graecos nepoti nomen aui imponere. Sic Aristidis pater et filius dicebantur Lyfmachus, Aristotelis Nicomachus, vt alia innumera praetermittam, e quibus nonnulla collegit Grotius ad Luc. I, § 9. et Stephanus Morinus in octo dissertationibus p. 21 sq. *παλαιότατον ἔθος ἦν, inquit Eustathius, τὸς ἐγγόνες καλεῖσθαι τοῖς τῶν πατέρων ὀνόμασι.* At Nomina Romanorum narrantes Graeci praenomina frequenter sola nominant, vel praenomina postponunt, ut *Καίων Μάρκος* pro M. Catone et similia apud Dionem aliosque. Vti Patronymica etiam quandoque cognominibus praeponi. notat Salmasius ad Achillem Tatum p. 537 sq. sed et Graeci ipsi interdum praeter nomen habebant *ἐπιλήθει* siue cognomen, teste Appiano Praef. ad bella Pun. quod ipsum e variis monumentis antiquis constare notat laudatus Cuperus in Harpocrate p. 177. Confer Plutarchum Coriolano fol. 218. Nomina peregrina, orientalia maxime quam illa Graeci memorant in suis scriptis, vel plane in linguam suam interpretantur, vel saltem ita inflectunt, vt sono ac terminatione Graeca vel Graecis affinia videantur. Imponebant Graeci infantibus suis nomen die Iustrico, siue septimus is erat siue decimus²² a natiuitate. Vide Meursium Graeciae feriatae p. 21 sq. Petrum Moll ad Longi Pastoralia p. 7. Adde de die Iustrico Graecorum Romanorumque Philippum Rubenium lib. 1. elector. cap. 5. Meursium parte 2. exercit. critic. p. 182 sq. Festum in *Iustriaci*, et Macrobius l. 1. Saturn. c. 16. Christianis iam olim baptismi dies fuit *ἁνομασθησιος*, vt notat praeter alios Nic. Cabasila lib. 2. de vita in Christo p. 225. Cui iunge Edm. Martene lib. 1. de ritibus p. 70 sqq. et Lindebrogium p. 1445. ad codic. leg. antiquarum.

XVIII. Romanis quoque ingenuis (seruorum enim vt plurimum simplex fuit nomen Syri v. g. vel Dau; quandoque vero seruis etiam et vernis honestioribus tria data sunt nomina, vide Fahretum pag. 347, Inscription, et Scipionis Maffei antiquitates Galliae p. 89.) singula quibusdam nomina initio fuere, vt Romulo et Remo: aliis bina, commune siue appellatiuum ac praenomen alterum, alterum gentile et proprium, vt Hosto Hostilio, C. Mario, Q. Sertorio, L. Mummio, Iulio Proculo. Plutarch. in vita Marii p. 406. aliis denique terna *praenomen, nomen, gentilitium et cognomen*, vt L. Iunio Bruto, L. Tar-

²² Suid. in *Διονύσιον τρώου* et in *Ἰσχυρίστου*.

In Partibus Superius et Prisco, et Maritico Coriolano. Plutarch. in Coriolano fol. 218. Fratres; Giceronis etiam nouum aetate praenomine distinguebantur, nomine et cognomine conueniebant, vt P. Cornelius Scipio et L. Cornelius Scipio. M. Tullius Cicero et Q. Tullius Cicero. Simile in patre et filio obseruare licet, M. Annico Seneca et L. Annico Seneca. In Postea fratres cognominibus diuisi, vt Saluius Ortho et Saluius Titianus: Flauus Vespasianus et Flauus Sabianus. Non in omnibus tamen hoc receptum; nam Vittellii fratres solo praenomine distincti: Aulus, Quintus, Publius et Lucius. Feminas quoque praenominibus vsas constat, etsi minus frequenter, unde hoc plane negauit Plutarchus in Mario p. 406. vt Aulam Placidiam, Tiberiam Aeliam, Rheam Syluiam Romuli matrem, Caiam Caeciliam, quod Caiac praenomen inuersa littera scribitur vt Tisa l. Conser Timaquillum ad Alex. ab Alex. tom. 1. p. 79. et ad lib. 5. c. 4. et quae Graecius in praef. ad tomum 2. Antiqv. Rom. inseruit ex Petri Seruii Miscellaneis cap. 5. 8. qui cognomine quoque vsas nonnunquam vt Caeciliam Metellam, Calpurniam Marcellam etc. quo praenomine, nomine et cognomine simul, vt Furiam Sabiniam Tranquillinam, Cneiam Cocceiam Irinam Aureliam, Maianam, Virginiam, ex veteribus inscriptionibus demonstrat. Adde Francisci Anisi Cremonam litteratam T. I. pag. 24. Maritimum quoque adsciuere cognomen, vt Marcia Catonis, rarius liberorum, vt Cornelia Graecorum scil. Mater, adde Ez. Spanhem. VI. p. 409 sq. Praenomina graecorum XXX. notante Varrone, sed longe plura obseruantur. Nonnulla praenomina eadem in aliis fuere cognomina, vt praeter Ez. Spanhem. dissert. x. de numismatibus, quae est prima tomii secundae pag. 24. 83. pluribus exemplis idem Seruius probatum dedit, qui praeterea docet nonnullos nouum adsciuisse cognomen, quod male *agnomen* quibusdam appellatur vt L. Cornelius Scipio Asiaticus, L. Aelius Praeconius Stilo, M. Valerius Maximus Messala, Q. Caecilius Metellus Pius. Cognomen saepe gentilitio nomini praepositum, vt notat Rhodius ad Scribonium Largum p. 192. et Spanhemius VI. de numism. p. 503 sq. De duplici praenomine usurpato id. p. 511. et praenominibus certis familiis familiaribus p. 513 sq. De more Graecorum Romanos passim solo praenomine notandi pag. 516 sq. quod et Latini interdum faciunt. id. sola cognomina posita. id. p. 520. et Sirmond. tom. 4. Opp. f. 199. Quidam plura etiam habuere cognomina vt P. Cornelius Scipio Nafica Serapio, et memoriam quae in titulis Imperatorum cognomina Parthici, Arabici, Germanici etc. De duplici nomine, quo vsi interdum sunt viri feminaeque, vide Fabretti inscriptiones pag. 145 sqq. Agnomen autem dicitur proprie, quod retinebatur, ab adoptatis, vel integrum vel leuiter mu-

eandem et *οχηματιοειδης* *ουρα*, ut ait Xiphilius, quum adoptantem in prae-
 nomen, nomen et cognomen adsciscerent, illisque iungebatur iam tertio
 iam quarto loco, ut P. Cornelius Scipio a Q. Caecilio Metello adoptatus deinceps
 vocabatur Q. Caecilius Metellus Scipio. M. Iulius Brutus adoptatus
 a Q. Servilio Caepione, dictus postea est Q. Servilius Caepio Brutus; Iulius
 mutatum est in Augustus, qui pro Octavo deinde dictus est C. Iulius Caesar
 Octavianus. In his agnomen facile agnoscis Brutum et Scipionem. Porro
 reliqua illa Asiatici v. g. et Africani et similia non agnomina sed cognomina
 vocantur etiam a Velleio lib. 1. c. 13. *Nec quisquam ex novis hominibus prior
 Munimio cognomen virtute partum vindicavit.* Nomina alia propria familiis,
 alia singulorum in eadem familia unius confer Spanhem p. 505 sq. *επινοη-
 οεις* Graecis, Perizon. ad Aelian. p. 469, 471, 475. Liberti sine serui manu-
 missi cognomen suum retinebant, praenomen nomenque recipiebant a pa-
 tropo, ut Tiro et Laurea quam Cicero eos manumississet, dicti M. Tullius Tiro
 et M. Tullius Laurea. Chryfogonus manu missus a Sylla L. Cornelius Chry-
 fogonus. Adde Reincl. pag. 894. Inscript. sq. Pueris non prius quam to-
 gam virilem sumerent, puellis non antequam nubrent praenomina imposta
 fuisse Q. Scaeuola tradidit, teste auctore Epltomae de nominum ratione quae
 Valerio Max. subiicitur et a quibusdam tribuitur Iulio Paridi, ab aliis Tiro
 Probo. Haec utinam integra extaret, quae eius supersunt tamen, illustrant
 sunt a Stephano Pighio in notis ad Valerium et a Salmasio in inchoato com-
 mentario ad Arnobium, quem vulgari tertio saeculo Hippolyti mei Ham-
 burgi 1718. fol. Nomina petita sunt a *Deis*, ut, Martius, Bacchius, etc. vide
 Grotium in limine notatum ad Marcianam Capellam; a *victoriis*, ut Afri-
 canus, Creticus, vide viros doctos ad Flor. III, 8. Nicanor, Polycrates; a *nu-
 mero*, conf. Bibl. latin. II, 22. 7. Primus, secundus etc. Quartadecimani haer-
 etici; a *colore*, ut Melanion, Rufus, Mineus etc. vide Grotium ad Capellam.
 Albii, Albini, Flauii, Galbae; a *bestiis*, vel *animalibus*, ut Poreus, Catulus,
 Equitius, Hippasus, Caper, Capella, Ouidius, Taurus, Muraena, Aquila,
 Coruus, Coruinus, Galbus, Leporinus, Suillus, Bureo; vide Godofredi Sellii
 commentationem de nominibus Romanorum brutifonia, Halae 1737; ab *ar-
 boribus*, ut Rosa, Palma; a *bono omnis*, ut Prosper, Magnus, Valens, Maca-
 rius, Felix, Eutyches, Augustus, Fruustus, Fortunatus, Firmus, confer
 Ioan. Henr. Scuffi commentationem de ordine in nomine, Gothae 1735. a
bonis moribus, ut Aristobulus, Ganctator, Catus; Chrestus; Salomon; Phi-
 ladelphus, Parrhasius, Parrhasiades, confer Barth. Mariani obseruationes
 de

25 Xiphilius p. 34. de Augusto. Vide Dio XLVI. p. 484. et Sam. Pitisci Lexicon
 Antiquitatum Rom. in adoptatio.

de praenominibus, nomine et cognomine; a *malis moribus*, vt Hierax, Lamy-
rus, Mperetes, Poltrones; vide Luitprandum in Innocentio; κατ' ἀρχὴν
ον, Philopater; ab *ruentibus*, Stercoreus siue Copronymus, Ambustus; a *cor-
poris nota* siue *vicio*, vt Atras, Calui, Capitones, Caeci, Claudii, Corfi,
Flacci, Frontones, Gryphones, Labeones, Licinii, Limi, Monomachi, Naf-
ele, Nafones, Physiones, Pogonani, Scacuolae, Sedigeti, Talipedes, vide An-
gelum a Nuce ad Leonem Ostiensem III. 16. p. 334; a *nascenti sorte* Agrip-
pae, Caesares, Caesones, Opites, Postumus, Proculus; a *re rustica* Pifones,
Lentuli, Cicerones, Fabii, Aratores, Scrolones; a *re maritima* Ancora, Ga-
leotus, Nauclerus, Puppis; a *vestimentis* Caligula, Caracalla. Vti nomina
quaedam viroꝝ in *a*, Fretela, Totila, Attila, Malela; ita etiam nomina
quaedam feminarum in *um* et *us* desinunt, Glyderium, Albinus, vide Henr.
Norisii aduentoriam, T. 1. Opp. pag. 1304. 139. De Nominibus Romano-
rum Onuphrii liber fastis eius subiectus; Francisci Robertelli liber prodit
Florentiae 1548. 8. Caroli Sigonii liber adiectus est eiusdem Fastis Consu-
laribus, Basil. 1559. fol. et deinde recusus Tomo primo Sylburgii scriptor.
historiae Rom. p. 340. in Dionysii Gothofredi auctoribus linguae Latinae pag.
1401. et Tomo secundo thesauri Graeviani pag. 1532. Justi Lipsii tractatus
de nominibus Romanorum recusus est ad calcem Klippingii antiquitatum Ro-
man. pag. 603. edit. Lugdunensis 1713. 8. et in Clouingii iure publico Roman.
T. 1. p. 598. Nicolai Boindini dissertatio de nominibus Romanorum exstat
T. 1. historiae academiae Inscriptionum pag. 188. edit. Amstelod. Adde
Voffium lib. 1. Aristarchi cap. 7. qui laudat praeterea Alexandrum ab Ale-
xandro de praenominum origine differentem IV. 4. genial. dierum, Giral-
dum dialogismo IV. et Antonium Augustinum III. 8. emendationum. De ori-
gine nominum et cognominum confer Aegidii Andreae de la Roque tractatum
Parisiis 1681. 8. editum. Nomina propria in MSS. solent distingui super impo-
sita lineola, vide Reinesii var. lectio. II. 3. p. 137. Idem Henricus Stepha-
nus etiam in quibusdam suis Graecis scriptoribus excusis obseruauit. De no-
minibus mediae aetatis multiplicatis vt Marcianus Mineus Felix Capella, Ma-
crobius Ambrosius Aurelius Theodosius, Anicius Manlius Seuerinus Boethius
&c. vide Sirmandum praef. ad Eunodiam et in timine notar. ad Sidoniam.
Alex. Whittenium ad Diptychon Leodiense pag. 4. Petrum Wesselingium II.
21. p. 236. varietatum obseruationum; et Henr. Canegieterum in opusculo
de mutata Romanorum nominum sub principibus ratione cap. 7. pag. 29. De
nominibus propriis apud Germanos consulendus B. Lutheri libellus *Nahmen
Büchlein* excusus 1537. recusus saepe vt Vrsellis 1559. 8. Helmshtadii 1664.
cum Godofr. Wegnesii obseruationibus Lipsiae 1674. 8. et sub Rud. Gocla-

nii nomine (vide Thomafium de plagio litterario §. 119.) Schottelino lib. V. de lingua Germ. tractatu 2. et quos allegat p. 1036. fq. Ioan. Georgi Eccartus in historia studii etymologici p. 37. fq. quem vide etiam p. 24. fq. differentem de opere MS. Conradi Gefneri, quod servatur in bibliotheca Bremensi. G. G. Leibnizius in collectaneis etymologicis II. p. 235. fq. ex Vobone Eamio. Cornel. Kilian. Dorffneus ad calcem Etymologici Teutonice lingue. Thomas Reinesius in Eponymologico MS. et in praefat. ad Syntagma Inscriptorum XX. 3. fq. Hermannus Adolphus Meinders. de nominibus et cognominibus Germanorum et aliorum populorum septentrionalium veterum, in miscellaneis Lipsiensibus T. VI. p. 1. fq. et 31. fq. qui etiam de Hebraeis et Romanis pauca aspergit pag. 24. fq. 28. fq. 10. Henr. Otius de nominibus hominum propriis. Tiguri 1671. 8. Aliquot nomina propria Germanorum ad priscam originem restituta per quendam antiquitatis studiosum. Augustae Rhet. 8. Paulli Heuteri etyma variorum nominum utriusque sexus Germanicae originis exstant ad calcem librorum duorum de veterum ac saeculi sui Belgio p. 217-231. Antwerp. 1600. et 1616. 4. et inter opera Louanii 1649. fol. Catalogus nominum propriorum apud Goldastum tome 2. antiquitatum Almannicarum p. 92-118. et 144. fq. De nominibus propriis in *rid* desinentibus agit Olaus Verelius ad Heruuarar Saga p. 115. fq. in *rich* siue *rius* Erycius Puteanus in diatriba de nomine Erycio. De nomine Huberti et aliis simili sine cadentibus Arnoldus a Boecop ad calcem historiae S. Huberti a Jo. Roberto editae p. 514. fq. Luxemb. 1621. De nominibus Anglofaxonice Georg Hickesius diff. epistol. p. 23. fq. Guil. Cambdenus in libro postumo, *Remains concerning Britain*, Edmundus Gibson ad calcem chronici Saxonici, Guil. Lambardus in nominibus modernis veris et sincere Saxonice Latinis et Britannicis ciuitatum, fluminum. De praenominibus Sueogothicis Christoph. Giubbius Lincopiae 1675. De nominum mutatione sacra vide Io. Henr. Stussii commentationem Gothae 1735. sigillatim de mutatione nominum in profane religioforum et Pontificum Romanor. inauguratione Ioan. Frid. Krebsii schediafma, quod auctius prodiit Lipsi. 1719. 4. Ad Romanam ecclesiam accedentibus in confirmatione mutatur nomen, vt Mauritio Wilhelmo Duci Cizensi qui dictus est Leopoldus, Christinae Suecorum Reginae, quae Christianae Alexandrae nomen tulit. Nomina quoque mutata fuerunt consecratis et talis inter Deos, vide Ezech. Spanhemium ad Iuliani Caesares p. 332. De Pontificibus Romanis vide eundem *ibid.* p. 333. De adoptatis, confer Perizonius *tride* pag. 90. et Vossium Aristarch. lib. I. c. 7. De ciuitate donatis, eundem *ibidem*. De libertis Politianum cap. 31. Miscell. et Pamelium ad Tertullianum de resurrectione. c. 57. De scenae et meretriciae vitae renuntiantibus Aristae.

Ariflaenerum lib. 1. epist. 19. et Gillb. Gaulminum p. 41. ad Eustathium. De meretricibus ab aedilibus licentiam petentibus, Taubmannum ad Plauti Poenulum actu quinto scena tertia.

CAPVT XXI.

De institutione, Scholis, et de re litteraria.

De re litteraria Hebraeorum generatim 1. De Scholis et Doctoribus Hebraeorum, 2. De aliarum Gentium Antiquitatibus Academicis et Scholasticis. 3. De Academia, Lyceo, Museo Alexandrino etc. 4. De aliis societatibus litterariis. 5. De Professoribus et discipulis, ratione docendi, lucubrationibus. 6. De recitationibus, auditoriis, Anagnostis. 7. De scribis, librariis, antiquariis, libris, voluminibus, bibliopolis et Bibliothecis. 8. De studiis veterum. 9. De charta, et quae eius loco, de stilo, calamo, atramento etc. 10. De litteris notisque hieroglyphicis, numeris, signis planetarum. 11. De typographiae origine et incrementis variis. 12. De aliis inventis novantiquis. 13.

I.

Ideam systematis Antiquitatis litterariae vniuerse, sigillatim Aegyptiae edidit *Iac. Frider. Reimannus*, Hildesiae 1718. 8. Graecorum historiam litterariam delineauit *Christianus Falsterus* in cogitationibus philologicis, Flensburgi 1719. 8. p. 84. sqq. De studiis litterarum apud Hebraeos generatim, eorumque origine et fati videantur scriptores historiae philosophicae, in primis *Iac. Bruckerus* histor. critic. philosophiae Tomo primo pag. 63. sqq. et *Ioan. Franc. Buddens* in historia philosophiae Hebraeorum, qui et in historia ecclesiastica V. T. ad calcem singularum periodorum et capitum de statu rei litterariae differit. Num eruditio a Iudaeis ad gentes transierit disputatum est. Aegyptiis certe eam tribuunt *Macrobius* in somnio Scipionis L. I. c. 19. et *Saturnalia* lib. 1. c. 14. Apollinis oraculum apud *Eusebium* praeparat. *Euangel.* lib. 9. c. 10. et auctores, quos laudat *Wolfius* ad *Origenis* philolophumena, p. 46. nota x) quod ab iis omnis eruditio ad ceteras gentes manauerit: Indis vero eam laudem vindicare conatus est *Polyc. Lyserus* in dissertat. de origine eruditionis non ad Iudaeos, sed Indos referenda, *Witeb.* 1716. Sed Iudaei sibi hanc gloriam tribuunt, haud dissentientibus plerisque Patrum, vide *Bartoloccium* T. I. biblioth. Rabbin. p. 467. *Schudtium* in deliciis p. 76-80. et Memorabil. P. III. p. 329. sqq. *Maimonidem* *Morsh* *Nebbuchim* P. I. c. 71. et P. II. c. 11.

Huetium

Huetium Dem. Ev. Prop. IV. c. 8. *Iosephum* contra Apionem, *Buxtorfium* ad Cosri p. 28. sqq. De Platone ac Pythagora, aliis, a Mose edoctis vide *Schudrium* in compendio histor. iudaic. p. 158. sq. 172. sq. 261. *Strunium* in rudimentis Logicae Hebraeorum p. 134. *Buddeum* isagog. historico-theol. T. 1. p. 556. sqq. et *Millium* in orat. de fatis theol. exegetic. p. 32. sq. nota. Adde *Ehregott Dan. Colbergii* legislatores Graecor. et Romanor. mosaizantes, *Huetium* demonstr. Euang. propos. IV. c. 3. et *Petrum Zornium* in bibliotheca antiquarioexegetica, praef.)(vbi adducit scriptores, qui S. S. lectam gentilibus affirmant. Vide et *Io. Jac. Syrbii* dissert. de auctoritate S. S. inter gentiles. De Aristotele sigillatim, quem Iudaei alii ex tribu Benjamin esse dicunt, alii ab Alexandro praefectum fuisse tradunt thesauro librorum Salomonis, vnde postquam sua per plagium suffuratus esset Salomonea combusserit, quidam postremo profelytum factum fingunt, omnes volunt a Iudaeis profecisse, vide *Bartoloccium* T. 1. bibl. Rabbin. p. 475. sqq. *Buddeum* in historia philos. Hebraeorum p. 32. *Strunium* in rudimentis Logic. Hebraeorum p. 5. sqq. *Schudrium* compend. histor. iud. p. 51. sqq. *Wolfium* Bibl. Hebr. T. 1. p. 217. et *Bruckerum* T. 1. histor. crit. phil. p. 749. sq. Fabulae huius vera ratio est partim iactantia huic genti consueta, partim quod a veteribus vetitum esset graecis litteris dare operam, recentiores autem accensi ab Arabibus magno conatu in philosophiam Aristotelis incumbere, quasi antiquam philosophiam iudaicam postliminio sibi vindicantes. Interdictum autem hoc veterum magistrorum non discendi litteras graecas ex odio erga apostatas Graecifantes suae gentis a temporibus Maccabaeorum profectum videtur. Vide de hoc interdicto *Petri Zornii* Programma Ploenae 1719. editum de antiqua lege Hebraeorum, quae addita dirarum obtuntiatione iuuentuti scholasticae omni litteratura Graecorum interdicti iussit. *Schudrium* compend. histor. iudaic. p. 150. sq. *Wagenseilium* ad Misnam Sota c. IX. num. 14. p. 307. edit. Surenhusii: *Richardum Biscoe* vol. 1. libri anglie editi: The history of the Acts of the holy Apostles confirmed from other Authors, pag. 89. *Io. Aug. Ernesti* exercitationum Flavianarum primam de fontibus Archaeologiae, Lipsiae 1756. et eiusd. exercitationis corollarium alterum de odio Iudaeorum veterum aduersus litteras Graecas, ibid. 1758. De philosophicis Iudaeorum scriptis praesertim Aristotelicis vide *Bartoloccium* T. 1. bibl. Rabbin. p. 480. sqq. et *Buddeum* in histor. philosophiae Hebraeorum p. 199. sqq. De ethicis consule *Hottingerum* in bibliotheca Orientali c. 1. cl. XI. *Odbelium* in synagoga bifronti p. 79. sqq. et *Henr. Scharbau* in exercit. de fatis studii moralis in gente iudaica, Lips. 1712. Ceterum de eruditione Iudaeorum generatim consulatur *Erici Benzeli* dissertatio de re litteraria Iudaeorum, Vpsal. 1716. *Andraeae Georgi Wachneri*

Wachneri dissertatio de eruditione iudaica, Goettingae 1742. et *Rud. Martini Meelshubereri* diatriba de meritis Hebraeorum in rem litterariam, Wittgeb. 1669. Eruditarum feminarum in gente Hebraea specimina aliquot dedit *Gustav. Georg. Zeltnerus* editis dissertationibus de feminis ex hebraea gente eruditis, Altorfii 1708. de Deborae inter prophetissas eruditione, ib. eod. de Priscilla Aquilae uxore, ib. 1709. de Alexandra Iudaeorum regina specimine sapientis feminae, ib. 1711. de Beruria Hebraeorum doctissima femina, ib. 1714. de erudita virgine Iudaea per transennam docente, ib. 1722. de Ialtha Principis filia erudita, ibid. 1725.

II. De scholis et academiis Hebraeorum post Hottingerum Ennéade diss. in compendio theolog. Iudaicae pag. 285. sq. agunt *Jacobus Altingius* in binis orationibus siue dissertationibus de historia *Academiarum et promotionum Academicarum* in populo Hebraeorum, Amstel. 1651. 12. et inter opera viri Clarissimi post eius fata, curante Balthasare Beckero iunctim edita quinque in folio voluminibus Amstel. 1687. tomo postremo, heptade octava dissertationum in qua occurrunt etiam eiusdem *Studijsus* et *Doctor*, Hebraeus. *Cherubinus* et *S. Iosepho* apparatus. Bibliici T. 2. p. 564. sqq. *Iulius Bartoloccius* bibl. Rabbin. T. I. p. 486. sqq. et T. III. p. 663. vbi de modo studendi olim in academiis Iudaeorum Babylonicis, *Thomas Pinedo* p. 482. ad Stephan. in *Nuáíðá Georg. Vrsinus* in antiquitatibus Hebraicis scholasticoacademicis Hafniae. 1678. et 1702. 4. *Campegius Vitringa* et *Iac. Rhenserdus* in scriptis, mutuis de synagoga² vetere, Archisynagogo et de decem *Baslanim* siue otiosis Synagogae. *Jacobi Rhensardi* inuestigatio praefectorum et ministrorum Synagogae. Franq. 1701. et Opp. philolog. p. 480. *Augustinus Calmet* de scholis Hebraeorum, Tomo VI. commentarii in biblia pag. 22. sqq. *Io. Gottl. Carpzovius* in annotationibus in Goodwinum pag. 123. et 307. *Scipio Sgambatanus* in Archiuis V. T. lib. III. p. 416. *Ios. Sim. Assmannus* in prologo tomo 1. bibl. oriental. §. 2. *Dominic. Aulifus* libris duobus postumis de scholis sacris veterum Hebraeorum et Christianorum, Italice. Neapoli 1723. 4. *Andreas Norrelius* in diatyposi Academiarum apud Hebraeos, Vpsal. 1747. 8. *Franc. Burmannus* dissertationibus nouem de synagogis, recuis parte secunda eius Exercitationum Academic. pag. 1-94. *Hermannus ab Hardt* in epistola edita a C. W. Willischio in arcanis bibliothecae Annaebergensis p. 191. sqq. *Ioannes Held* oratione de Iudaeorum scholia et synagogis, Norimb. 1664. 8. *Ioan. Sauberti* historia breuis synagogarum iudaicarum in eius palaestra dissertationum p. 178. sqq.

² Boeckzaal 96. I. p. 27. 243. Hodie nobilissima academia est in Polonico oppido Brzisc seu Breste; vide Schpdtii memor. P. IV. contin. I. p. 148.

Ioan. van Barbuijfen in שרידן תבז suae dissert. de Academiis Academicorum-
 què titulorum origine hebraica, Hanov. 1703. *Io. G. Grambsius* in exercitat.
 de synagogis Iudaeorum sub *Dav. Clodii* auspiciis vulgata Giffae 1682. *Nicol.
 Serarius* in Rabbino priore et posteriore, suae libris duobus de tota Rabbi-
 norum gente, partitione, creatione, auctoritate. Moguntiae 1607. 8. et inqz
 eius opuscula iunctim edita T. 1. *Jacob. Capellus* in synopsi historiae edita *Ge-
 dani* 1622. 4. pag. 29. sqq. *Christianus Borntrius* in dissertationibus de synago-
 gis Hebraeorum, Witteb. 1650. vulgatis. *Io. Leonb. Heubnerus* in dissert. de
 Academiis et societatibus litterariis Hebraeorum. ibid. 1703. *Chr. Henr. Rit-
 meier* in dissert. de Kiriath-Sepher, civitate litteraria. Helmstad. 1711. *Ioan.
 Ludov. Scifferheld* in progr. de scholis Hebraeorum, inserto Tomo primo syl-
 loges varior. Opusculorum a *Frid. Jac. Beyschlagio* edit. p. 582. sqq. *Dan. Lun-
 dlius* in dissert. de scholis et academiis Hebraeorum, Vpsal. 1707. 8. *Ioan.
 Ioach. Cramerus* in oratione de scholarum perpetuo in ecclesia Dei vsqz, Her-
 bornae 1701. fol. De scholis Iudaeorum prope lacus et fluvia exstat com-
 mentatio *Petri Zornii*, Ploenae 1716. Procedente tempore Iudaeos synagogas
 prope sepulcra exstruxisse ostendit *Io. Georg. Michaele* in exercitatione de Iu-
 daeorum synagogis prope sepulcra, quae exstat Tomo tertio symbol. Bae-
 meoensium pag. 591. sqq. De scholis Prophetarum confer *Franc. Fabricii* ora-
 tionem Lugd. Batav. 1709. 4. editam. *Ioan. Henr. Maii* sciographiam schola-
 rum prophetarum, Giffae 1701. *Sam. Werenfelsii* dissert. de scholis Prophe-
 tarum, Basil. 1701. *Lud. Martini Kahlis* dissert. de eod. argumento, Goettingae
 1737. De filiis Prophetarum vide *Eliae Silberradi* dissertationem lenae 1710.
 et de filiis Levitarum *Christ. Frid. Wiltschii* dissert. Lips. 1708. Scholae et Aca-
 demiae in Palaestina recensentur a *Walfo bibl. Hebr. P. II. p. 920. sq. Baby-
 lonicae p. 922. sq. quadringentae octo synagogae fuere Hierosolymis, vide
 Vitringam parte I. lib. 1. c. 14. p. 253. et Gottfrid. Olearium observ. in Mar-
 thaeum p. 417. quadringentae in Bitterensi civitate, Buxtorfius Lex. Talmud.
 p. 1056. ubi ex Maimonide observat, quocunque loco decem sint Iudaei, ibi
 oportere dedicari locum, in quo statis temporibus ad preces conveniant. De
 schola *Babylonica* vide *Interpretes ad Danielis cap. 1. et Balthasaris Meisneri*
 dissertationem Witteb. 1620. de Academia *Sorana* in Babylonia, *Ioan. Gram-
 mii* comment. quae exstat P. VII. bibliothecae Danicae pag. 710. sqq. de *Pun-
 beditana* *Christ. Gottl. Ioecheri* commentationem Lipsiae 1737. editam. De
 eadem vt et *Sorana* conferatur etiam *Bulaci* historia academiae Parisiensis T. 1.
 p. 316. De *labnensi* academia vide *Caroli Gottlob Sperbachii* dissertation. Witteb.
 1740. de *Tiberiensi* schola *Buxtorfium* in Tiberiade cap. 4. et *Cherubinum*
 a *S. Iosepho* Tomo secundo apparatus biblici pag. 573. de *Tschipporensi* *Ioan.**

Lightfoot. canar. chorogr. Matthaeo praemissae. c. 82. Tomo secundo oper. p. 229. Doctores Mishnicos recensuit *Io. Henr. Otto* in hist. 130. doctorum Mishnicorum, qui *Tannaim* siue repetentes dicti sunt, de quibus Bartoloccius T. 3. p. 252. sq. et Charubinus a S. Iosepho T. 2. apparatus biblici p. 577. sqq. insequuntis post eos *Amuracis* siue gnomologis, tum *Sebburacis* siue opinatoribus, (Buxtorf. p. 1428. Lex Talmud.) scepticis, hinc *Geonim* siue excellentibus ac denique proprie dictis *Rabbanim* siue magistris. Vide librum Schalscheleth Hakkabala et Zomach. Davidis Gansii, Bartoloccium T. 3. p. 663. sq. et Iac. Bafnagii historiam Iudaeorum tomo secundo. Ante doctores mishnicos floruerunt 1) assessores Synedrii M. (2) Prophetae, 3) Seniores, de quibus vide librum Cosri p. 289. edit. Buxtorfii, et quae ex Isaaci Abarhanelis haereditate Parrum. refert Surequhusius, praefat. ad. tomum quartum Mishnae, et quae ad Seder Olam Io. Meyerus. sq. Henr. Ottonis historia recusa est Amstelod. 1699. 8. et Volumine quarto bibliothecae Hebraeae celeberrimi Wolfii pag. 336. sqq. Minus certa et explorata esse quae de antiquissimorum Hebraeorum scholis feruntur, monuit post alios Nicol. Hieron. Gundlingius parte prima historiae philosophiae moralis p. 77. sq. Hierosolymis scholas nullo unquam tempore fuisse evincere studet auctor *Antonius* Gallus, in commentatione, cuius index est: *dissertation, ou il est prouvé, qu'il n'y a jamais eu de Synagogues dans la ville de Jerusalem et de la véritable origine des Synagogues*, quae existat tomo 1. libri gallici, *singularitez historiques et litteraires*, pag. 25. sq. Synagogas in vicis habuisse Iudaeos notant eruditi interpretes ad Matth. IX. 35. quibus add. Wagenfeilium Parte 2. perae librorum iuuenilium p. 490. et in libro de Norimberga cap. 18. p. 123. sq. ubi disquirat, num Hebraeis licuerit exstruere Synagogas in aliis vrbibus quam quae munitae essent: occasione Iudaeorum, qui Hagae Comitibus existimarunt, se non rite posse ibi condere Synagogam, nisi Magistratus, suppeditando largiter sumptus, permouissent, ut pontes lapideos interruptos iungerent in ambitum ligneis, qui in altum eleuari possent, aliosque, ubi illud fieri commode non poterat, clauderent repagulis. De promotione Rabinorum et titulis scholasticis vide *Caroli Arndii* triada dissertationum philologic. de Cancellariorum et Procancellariorum apud Hebraeos vestigiis etc. Rostoch. 1714. 4. *Ioan. Ern. ab Auersvalda* dissertat. de Rabinis et gradibus honorum litterariis apud Hebraeos vsitatis, Witeb. 1719. *Io. Bernh. Hahnii* orationem de promotionibus Hebraeorum Academicis, Regiom. 1735. *Ioan. Adami Scherzeri* orationem de Hebraeorum ex Lipsiensium magistris, pag. 409. sqq. Programmatum. *Valentini Friderici* dissert. de titulis doctorum iudaicorum, Lipsi. 1692. *Io. van Basbuyzen*, Hanouerani, dissertat. de Academiae Academicorumque titulorum origine hebraica, Hanouerae 1703. *Christi Gottlob*

Iob Frider. Wolffii commentationem de promotione Iudaeorum academica, Lips. 1741. *Aug. Lebrocht Wilkii* comment. de sollempni Magistrorum promotione in Iudaeorum Academiis celebrata, Witeb. 1758. *Io. Godofr. Guil. Kadis* comment. de תלמידי חכמים in academiis Iudaeorum nostri aevi magistris non abssimilibus, Lipsiae 1756. *Ioan. Gottl. Boffeckii* Programma de חכמים Professoribus extraordinariis in academiis Iudaeorum, Lipsiae 1745. *Cbr. Ern. Schmidii* dissert. de promotione academica Christo eiusque Apostolis perperam tributa, Lips. 1740. De impositione manuum, qua magistros suos in academiis nouo muneri consecrabant Iudaei, consule praeter tractatum Mishnitum *Sanbedrim* c. 1. §. 3. *Mosen Maimonidem* de Synedriis cap. 4. *Buxtorfium* Lex. Talmud. pag. 1488. *Seldenum* de Synedriis lib. 2. c. 7. *Braunium* select. sacr. p. 747. sqq. *Io. Nicolai* not. in Cunaecum de-republ. Hebraeor. lib. 1. c. 12. p. 578. edit. Vgholini. *Vitringam* de synagoga lib. 3. parte 1. c. 17. p. 835. *Vrsini* antiq. heb. scholasticoacad. p. 174. *Frid. Spanhemium* tomo secundo Operum p. 874. *Ad. Tribbeckouium* de impositione manuum cap. 2. sect. 4. *Cbr. Schoettgenium* T. 2. horar. hebr. et talmudic. p. 874. et tomo II. pag. 887. *Carpzonium* ad Goodwinum p. 144. et *Boffeckium* pag. 11: dissert. de Professoribus extraord. in acad. Iudaeorum. De disputationibus academicis Iudaeorum vide dissertationes *Io. Gottl. Boffeckii* et *Io. Dav. Milleri*, Lipsiae 1741. editas. De elogiis hyperbolicis Doctorum vide *Io. Mellorum* in homonymoscopia p. 864 sq. *Hettingerum* compend. theol. Iudaicae c. V. p. 293. *Schickardum* Bechin. Happer. p. 26. sqq. et *Struuium* in logica Hebraeorum p. 25. sq. De priuilegiis litteratorum in gente Hebraea exstat *Leob. Lenzii* dissertatio Witeb. 1700. De ciuilitate morum apud Hebraeos videndae D. *Adami Rechenbergii* dissertationes ad historiam ecclesiasticam spectantes p. 721. sq. Num integrum Iudaeis sit erudire Christianos pluribus disquirir, et fas omnino esse Iudaeorum testimoniis euincit *Io. Wulferus* theriaca Iudaica p. 374. sq. De institutione puerorum apud Iudaeos videndus praecclarus *Maimonidis* commentarius de studio legis, quem cum versione et notis edidit Robertus Clauering Oxonii 1705. 4. Conf. Acta Erud. T. 4. supplem. p. 234. Adde *Io. Henr. a Selen* commentat. de institutione iuuentutis apud veteres Hebraeos, Lubecae 1718. 4. et in eiusdem meditat. exegeticis pag. 60. sqq. De eodem argumento ex instituto agere, praecipue vero rationem, qua post reditum ex captiuitate vsi sunt, explicare promissit Samuel Peritus, in obseruationibus suis p. 66. Sed notae eius ad Iosephum, in quibus hoc se facturum pollicetur, nunquam lucem viderunt. In eisdem obseruationibus lib. 2. cap. 1. ex codice Talmudico Baua Bathra obseruat, quod Iosua Iamlae filius constituit, vt in singulis prouinciis atque vrbi- bus Iudaei praeficerent elementarios Magistros, usque in disciplinam traderent liberos

liberos citra annum sextum aut septimum, perinde ut Aristoteles quod lib. 7. de republica sub extremum, de pueris septennibus demum litteras docendis praecepit. De institutione puerorum, paedagogis et progymnastis apud varias gentes, vide quae collegit Alexander ab Alex. II. 25. et ibi Tiracquelus: Iosephus Laurentius lib. 1. Polymathiae diss. XII. Io. Claudius in diatribe de nutritibus et paedagogis iam supra mihi memorata, quae eius libro de salutationibus Veterum subnexa est, Ultraiect. 1702. 12. Cangii glossarium in *proscholus*. De peregrinationibus Romanorum Academicis, lectu digna diatribe Georgii Nicolai Kriegk, edita Ienae 1704. 4. et Christianus Falsterus lib. 2. quaest. Rom. c. 7. Exstat quoque eiusdem Kriegkii exercitatio de modis increscendi apud Romanos per studia litterarum et arma, Ienae 1707. 4.

III. De origine et usu Scholarum aduersus Hobbessii c. 46. Leviathanis singulari exercitatione disputauit D. Adam Rechenbergius, p. 487. sq. in qua quodammodo satisfactum esse videtur iis, quae aduersus scholarum et academiarum antiquitatem et usum differuntur ab Hallensibus in tom. 1. observ. selectarum, obs. 10. et 30. De scholis veterum publicis differit *Perizonius* ad Aeliani histor. var. lib. 3. cap. 21. not. 1. De Romanorum scholis publicis et priuatis quaedam dissegit *Franc. Bernard. Ferrarius* III. 1. de veterum acclamationibus. De Graecorum apud Athenienses scholis insignioribus *Frieder. Lessii* disputatio Wirib. 1661. edita. Historiam ac progressus scholarum inter Christianos singulari recensuit libello *Georg. Gottfr. Keuselius*. Helmstad. 1743. 8. De schola Alexandrina catechetica vide *Io. Andr. Schmidtii* praefat. ad Catechesin Andreae Hyperii Helmstadii 1704. 8. De eadem schola confer *Henr. Dodwellum* ad fragmentum Philippi Siderae, ad calcem dissertationum in Irenaeum Oxon. 1689. 8. *Ludov. Thomassinum* de disciplina Ecclesiae T. 1. P. 1. lib. 2. c. 10. p. 210. sqq. et *Io. Georg. Michaelis* exercitationem de scholae Alexandrinae sic dictae Catecheticae origine, progressu et praecipuis doctoribus insertam Tomo primo symbol. litterar. Bremensium, pag. 195. sqq. Seriem doctorum veterum in schola Alexandrina singulari Progratinate exposuit *Ioan. Aug. Distelmair*. Altorfii 1746. De scholis Episcopalibus et monasteriorum Africae, Hispaniae, Italiae, Galliae idem Thomassinus T. 1. p. 2. lib. 2. pag. 27. sqq. De schola Edeffena et Nisibensi *Valesius* ad lib. 2. Theodori Lectoris. p. 164. b. De iustitiae scholis apud Persas exstat commentatio *Georg. Nicol. Kriegk*, Ilfeldae 1720. De scholis Germanorum veterum confer *Io. Dav. Koeleri* dissertationem de veterum recentiorumque Germanorum scholis solitis et solidis. Altorfii 1725. *Io. Georg. Widemannii* orationem de scholis priscos inter Germanos non omnino incognitis. Brandenburg. 1727. 4. *Io. Christ. Chiffelii* progr. de scholis veterum Germanorum.

Flensb. 1737. 4. et *Godofr. Schürzii* comment. de institutis veter. Germanor. scholasticis sapientiae laude condecorandis, quae exstat pag. 50. sqq. collectio- nis primae trium apologiarum pro veteribus Germanis, germanice edit. Li- psiae 1746. 8. Monasteriorum et Episcoporum domus olim scholarum vltim praebuerunt; vide *Mabillonium* de studiis monasticis; *Maderi* praefationem ad chronicon montis Sereni, *Anton. Matubicum* ad Ioannem de Leydis p. 254. sqq. *Frid. Lucae* Europaeum Heliconem p. 121. sq. et *Bulatum* in histo- ria academiae Parisiensis. Historiam Rectorum Gymnasiorum scholarumque *Go- dofr. Ludowici* quatuor partibus edidit Lipsiae 1708-1718. 8. De cetero an- tiquitates Academicas et Scholasticas egregie illustrans *Hermannus Conringius* in singulari libro de hoc argumento Francof. 1657. 4. deinde cum accessio- nibus Helmst. 1674. 4. denique cum Chr. Aug. Henmanni bibliotheca histo- rica academica Goettingae 1739. 4. *Franciscus Benini* Ercologus libro de Aca- demia, ad calcem tom. 1. Operum: *Tho. Lansius* Commentario de Academiis Helmst. 1666. 4. *Io. Launoius* in libro de scholis celebrioribus post Carolum M. in Occidente instauratis, quem recudi curauit Hamb. 1717. 8. tum in Gymna- sio Nauarraco. *Claudius Hemerius* Doctor Sorbonicus libro Parisi. 4. edito de Academia Parisiensi, qualis primo fuit in Insula et Episcoporum Scholis; *Rich. Simon* tom. 2. Bibl. selectae p. 124. Vide et *Casp. Caluotri* rituale Ecclesiasti- cum tom. 2. p. 188. sq. 16. Limnaeum libro VIII. iuris publici. Antonium Pagi ad A. C. 826. 2. Recentiorum Academicarum historiam exposuit *Guido Pancinellus* libro quarto de claris legum Interpretibus Venet. 1655. 4. *Antonius de Luca* Melphictanus in laurea legali, *Iacobus Middendorpius* libris 8. de academiis ce- lebribus vniuersi terrarum Orbis Colon. 1607. 8. ad quos annecta edidit *Io. Henr. a Seelen*, Lubecae 1756. 4. *Frider. Lucas* in Helicone Europaeo Ger- manice edito Francof. 1711. 4. et nouissime *Io. Georg. Hagelgans* in orbe litte- rato academico Germanico Europaeo, Francof. ad Moenum 1737. fol. De quatuor facultatibus, quae vocantur Academicis confer *Io. Petri Ludowici* hi- storiam quadripartitae eruditionis, Halae Saxoni. 1741. Reimmannum pag. 121. system. antiq. litter. et Observaciones Halenses VI. 15. et 18. (vbi de statu Academicarum in sacculis barbaris) et 20. vbi de studiosis laureae et Candida- tis Magisterii. De trivio et quadrivio artium liberalium, *Iac. Thomafius* pro- grammate 34. Observaciones selectae Hallenses T. 1. p. 42. sq. et T. VI. Obsery. 14. 16. 19. De quatuor artibus popularibus; Philologia et scientiis Mathema- ticis *Vossi* liber Amst. 1660. 4. et tom. 3. Operum.

Academiae vocabulum pro scholis maioribus siue studiis vt vocabant ge- neralibus atque vniuersalibus primum vsurpari coeptum est sub Pontifice Paulo II. qui A. C. 1471. obiit. Graduum scholasticorum institutionem omnes fer-

me, qui de his scriptorum, ad Gratianum et Lombardum referunt. Certe non ampliorum fit mentio, quia de re legendus Balaeus saeculo IV. histor. vniuersitatis Parisiensis, et Ragius ad A. C. 1151. N. 10. De dignitatibus Academicis, quarum origo ad medium saeculum duodecimum refertur a Ioanne Weihenstedio; vide Bibliothec. Anglic. Tom. 10. pag. 513. et alius ad concilium Casparaugustinum A. C. 390. praeter caeteras diligentissime, egit Ioannes Christianus Interus libro singulari, qui auctor lucem vidit Francof. 1698. 4. cui addendus Thomas Lanfius, libro de Academiis iam laudato, et Georg. Christianus Waltherus de statu, iuribus ac priuilegiis Doctorum. De insignibus quibus inaugurantur, vide Alciatum VIII. 10. parergon. De origine et officio Cancellariorum Academicorum, Henr. Meibomii Oratio tom. 3. rerum German. p. 240. sq. et Rev. D. Henr. Mühlis de dignitate et officio pro-cancellarii in Academia Erlangensi A. 1714. Andr. Eliae Rosmanni oratio de dignitate Cancellarii in Academia Protestantium, quae extat in historia academiae Erlangensis, Erlangae 1744. fol. pag. 73. Matthaei Stephani oratio de iure Cancellariorum in decernendis honoribus scholasticis, Rostochii 1623. et vol. primo eius discursuum, J. R. Rostoch. 1624. 4. p. 1. sqq. Mich. Henr. Gribneri Progr. de primo Academiae Lipsiensis Cancellario, Lips. 1731. Io. Erh. Kappi Progr. de Procancellariatu facultatis philosophicae, ibid. 1747. De *Archibus, dignis*, quae Latinis dicuntur *Principia*, vide Francisc. Phil-leltum XVII. Ep. 1. XXX. 2. XXXIII. 6. et *Cancellariis* plura scripta iunctim excudi curauit Iacobus Wenckerus. Argentorati 1715. 4. quibus addatur Tobias Eckardi Schediasma de tabulariis antiquis, Quedlinburgi 1717. 4. Christfrid. Waechlerus de Cancellariis veterum, Dresdae 1705. 4. Io. Mich. Weimrichus de Cancellariis, in den Untersuchungen der merkwürdigen Alterthümer parte 1. pag. 21. sqq. Rutgerus zur Horst, Liouonus, libris duobus de Cancellariorum honoribus et officio, Gedani 1628. 4. Frid. Rudloff in dissert. de archiuorum publicorum origine, usu et auctoritate, Erford 1676. recusa Lipsiae 1747. De Archicancellariis S. R. I. consulatur Bernardi a Mal-hneckrot tractatus editus priusquam Monasterii 1656. dein recusus Ienae 1666. denique cum praef. B. G. Struuii ibid. 1715. 4. Georg. Franc. Frid. Helmers-hausen observationes miscellae de Archicancellariis S. R. I. Erford. 1740. Christ. Frid. Ayrmanni de Archicancellariorum S. R. Imperii originibus genuinis, Gissae 1746. De archibus sine tabulariis veterum, Christianorum Ioan. Carol. Behrens dissert. edita Altorfi 1722. De archibus Romanae curiae vide Cherubini Bullarium T. IV. p. 104. De Graecorum Imperatorum *καγκελαιο*

consu-
 * Hette Bibliothec. P. XLV. p. 408. sqq. Deuts. Bibliothec. P. XLIX. p. 37. Memoires
 de Trévoux A. 1716. pag. 282.

consulatur Cangius; et Possinus ad Pachymærem Tomo II. p. 442. De dignitate *Doctorali* confer Io. Dieter. Tregismonit discussum de Doctorum dignitate, nobilitate, privilegiis et praeceminentia, Salisb. 1673. 12. Georg. Christ. Waltheri tract. de statu, iuribus et privilegiis doctorum omnium facultatum, Norimb. 1642. 8. Petri Mulleri tractat. de gradu doctoris, Ienae 1715. 4. De doctoratu *theologico* consule Io. Frid. Mayeri dissert. Kilopii 1699. Io. Franc. Buddei orat. de origine doctoratus theologiae, quae accessit eius orationi de iuuentutis academ. virtutis, Ienae 1723. Urb. Godofr. Siberi orat. de antiquitate doctoratus theologiae, Lipsiae 1734. Io. Erh. Kappii progr. de origine doctorum theologiae et Magistrorum artium, horumque dignitate, ib. 1735. Jac. Wilh. Feuerlini Progr. de studio S. S. per doctoratum theologicum a prima inde origine stabilito, propagato, Gœttingae 1737. Io. Georg. Kayseri schœdiasma de origine doctoratus theologiae, Numb. 1741. 4. et Chr. Marth. Seideli Progr. de utilitatibus ex doctore Theologiae, sollemni ritu declarato, in ecclesiam, cui praeesit, redundantibus, Helmstad. 1748. De doctoratu *iuridico* vide Georg. Richteri orationem de doctoribus iuris, quae Lutherus vipers theologorum appellavit. Norimb. 1642. 4. et in eius orationibus Decade II. p. 223. Gottfr. Lud. Menckenii Progr. de origine tituli I. V. D. Witteb. 1717. Io. Frid. Hertel Progr. de vtriusque iuris publici doctoribus, Ienae 1739. Christ. Guil. Lœscheri epistolam de periculo simul et incommodis Doctoratus iuridici, Vinar. 1719. 4. et eiusdem epistolam alteram de praerogatiuis doctorum iuris praeter aliarum facultatum supremis gradibus, ibid. 1720. De titulo *Magistri* confer Albericum Gentilem lib. 4. lectionum Virgilianarum. Christ. Aug. Heumannum in Actis Philosophorum XVI. p. 592. sqq. Io. Burch. Menckenii dissert. de honorifico Magistri nomine, eiusque iuribus insignioribus, quae exstat pag. 74. eius dissertation. litterariarum, et dissertationes Frid. Ziegneri, Lips. 1671. Georg. Henr. Goetzii, Witteb. 1688. Brand. Henr. Gebhardi, Gryphisw. 1695. Seuerini Petri Gludii, Hafniae e. a. Io. Christ. Kochii, Lips. 1735. De *Baccalaureis* et *Baccalaureatu* vide Jac. Thomasti Progr. de vetusto ritu creandi Baccalaureos, insertum eius orationibus, Halle 1693. 8. editis pag. 536. sqq. et alterum eius Programma de voce et dignitate Baccalaureorum, Lips. 1670. Chr. Schultzii dissertat. de Baccalaureo, Lips. 1678. 4. et Henr. Christ. Dithmeri commentation. de Baccalaureis, Lipsiae 1738. Plura de dignitationibus academicis, pluresque qui de iis egerunt, scriptores videre licet in Bibliotheca Academica *Casp. Thurmanni*, in qua sub titulis secundum ordinem litterarum digestis magno numero collegit Scriptores, qui tum de Academiis earumque origine, natura, tum de iuribus, immunitatibus et officiis Doctorum, Academicorum et vniuersae rei literariae iuribus atque Privilegiis egerunt, Halae Sax. 1700. 4.

De charta et papyro veterum videndi Plinius lib. 13. c. 11. et ibi *Harduinus*. *Isidorus* Lib. VI. Orig. c. 9. *Cassiodorus* lib. XI. Variarum Epist. 38. *Mathioli* ad Dioscoridem lib. 1. c. 98. *Melchior Guillandinus* Venetiis 1572. 4. et Ambergae 1613. 8. in Aegypto ipse, vbi papyrum examinavit, versatus. *Iosephus Scaliger* contra *Guillandinum* 9 de papyro. *Io. Mabillonius* in opere de re diplomatica lib. 1. cap. 8. *Montfauconus* in *Palaeographia Graeca* p. 130 sq. supplement. antiquitatis explicatae T. 3. p. 199. sqq. et memoriarum Academiae inscriptionum T. IX. pag. 302. sqq. edit. Amstelod. *Scipio Maffei* historiae diplomaticae pag. 57. sqq. *Franciscus Maria Nigrifolius*, Medicus Ferrariensis, in dissert. de charta eiusque vsu apud veteres, quae inserta legitur Museo Mineruae Venetae Tomo 3. p. 249. sqq. *Guido Pancirollus* rerum deperditar. tit. 13. *Claudius Salmasius* in notis ad *Vopiscum* et *Solinum*. Liber gallicus: *Varietates historicae, physicae et litterariae*, Parisiis 1752. Tomo primo. *Chr. Lindneri* dissertatio de charta, Lipsiae 1647. *Sebastiani Kirchmaieri* de papyro veterum, Witeb. 1666. quae tota fere ex *Guillandino* exscripta est. *Io. Georg. Vngeri* de papyro frutice, Lipsiae 1731. *A. G. Boucher d'Archis* in *Mercurio Gallico* A. 1737. mense Septembri p. 1082. sqq. et *Leo Allatius* pag. 91. ad antiquitates *Hetruscas*, vbi inter alia docet, *manganem* qui anti-

9 Rud. Capelli lectio. bibliothec. O. 6. sqq.
Vol. 2.

antiquitates illas dependunt. ^{ante est eorum esse chartas A. C. 1490. a Ioanne}
 Brugenli ex ^{ex raris veterum pannorum, ut loquitur Pe-}
 trus Venerabili ^{reccotius inuentum et Germanorum quidem,}
 ut nota ^{Halae 1744. 4. p. 270. 199.} Præcipue veneriditas
 in ^{charta arabica characteri indigina relicta erant, quibus}
 horum ^{tempus interuolui poruit. De illis insignibus, atque}
 horum ^{horum ope fraudes detectas fuerint, pluribus disponit Alla-}
 De ^{papyro, planta præter Vngerum laudatum Prosper. Alpinus de}
 p. 43. Kaempferus ^{amoenit. exotic. p. 47f. 199. et appendice}
 p. 22. 199. Ephemerides ^{eruditorum 1730. mense Jun. p. 199.}
 Memorise ^{Treuoltinae 1732. p. 817. 199. Quod veteres in cortice figi}
 (auf ^{Buchrinden) hinc Olaus Rudbekkius pater in Atlantica sua}
 nobis ^{libros hodieque Germanis vocari Bücher, sicuti ex simili ratione di-}
 cuntur ^{libri, codices, folia, philyrae. Varia alia, in quibus antiquitus scri-}
 prum ^{fuit recenset præter Allatium et Hermannum Hugonem in libris lauda-}
 Alexander ^{abi Alex. II. 30. et ibi Tiraquell. Bartholinus diff. 4. de legendis}
 libris ^{p. 90. 19. ac nouissime vir eruditissimus Bernardus Montfauconus in pa-}
 læographia ^{Græca lib. 1. Vide etiam Hiraki Epistolam insertam Memoriis}
 Treuoltinis ^{A. 1711. p. 1559. 19. vbi de bullis Pontificum scriptis in charta e}
 cortice. ^{Pars chartæ tenuissima dicta *ina*, ut constat e Festo in ilia et exilis.}
 De chartopœia ^{Iaponica ex corticibus arboris mori papyriferae *Carschy* ¹¹ di-}
 ctæ ^{Engelbertus Kaempferus in amoenitatibus exoticis p. 466. 199. De charta}
 incombustibili ^{ex amiantho Wormius p. 350. mulei. De charta asbestina Frane-}

Ernestus

¹⁰ Linteï vsus ex cannabi recens admodum, nec ante sæculi XV. initium innotuit. Ca-
 roli VII. Galliae Regis coniux indusis ex linteo duobus primum dicitur vsa fuisse. Vide
 Naudæum p. 81. 82. Chartæ tamen quæ ex lino fiebat iam mentio apud Petrum Vener-
 abilem in bibliotheca Cluniacensi, et illius vsus iam notus Eustathio, vbi artem chartas
 ex papyro conficiendi peritisse notat ad Odysseæ ϕ . Panni linei meminit et ad candidatio-
 nem eius commendat Iaponem copiosum Ambrosius Camaldulensis XIX. 12. Epist. p. 616.
 T. 3. collectionis Martenianæ. Linea camisia et lineis femoralibus vsum esse Carolum M.
 notat Eginhardus c. 23. In Aegypto linyphiarü, linyphiones siue linteones, lintearii, lin-
 teatores, linteis texendis parandisque operam nauantes. Salmasius in Vopiscum pag. 455.
Απος φλοιῶν inscriptæ litteræ Platarchus in Pyrho T. 2. p. 434. ed. Oxon. In nouis li-
 terariis Goeringensibus (gel. Anzeigen) A. 1758. p. 1112. hæc ex Transactionibus philo-
 sophicis N. 50. vol. 1. Art. 30. excerpta leguntur: Auf der Brust eines Skelets, welches
 aus den Ruinen der verschütteten Stadt Herkulanum ausgegraben ist, hat man einige
 Stücke von sehr feinem Papier gefunden, das auf einer Seite roth, und auf der andern
 schwarz gewesen ist. Man urtheilet, daß es keine eigentliche so genannte charta papy-
 racea sey, sondern ein von Seide oder Leinwand gemachtes Papier.

¹¹ Acta naturæ curiosorum decade II. 6. p. 131.

Ernestus Bruckmannus in historia naturali lapidis *τὸ ἀσβεστόν* 1727. quam historiam in charta eiusmodi impressam typis bibliothecae Guelfherbytaeae intulit, vide N. L. L. 1717. p. 432. et S. R. Goettenii *jestlebendes gelehrtes Europa* T. 1. p. 658. sq. Eduardi Lloydii epistola de genere papyri ex linteo incombustibili confecti inserta est diario gallico *Bibliothèque raisonnée* T. 38. parte 1. p. 42. sqq. De nouo inuento in Anglia usitato chartam non ex ramis pannorum, sed ex carduis aliisque plantis conficiendi, vide *Journal des Savans* 1732. mense Septembri p. 56. De palimpsesto Leopardus lib. XIII. cap. 11. emendationum. Membranarum usus diu ante Eumenis et Ptoemaei tempora vide Lampium ad Psalmum XLV. p. 86. De linteis libris siue thappis Alatius libro iam memorato p. 25. sq. et 130. sq. idem p. 123. obseruat Sinesium chartam diuersam a papyro veterum et nostra charta ex linteo confecta. De Graecorum charta botbycina, idem p. 138. Videndus etiam Stephanus p. 99. sq. ad Saxonem Gram. et Pancirolli noua reperta lib. 2. tit. 13. De more in vestibus scribendi praeter Allatum p. 127. sq. differit Albertus Rubenius Lib. 2. electorum c. 1. De *pugillaribus* veterum Alex. Wildhelmus in Appendice ad *diprychon* Leodiense, et Io. Ern. Imm. Walchius in dissertatione epistolica ad Ant. Franc. Gorium de pugillaribus veterum, volumine quinto Act. Soc. lat. Ienens. p. 107. sqq. qui etiam ibid. p. 180. sqq. de pugillaribus medii aevi commentatur. De *albis* And. Schottus ad Proverb. Vaticanae appendicis I. 80. *Philothecarius* (*Stammbücher*) usum non ante tempora beati Lutheri obtinuisse comendit Michael Lilienthal, qui de illis videndus in selectis historicis et literariis continuatis, Regiononi 1719. 8. In iisdem selectis exstat Theoph. Sigfr. Bayeri dissertatio de elegantia manuum eruditarum, nec doctos semper male pingere. *Calami* loco antiquissimus usus fuit *stilarum* siue graphiorum ex ferro, ossibus, vel alia materia, de quibus agunt Interpretes ad Iob. XIX. 24. Fesselinus in aduersariis sacris tom. 1. p. 41. Huertius in Epistola ad Gishertum Cuperum, in Tilladeri collectione tom. 2. p. 226. 230. Florianus Klepperlein in historia Artis scriptoriae Witeberg. 1683. Hugo de scribendi origine c. IX. Mabillonius supplemento ad libr. de re diplomatica cap. XI. §. 8. Philippus Bonanni in museo Kircheriano p. 165. Moicardi Museum p. 425. Io. Clericus de stilibus veterum et variis chartarum generibus, T. III. supplement. Poleni p. 110. et vici docti ad illud Horatii L. 1. Sat. 10.

*Saepe stilum vertas iterum quae digna legi sint
Scripturus.*

Quibus verbis respicit ad figuram stilarum, qui ex altera parte acuti erant, et scriptioni inserviebant, ab altera parte lati, et ad delendum vel emendandum

dum obducendumque scripta in cereis tabulis adhibebatur. Imagines duas fili ²² veteribus vsitati habes in aes incisas apud Laurentium Pignorium lib. de Seruis. p. 224. Alii stilorum loco vel iuncos siue *calamos* vel *pennas* auium vel denique vt etiamnum apud Sinenses receptum est, *penicillos* adhibuerunt ad scribendum. Confer Paullum Mariam Terzagium in Museo Septalialio pag. 128. De Chaumettii instrumento, cui calamus siue penna si inferatur momento circumactum reddet aptam ad scribendum vide historiam Academiae scientiarum A. 1715. p. 88. Inter Dauidis Clerici Orationes octaua, nona et decima eleganter persequuntur laudes et vsum pennae, atramenti et chartae, Amstelod. 1687. 8. In Ioan. Henr. Ackeri historia pennarum pennae D. Ioan. Franc. Buddei sacra Altenb. 1726. 8. curiosa quaedam de calamis pennisque eruditorum recentium in primis occurrunt.

Chartae loco apud antiquissimas gentes plumbeae tabulae vel etiam alia duriora metalla et lapides in vsu fuerunt, vt ad eundem Iobi locum XIX. 24. iam pridem annotatum est. Confer Allatum ad Antiquitates Hetruscas pag. 127. sq. et Laurentium Beyrling in Theatro Vitae Humanae tomo 7. sub titulo: *Scriptio*, vbi quamplurima alia de vniuerso hoc argumento collecta reperiuntur. Spectant etiam huc quae de columnis Sethi lapidea et lateritia, de columnis Mercurii, et Aegyptiorum obeliscis nota sunt ex Iosepho, Diodoro Siculo et aliis Scriptoribus; vnde patet antiquissimum vsum fuisse columnis lapideis res memorabiles tradendi: de quo more varia congeffit Huetius in demonstratione Euangelica p. 93. sq. edit. Lipsienf. vbi praeclara inuenta, leges et alia eiusmodi, res quoque gestas insigniores posteris in columnis, faxis, parietibus et tabulis aeneis traditas notat, cui adde *Luc. Holstenium* ad vitam Pythagorae scriptam a Porphyrio p. 67. 68. *Hunfredum Pridausium* in limine notarum historicarum ad epochas marmoreas Arundelianas. *Florn. Hugonem* de prima scribendi origine cap. X. *Pet. Holmitium* de Scriptione cap. 4. *Thomam Gatakerum* lib. 2. cinni aduersariorum cap. vltimo, et *Georg. Ludov. Oederum* de programmatis, siue edictis et inscriptionibus publicis Graecorum, Iena 1717. 8. Laminas plumbeas, quibus inscriptum, videre licet in Bonanni museo Kircheriano p. 180. Idem p. 230. sq. agit de more scribendi in foliis arborum. De arte Trithemiana scribendi per ignem vide *Georg. Walkni* dissertationem, Vpsal. 1728. Siamesium charta ex cortice arboris *plioh krot*, Tunquinensium ex *cotone*, Sinensium ex cortice arundinis siue arboris *bamban* confecta est et facile a vermibus corroditur, vnde Bibliothecarum Codices subinde recentandi et describendi sunt, vt narrat Lud. de Comitibus in no-
uis

²² Stilis scriptoris quandoque homines confossi atque obtruncati, vt Q. Antyllus apud Plutarchum in C. Grach. p. 840. et recentiore aetate Scotus Erigena.

ais memoris Sinensibus Gallice editis tomó 1. p. 261. sq. vbi de tota illorum scribendi et imprimendi libros ratione plura Lector obseruata reperiet. Malaberes et alii populi vicini palmarum foliis variú generis pro charta vtuntur, quibus stilo ferreo eleganter et misa celeritate, quae volunt, valent inscribere, descriptaque transmissis, quibus cohaereant, per medium folium pertusum ligulis in volumina redigunt. Vide Hodoeporicum Ioan. Alberti de Mandelso p. 101.

De atramentis cuiuscunque generis singulari opere agendum in se suscipit Petrus Maria Caneparius, Cremonensis, Philosophus, Venetis medicinam professus, quod lucem vidit Venetiis 1618. Londini 1660. et Roterodami 1718. 4. et quanquam propter quamplurimas obseruationes Physicis et Medicis non displicet, tamen antiquitatis cultoribus parum satisfacit, vnde infelicitè in hoc argumento versatum esse censet Leo Allatius in animaduersionibus ad Antiquitates Hetruscas p. 145. qui p. 143. sq. nostrum ex calcantho atramentum (de quo Caneparius p. 254. sq.) a veterum illo *μύλανι καλλιγράφου* (vt vocatur in Hippiatricis p. 169.) diuersum fuisse probat. Vide de atramentis praeterea Vitruuium lib. 7. cap. 10. et sq. Plinium lib. 35. cap. 6. Cardanum c. 64. de rerum varietate et lib. 8. subtilitat. Politianum c. 40. Miscellan. vbi dubitat an ex sepiae liquore (quod tamen multi affirmant vide Lindebrog. ad Codicem Legum antiquar. pag. 1379. et Rondeletium XVII. 2. de piscibus) atramentum olim fieret. His adde denique Vossium lib. 4. de idolat. c. 49. Sakmal. de cruce. p. 483. sq. Nicol. Lemerium in memoriis academiae inscription. 1707. p. 713. sqq. Io. Iac. Quandtii exerc. de atramento Hebraeorum, Regiomonti 1713. Atramentum chiniticum habes in Wormii museo pag. 376. et Septalii p. 63. sqq. De atramento sympathiae recenti inuenio, Acta Eruditor. 1703. p. 217. De Christi sanguine in atramentum misso ad pondus addendum instrumentis excommunicationis haereticorum Mabillonius II. 21. 22. de re diplomatica, et Io. Andr. Schmidii dissertatio de litteris sanguine Christi firmatis, Helmstadii 1713. De *encausto* Imperatoribus olim sacro existat dissertatio Ioan. Behmii, Argentor. 1715. Adde quae de illa *καροχύτη γραφή* disserunt Schwarzius diss. 1. de ornamentis librorum §. 7. et dissert. 2. §. 23. et Hadr. Stegerus comment. de purpura sacrae dignitatis insigni pag. 57. De variis liquoribus et coloribus atramenti loco adhibitis Montefaucopus Palaeographiae lib. 1. c. 1. et Mabillonius lib. 1. c. 10. de re diplomatica. De variis generibus atramenti et rationibus illud parandi consulendus libellus Helmstadii 1732. 8. editus: *Das aufs neue wohl zubereitete Dintenfaß.*

XI. De litterarum origine ²³ Io. Georgius Wachterus, licet suppreſſo nomine, eleganter differit in Naturae et ſcripturae concordia; Commentatione de litteris ac numeris primaevis, aliisque rebus memorabilibus cum ortu litterarum coniunctis, Hafniae 1752. 4. De ditione Hebraeis, Graecis, Latinis earumque inuentoribus egregia annotantur Iosephus Scaliger ad Eusebium numero 1617. Salmſius ad inscriptionem Hierogl. Aegypt. pl. 230. sq. Lilius Gyraldus dialogo 1. de historia Poëtarum. Bernardus a Mallincrot in libro de litteris earumque origine et natura, Monasterii Westphal. 1639. 4. Meursius ad Helychium illustrem p. 179. sq. Samuel Poitius lib. 2. observ. c. 1. Ezech. Spanhemius de usu numismatum et praestantia diff. secunda. Guilelmus Nicols in sex libris elegiaco scriptis carmine notisque illustrato de litteris antiquis, Lond. 1711. 8. Olavus Rudbeckius parte 1. Atlanticae c. 38. Bochartus lib. 1. Chanaan cap. 20. Tho. Munckerus ad Hyginum, fab. 277. Io. Martinus Canonis Chronici p. 123. sq. Iacobus Bonhitrius auctor eruditae dissertationis Clariss. Montfauconi Palaeographiae graecae subiectae de primis Graecorum ac Latinorum litteris. Auctor anonymus libri angliae sub hoc titulo Londini 1726. 8. editi: *An essay upon Literature: or an Inquiry into the Antiquity and original of Letters.* Ioannes Baptista Bianchonius in libello ²⁴ de antiquis litteris Hebraeorum et Graecorum, Bononiae 1748. 4. Eusebius Renaudotus de origine graecarum litterarum, Tomo secundo memoriae Academiae inscriptionum pag. 34. et 318. Ioan. Swintonus in dissertatione de primis Romanorum litteris, Oxoniae 1750. 4. Edw. Spelmanus in dissertatione volumini secundo versionis anglicae Dionysii Halicarnassensis, Lond. 1759. 4. voluminibus quatuor editae adiecta. Andreas Norcopensis in dissertatione de prima litterarum origine, Vpsal. 1687. 8. Matth. Ioan. Rentez in dissertatione de primis litterarum natalibus, Hafniae 1717. 4. Leq. quoque Allatus peravit librum de origine Graecarum litterarum, in quo earum antiquitatem et usum et ut immutatae fuerint, explicaverat, ut ipse testatur lib. de patria Homeris pag. 88. De litteris ²⁵ etruscis egerunt Ludov. Bbarguetus in epistola de alphabeto etrusco inserta Tomo XVIII. bibliothecae Italicae pag. 1. sqq. et Tomo primo collectionis dissertationum academiae Gortoniensis pag. 1. sqq. et And. Franc. Gorjus quam in museo Etrusco vol. lib. p. 47. sqq. vol. II. pag. 401. sqq. rum in praefatione praemissa libro: *Discorso dell' Alphabeto degli antichi Toscani*, Florentiae 1742. 8. Ioannes Swinton in dissertatione de lingua

Etru-

²³ Huius specimen iam aliquod dederat Wachterus in A. E. 1743. p. 40.

²⁴ Zuverlässige Nachrichten part. 1. 19. pag. 818. vbi nonnulla contra hunc libellum moventur.

²⁵ De recentissimis conatibus monumenta Etrusca explicandi Vir maxime Reverendus nobisque amicissimus Christoph. Gerh. Saltz elegantem commentationem edidit Lips. 1737. 4.

flous, Tiguri 1730. fol. Dan. Eberh. Baringius in clavi diplomatica, Hanov. 1737. 4. Io. Ludolf. Waltherus in lexico diplomatico, Gœtingae. 1745. fol. voll. III. et Carpenterius in Alphabeto Tironiano, cuius supra p. 805. mentionem fecimus. Artis occulte scribendi siue *steganographiae* artisque occultas scripturas soluendi et legendi, siue *deciftratoriae* praecepta dederunt Ioannes Trithemius in *Steganographia* siue arte per occultam scripturam animi sui voluntatem absentibus aperiendi, Darmstadii 1621. 4. Gustavus Selenus (Augustus Dux Brunsvicensis) *Cryptomenytices et Cryptographiae* libris IX. Lunenburgi 1624. fol. Wolfgangus Ernestus Heidel in *Steganographia* Ioan. Trithemii vindicata, reserata et illustrata, Norimbergae 1721. 4. Ioan. Baptista Porta libris IV. de occultis litterarum notis, Montisbeligardi 1593. 8. Samuel Morlandus in a new method of Cryptography 1666. fol. Caspar Schottus in schola *steganographica*, Norimbergae 1680. 4. Ioannes Paullus Bonetus in traité de Cifris inserto libro eius, qui inscribitur: *Reducción de las Letras y Arte para enseñar a ablar los mados*, Madriti 1620. 4. pag. 280. sqq. Anton. Maria Cospus in libro ex italico gallice verso: *L'interpretation des Chiffres, augmentée et accommodée particulièrement à l'usage des langues Françoisse et Espagnole* par F. I. E. N. P. M. Parisiis 1641. 8. Ludov. Henr. Hillerus in mytério artis *steganographicae*, Vlmae 1682. 8. Io. Christoph. Wagenfeilius in arcano *steganographico*, quod exstat pag. 56. sqq. eiusdem. exercitationum variâ argumenti, Altorfii 1684. 4. Ioan. Balthasar Friderici in *Cryptographia* germanice edita Hamb. 1684. 4. Claudius Comiercius in l'art d'ecrire et de parler occultement et sans soupçon, Parisiis 1690. 12. Alexander Marcellus in noua *steganographia* imperceptibili, quae legitur in Actis Eruditor. 1719. p. 38. sq. vbi quoque pag. 255. I. G. G. H. M. P. epistola de noua hac *steganographia* exhibetur. Christ. Breithaupt in arte *diciftratoria*, Helmstadii 1737. 8. et Dav. Arnoldus Conradi in *Cryptographia* denudata, Lugd. Batav. 1739. 8. quae integrum Breithauptii libellum exhibet, cui suum nomen praefixit Arnoldus; vide Iusti Friderici Engelbrechti commentationem de arte *deciftratoria*, eius origine, satis, cultoribus, fundamento et hodierno vsu, Helmst. 1747. 4.

Cifrarum vsum et figuras non ab Arabibus primum repertas, sed a Graecis ad Arabes, ab his ad Indos, tum ad nos quoque peruenisse contendit H. Vossius p. 64. sq. ad Melam: et Boëthii iam aetate recepta fuisse haec numerorum signa ex antiquissimo eius codice ibidem demonstrat. Cui adde Io. Wallisii Epistolam de *cifrarum* in Anglia vsu circa annum Christi 1090. in Transactionibus Philosophicis Anno 1700. mense Septembri. Ex Graecis litteris formatas esse numerorum notas, facile ostendit Huetius in demonstratione Evangelica, quod de characteribus 7. Planetarum etiam verisimile esse et ex

Graecis

Genecis 7. vocalibus illor videri formatos, alibi demonstrari, licet alias rationes characterum illorum reddat Iof. Scaliger ad Manilium p. 640. edit. Argentorat. cui adde Salamafium ad Solin. p. 873. fq.

Præter litteras vulgares, quibusdam gentibus etiam fuere *litterae sacrae* sive *hieroglyphicae*, vt. de Aegyptiis vulgo constat, de quibus nota Clementis Alexandrini, Diodori Siculi et aliorum testimonia, et libri integri Horapollinis, Io. Pierii Valeriani, Nic. Cauffini, Michaëlis Maieri: Romeyri de Hooghe Hieroglyphica edita cura Arnoldi Heinr. Westerhovi, quae ex belgico germanice versa cum praefatione S. I. Baumgartenii prodierunt Amstelodami (Lipsiae) 1744. 4. Roberti Clayton liber, qui germanice versus sub titulo: *Vom Ursprung der Hieroglyphe und Mythologie der alten Syden*, Hanouerae 1754. 8. quibus addatur Shawius vol. 2. itiner. c. 5. p. 93. sqq. et Pocockius in descriptione orientis vol. 1. lib. 5. c. 4. p. 227. sqq. et Io. Henr. Schumacheri *Versuch, die dunkeln Geheimnisse in den Hieroglyphischen Denkbildern der Egyptier zu erklaeren*, Guelpherbyti 1754. 4. sed praecipue perspicui documenti loco sunt, obelisci hodieque superstites, atque litteris illis inscripti, et a Kirchero in *Obelisco Pamphilio* et *Oedipo Aegyptiaco* quanquam non vsquequaque feliciter explicati. Warburtonus in diuina Mosis legatione loco supra p. 957. citato ostendit, praecipue litterarum Hieroglyphicarum vsus ad res occultas feriozem esse illo, quo ad res memorabiles Regum posteritati mandandas aperte adhibitae sunt. Generatim quatuor scribendi genera facit apud Aegyptios, Hieroglyphicum, Symbolicum, Epistolicum et Hierogrammaticum, quorum duo priora figuris non verba, sed res, vel planius vel occultius repraesentarint. Tertium litteris verba aperte significarit lingua vulgari: quartum lingua a sacerdotibus inuenta pariter ac litteris nouae inuentionis huic linguae respondentibus occultam scientiam sacerdotum continuerit. De aliarum gentium characteribus, quos a profanis diuersos habuerunt, disputat Bochartus in *Geographia Sacra* lib. 2. Chanaan cap. 17. quod vero de Aethiopibus ibidem tradit, aliter videtur Iobo Ludolpho, *Historiae Aethiopicae* lib. IV. cap. 1. §. 23. Hebraeorum populo sanctiores fuisse litteras, quas vulgo dicimus Samariticas, nullo certo testimonio constat, quum numerum lubrica sit fides, et Pentateuchum Samariticum ex Hebraico nostro descriptum esse clarissimis argumentis docuerit Io. Henr. Hottingerus in *exercitationibus Samariticis*, cui adde sis Stephanum Morinum in *exercitationibus de lingua primaeva*, et Ioannem Buxtorfium de *litteris Samariticis aduersus Ludov. Capellum*. De *Lingua Sacra Aegyptiorum* agit quoque idem Bochartus in *Phaleg* pag. 156. Io. Clericus ad *Exod. XXVIII* 37. et *Iablonskius Panth. Aegypt. passim*, et in *primis Prolegom.* p. 130-135. De *lingua sacra Braaminum* me-

minit Io. Baptista Tauernierius parte 2. Itinerarii p. 171. et plerisque locis quemadmodum etiam Siamensibus duplex est lingua, vna vulgaris et altera eruditorum, vt ex Louberio et aliis constat. Sinenses vero neque literis vti-
tur neque facile concipiunt, quomodo fieri possit, vt tam exiguo numero characterum quorum singuli nihil significant, exprimere atque scripto con-
signare possimus tot tamque diuersas animi nostri conceptiones et quaecunque ore eloqui valeamus. Itaque loco Alphabeti habent characteres seu figuras
quamplurimas, quarum alii 80000 alii 54409. numerant, vide Ludouicum de Comitibus memoriarum Sinensium tomo 1. p. 255. et Nouellas Reipubl.
Litterariae A. 1688. pag. 189. Quomodo Sinensium characteres differant ab
Hieroglyphicis Aegyptiorum, disquiri Kircherus tom. 3. Oedipi p. 10. sq.
idem characterem Zoographicum siue Hieroglyphicum Hermeris vt hariola-
tur cum Alphabeto Copto et litteris Graecis confert p. 35. sq. De litteris
Brachmanum seu Gymnosophistarum idem Kircherus consulendus pag. 21. sq.
De Mexicanorum p. 28. sq. de Peruvianis atisque gentibus qui litterarum vso
destituuntur, eorumque loco nodos vel aliud eiusmodi abhibent, vide Ludol-
phi Neocori Biblioth. nouorum librorum Ao. 1699. p. 669. et Hallensium Observ.
selebas tomo 1. p. 292. Germanis etiam veteribus litterarum ignorantem ex
Taciti testimonio obiectam disquiri idem Neocorus p. 674. sq. quod tamen
ad solum litterarum amatoriarum commercium restringit Vir Clariss. Andreas
Ludouicus Koenigsmannus Exercitatione singulari Kiloniae edita de litterarum
amatoriarum apud Germanos ignoratione. Vide et alteram eiusdem de ori-
gine litterarum apud Germanos. Contrarium euincere studet Heinemannus in
historia Iur. lib. 2. c. 1. §. 1. et Prooem. histor. Iuris §. 4.

XII. Typographiae¹⁶ artem a Germanis repertam esse praeter alios agno-
scit Claudius Quillerus Gallus lib. IV. Callipediae, hisce versibus:

*Quis nescit diri resonantis fulmina Martis
Germana fabricata manu? graphicasque typorum
Inuentas Ribeni famosa ad flumina formae,
Doctorum quae scripta virum pretiosaque Musis
Carmina venturos durans seruata per annos.*

Neque

¹⁶ Ioannes Tolandus in epistola ad Hugonem Wrottesleium notat inuenti huius sug-
gestionem (si quis potuisset attendere) satis perspicue traditam a Cicerone lib. 2. de N. D.
c. 25. vbi Epicureis mundum ex atomis fortuita concursione effectum sibi persuadentibus
obiicit, hoc qui existimet fieri potuisse non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles
omnis et viginti formae litterarum vel aerae vel qualeslibet, aliquo coniciantur, posse ex
his in terram excussis annales Enni, vt deinceps legi possint, effici.

Neque hanc gloriam Germanis invident ex Italis Octavius Ferrarius, et Hieronymus Niger, atque Aonius Palcarius, qui *typos pulcherrime adinuen-
tor*. Germanis tribuit Orat. 3. p. 94. ex Gallis Gabriel Naudaeus, in Historia Ludonici XI. c. 7. aut Mabillonius tom. 1. Musei Italici p. 64. quanquam Belgis Harlemensibus, inuente *Lourentio Costero*¹⁷ vindicare uolunt Boxhornius et P. Scriaerius, Bertiusque et in Historia Batauica c. 17. Adrianus Iunius. Ceterum inter Germanos ipsos hoc de inuento certant Argentinenfes et Moguntini. Nam Moguntinis hunc honorem asserunt Ioan. Shiphower in chronico Oldenburgenfi,¹⁸ Trithemius,¹⁹ Nicolaus Serrarius²⁰ et Ioan. Saubertus: tum Georgius Fridericus Magnus, de quo Tentzelius in dialogis vernaculis monstratis A. 1692. p. 683. ex Italis etiam Bernhardus Scardeonius, ut obseruatum Struuius p. 164. tom. 1. Bibl. Antiquae. Argentinenfibus Adamus Schragius, Io. Henr. Boeclerus, Io. Schmidius, Io. Schilterus, Iacob. Wimpfelingius, et Ioan. Dan. Schoepflinus quum in Programmate, quo typographiae A. 1440. inuentae festum saeculare indictum est, inserto eius commemorationibus historicis et criticis pag. 557. tum in vindiciis²¹ typographicis, Argentorati 1760. 4. in quibus ostendit litteras mobiles *sculptas* a Ioan. Guttenbergio Argentorati, *fusus* Moguntiae a Faulstio: etque Schaeffero, socio Guttenbergio, esse inuentas. Inter primos uero fuerunt *Io. Gutenberg zum Jungen*,²²

V v 2

Ioan.

¹⁷ Costero forte non deneganda inuentio rudimentorum typographiae siue artis uocae ligno incisas imprimendi: sed perfectio ipsa et quod in inuentione illa praecipuum est atq; imprimendi litteris separatis plumbeis, quarum ad multos et varios libros excudendos usus esse possit, Moguntinis uel Argentoratensibus debetur. Confer Io. Georgii Benulii siue Burchardi Epistolam ad amicum de relatione itineris D. Christiani Henrici Erndl. p. 65. sq. Sinenfium typographia Costeri inuentioni similis, nihil fere cum Europea commune habet. Costeri Epitaphium apud Harlemenses legitur hoc: M. S. Viro Consulari LAVRENTIO COSTERO Harlemensi, alteri Cadmo, et Artis Typographicae circa Annum Domini MCCCCXXX. inuentori primo, bene de litteris ac toto Orbe merenti, hanc Q. L. C. Q. statuum, quia aeream non habuit, pro monumento posuit Ciuis gratiff. ADRIANVS ROMANVS, Typographus A. MDCXXX.

¹⁸ T. II. scriptorum rerum Germanicarum editorum a Moibornio p. 171. *Abgefonderte Bibliothek VIII. I. p. 668.*

¹⁹ Dan. Maichelius de bibliothecis Parisi ensibus pag. 10. sq. Io. Georg. Schelhornius amoenitatum litter. Tomo IV. pag. 301. edit. secundae.

²⁰ Lib. I. rerum Moguntinarum c. 87.

²¹ *Hamburgische Anzeigen und Urtheile von gel. Sachen* 1760. p. 106. *Neuestes aus der anmuthigen Gelehrsamkeit* 1760. p. 5. II.

²² Auctor Paralipomenon ad abbatis Vrlspergensis chronicon: *Ann o Domini MCCCCXLVI. Friderico III. Rom. Imp.regnante, magnum quoddam et paene diuinum beneficium collatum est uniuerso terrarum orbi a Ioanne Gutenberg, Argentoratensi, nouo scribendi genere re-
perto. Is enim primus artem impressoriam, quam latiniore excursoriam uocant, in orbe Argentoratensi inuenit. Inde Moguntiam ueniens eandem feliciter compleuit.* Adde Io. Dan Koeler

Ioannes Fust et Io. Mentebach, ²³ circa Moguntini, et *Io. Gensfleisch*, civis Argentoratensis, qui in Europa libros typis exscriptos in lucem ediderunt circa annum 1450. ac deinceps. Nouissime paradoxon habemus inaudium de Pamphilo Castaldo, Feltrinensi, typographiae primo inuentore, a qua artem illam didicerit Ioannes Faustus, vidi memorari in *Ephemeridibus Parisiensibus* Anni 1712. tom. 2. p. 470. De Guilelmo Caxoduno qui primus typographiam artem Londini exercuit, adi si placet *Io. Lelandum de scriptoribus Britanniae* p. 423. et *Biographiam britannicam* p. 1223. sqq. In Gallia antiquissimi typographi fuere *Vricus Gering*, *Martinus Crantz* et *Michael Friburger* circa Annum 1470. Graecis litteris primus impressit Parisiis *Io. Gourmon*. Romam haec ars perlata est a *Conrado Sweinheim* et *Arnoldo Pannartz* circa A. 1465. Ceterum de vniuersa hac re et typographicae antisorigine atque incrementis videndi *Andr. Cheuillierus* in *Lib. Gallice edito et variis scripturacundis rebus referto de origine typographiae Parisiensis*, Paris. 1695. 4. *Bernhardus a Mallincrot* in tractat. de ortu et progressu artis typographicae, Colon. 1693. 4. *Isaacus Bullart* in *Academia scientiar. Gallice edita* tom. 2. p. 242. sq (vbi sigillatim de *Guttenbergio* et *Costero*) *Pauli Freheri thesaurum viror. eruditiorum* p. 1424. sq. *Io. Arnoldus Bergellanus* in poemate encomiastico de chalcographiae inuentione, quod integrum recudi curauit *Tenzelius*. *Bibl. select. A.* 1704. p. 986. sq. *Io. Langius* II. 3. *Epist. Medic. Georgius Paschius* in inuentis nou-antiquis p. 330. sq. *Io. Caillius* in historia typographiae edita Gallice Parisiis 1689. 4. quanquam *Vignolius Maruilius* tom. 1. *Miscell.* p. 80. notat eundem non satis certam notitiam habuisse rerum plerarumque de quibus dicere instituit. *Michaelis Maittaire annales* ²⁴ typographici, quorum tomus primus prodit *Hagae Comitum* 1719. 4. tomus secundus partes duae ib. 1722. tomus tertius ibid. 1725. tomus primus antior, vel potius tomus IV. *Amstelod.* 1733. et tomus V. siue index in IV. tomos, *Londini* 1741. *Antonius Orlandus* in origine e progressu della Stampa, *Bononiae* 1722. 4. *Samuelis Patmerii general history of Printing*, *Londini* 1733. 4. *Prosperi Marchand histoire de l'origine et des premiers progrès de l'imprimerie*, *Hagae Comit.* 1740. 4.

Ioan.

Koeleri hochverdiene und aus bewährten Urkunden wohlbeglaubte Ehrenrettung *Johann Guttenbergs* wegen der ersten Erfindung der Buchdruckerkunst in der Stadt *Mayn*, *Lipfiae* 1741. 4.

²³ Vide iter secundum litterarium duorum monachor. *Benedictinorum* p. 223. *Tenzelii dialogos* A. 1698. p. 664 sq. et 739. *Burch. Gothelf Struuii* introduct. in *Hist. litterar. c. 11. Chronicon der Stadt Frankfurt am Mayn* p. 435. sq. *Schelhornii amoenit. litter. T. 1.* p. 283, 285. et *Dan. Maichelium de biblioth. Paris.* p. 70. sq.

²⁴ Qui supplementa ad *Maittarii annales* ediderunt recensentur a *Baumgartenio* P. VI. *der Nachrichten von einer hollischen Bibliothek*, p. 434. et in *catalogo bibliothecae Brunauianae* T. I. parte 1. p. 672. sq.

Joan. David. Weidneri *Wapenaftegefticht der fo alt. als. verfahrenen Buchdruckerfunft*, Francof. et Lipsiæ 1721. 4. Frid. Christ. Lesseri *typographiæ iubilans, oder feyrgestigte Gifft der Buchdruckerfunft*, Lipsiæ 1740. 8. Io. Christ. Wolfi, *Collegæ nobis coniciffimi, monumenta typographica, in quibus XLIV. Opuscula integra et rectorum circiter loca selecta variorum scriptorum de origine, præstantia et abusu artis typographiæ continentur*, Hamburgi 1740. Tomi II. 8. Christ. Gord. Schwarzii *primaria quaedam documenta de origine typographiæ, quæ tribus dissertationibus edita sunt* Aktorfi 1740. Ioan. Henr. Stuffii *commentatio de natalitiis artium speciatim artis typographiæ*, Gothæ 1740. et in *der Nachricht vom Buchdrucker Iubilæo in Ottha*, Gothæ 1740. 8. Adami Henr. Lackmanni *annal. typographic. selecta capita*. His addo Guil. Ernestum Tenzelium in *dialogis vernaculis* Altd. 1692. 1695. et 1697. et in lib. singulari Germanice edito de inuentione Typographiæ, qui recensetur in *Actis Eruditor.* 1700. p. 153. sq. Paulum Pattem in *diff. de Germaniæ miraculo typis litterarum, earumque differentiis*, Lipsiæ 17 fo. 4. Io. Herm. Färstenau *diffiori. de initiis typographiæ physiologicis*, Rintellii 1740. Io. Georg. Schelhornii *amoenitates literarias tom. maxime primo et quarto. Cassinri Oudinii dissertationem de primis artis typographiæ inuentoribus ad calcem tom. tertii de scriptoribus ecclesiasticis* p. 274. sqq. *Memorias literarias Treadnitinas* p. 1724. sq. A. 1712. Thomam Bartholmum *diff. 4. de legendis libris* p. 109. qui etiam p. 110. *Bibliorum Latifiorum Anno 1450. Coloniae editorum memoris a Io. Guttenbergio post ex-culum ab eodem A. 1445. doctrinale Alexandri et Petr. Hispani quosdam tra-tatus*. Io. Henr. Leichii *librum de origine et incrementis typographiæ Lipsien-sis*, Lipsiæ 1740. 4. Christ. Knauthii *annales typographicos Lusatiæ su-perioris*, Laubanæ 1740. 4. Nicolai Catherinoti *annales typographiques de Bourges*, Biturigi 1683. 4. Conyers Middletoni *dissertation concerning the Origin of Printing in England*, Cantabrigiæ 1757. 4. Iosephi Amesii *antiqui-tates typographicas, seu historiam typographiæ Anglicæ et antiquorum Angliæ typographorum*, Londini 1749. 4. *Historiam typographiæ Oxoniensis a Ioan. Wallisio scriptam, quæ prodiit cum Roberti Hookii postumis editis a Guil. Derhamo*, Londini 1726. 8. Io. Daniel Hoffmannum *de typographiis earumque initiis et incrementis in regno Poloniae et magno ducatu Lithuaniae*, Gedani 1740. 4. Fabiani Foetneri *histor. artis typographiæ in Suecia*, Vpsal. 1722. 8. Ab eodem, cuius iam sæpius mentionem fecimus, Io. Guttenber-gio quem Wimpfelingii fide Argentinensem vocat, Moguntiae feliciter de-rectam typographiam affirmat Kircherus, in *Propylæo ad Oedipum Aegyptia-cum* cap. 2. Anno 1726. typographiæ etiam permissa est CPoli, vide *Histoire*

litteraire de l'Europe A. 1717. Febr. p. 177. sq. sed circumstantiis aliquot annis prohibita. Primus qui ex illa typographis prodit liber fuit Lexicon arabico-turcicum, vide Bibliothecam italicam T. XI. p. 234. Quamquam vero Typographi artis suae iubilaeum Anno 1640, cuius acta ad manus mihi sunt, vulgata Lipsiae illo anno in 4. et iterum passim celebrauerunt Anno 1740. ²⁵ atque adeo origo Chalcographicae artis vulgo refertur ad annum Christi 1440. tamen libros integros typis impressos ante A. 1450. vix ac ne vix quidem reperiri, a Tentzelio et aliis est annotatum; licet in tabulis sculpti alii fortasse ante illud tempus extant, vt *Speculum humanae salutis*, de quo Dan. Maichelius de Bibliothec. Paris. p. 189. sq. Requis vero Liber primus typis aeneis exscriptus fuerit, disquirat Scaliger siue quisquis auctor consutationis fabulae Burdonum p. 258. sq. cui adde sis Rev. Benihemium in *Holländischen Reichs-Staat* pag. 69. Ephemerides Parisienses Anni 1686. pag. 20. Catalogum Librorum ab inuenta typographia vsque ad annum 1400. impressorum texunt Phil. Labbeus in Bibliotheca noua MSorum, Io. Sambertus in Historia Bibliothecae Norimbergensis, Anton. Reiserus *de manuscriptis* in Catalogo MSorum Bibliothecae Augustanae, Suffridus ab Oosterwyck (de quo vide Voënum partem 2. Politiae Ecclesiasticae p. 1130.) et his omnibus diligentius, quamquam etiam num valde imperfecte Cornelius Beughem in incunabulis Typographiae editis Amstelod. 1688. 12. Ad quae supplementa edidit Berceau inserta *I. Lirozii Singularitez historiques et litteraires*, Parisi, 1740. 12. T. IV. p. 513. sqq. Maittarius item et Orlandus, paullo ante laudati. Catalogum editionum ab A. 1466. ad 1500. in bibliotheca Annaebergensi extantium Chr. Gothold Wilkshius exhibet in arcanis bibliothecae Annaebergensis p. 298. sqq. Edidit quoque Io. Lud. Banemannus catalogum manuscriptor. membranaceorum et chartaceorum, item librorum ab inuenta typographia vsque ad annum 1500. et inde ad annum 1560. Mindae 1732. 8. Io. Ant. Saxii catalogus librorum, qui Mediolani editi fuerunt ab A. 1465. vsque ad A. 1500. chronologica serie digestus exstat post eiusdem historiam litterariam typographicam Mediolanensem p. 555. sqq. quae praemissa est tomo primo bibliothecae scriptor. Mediolanensium Philippi Argeleti, Mediolani 1745. fol. Car. Chr. Hirschii librorum ab anno primo ad annum quinquagesimum saec. XVI. typis exscriptorum millenarii tres euulgati sunt Norimb. 1746-1749. 4. Varia post inuenta, quibus magis magisque exulta atque exornata fuit ars Typographica, recensentur in Nouellis Reipub. litterariae A. 1700. tomo 2. p. 152. sq. vbi inter alia p. 154. notatur, quod diuersis generibus litterarum vti, quarum *antiquas* alias, alias *currentes* vocant, typographorum filii, Aldus Manutius auus primus

²⁵ Vide supra p. 446.

pañitur dicitur: Bonif. si placet expedit. Meibellus A. 1704. tomo 1. p. 119. 530. et Melinetti Historiam de fontana litterarum Romanarum, de quo libro Ephemerides Paris. A. 1684. p. 29. sq. Mr. Cor. Histoire generale de la fonderie des lettres et de l'imprimerie: Mem. de Trevoux A. 1711. p. 1118. sq. Characteres typosque Muscos prius usurpate docuit in Gallia Jacobus de Santeque, ut notat Vignolius Marillius tomo 1. Miscellaneor. p. 81. Opera Musica, quae nobis rationis impressa prodierunt ex officina Bœrtkopfia recensentur in dem. meissen aus der annusbigen Gesehrantzte anni 1757. pag. 78. De officina typographica botanica Halensi vide Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Dächern vol. IX. p. 187.

De Roberti Gramoni, Luglanensis Typographii, inventione characteris scripturas calamo excutatur typis aeneis imitari conantis, vide V. C. Gottlieb Crazium in memorabilibus Bibliothecae Elisabethanae Vratislaviensis p. 73. Idem p. 27. agit de descriptione siue incisione imaginum in tabulas ligneas, Germanis tanquam inventionibus adscribenda, et de aere siue cupri incisione et eversione, quae non Andreae Maepcnae et Franc. Parmesanius, Italici, sed Germanis Mart. Schoenio et Alberto Dürero debetur. Ars incidendi siue describendi aere vel ligno circa idem ferme, quo typographia tempus coepit hominibus innotescere A. C. 1440. ²⁶ auctoribus Thoma Finiguerra et Baccione Baldini, aurifabris Florentinis, de quibus sicuti et de progressu admirandi huius artificii ab Alberto Dürero, Norimbergensi, qui A. C. 1428. obiit, usque ad nostra tempora vide sis librum lectu dignum, cui titulus: *L'libro del pectore para fait*, qui prodit Londini 1707. 12. et recensus est Amstelod. 1736. 12. cap. 27. p. 57. et aliam librum gallicum: *Abregé historique de l'origine et des progres de la gravure et des estampes en bois et en taille douce par Mr. le Major, (Humbert.)* Berolini 1752. 8. atque Fournierii, iunioris, dissertation sur l'origine et les progres de l'art de graver en bois, Paris. 1758. 8. Vide etiam memoriam Frenotinas post Julium A. 1710. Philippi Baldinucci ²⁷ cominciamento e progresso dell' arte dell' intagliare in rame, colle vite de' Maestri della stessa Professione, Florentiae 1686. 4. In bibliotheca Marchionis de S. Philippo p. 109. sq. volumina recensentur XXXI. folii maioris magnitudine iconum Biblicarum aere descriptorum variis auctoribus, quorum ibi nomina. Ab eodem redemptus etiam tabularum geographicarum voluminibus centum et tribus, quem collegerat vir nobilissimus Theodorus Boendermaker, Canonicus Traiectinus,

²⁶ Acta Eruditor. 1722. p. 61.

²⁷ Idem Baldinucci etiam notitiam et vitas pictorum tradidit ab A. C. 1200. usque ad annum 1610. Florentiae 1681. 1688. 1702. 4.

ischnus, post huius facti mentionem A. 1722: Londini in officina eadem hanc
 orionis bibliotheca copiam selectarum et pulcherrimarum tabularum ac necnon
 copiam exhibet vsque ad p. 123. Neque minus amplam praefatissimarum
 tabularum aenearum copiam possedit Celeberrimus Io. Frid. Christianus, Aca-
 demiae Lipsiensis olim decus, quarum catalogus gallice vulgatus est Lipsiae
 1717: 8. Artificium Io. (Christi) Blonii, pictoris Londinensis, aere descriptis
 variis exprimendi coloribus celebratur in ephemeridibus eruditionis Parisien-
 sibus 1722: mense Julio p. 46. sqq. memoris Trossolinis 1727. p. 965: sqq.
 Philosophicis transactionibus n. 419. et in epitome Tomo VI. 4. p. 30. sqq.

Praecipuos et celebriores *Typographos*, ex Hadriani Baileti indicis eru-
 ditorum et Almelouenii vitis Stephanorum Alphabetico ordine pridem notavi
 ad calcem Bibliothecae Latinae, quibus addet Burchardus Gumbel. Struuii introdu-
 ctionem ad rem litterariam cap. 21. Mich. Maittaire historiam typographo-
 rum aliquot Parisiensium, Londini 1717. 8. Frider. Rothscholzeri icones bi-
 bliopolarum et typographorum de re publica litteraria bene meritorum ab
 incunabilis typographiae ad nostra vsque tempora, Norimb. 1726. Eiusdem
 thesaurum emblematicum, id est, insignia bibliopolarum et typographorum
 ab incunabilis typographiae ad nostra vsque tempora, ibid. 1730. fol. Iudaeis
 CPoli et Thessalonicae concessam pridem typographiam, cuius vsus alioqui
 prohibitus in ditionibus Turcicis est, notat Io. Iacobus Schudt in Hist. Iu-
 daica p. 452. sq. sed tantum restrictam ad libros Hebraicos excudendos, et a
 longo iam tempore deficientem. At gaudent typographia Iudaei non tantum
 in Germania Francofurti ad Moenum, Danthulae in Suetis, Dyrenforti in
 Silesia, in Polonia Cracouiae et Lublini, Pragae in Bohemia, in Belgio Am-
 stelodami, sed et in Italia quoque Venetiis et alibi, vide Chevillierum de ori-
 gine Typographiae Parisiensis p. 264. sq. et Bartoloeicum tom. I. p. 432. et
 Io. Christ. Wolfii bibliothec. Hebraeam tom. II. p. 941. sqq. quid quod etiam
 privilegia addunt et execrationes in libris impressis ne quis illos audeat recu-
 dare. Plusne mali an emolumenti Reipublicae litterariae attulerit ars typo-
 graphica, disquirat Guil. Insulanus, in Statera Chalcographiae qua bona ipsius
 et mala simul appenduntur. et numerantur, Anno 1547: 8. Confer Bocca-
 lini centuriam primam relationum ex Parnasso, relatione 35. Religionem Me-
 dici p. 152. Rol. Maresii Epistolae pag. 359. et Io. Aug. Ernesti prolusionem
 qua quaeritur, quibus litterarum disciplinis et quantum chalcographia pro-
 fit, Lipsi. 1740: n. Merico autem Nicolaus Beraldus, praefatione ad Plinium opus
 aliquo publico decreto inhiberi ac reprimi insolentissimam ignorantum impres-
 sorum audaciam, quibus hoc debemus, quod *pro unaquaque littera invenimus
 plagam, pro syllaba crucem, pro libro tormentum.* Quanto praeclarus Aldus
 Manutius

Manutius qui in praefatione ad Platonem Graece a se editum Venetiis A. 1513, fol. quotiescunque, inquit, *vel mea vel eorum incuria qui mecum corrigendis libris incumbunt, aliquo in libro quamvis parvus error committitur, est opere in magno fas est obrepere somnum, (non enim unius dici labor hic noster sed multorum amorum; atque interim nec mora nec requies) sic tamen doleo, ut si possem mutarem singula errata numo aereo.* De aliis artibus atque opificiis studia promouentibus, vt *Bibliopolarum*, ²⁸ *Bibliopegorum* etc. vide quae laudatòs Tenzelius in dialogis vernaculis A. 1698. p. 603. sq. ex libro *Abbildung der gemeynen nützlichen Haupt-Stände*, Regensp. 1694. 4. De arte *pietoria* antiquorum libros tres scripsit *Franciscus Iunius* Francisci F. cuius praeclari operis editioni secundae subiectus Catalogus priscorum Architectorum, Mechanicorum, pictorum, statuariorum, caelatorum, tornatorum aliorumque artificum et operum quae fecerunt, Roterd. 1694. fol. Iunio addatur *Histoire de la peinture ancienne*, extraite de l'histoire naturelle de Pline liv. XXXV. et éclairci par des Remarques nouvelles, Londini 1725. fol. P. Monierii *histoire des arts, qui ont raport au dessein*, Paris. 1698. 8. Georgii Turnbullii opus praestantissimum anglice sub hoc indice editum: *Treatise on antient Painting, containing observations on the Rise, Progress and Decline of that Art amongst the Greeks and Romans*, Londini 1740. fol. Claudii Franc. Fraguierii *dissertatio de antiquitate artis pictoriae*, quae exstat Tomo 1. *histor. acad. inscriptionum* p. 91. sqq. Claudii Sallierii *commentatio de optica veterum pingendi ratione*, quae exstat tomo XI. *memoriae academiae inscriptionum* pag 152. sqq. Petri Cinerii *introductio ad historiam artis delineatoriae*, quae legitur in eiusdem *dissertationibus litterariis*, Florentiis 1742. 8. pag. 333. sqq. Winckelmanni *Gedanken über die Nachahmung der griechischen Werke in der Mahlerey und Dichtkunst*, Dresdae 1756. 8. Eiusdem *Erläuterung der Gedanken von der Nachahmung der griechischen Werke in der Mahlerey und Dichtkunst*, *ibid.* eod. Haud pauca observatu digna occurrunt quoque in libro gallico: *Abregé de la Vie des plus fameux Peintres*, Parisiis 1745. et 1752. 4. Part. III. Voll. II. Monogrammata pictorum eleganter accurateque interpretatus est Io. Frid. Christianus in libro germanice edito: *Anzeige und Auslegung der Monogrammatum, einzelnen und verzogenen Anfangsbuchstaben der Namen, auch anderer Züge und Zeichen, unter welchen berühmte Mahler, Kupferstecher und andere dergleichen Künstler, auf ihren Werken sich verborgen haben*, Lipsiae 1747. 8. qui liber gallice versus auctusque produit Parisiis 1750. 8. Super privile-

²⁸ Plura Bibliopola fuisse Romae et rē Sandaeque testatur Galenus de libris propriis sub init.

gis pictorum librum singularem Georg. Theoph. Boernerus edidit Lipsiae 1751. 8.

XIII. Alia *inventa* veterum et recentiorum exponunt Polydorus Virgilius singulari opere, cuius tres primum libri Argentorat. 1509. 4. deinde octo de rerum inventoris saepissime licem adspexerunt. In prima quae in manibus mihi est editione nonnulla leguntur, quae deinceps ad monium Indicum expurgatoriorum omissa vel immutata sunt. Praeter Polydorum hoc argumentum attigerunt M. Antonius Sabellicus, Alex. Sardus, Io. Matthaeus Lunensis, Io. Textor in officina: Praecipue vero commemorandi Guido Pancirollus libro de antiquis deperditis ²⁹ et recens inuentis cum Henr. Salmuthi commentario, et anglice ³⁰ reculus A. 1730. additis variis observationibus quobus voluminibus in octavo, sub titulo: *the history of many memorable things in use among the ancients, but now lost*. Mich. Watson in theatro variarum rerum, Brem. 1663. 8. Secundus Lancellottus in suo *Hoggi di Tom. 2. cap. vlt. p. 439. sqq.* Vincentius Brunus in Teatro de gl^o Inventori di tutte le cose, Napoli 1603. fol. Theodorus Ianfonius ab Almelooueen in Inuentis nou-antiquis (quibus Medica potissimum attingit, vt Mich. Bernardus Valentinus in Medicina nou-antiqua, Archibaldus Pitcairnius in diss. quinta Medica, Io. Abraham Merklinus in feliciori quam nunc Medicina etc.) et in rerum inventarum onomastico secundum litterarum ordinem digesto: Amst. 1684. 8. quod longe locupletius prodiit Germanice in parte 3. Operis cui titulus: *der eroffnete Nitterplatz*, Hamb. 1704. 12. Georgius Paschius in Inuentis nou-antiquis, Kilon. 1695. 8. cuius altera editio A. 1700. Lipsiae 4. longe locupletior est, Iosephus Blancanus Iesuita in opere de recentioribus inuentis. Io. Andr. Cnoblachius in dissertat. de scientiis quibusdam deperditis, Witeb. 1709. Anonymus in observ. de scientiis quibusdam philosophicis deperditis, quae exstat in den *Hallscher auserselenen Zumerfungen* parte III. p. 284. Ioachimus Negelein in *Vlyse* ³¹ litterario, siue oratione de singularibus et nouis quibusdam, Norimb. 1726. 8. Christoph. Weiglerus in oratione de palmariis faec. nostri inuentis, Altorfii 1679. Vincentius Auria in Sicilia inuentis, Panormi 1704. 4. Dominic. Maria Mannius in commentario de Florentinis inuentis, Ferrariae. 1731. 4. Ioan. Bernardin. Tafurinus in *lettera intorno ad alcuni Invenzioni*

²⁹ Confer Ferratum, *parallele des anciens et de modernes* Tome 1. pag. 54. sq. Deperdita illa non esse deperdita, sed debuisse a Pancirollo inscribi de rebus hodie in desuetudinem abiitibus, siue de rebus antiquorum, quas posteritas intuius meliorari abiecit, antiquauit, correxit disputat *Olaus Borrichius* T. 2. orat. 13. p. 101. 127.

³⁰ *Journal des Savans* 1731. mensis Maio p. 134.

³¹ *Gründliche Acta* p. 210.

genzioni uscite dal regno di Napoli, inserta collectioni opusculor. scientific. et philologic. T. VI. p. 51. Elias de Amato in animaduersione in I. B. Tafurium de inuentoribus scientiarum et artium regni Neapolitani, quae exstat Tomo XXIV. eiusd. collect. p. 324. Bernardus Albinus in oratione ²² de incrementis et statu artis medicae saec. XVII. dicta Lugd. Batav. 1711. Dan. Nebelius in oratione de nouis huius saeculi inuentis botanicis, 1694. Ex veteribus idem argumentum tractauerunt Antiphanes, Aristodemus, Aristoteles, Cydippus Mantinensis, Dinias, Ephorus Cumanus, Philostephanus, Sarrnon Mytlenaeus, Simonides, Strato Peripateticus, et Theophrastus Eresius, vide Clementem Alexandrinum 1. Stromatum p. 308. cuius verba repetit Eusebius X. 6. praeparat. et Strabonem lib. XIII. p. 622. vbi Ephori meminit, contra quem scripsit Strato, vt ex Indice Libri VII. Pliniani colligunt Iosius et Harduinus. Ceterum horum omnium scripta iam pridem intercederunt. Ex iis qui exstant, videndus praeter Clementem Plinius VII. 56. Hist.

Pyxidem nauticam (vt vnum vel alterum tantum e. praecipuis attingamus) Salomoni Regi innotuisse non dubitant, Leuius Lemnius III. 4. de occultis naturae miraculis, Io. Pineda de rebus Salomonis IV. 15. p. 273. et Nic. Fulgerus lib. IV. Misc. sacrorum cap. 19. quod refellit Bochartus in Chanaan lib. 1. cap. 38. et Herm. Wirsius in Dodecade dissertationum p. 109. sq. Vide et Martium Lipenium de navigatione Salomonis Ophiritica cap. V. p. 394. sq. Georg. Hackewillium opere Anglice edito de prouidentia p. 323. sq. et Io. Baptistae Riccioli Geographiam reformatam p. 91. 473. sq. Neque Io. Friderico Herwarto ab Hohenburg facile quis assenserit, qui mensa Isiaca et multis aliis veterum Aegyptiorum aliorumque abstrusis figuris ac fabulis magnetem et eius virtutes notari contendit in admirandis ethnicae theologiae mysteriis vulgaris Monachii A. 1626. 4. Similiter falluntur qui *versoriam* Plauti ³³ pyxidem nauticam interpretantur, quos confutat Turnebus XX. 4. Aduersar. funem quo velum vertitur, illo vocabulo signari notans. Confer Bonifacium II. 26. Hist. Judicae. Pyxis quoque cuius a ter mille annis vsus fuisse aiunt apud Sineses, non Magnetica et nautica sed fortilega est, vt Martinus Martinus in Epistolis annotauit. Illius iconem et explicationem vide in Museo Wormiano p. 372. sq. sed consule etiam Engelberti Kaempferi Iaponiam tab. VIII. qui apud Sinas et Iapones prius quam apud Europaeos pyxidis nauticae vsus innotuisse et frequentatum non dubitat. Sane ante A. C. 800. vsurpatam Sinesibus et a duodecimi saeculi initio iam declinationem acus magneticae illis ob-

X x 2

seruatam

²² Nouvelles de la republique des lettres 1710. mense Decembri p. 683.

³³ Mercatore V. 2. 34. *Huc secundus ventus nunc est, cape modo versoriam, hic fauonius serenus est, illis auster imbricus.*

seruatum esse notat P. Gaultil apud Stephanum Soucietum in ephemeridibus eruditis Parisiensibus A. 1732. mense Decemb. p. 4461 sqq. Tamen aiunt Paulum Venetum pyxidem nauticam accepisse a Sinesibus, et circa A. 1240. in Indiam attulisse, sed Eusebius Renaudorus in notis ad vetera duo itinera in Indiam Chinamque negat a Chinesibus vel Arabibus accepisse Europaeos vel hanc pyxidem vel typographiam vel puluerem pyrium, vide eundem pag. 287. 19. Alii hoc inuentum contendunt circa A. 1300. prolatum a Ioanne Goia ³⁴ Amalphenſi, vel sub idem tempus a Flavio de Melphi Neapolitano ſive Melſo ³⁵ Campano, notusque verſiculus: *Prima dedit nautis uſum magnetis Amalphis.* Ferunt etiam Vaſcum Gamam ³⁶ qui primus detexit promontorium bonae ſpei, incidiffe in naues Barbarorum quibus acus magneticae uſus foret. Petrum Peregrinum Gallum ³⁷ trecentis amplius abhinc annis primum de ea ſcripſiſſe refert Cabaeus, cuius libellum Garzonius ſe vidiffe teſtatur antiqua membrana conſcriptum in Bibl. Caſtellana Venetiis, quanquam eum poſtea Ioannes Taiſner tanquam proprium euulgauit, ut Gilbertus Peregrinum e Rogeri Baconi ſcriptis ſuffuratum ſuſpicatur. Athanaſius quoque Kircherus in arte Magnetica lib. 4. c. 3. profert verſus Guioti Poetae Galli, qui circa initia ſaeculi XII. claruit, et acum magneticam notam ſibi fuiſſe ſatis diſerte declarat, et Gallis deberi pyxidis nauticae inuentionem Petrus Gaſſendus ad lib. X. Laertii, et abbas de Choſi T. VII. hiſtor. Eccleſ. probant ex eo, quod lithi ſtorem etiam hodie ſolent nautae in illa pingere, quo ſeptentrionis punctum deſignetur. Conſer Petri van Muſſchenbroek phyſicae experimentalis diſſertationes, Lugd. Batav. 1729. 4 qui Ioan. Walliſium ſequutus tranſact. philoſoph. n. 278. ait eſſe probabile aliquem caſu primum inueniſſe magnetis impoſiti cymbulae, natanti in aqua, alterum polum conſtanter dirigi boream verſus, alterum auſtrum verſus: deinde ferrum magneti affricatum in ſimili cymbula agi eadem directione: poſtea ferrum auctae impoſitum fuiſſe pinnae, ut liberius citiusque moueretur: deinde deliberatum fuiſſe an poſſet inferuire nauis. Abundius Collina in comment. de inuentione acus magneticae, quae

exitat

³⁴ Voſſ. de ſcientiis Mathematic. p. 280. et Gregorius Grimaldus in Saggio dell' Accademia di Gottona T. III. p. 195. ſqq. Ex parte quoque Ioan. Chryſoſtom. Trombellius in commentar. Gottona T. III. parte 3. p. 333. ſqq. exiſtimans a Sinesibus pyxidem nauticam accepiffe Venetum quendam, ſamque deinde a ciue quondam Amalphenſi ad maiorem perfectionis gradum eſſe perductam. Trombellii commentatio germanice verſa inſerta eſt parti ſecundae des allgemeinen Magazins der Natur, Kunſt und Wiſſenſchaften pag. 47. ſ19.

³⁵ Gyraldus lib. de nauigiis c. 1. Dapper Americae p. 9. Petrus Bellonius lib. II. Obſerv. cap. 16.

³⁶ Voſſius libro laudato pag. 459. G. Paſchius inuent. nou. antiqu. p. 772.

³⁷ Sam. Parkerus lib. de Deo p. 127.

est in T. II. comment. Bononiens. parte 2. p. 372. et germanice in eadem infera est eadem armatio vniuersali parte 9. p. 140. pyxidem nauticam perierat a Phoenicibus inuenimus, ab his deinde ad Graecos et Romanos peruenisse; tum in ruptione Gothorum Longobardorumque per aliquod tempus deperditam; tandem vero iterum deestam esse. Neque omittendum quod illius usus etiam in terrestri itinere ad sepulchrum Mahamedis memorat Laonicus Chalcondyas de rebus Turcicis lib. 3. *καὶ οὕτως ἐπιπέμπουν ἰσχυροὺς βόλεις, καὶ οὕτως ἐπιπέμπουν, ἡμῶν τῶν μαγιστῶν, ὡς ἐν τῶν ἀποδείξεων;* sicut veteres ad fidem cursum etiam terrestri direxerunt itinera; ut ex Curtii VII. 14. Silii lib. 3. extrema. Lucano IX. 494. Plinio IV. 9. H. N. noterunt viri docti.

Missiles ignes faccosque et glandes in obsessos iaciendi antiquus mos; ut constat ex Taciti II. 21. et IV. 23. Hist. Scida in *οὐράλιδος*; Dione lib. 48. p. 386. C. (463. R.) lib. 50. p. 437. C. (624.) 440. (628) Appiano Ciuil. 4. p. 616. Caesare de bello Gallico V. 43. VII. 42. et de bello ciuili II. 11. Adde Ezech. Spanhemium ad orationem primam Iuliani pag. 193. Ac mira sunt quae de fictilibus vasibus Persarum; oleo certis ex animali Indico plenis atque in urbes projectis vel ad portas allatis et inextinguibile incendium facientibus narrat e Ctesia Aelianus V. 3. de animalibus; Philostratus III. 1. et Phorius Cod. 72. p. 92. Etiam automati ignis descriptio quae proxime accedit ad praeparationem *pulueris* nostri *pyrrae* extat in Iulii Africani celtis cap. 44. pag. 303. quem locum emendatius Graece prodixit H. Vossius p. 87. Var. Observationum. Etiam machinas eiusmodi ex quibus ignem iacularentur quae sunt *tormenta* nostra *bellica* et *bombardae*; veteribus notas fuisse, non absurde colligas. Nam ut Sahnonieum flammam tonus et sonitus imitatum Olympi iam omittamus, Ioannes Antiochenus in excerptis Peirescii p. 805. et Dio in Caligula p. 662. (934.) *ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῶν τῶν ἀντιβρονταῶν καὶ τῶν ἀντιβρονταῶν ἀντιβρονταῶν*. Philostratus de Indorum sapientibus lib. II. cap. 33. vitae Apollonii; uarrat eos si ab hostibus inuaderentur non produisse in aciem sed *πρηστῆρας* et *βροντας* in illos ueluti de coelo immisisse; et III. 13. narrat Panas Baccho et Hercule duce in illos impetum facere uoluisse, sed *ἐμβρονταῶν* ὑπὸ τῶν σοφῶν concidisse, petrisque impressa irriti constus sui uestigia reliquisse. Similiter Themistius orat. 27. p. 337. de Bruchmanibus: *ὡς προσησθησάν τε βία πρὸς ἑαυτοὺς ἀλλὰ κατὰ στραφέντι καὶ κατὰ βροντῆσιν*. Et de Anthemio Argynhis lib. V. p. 146. *κατὰ στραφέντι αὐτοῦ (Zenonis Rheioris, uicini sui) καὶ κατὰ βροντῆσιν τὸ δαμάσκιον*. Hinc et Thomas Hyde in Historia Schachiludii p. 175. sq. non dubitat Indis ante plurima saecula per-

6. Cedeonis sagittas cum impediibus, Iudaeus VII. 26. 20. de igne eiusmodi intelligit Rogerus Bacon. Vido Dhuyn Borichium de origine Chemiac pag. 26.

speculare fuisse pulveris pyrit et tormentorum ignis, in vulcanium, rationem, ab Indis eam accepisse Chineses. Vide et quae de Indorum Bonianensium tormentis et nitrato pulvere Tacernierius, tomo 2. itineris pag. 181. 183. edit. Germanicae in fol. A Chinesibus accepisse Saracenos, qui etiam illo postea in bello aduersus Constantinum oppugnantes CPolis A. C. 672. vsi sunt, ut refert Theophanes: et CPolitani aduersus Saracenos A. C. 718. atque iterum Saraceni aduersus Ludouicum Sanctum Galliae Regum vsi sunt, Ionuillio oculato teste: a Saracenis profugum Callinicum imperante Constantio Pogonato vsus eius circa A. C. 655. primum monstrasse Christianis, vir doctus in variis obseruationibus p. 89. disputat, licet ignis ille Graecus e naphra et bitumine *ὕψρον πυρ* et *πυρ θαλασσίον* *δὲ τῶν σιφῶν* *ἐκφερόμενον* alterius generis fuerit, quem Constantinus Porphyrogenus de administrando Imperio cap. 13. p. 27. ait ab Angelo monstratum primo et magno Constantino, hunc vero diris deuouisse eos qui vsus eius aliis gentibus monstrare ausi fuerint. Confer Cangium in *σιφονάτωρ*, in *πυρ* et *ignis Graecus*, et ad Villeharduinum pag. 306. Quam naphram Medi, Graeci oleum Medecae dixere, teste Procopio IV. II. de bello Gothico p. 594. 596. Confer Dionem pag. 855. C. (1265.R.) et Mich. Christoph. Hanouii dissertationem de igne Graeco, quae exstat p. 65. eius disquisitionum argumenti potissimum metaphysici, Gedani 1750.4. Balneum igne medico calefactum memorat Codinus in originis CPolitani. *Pomaici ignis lege Pontici* (editio Gruteri *Romae*) mentionem facit Paulus Diaconus in historia miscella XXI.9. fol. 999. et nauium igniferarum. Idem lib. XXIV. fol. 1046. *In Mesembria et Debelto Bulgari siphones aeneos inueniunt triginta et sex, et ignis humidi, qui per eos emittebatur, argentique ac auri haud modicam copiam.* Marino igne victoria reportata id. ib. XIX. 15. p. 981. *πυρ ὕψρον* et *θαλασσίον* Cedrenus, qui a Callinico et Lampro paratum refert. *Zeud*, i. e. igniarium s. facile Arabum Nomadum, aliorumque populorum orientis, ex duabus arundinibus siue bacillis, qui attritu vel terebratione ignem concitant, exceptum linteo castun, vel alia materia describit fufius Thom. Hyde de relig. vet. Persar. p. 333. sq. Tormenti ingentis descriptioni quem e Frossardo affert H. Vossius, adde alteram Ducae vbi tormentum in oblidione CPoleos adhibitum describit, e quo Lapides et globos plumbeos per milliars iaculari potuerunt p. 145. 153. vide et p. 118. 138. 139. 160. et Anasam Comnenam p. 335. sq. 383. Hieron. Magium Miscellaneorum libro et capite primo, H. L. Schurtzleischium ad Thaddaei Dondolae de patria Propertii p. 25. sq. De Rogero Bacono qui pulveris nitrati 39 vires primus Europaeis

1. 2. Illa pulueris pyrit ars quodque nunc in hanc prodiit, quasi orbis extremo incendio praecideret. Morhofus Polyhistor, tome I. lib. 2. c. 12. §. 4. p. 114. edit. Lubec. 1714.

pacis monstrasse dicitur, defunctus A. C. 1292. et qui vsum illius perfecerunt atque in granula cogendi modum docuere, Ancklirzio de Friburg et Bertoldo Nigro siue Schwarzio, monacho Franciscano, vide Jac. Wolfii lectiones memorabiles T. 2. p. 113. 753. 918. Maaci Bullarist Acad. scientiarum T. 2. p. 237. Gabrielem Groddeckium *von Mühlhausen* in vtridita dissert. de eo, quod iustum est circa tormenta bellica, Gedani 1708. Ioannem Grammium in commentatione de puluere pyrio, quando in Europa inuentus et quamdiu in vsu fuerit apud Danos, quae exstat parte prima Scriptorum a societate Hafniensi bonarum artium promouendarum studiosa pag. 211. sq. interpret. latinae. Ostendit autem Grammius pulueris pyrii in Gallia, Hispania, Anglia et Germania vsum longe antiquiorem esse, quam vulgo proditum sit atque creditum, incertaque esse, quae de Bartholdo Schwarzio, pulueris pyrii inuentore vulgo tradatur; vt adeo tum de tempore, tum de inuentore, tum de loco inuentionis certi quid affirmari nequeat; vsumque pulueris pyrii siue tormentarii iam ante annum 1380. nimirum circa annum 1360. in Dania fuisse notum. Pulverem nitratum inter Archimedis inuenta refert Vincentius Mirabella T. XI. thesauri Siciliae p. 258. sed nullo veteri teste vel auctore. Memorat et Abraham Peritzol in itineribus mundi p. 92. et 94. *metalla causa ad praeciendum lapides per vim ignis, et ad perdendum quamuis habitationem et munimentum.* Scripsit A. C. 1525. Sclopetos ab Hispanis iam A. 1344. ab Anglis A. 1391. et in Belgio A. 1356. vales esse, norant Thomas Bartholinus in actis Hafniensibus A. 1671. p. 85. et Lipsius in Louanio lib. 2. cap. 5. Veneris bombarbae manuales innotuerunt A. 1380. Vide G. Coluenerium ad Io. Nideri formicarium p. 39. Ceterum de inuentione bombardarum confer Christoph. Besoldum in pentade dissertationum philologicar. diss. 2. Lancellotum in suo hoggidi T. 2. p. 272. et 490. sqq. Lud. Moscardi Museum lib. 1. cap. 60. Martini Crassi Germanograeciam lib. IV. p. 157. Petrum Burmannum praefat. ad tomum IV. thesauri Italiae p. 28. sq. Godofredi Ialofski dissertationem de inuentore pulueris pyrii et bombardae, Ienae 1702. Caroli de Aquino lexicon militare in *bombarda, canon, gunna.* Acta Eruditor. 1728. p. 441. ex Carolo de Aquino, Speelmanni glossarium in *bombarda, et dictionariae Treuictiensis in Canon.*

De tubis opticis qui reperi perinde locupletarunt Astronomiam, vt pulueris pyrii inuentio iam, bellicam, pyxidis magneticae, nauticam, et typographia litterarum alia facie induit, dixi lib. IV. Bibliothecae Graecae cap. 24. §. ult. vbi etiam de sphaeris, globis, astrolabiis et aliis Mathematicis instrumentis. De inuentore Telescopii confer Io. Dan. Titii observationem in *Schreibenschen freien Uebelien und Nachrichten* A. 1757. p. 279.

CAPVT XXII.

De Veterum Ludis, Luxu, Aedificiis, Supellectile,
statuis ac monumentis.

De ludis Hebraeorum. 1. Aliorum populorum Orientalium. 2. Graecorum, Romanorum etc. 3. Alea legibus vetita. 4. De ludo talorum, cottabo, aliisque ludis coniuualibus. 5. De ludis et exercitiis Gymnasticis et de Amphitheatro. 6. De ludis Circusibus. 7. Ludo Troiae, et aliis ludis equestribus, Venatione etc. 8. De funambulis, et omni genere *Σαυματοποιων*. 9. De ludis theatricalibus et thymelicis. De mimis, pantomimis et *χελωνοποιois*. 10. De luxu veterum. 11. De aedificiis et partibus aedium. 12. 13. Baneis. 14. Statuis. 15. De vario genere supellectilis. 16. De vita priuata et ordinibus hominum priuatorum, collegiis opificum etc. 17.

I.

Bibliothecam scriptorum de ludis exhibet *August. Boyerus* in memoriis historico-criticis librorum rariorum p. 78. sqq. Dresdae 1734. 8. De ludis apud Iudaeos vstratis altum fere apud Scriptores silentium est, praeter pauca illa, quae notarunt viri praestantissimi Io. Henr. Otto in Lexico Rabbifico, voce *ludus*, et Wagenfeilius in libro de Norimberga cap. 22. Libellus *מרי סור* *recede a malo*, sine dialogus inter Medadam, qui laudat, et Eldadam, qui reprehendit lusum, prodiit cum B. D. Augusti Pfeifferi versione Wittebergae 1665. 4. Confer Buxtorffii Lexicon Talmudicum pag. 2049. et Clarissimi Collegae mei Io. Christophori Wolfii Bibliothecam Hebraicam T. 1. pag. 415. Inter scripta *Xyci Riccii* siue *Riccii Polontoni*, Patauini, qui circa A. C. 1463. obiit, video memorari librum aduersus lusores et dialogum quo lusus Hebraeorum ridiculi describuntur. Vide Nicol. Comnenum Tomo secundo historiae gymnasii Patauini p. 169. Vtrum ludi scenici vsitati fuerint apud veteres Iudaeos dubitat *Gisbertus Cuperus* in epistola ad Wagenfeilium, quam edidit Io. Georg. Schelhornius Tomo quarto amoenitatum litterariorum pag. 541. sqq. rogat etiam, ecquod ludi genus sit *Iudaeocremnus*, quem ludere Italorum pueros narrat *Bathasar Bonifacius*.

II. De aliorum Orientalium ludis, Indorum, Arabum, Chinesium *Thomas Hyde* in libro erudito de Scachi-Ludio¹ et Nerdiludio siue Ludo latrunculorum (*Damspiel*) quem a Scachi-ludio diuersum ostendit, Oxon. 1694. 8.

De

¹ Confer Iudati Wolfii Bibl. Hebraicam T. 1. p. 83. 230. et 406. et Memor. Tretolt. 1713. pag. 227.

De utroque calculorum et scachorum ludo vide *fig. etiam* Io. Wallisum T. 3. Operum pag. 161. sq. De ludo scachico libellus dialecto iudaeogermanica compositus citatur a Wolfo T. 3. Bibl. Hebr. p. 1186. Idem Hydeus promissis appendicem de Christi Ludio ludisque arithmetice, et de tabula Celila² et Dimne, sed quae appendix edita adhuc non est. Subiungit autem Hydeus Hebraice et Latinae R. Abraham Aben Ezrae poemata rhythmicum, et R. Bonifacii Abben Iachiae et Anonymi delicias Regum, qui ambo prosa Scachiludium descripserunt. Praeterea catalogum scriptorum de scachiludio ludisque aliis, qui insertus etiam est diario Tigurino *Ustes und Reines von gelehrten Sachen A. 1717. p. 255. sqq.* Conferenda etiam illustris Leibnitii annotatio de quibusdam ludis, imprimis de ludo quodam Sinico, differentisque Scachici et Labyrinthorum, et novo genere ludi navalis, in *Miscellaneis Societatis Regiae Berolinensis* tomo 1. Anno 1710. 4. pag. 22. sq.

III. De ludis Graecorum consulendus Iulius Pollux IX. 7. atque e recentioribus Io. Meursii Graecia Ludibunda, quae cum Supplemento ex Salmasii notis ad Vopisci Praeculum c. 13. T. 2. p. 736. sq. et Danielis Souterii Palamade siue libri tribus de tabula lusoria, alea et variis ludis, ex editione Lugd. Bat. 1625 8. recusa est tom. VII. Thesauri antiquitatum Graecarum. Vide et Io. Frid. Gronovium de festiis III. 15. et Io. Potterum II. 21. sq. Archaeolog. In eodem septimo Antiquitatum Graecarum Tomo occurrit Iulii Caesaris Balengeri liber de ludis veterum, ex editione Lugd. 1627. 8. et Coelii Cagnini de Talorum et Calculorum ludis ex more Veterum, et Andreæ Senflebii de alea veterum libellus, qui Lipsiae lucem viderat 1667. 8. De alea videndi praeterea Alexander ab Alex. III. 21. Coelius Rhodiginus IV. 31. XX. 27. Antiqu. lect. Adrianus Turnebus XVIII. 12. XXVII. 3. Aduers. Adrianus Junius II. 4. animaduers. Io. Guil. Bergerus in eclogis Archaeologicis ad doctum aleae veteris Witob. 1732. Io. Boniam. Dragheim in dissert. de alea Romanorum, Rostoch. 1724. Ioan. Frase. Simonis de his ludorum apud Romanos usitatorum generibus, quibus casui fortuna committitur, quae existit T. 3. histor. academicae inscriptionum pag. 146. sqq. Pascaus Iustus de alea, Amstelod. 1646. 12. Ioan. Cornel. Paw diatriba de alea veterum, Vitrai. 1726. 8. Quidius artis amatoriae II. 207. 208.

Sive Iactantia sub imagine calcubus abis

Fac perest vitram miles ab hoste tuam.

Martialis

² De libro Celila et Dimne dixi lib. V. Bibl. Graecae cap. 5. p. 460. sq. Excerpta ex libro Thom. Hydei prolusa habes in W. Ernesti Tentzelii *requisitorum* Bibl. select. A. 1704. pag. 541. sq.

Martialis lib. XIV. epigr. 20.

Infidiosorum si ludis bella latronum,

Gemmus iste tibi miles et hostis erit.

Elegans et Clariss. Seguini numus p. 13. in quo tali quatuor, adscriptis verbis
qui ludit, erram det quod satis fit. De Scachitudo plurimos scriptores lau-
 davit Hydeus p. 182. sq. Notum praecipue Marci Hieronymi Vidae, Cre-
 monensis, elegantissimum carmen heroicum de Scachia-Ludo, quod Cosmus
 Grazinus emendavit et Hetrusco poemate expressit Florent. 1604. 4. Hiero-
 nymi Wielii commentarius in Vidae Scachiam. Iulii Afcanii Tuccii, Cremo-
 nensis, carmen lyricum de ludo scachorum in deliciis poesarum Italarum.
 Gustavi Seleni siue qui sub hoc nomine laet Augusti gloriose memoriae Bruti-
 suicensium Ducis opus; M. Aurelii Severini de Tarfia Liber Italicè editus de
 Ludo Scachorum et veteri Pettia, et quod Palamedes ludum Scachium non
 inuenit; Neapoli 1690. 4. Qui liber recensetur in Ephemeridibus Littera-
 riis Parmensibus Anni 1690. p. 228. sq. et in Actis Eruditorum A. 1691. pag.
 405. ubi etiam pag. 406. de libro incerto Iacobi Thessalonicensis; qui existit
 manuscriptor in bibliotheca Lipsiensis A. 1354. exaratus. Vide et Rupertum
 ad Valerium Maxim. p. 212. Gisbertum Cuperum exercit. 1. de elephantis
 t. 1. p. 22. T. 3. thesauri Sallengriani. Cangii glossarium in *Scaci*, voce pe-
 tituræ latinae *calcutorum*, et *ζαρχιου*, *ζαρχιζεν*, *οζαρχιζεν*. Meursium
 ad Aethiolum p. 117. Annam Comnenam Alexiados p. 360. Menagii origi-
 nos linguae gallicae voce *Echecs*; Petri Carrerae libros octo de ludo scachorum
 editos Italicè Militelli 1617. 4. eorumque apologiam sub Valentini Vespai no-
 mine editam Catanæ 1637. 4. adversus Alexandri Saluii librum editum Nea-
 poli 1634. 4. Jo. Franc. Sarafinum in Epistola ad Arnaldum Ducem exercitus,
 Gallicè Scriptam de ludo latroneulorum, quae existit in opusculis eius gallicè
 editis 1694. 12. pag. 237. sqq. Nicolaum Freretum de origine scachitudo,
 T. 9. histor. acad. Inscription. pag. 375. Iosephum Aueranium dissertatione
 de calcutorum seu latroneulorum ludo; tomo VII. Miscellaneorum variorum
 opusculorum pag. 461. Danidem Clericum Oratione VII. Perronium Clariss.
 Suriniani p. 129. Sahruthum item ad Pancirolli deperditum p. 25. Parte 1. ubi
 inuehitur in eos quibus Calliopa potior Tabliope est, siue qui litteras professi
 ludis potius quam librorum studio doctur. *Ad tabulam ludere (ταβλιζεν)*
 Paulus Diaconus de gestis Longobardorum lib. 3. c. 70. Alidius lusorius apud
 Grusetum pag. MXLIX. 1. Salmasium ad Vopisei Procutum fol. 467. (T. 2.
 pag. 751. edita in 8.) *πύργος*. ex quo tesserae iaciebantur in veteri Calendario
 apud Lambecium Tom. 4. pag. 288. De puerili ludo *επιστρακισμῶ* siue
 tessar.

* Landat Eobanus Hessus p. 506, farraginis Poëmatum

causae carceris super vadis explicatis. oratione Minutius Felix cap. 3. Pollux IX. 7. sect. 1. 9. Leopardus VI. 8. emendationum et Meursius Graeciae ludibundae pag. 15.

IV. De alea legibus Romanis et Ecclesiasticis vetita vide Nic. Abramium ad Orat. Ciceronis Philippicam 2. c. 23. Iosephum Nerium lib. 2. analectorum c. 24. Tomo quarto miscellaneorum Gaudentii Roberti p. 789. sq. Ferdinandum Mendozam ad concilium Illiberitanum T. 1. Labbei p. 1361. sq. Quae veteris Ecclesiae de ludis sententia fuerit, exponit Io. Baptista Thiers libro edito Paris. 1686. cui titulus: *traité des Jeux & des divertissemens qui peuvent être permis, ou qui doivent être défendus aux Chrétiens, selon les règles de l'Eglise & le sentiment des Peres.* Nempe ludos qui sorte constant, tanquam vanam nimis et periculosam relaxationem animi reiciunt plerique omnes, quibus addendus Tremblaeus in libro Gallice edito Paris. 1684. qui inscribitur *Conservations morales sur les Jeux & les divertissemens*, quem librum si legisset, seueriorem de ludis sententiam laturum Virum Clariss. Ioan. Barbeyracum existimant illi, 4 qui non modo eos sulsus detestantur qui lucri cupidine vel fallendi suscipiuntur animo, quibusque magna pecunia et multum temporis melioribus rebus impendendum perditur, sed quibus totum istud quod abusibus maximis adeo obnoxium est, in Christiano homine videtur improbandum. Quibus vero persuaderi id vix ac ne vix quidem potest, utinam modo hi illis cancellis circumscriberent ludos suos, quibus illos definitos cupiunt Io. la Placette libro Gallice edito *des Jeux de hazard*, eiusque Applogia aduersus Ioucourtum: Daniel Whithus in Ethices compendio Lond. 1713. 8. p. 169. sq. Godfridus Olearius in collegio pastorali p. 172. sqq. et laudatus modo Barbeyracus, cuius Historiam Ludorum, quam p. 487. atque aliis in locis eruditi sui libri 5 promisit, frustra expectauimus.

V. De ludo talorum diligenter disputat Octavius Ferrarius lib. 1. electorum c. 16. vbi *Venerem* dictum obseruat iactum, quum quatuor tali diuersa facie singuli caderent. Graecis iactus similis *Midas* vel *Hercules*: vide Schortum ad Prouerbia p. 292. *Sensionem* quum omnes tali in latum concauum caderent, vel duo in conuexum, duo in concauum. *Caniculam* denique quum

Y y 2

omnes

4 Vide Ephemerides Parisienses A. 1712. Tomo 2. p. 471. et Rev. D. Buddei Theologiae moralem cap. 3. sect. 4. §. 26. p. 737. sq.

5 Titulus est: *Traité de Jeu, où l'on examine les principales questions de droit naturel & de morale qui ont rapport à cette matiere*, Amst. 1709. et 1737. 8. et Germanice versus prodiit Bremae 1740. 8.

omnes quatuor tali surrexissent siue recto gradu stetit. Qui venientem tacerat, omnes numos tollebat, quos ponebat qui rectifset caniculam: qui senionem, in ludo simplici numum perdebat, in operosiore numum lucrabatur. Confer I. A. Ernestum in clavi Ciceroniana voce *talus*, vbi simul differentias talorum a tesseriis edisseritur; dissertationem de tesseriis Badenensibus insertam diario Tigurino Altus und Steues von gelehrten Sachen A. 1717. pag. 282. sq. Franciscum Ficorinum in libro Italico *I tali ed altri instrumenti usorij degli Romani*, Romae 1734. 4. et interpretes ad Suetonii Augustam c. 71. vbi et de eo quod vocabant *ludero par impar*, Graeci *apudelen*, de quo ludi genere vide etiam Ezech. Spanhemium ad Aristophanis Plutum v. 818. Mutatorium T. 1. Analector. Latin. p. 124. et interpretes ad Horatii lib. 2. sat. 3. v. 248. *Pentasticha* fuit species talorum et lusus apud Graecos, vide Acta Eruditor. 1759. p. 8. ex Tomo primo picturarum antiquarum ex Herculano. De *nortabab* ludo contiuali vide Schol. Luciani tom. 1. p. 38. Meursium de ludis Graecorum p. 28. sq. et Struckium III. 14. Antiqu. Conuival. p. 345. De aliis ludis ad conuiuia celebrari solitis id. III. 22. De Ludo *ant capita aut naues*, (croix ou pile) dissertationis sur diverses maderes par Mr. Tilladet, tom. 2. p. 294. Ludum tudicularem (Drucktafel) carmine hexametro descripsit Leonhardus Frizonius S. I. quod existat fasciculo primo lusuum ingenii Lipsiae 1699. 8. editorum. Robbi elegiam de ludo trictrac vide in memoriis Treuoltinis A. 1710. p. 745. De quo ludo etiam E. Iauillet in libro l'excellent jeu du Triquettrac, Parisiis 8. *Chartas lusorias* ante trecentos annos in Gallia repertas disputat Menetrierius Bibl. Curiosae Gallice editae Treuoliti 1704. 12. tom. 2. capite 12. vbi et alia de ludis, et de recenti inuento disciplinas varias chartarum lusoriarum adminiculo tradendi. Originem chartarum a temporibus Caroli V. Galliae regis repetit Kullerus in libro, quem suppresso nomine Gallice Lugduni 1757. 12. edidit: *Recherches historiques sur les cartes à jouer*. Similiter originem ludi chartarum, quem Galli vocant *du Piquet*, ex historia Gallica et quidem a temporibus Caroli VII. repetit auctor dissertationis insertae memoriis Treuoltinis A. 1720. p. 934. sqq. Varia lusuum hodie receptorum genera Perris Antonius Maffeus iucundo carmine recenset in classe tertia speciminis poetici; Ferrariae 1716. 8. edita. Adde la plus universelle Academie des Jeux, quae Lugduni Batavor. 1721. duob. volum. in 12. euulgata est. Godofr. Guil. Leibnitii annotatio de quibusdam ludis, inprimis de ludo quodam Sinico differentiaque Scachici et larruncolorum, et nouo genere ludi manualis paullo ante laudata est. Varios ludos ab eodem Leibnitio excogita-

* Titulus libri est: *Bibliothèque curieuse et instructive de divers ouvrages anciens et modernes, de littérature et des arts, à Treuoux 1704. 12.*

1697. *De ludo Pileae Monument. inscript. p. 1642.* Adde *Leibnizii* epistol.
 & *Bartholae* editas. D. III. p. 278.
 VI. *De pila* ludo et aliis gymnasticis veterum exercitiis, *disco*, *ludo*,
ludo, *ludo*, vniuersae Gymnaſticae et *gymnaſticae* exercitationis agent e veteribus
 Graecis secundo *gymnaſticae* ludo de uoluntate uicendi: e recentioribus *Malchior*
Benedictus in *Methodibus in lectione Aristotelis*, Regiomont. 1681. 4. p. 26.
 sqq. *Franciscus* *Mercator* in *artis Gymnaſticae* libris VI. excusis Venetiis
 1569. 4. et 1573. et 1589. et 1661. 4. et recens T. III. sup-
 plement. *Polemi* p. 449. *Petrus* *Faber* in libris III. *Agonisticon*, siue de re
 athletica, *Baye* 1592. 4. et T. VIII. *thesauri* *Gronovii* p. 1758. *Vossius* in li-
 bro de *quatuor* artibus popularibus, *Amstelod.* 1660. 4. et T. III. *Opp.* Con-
 ferenda eam his sunt, quae et *Lipſius* ad *Senoc.* Epist. 56. *Octavius* *Ferrarius*
 in *dissert. de balneis*. *Boretus* in *memoriis* *Treuictinis* A. 1706. p. 1612. sqq.
 et *memoriis* *academiae Inscriptionum* T. 2. p. 197. sqq. et 270. sqq. et T. IV.
 p. 353. sqq. 388. sqq. 441. sqq. 458. sqq. et quae de *pila sphaeristica* siue *sphae-*
romachia *Bartholae* ad *Senoc.* *romo* 1. pag. 1. p. 351. *Viri docti* ad *Polla-*
cem *IK.* 7. *sect.* 103. sq. et *Franciscus* *Maria* *Turrigius* ad *inscriptionem* *Viri*
Pogati, *romo* 12. *Grav.* p. 397. sq. vbi etiam de *pila vitrea*, et *ludo* *lustru-*
dulorum e *vitro* vel *gemmis*. *Inscriptionem* illam illustrat quoque *Philip-*
p *Caroli* *libri* 1. *variis* *lection.* *cap.* 6. Eandem ediderat *Gruterus*, *pag.*
 637. 1. *Turrigii* *dissert.* *prodiit* *Rom.* 1630. 4. *Anonymi* *epistolam* de
uoluntate edidit *Steph.* *Batuzius* T. IV. *Mald.* p. 417. vbi recte distinguuntur
ludi *gymnici* a *gladiatoris* *Circensibus* et *scenais*. *Fuerunt* *ludi* et *agones* vel
Musici, *tibicinum*, *citharodorum*, *siue* *scenici*, *theatrales* ac *Dionysiaci*,
Bourdelor. p. 33. ad *Heliodorum*, vel *Poetici* *Rhapsodorum* *ayores*, *Ezech.*
Spanhelius ad *Aristophanis* *Plutum* v. 1164. vel *Gymnici* *quinquertium* (quin-
 que genera) *Bourdelor.* p. 76. sq. ad *Heliodorum*, vel *gladiatoris* et *amphi-*
theatrales, vel *agones* *equestres*, vel *Gladiatoris*, siue *ludi* *magni*. De *ludo*
fac. *Lyſius* in *agonistis* *ludis* *Rodesod.* 1677. 12. cum *Io.* *Lomeieri* *addita-*
mento *Zurphaniae* A. 1706. 12. recens, *dissert.* ad *loca* S. *Scripturae* ad *Athle-*
ticam et *gymnaſticam* *veterum* *uſudemiae*, *Othauus* *item* *Falconerius* in *In-*
scriptionibus *Athleticis*, *Rom.* 1668. 4. quae etiam *notis* *Falconeris* *recusae* *sunt*
romo 8. *thes.* *Gronovianis*, et *ludo* *de* *Lipſius* in *Saturnalibus* siue li-
 bris 2. de *gladiatoribus*, et aliis duobus scriptis de *Amphitheatro* et de *Am-*
phitheatre *extra* *Romam*. *Laurentius* *Iouberus* de *gymnaſis* et *generibus*
exercitationum *apud* *antiquos* *celeberrim.* T. II. *Opp.* et T. I. *thesauri* *Sallen-*
griani p. 333. *Benedictus* *Aueranius* *dissert.* 15. 16. 17. ad *Thucydidem*. *Io.*
Frid. *Dürrius* in *dissert. de Gymnaſio* *veterum* *athletico*, *Inas* 1682. et de

gymnasio bellico, ibid. 1681. Io. Frid. Guntherus in *Act. de virtutibus veterum gymnasticis*, Witib. 1709. Io. Behm de agonothetis Graecorum, Regiom. 1717. Io. Henr. Schultzius in dissert. sub praesid. Frid. Hoffmanni habita de athletis veterum eorum diacta et habitu, Halae 1717. Io. Ern. ab Auerpald de veterum arte luctandi, Witib. 1720. Andr. Weberus de exercitiis gymnasticis, Arnstadii 1718. Io. Zach. Pharnetus de arte gymnastica veterum, Lipsiae 1724. Io. Henr. Schultzius in observationibus ad rem athleticam pertinentibus, Halae 1737. De *μυστήριον* athletarum in palaestra Graecorum existat commentarius P. M. Paciaudi, Romae 1756. 4. Athleta *παράδοχος* is dicebatur, qui stadium ingressus bis ad minimum pluriesque vno et eodem die summa contentione nitabatur, ut semper superior discederet, eoque re communem vicit opinionem. Vide Gotfr. Erdm. Zeibichii *athletam παράδοχον*, Witib. 1748. 8. De *μαστρυφός* eorumque praeside *ἀδύνατος* Frid. Andr. Heroldus dissertationem edidit Witib. 1756. Athletae antequam prodirent nomen gentemque Hellanodicis indicabant, vide Bourdelotium ad Heliodorum p. 78. vbi etiam de praemio vincentium. De Olympicis, Nemeis, Pythiis, Isthmiisque Graecorum, res nota vel ex Poterbo II. 22. sq. et iis, quae ad Pindarum viri docti annotauerunt. Adde, quae de his eleganter accurateque commentatus est Eduardus Corfinius in dissertationibus IV. agonisticis, quibus Olympicorum, Pythiorum, Nemeorum atque Isthmiorum tempus inquiritur, Florentiae 1747. 4. et Lipsiae 1752. 8. In Olympiis Antagonistae sortis dati, ut notat S. Chrylostomus ad Ieremiam in Caetera Ghiesleriana tom. 2. p. 144. Confer de ludis Olympicis Io. Bircherodii exercitationem de ludis Gymnasticis, praecipue certaminibus Olympicis, Hafniae 1664. 4. Aegidii Strauchii dissert. de ludis Olympicis, Witib. 1661. et in Crenii museo philologico et historico p. 365. sqq. Io. Frid. Mayeri dissert. de ludis olympicis, Lips. 1671. Ioan. Vpmarckii dissert. de certamine olympico, Vpsal. 1708. 8. Ioan. Guil. Bergerum p. 867. Seromati academici. Gilb. Westii dissertationem praefixam eius interpretationi anglicae Odarum Pindari, Londinae 1743. 4. vulgatae Guyonem T. 1. part. 3. historiae regnorum et rerumpublicar. Paris. 1733. 12. pag. 439. sqq. Nicolaum Gedoynium in memoriis academiae Inscriptionum T. XI. p. 911. et T. XIII. p. 557. Anton. Banierium T. V. histor. acad. Inscription. pag. 33. De Pythiis vide Suenon. Muhlii dissertationem, Hafn. 1712. 4. Anonymi dissertationem, quae legitur in histor. critic. reipubl. literariae T. 1. p. 150. et T. V. p. 91. et Alphonsi Vignolii dissertationem, quae existat T. VI. elusd. histor. critic. 99. De Isthmicis Guilielmi Massieu dissertat. T. III. histor. acad. Inscriptionum pag. 63. et Caroli Frid. Hoffmanni dissertat. de ludis Isthmicis in Ni T. commemoratis, Witib. 1760. De ludis Isthmicis conferatur Pignorius

gnae in Antonino T. VII. thesauri Italiae pars 3. p. 25. Casanbonus et Sal-
 masius ad Suetonium Hadrianum c. 27. Faustus T. 3. p. 6. Ezech. Spanhemius
 epistola secunda ad Metellum §. 6. Remesius H. 60. Inscription. Herdwinus
 de numismat. populorum p. 191. De illis Graevius ad cap. 29. Cabigules plu-
 ribus se abstantiam libris observationum promiserat, qui quo abierint nescio,
 inquit Patrus Burmannus praefat. ad T. VI. thesauri Italiae p. (8.) Etiam apud
 Suetonium in Caligula c. 20. legendum *habe* *Iselatici*, non *affici*, vel *haffici*,
 vel *haffi*, vel *actici* vel *actari*. Vide Burmannum ad adductum Suetonii lo-
 cum, et praefatione ad tomum primum thesauri Siciliae pag. (5.) et Celeber-
 rimum Ernasti excursu vicissimo primo in Suetonium. De *Amphitheatris* at-
 que *abstris* eorumque forma et partibus generatim consulantur praeter eun-
 dem Lipsium epistolae duae criticae Ioannis Polenii et Ioannis Montenarii, quae
 in aliis eculgatae sunt Vicentiae 1738. 8. E quibus Montenarius negat, theatra
 ab amphitheatris distincta fuisse; Polenius verò affirmat. Vide Acta Erudi-
 tiorum 1732. p. 143. Io. Ern. Imtr. Walchius notis ad Callarii compend. an-
 tiquit. Romanar. p. 508. sqq. et Nic. Boindinus, T. II. memor. Acad. Inscription.
 p. 174. sq. edit. Amstelod. De *Arelatenf* Iosephus Guis, Oratorii IESV pres-
 byter in descriptione Amphitheatri Arelatenfis, Description des arenes ou
 de l'Amphitheatre d'Arles, Arelatae 1665. 4. In tabula adiuncta et aere de-
 scripta, pulchre exprimitur *sedes* *ve* *tronus*, siue thronus e quo spe-
 ctabat Imperator, qualis etiam in Circo. Vide Bandurium p. 490. De *Are-*
ano Laurentius Guazacius T. II. dissertat. acad. Certonenfis p. 79. et T. XX.
 collectio. opusculor. scientificor. et philologic. p. 427. De *Brixienf* Octa-
 vius Rubens pag. 11. 12. monument. Brix. T. IV. thesauri Italiae. De *Bur-*
digalenf vide Bassi descriptionem, quae extat T. VI. historiae acad. Inscription.
 pag. 373. sqq. et Tomum secundum fyllog. epistol. Burmannianae pag. 190.
 De *Duacens* apud Andegavos agit Moleonia in trineibus Liturgicis Gallice edi-
 tis et ex eo auctor diarii Hagensis, Europe. savante. 1718. Octobr. pag. 198.
 De *Foreniens* Ludovic. du Four, S. I. in S. Leonis Episcopo et martyre suis
 Foreniensibus restituto, Avenione 1638. 8. De *Lugdunens* Dominis. de Co-
 lonia histor. litter. Lugdun. T. I. p. 271. De *Nemausens* Ioan. Pokus Albena-
 sius in discursu historico de antiqua vrbe Nemausensi, Lugd. 1560. fol. pag.
 109. Jaci Grassius in antiquitatibus Nemausensibus, quae eorum eius poemati-
 bus Bassi 1614. 4. prodire p. 207. sq. et T. 1. thesauri Sallengriani p. 1059.
 Henr. Gantierius in historia vrbe Nemausensis Paris. 1720. 8. Anonymus in epi-
 stola inserta memoriis Treokinis A. 1739. p. 1216. sqq. In idem extat Al-
 berti Daugieres S. I. poema venustum in eius carminibus tertium iam editis
 Lugd. 1694. 12. p. 217. De *Gallicis* Scipio Maffei pag. 113. antiquit. Gal-
 liae

hac selectam, Parisiis 1738. 4. et T. V. Supplementis Poleni pag. 129. seqq.
 De *Florentino* Dominic. Maria Mancini in Notiziastatistiche intorno al Teatro
 gio ovvero Amphiteatro di Firenze, Bouonae 1746. 4. De *Poleni* in *Idem* vide
 Palladii architecturas, Sponii itinerarium pag. 163. edit. in 12. De *Saguntina*
lensi Paullus Lucas descriptione itineris sui tertii T. 1. p. 178. De *Tergestina*
 Franciscus Irnesius de Cruce in historia Tergesti Italica edita Venetiis 1698.
 fol. lib. 3. cap. 8. p. 245. Amphitheatrum *Vespafricanorum Flavianum* sua Coloss.
 seu Romae diligenter descriptum libris quinque et pulcherrimis ac luculen-
 tis expressum iconibus aere descriptis curante Carolo Fontana prodit Hagae
 Comitum 1725. fol. regall. qui generalem de theatris atque amphitheatris in-
 troductionem praemisit. De *Cataneis* vide Jo. Baptistae de Grossis deorchor-
 dum Cataneis p. 176. sq. T. X. thesauri Siciliae. De *Patauinis* agit Pignorius
 in originibus Patauinis p. 84. sq. De *Ataracensibus* Jo. Dan. Schoepflinus
 Aftasiae illustratae T. 1. p. 163. De *Saguntina* Emanuelis Martini 7 epistola ad
 Anton. Felicem Zondadarium extat in Montfauconii antiquitate explicatae
 T. III. P. II. p. 231. in eisdem Martini epistolis Amstelod. 1738. 4. T. 1. p. 11.
 et in Poleni Supplementis T. V. p. 389. et Iosephi Immanueli Merianae dialo-
 gus de theatro Saguntino nunc primum editus in Jo. Poleni Supplementis T. V.
 p. 401. De *Veronensi* videndi Torellus Sarayna libro de origine et amplitu-
 dine Veronae, Anno 1540. fol. Onuphrius Paauinius in antiquitatibus Veron-
 ensibus, Patavii 1648. fol. Carolus Fontana c. 17. introductionis ad amphit-
 theatrum Flavianum, et Scipio Maffeiis libris duobus de amphitheatris sigilla-
 tim Veronensi, Italico editis Veronae 1728. 8. recatis Italico in eiusdem Mas-
 feii Verona illustrata, parte quarta, et Italico et Latino in Poleni Supplementis
 T. 1. p. 1. Anglice etiam versis ab Alexandro Gordon. Londini 1730. 8. De
Vicentino Ioannes Montenarus in libro Italico: Discorso del Teatro Olympico
 di And. Palladio in Vicenza, Patavii 1733. 8. Amphitheatrum rudera ad *Molat*
 non longe a Caieta, vide Brunii iter in Egyptum p. 14. alia vide T. 2. syllog.
 epistol. Burnidianianae pag. 147. In mutilati *Compositi* amphitheatri titulus
 Alexand. Symmachus Mazochius commentarium edidit Neapoli 1727. 4. re-
 censum T. V. Supplementor. Poleni pag. 483. Theatri *Engubini* rudera aere de-
 scribi curavit Comes Illustrissimus Passioneus, vide Ephemerides eruditiorum
 A. 1730. Iunio pag. 249. sq. et memorias *Trenothinas* A. 1730. p. 118. Vno
 amphitheatrum

7 Quam Ioachimus Alcarazius Grassoni Romae 1716. 8. edidit epistolam de theatro
 Saguntino, sive de Zachantaco Vitorio, ea est haec ipsa Emanuelis Martini descriptio
 theatri Saguntini, quam Alcarazius suo nomiae, cum leui Martini mentione, mutatis
 nonnihil corruptisque Martini verbis publicauit. Vide Poleni praefat. ad T. V. thesauri
 sui p. X. et ipsas Martini epistolas T. 1. epistol. 7. pag. 11.

amphitheatro apud Fideum corruente ad quinquaginta milia hominum debilitate vel obtrita. Tacitus IV, Annal. 63. In amphitheatrum anatomicum Parisiense Santolii hoc exstat distichon:

*Ad caedes hominum prisca amphitheatra patebant,
Et discant longum vivere nostra patent.*

VII. De ludis Romanorum in honorem * Deorum aut defunctorum, Iacobus Gutherius III. 18. sq. de iure Pontificio, tomo V. Graev. De ludis saecularibus plures laudavimus scriptores supra cap. X. §. 8. quibus addenda Rainfauti diss. ad duodecim numos in ludos saeculares Domitiani, Acta Eruditor. A. 1685. p. 441. Io. Alph. Turretini academicae quaestiones de ludis saecularibus Romanorum, Genevae 1701. et Io. Beniam. Schmidii commentatio de eodem argumento, quae exstat in actis Iubilaei secundi Gymnasii Gedanensis. De ludorum curatoribus, qui frequenter erant Aediles, Euerhardus Otto lib. de Aedilibus Coloniarum cap. X.

De ludorum Circensium † apud Romanos ratione singularibus scriptis egerunt tom. IX. Graev. recufis Onuphrius Panuinius, notis Io. Pinelli Argoli illustratus, Patav. 1600. fol. Iulius Caesar Bulengerus, qui Chrysofomi homiliam ludis his oppositam praemisit, T. 2. Opusculor. Lugd. 1626. fol. His addendi Cl. Salmasius, qui diligentissime de Circo et Circensibus agit in Commentario ad Solinum, Sirmondus p. 262. sq. ad Sidonium et Marcus Velleterus in Opp. p. 402. sq. vbi inter alia Hippodromi Romani formam et factiones agitatorum, albam, ruffatam, venetam et prasinam expositas inuenies, et de circis aliarum Ciuitatum, qui tamen praeter Romanum, Constantinopolitanum, ac Mediolanensem rarissimi fuerunt. Anselmus Bandurius ad Antiquitates CPol. p. 662. sq. vbi etiam ineditum vt putat Graeci scriptoris de Hippodromi origine (quam a Circe repetit) fragmentum, quod vulgauerat Stephanus le Moyne tom. I. Var. sacrorum pag. 503. Camillus Siluester ad Iuuenalis

* Primitus quidem venationes, quae vocantur munera, Saturno attributae sunt: ludi autem scenici Libero, Circenses Neptuno. Paullatim vero et ceteris diis idem honor tribui coepit, singulique ludi numinibus eorum consecrati sunt, sicut Sifinnius Capito in libris spectaculorum docet apud Lactantium VI. 20.

† In honorem Solis eiusque in quatuor elementa Imperium, instituti hi ludi anni die 25. Martii a Pisenfium Rege Oenomaio, tempore Romuli. Chron. Paschale f. 110. sq. quatuor colores agitatorum referebant totidem elementa: 12. domus in Circo erant pro totidem signis Zodiaci, Euripus mare flexus per ianuas, Oriens flexus ad metas. Occasus: septem stadia cursus septem planetarum. Adde Corippum lib. I. v. 313. sqq. Malalae Chron. Tomo I. p. 221. Cedrenum p. 121. Septem quoque gyris agon ille peragebatur, et qui septimo praebat victor erat, licet ceteris cessisset.

ialis Sat. III. 67. Raphael Fabretti ad ebullinam Traianam p. 144. sq. qui a dextra ad sinistram et inde laeuorsum reflexas decussiones factas aliaque de metis non contemnenda obseruat. Bened. Aueranius differt. 18. sq. ad Cicero- nem T. 2. Opp. p. 235. sqq. Nicol. Callachius in disertat. de circensibus ludis, nunc primum edita T. V. supplementor. Poleni p. 473. Iosephi Imman. Minianae dialogus de circi antiquitate et eius structura, nunc primum editus eod. T. V. supplement. Poleni p. 445. et Io. Christoph. Crameri commentatio de ludis Romanor. circensibus in lucerna veteri sepulchrali, quae existat volu- mine V. Actor. societatis latinae Ienensis p. 291. sqq. Color *χλωδης* prasi- nus siue viridis *terrae* ac Cereri, *κυανεος* venetus caeruleus *aquae* et Nepru- no: rufus *igni*, albus *aeri* sacratu erat, vnde diuersae agitatorum factio- nes. Confer Sponii Misc. pag. 65. Gruteri inscript. pag. 331. sq. Langium lib. 1. Epist. Medicinal. 78. Chausseum in Graeuu thesauro tom. 5. pag. 322. Cellar. ad Plin. IX. 6. Epist. Damascenum tom. 2. edit. Michaelis le Quien p. 698. Goarum notis posterioribus ad paginam Cedreni 364. Philippum Ru- benium lib. 2. cap. 27. electorum et Bandurium p. 501. sq. Factiones diuer- sae ex illis coloribus ortae sunt, vide praeter Goarum S. Basilium epist. 370. Euagrium IV. c. 31. Procopium lib. 1. de bello Persico c. 24. lib. 2. c. 11. p. 115. et in Anecdotis c. 7. 9. Nicol. Alemannum ad Procopium pag. 106. sq. 113. Theophylactum Simocattam VIII. 7. 9. et 10. Oenomius primus duobus colo- ribus vsus est *caeruleo* et *viridi* siue veneto et prasino. Romulus deinde duos alios addidit. A Domatio additae duae aliae factiones aurati purpureique panni. Vide Rubenium l. c. Sed non diu illae durarunt. Immo quatuor primos co- lores deinceps ad duos redigi contigit, nam rufata factio iuncta fuit prasinae siue viridi, et albata Venetae siue caeruleae. Vide Bandurium loco citato. De duodecim ostiis Circi vide Aufonium Tollii p. 644. De mappa siue signo dato, Pitiscus ad Suetonii Neronem cap. 22. Mappam Circensem manu tenentes Consules vel Imperatores in numis obseruat Pagi ad A. 394. 3. Confer vete- rem iconem in Philippi Rubenii electis lib. 1. cap. 30. qui ibidem dextram Circi partem latiore sinistram fuisse obseruat. Idem lib. 2. c. 18. videndus de lustratio- ne equorum in Circo certatorum, De Ouis et Delphinibus in Circo, Octavius Fer- rarius II. 17. electorum. De clathris, euripis, loco equibus assignato Har- duinus ad Plin. VIII. 7. T. 2. p. 145. sq. De gladiatoribus consule Octav. Fer- rarii dissertationem T. III. supplement. Poleni p. 313. Nicol. Callachii ibid. p. 333. et Suenon. Bring. Londini Gothor. 1747. *Κλητες* non singulatores modo sed et desultores dicti, qui in binos vel ternos equos transilirent, aut ex equo desilientes currerent. Vide Valesium ad Sozomeni VI. 1. et ad Harpo- crationem p. 94. vbi etiam de certaminibus Circensibus. De equis curulibus Iuretus

Iurerus ad Symmachum IX. 23. Mulieres etiam in amphitheatris certantes et
 feras interficientes obseruat viri docti ad Iuuenal. Sat. 1. v. 32. ex Suetonii
 Domitiano cap. 4. et Xiphilino in Tito. Artificum in venatione circensi elu-
 dendi bestiarum impulsus saltus ac velocitate eleganter describit Cassiodorus lib. VI.
 cap. 42. Adde Alexandrum Wilhemium ad dipychon Leodiense 166. p. 22 sq.
 ubi ex Yopisco Germanico obseruat, etiam *ταχυδατας* siue homines cor-
 rendo per parietem subtrahentes se irae virorum. De ludorum medicis sin-
 gulari programme egit Balthasar a Buchwald. Hafniae 1749. De numis co-
 turniatis in ludos et venationes circenses singularis existat dissertatio Sieberii
 Hauercampi. Lugd. Batav. 1721. 4. Certamina denotantur in numis per urnas
 cum palmis vide Bandurium T. I. numismat. p. 120. 122. 135. De vniuerso
 hoc argumento non praetereundus quoque est Petrus Faber, qui in Athleticis
 suis Ludos veterum non tantum Amphitheatrales et gymnicos, sed theatricos
 siue Musicos quoque ac Circenses persequitur, vti Xysticos et Thymelicos
 Alexander ab Alex. III. 9. Omnia fere genera agonum ac certaminum edidit
 Dionysius Heraclae tyrannus teste Memnone apud Photium Cod. 324. p. 167.
*ἄπειλῃ δὲ καὶ αἰγῶνας ἰππικούς, ἡνὶ ἰππικούς δὲ μόνον. ἀλλὰ καὶ σπηλιούς καὶ
 θυμελικούς καὶ γυμνικούς.* De Ludis Apollinaribus Romanorum L. i. c. XXV. 12,
 et Nicol. Abramus in notis ad Ciceronis Philippicam II. cap. 13. Ethnicorum
 ludos theatrales, Circenses, Venationes et munera adire Christianos prohibere
 Tertullianus et Cyprianus libris singularibus de spectaculis. Et Cyrillus Hier-
 osol. Catechesi. I. c. 4. explicaturus pompam Diaboli cui in baptismo renun-
 ciauimus, ait esse *θεατρωματίας καὶ ἵπποδρομίας, κληροδοσίαν καὶ πάντων τῶν
 αὐτῆς ματαιότητων*, ad quem locum vide Tho. Millesum. Ioan. Guil. Ianum
 pag. 52. sq. ad sermonem Eusebii Alexandrini, et Ferd. Mendozae notas ad
 concilium Illiberitanum T. I. Labbei p. 1294. sq. et 1320. ubi de aurigis et
 pantomimis arti suae renuntiare iussis, si Christo vellent nomem dare. Cir-
 censes vt rem iocandam spernit etiam Plinius VI. 4. Epist. quemadmodum ve-
 nationes et ceterum ludorum pompam Cicero VII. 1. ad familiares. Adde
 Rainoldum Dehniium ad acta martyrum Cosmae et Damiani pag. XII. sqq.

VIII. De equestribus decursionibus et puerilibus Troianis ludis Io. Ia-
 cobus Draco lib. 1. de Orig. et iure Patriciorum Basil. 1627. 4. c. 11. p. 75. sq.
 Onufrius de ludis Circensibus II. 9. tomo IX. Graev. p. 422. sq. Camillus Silue-
 sten ad Iuuenalis Sat. I. verl. 19. Trifstanus II. 264. Io. Vignolius de columna
